


NAZIONALE
BIBLIOTECA
VITT. EM III
B. Prov.
coll.
5
96
NAPOLI


19382
BIBLIOTECA PROVINCIALE
Armadio
XIV
Palchetto
B
Num.° d' ordine
16









# BIBLIOTHECA

## CLASSICA LATINA

SIVE

# COLLECTIO

## AUCTORUM CLASSICORUM LATINORUM

CUM NOTIS ET INDICIBUS.

*On souscrit, à Paris,*

Chez N. E. LEMAIRE, Éditeur, rue des Quatre Fils, n° 16.
BARROIS l'aîné, libraire, rue de Seine, n° 10, Faub. St. Germ.
DEBURE frères, libraires du Roi, rue Serpente, n° 7.
J. DIDOT, l'aîné, imprimeur du Roi, rue du Pont-de-Lodi, n° 6.
F. DIDOT, imprimeur du Roi et de l'Institut, rue Jacob, n° 24.
DONDEY-DUPRÉ père et fils, imp. lib., rue Saint-Louis, n° 46, au Marais; et rue de Richelieu, n° 67.
TREUTTEL et WURTZ, libraires, rue de Bourbon, n° 17.
Aug. RENOUARD, libraire, rue de Tournon, n° 6.
BOSSANGE père, libraire, rue de Richelieu, n° 60.
BRUNOT-LABBE, libraire, quai des Augustins, n° 33.
MONGIE aîné, libraire, boulevard des Italiens, n° 12.
H. VERDIÈRE, libraire, quai des Augustins, n° 25.
ARTHUS-BERTRAND, libraire, rue Haute-Feuille, n° 23.
Et chez tous les Libraires de France et des pays étrangers.

# P. PAPINII STATII

QUÆ EXSTANT

# OMNIA OPERA.

EXCUDEBAT JULIUS DIDOT
NATU MAJOR
REGIS TYPOGRAPHUS

# THEBAIS

# P. PAPINII STATII

CUM VARIETATE LECTIONUM

ET SELECTIS VARIORUM ADNOTATIONIBUS

QUIBUS SUAS ADDIDERUNT

J. A. AMAR ET N. E. LEMAIRE

IN REGIA GALLIARUM UNIVERSITATE
PROFESSORES EMERITI.

VOLUMEN SECUNDUM



PARISIIS

COLLIGEBAT NICOLAUS ELIGIUS LEMAIRE

POESEOS LATINÆ PROFESSOR

MDCCCXXV





# PUBLII PAPINII STATII

# THEBAIDOS

## LIBRI DUODECIM.

## ARGUMENTA

### LIBRORUM XII THEBAIDOS,

EX VETUSTISSIMO CODICE TOLETANO.

Solvitur in *Primo* fratrum concordia libro.
Denegat et fœdus, repetitaque regna *Secundus.*
*Tertius* in Thebas inflammat Dorica castra.
In *Quarto* Mavors bello rapit undique Graios.
*Quintus* et Hypsipyles luctus narratque dolores.
Archemori *Sextus* ludos ad funera ducit.
*Septimus* obsessas Thebas, vatisque sepulcrum.
Occidit *Octavo* Menalippi cuspide Tydeus.
Hippomedonta solo dat *Nonus* et Arcada telo.
Cuspide fulminea *Decimus* Capanea terebat.
*Undecimus* parili germanos funere jungit.
*Ultimus* Ogygias dat vincere Thesea Thebas.

---

Aliud in veteribus libris legitur totius Operis Argumentum; hoc nempe:

Associat profugum *Primus* Tydeo Polynicem.
Tydea legatum docet, insidiasque, *Secundus.*
*Tertius* Hermonidem canit, et vates latitantes.
*Quartus* habet reges, ineuntes prælia, septem.
Mox furiæ seni *Quinto* narrantur, et anguis.
Archemori bustum, *Sexto*, ludique leguntur.
Dat Graios Thebis, et vatem *Septimus* umbris.
*Octavo* cecidit Tydeus, spes fida Pelasgis.
Hippomedon *Nono* queritur, cum Parthenopeo.
Fulmine percussus *Decimo* Capaneus superatur.
*Undecimo* sese perimunt per vulnera fratres.
Argiam flentem memorat *Duodenus*, et ignes.

# PUBLII PAPINII STATII

# THEBAIDOS

## LIBER PRIMUS.



(DEEST ARGUMENTUM CARMINIBUS DESCRIPTUM.)*

### ARGUMENTUM.

Œdipus, ut se patrem interfecisse, et matrem uxorem duxisse cognovit, dolore percitus, sibi oculos eruit, et occultando dedecori, se in subterraneum locum condit; 1—55. Œdipi filii, Eteocles et Polynices, patrem nec invisunt in calamitate, nec solantur : quibus graviter infensus numina Inferorum ac præcipue Tisiphonen furiam, injuriarum parentibus illatarum vindicem acerrimam, in eos invocat; 56—87. Tisiphone Thebas advolat, vixque regiæ domus limen attigit, quum motus insoliti in fratrum animis oriuntur. Furor, invidia, odium, discordia, et regnandi cupido, mentes eorum invadunt; 88—137. Convenerat inter Eteoclem et Polynicem, ut alternis annis regnarent, et ut, qui privatus foret, solum exsilio verteret; 138—196. Juppiter Deorum concilium convocat; exponit scelera quibus principes, tam Thebani, quam Argivi, obstringerentur : dicit apud se

* *Thebaidos* singulis libris, si primum librum excipias, præfixa sunt Argumenta in membranis. Argumentum vero, quod initio hujus libri desideramus, olim exstitisse indicio nobis est Lactantius, qui ejus mentionem facit in Commentariis.

statuisse, utrosque meritis pœnis afficere, licet a se originem ducant : bellum, quo id fieret, inter eos concitaturum : ejus causas fore nuptias Polynicis Thebani cum Argia Adrasti Argivorum regis filia; 197—247. Juno Argivos suos defendere frustra nititur : nam Juppiter Stygem obtestatus, se nullius precibus ab hoc proposito deterritum iri, Mercurium ad Plutonem mittit, cum mandatis, ut Laium in superas auras remittat, qui Eteocli nepoti referat, Diis visum, ut ipse regnum retineat, et fratrem id ex conventu repetentem armis repellat. Inde belli semina; 248—311. Polynices, vitæ suæ a fratre timens, clam Thebis aufugit, et per devios tramites, nocte pluviosa et procellosa, ægre tandem Argos pervenit, et urbem ingressus, in vestibulo regio procubuit, somnum capturus; 312—389. Adrastus tunc Argis imperabat. Huic duæ filiæ forma præstantes, quarum de nuptiis quum oraculum consuluisset, responsum retulerat, Leonem et Aprum sibi generos fore. Id responsi patris animum admodum angebat; Amphiaraus enim, etsi vates peritissimus, illud explicare non poterat; 390—400. Tydeus Calydona patriam fugiens ob cædem fratris, eadem nocte pluviosa et procellosa interceptus, Argos et ipse accedit; et cum in vestibulo regio requiescere vellet, a Polynice, qui prior venerat, prohibetur. Primum probra invicem et minas jactant; mox ad manus veniunt; 401—427. Ad strepitum Adrastus excitatur, et facibus accensis egressus, duos adolescentes sanguine respersos videt; 428—446. Sciscitatus, cujus generis essent, et quæ irarum causæ, Tydeus se OEnei Calydonis regis filium, Polynices, splendorem natalium non sibi deesse, respondit : parentum tamen nomina reticet; 447—477. Adrastus, mitigatis eorum animis, in Regiam eos introducit; utrumque oculis perlustrat, et hunc leonis pelle, illum apri exuviis indutum cernens, conjecit eos esse, quos sibi generos fata destinabant; 478—496. Nocti gratias agit, quod ejus ope, sollicitudine, qua dudum urgebatur, liberatus esset. Sacrificia fieri, dapesque afferri, ac filias accersiri jubet. Sacris demum peractis, memor Tydeum prius dixisse, ab OEneo se ortum, ad Polynicem con-

versus, ab eo, quibus parentibus natus esset, postulat; 497—672. Polynices paullum cunctatus, Cadmum generis sui auctorem, Thebas patriam, Jocastam matrem esse dicit; patrem non nominat; 673—680. Cui Adrastus respondet celare frustra illum velle, quæ omnibus nota essent; verum parentum scelera liberis non nocere, modo parentes non imitentur; 681—695. Tandem Adrastus hymnum in honorem Apollinis canit; 696—720.

---

FRATERNAS acies, alternaque regna profanis
Decertata odiis, sontesque evolvere Thebas,

1. *Alternaque*; quidam codd. Barthii: *cognataque regna*, et ita legit Lactantius, et citat media ætate scriptor Chronici Lanrishamensis; *alternaque* Rom. Aldd. Colin. Gryph. Basil. Plant. etc. — Codd. Regii B et C, *alternaque*. A. — *Fraternas acies*. Polynices enim et Eteocles, inter quos bellum hoc Thebanum gestum est, erant fratres, et Œdipi filii; in eoque ambo mutuis vulneribus ociderunt. Fraternæ acies dicuntur ut lib. I, 46 Silv. Equestres habitus. Vide not. de hac locutione tom. I, p. 27. A. — *Alternaque*. Quia pacti erant fratres ut mutuis annis regnarent, et sibi invicem succederent. — *Profanis*. Quia per eos violata sunt jura naturæ: et bene *profanis*, quia nefas erat germanos odia retinere; ergo exsecrabilibus contra naturam sumptis. LACTANT.

2. *Dicertata* codex quidam, quem citat Barthius in Advers. lib. XVI, c. 20. — *Sontisque evolvere*, Rom. et Vet. Lindenbr. *sontesque evolvere* Exc. Cantab. — Regg. B et C, *sontesque evolvere*. A. — *Decertata*, Bernartius, et ceteri interpretes, pro « valde et pertinaciter certata, » acceperunt; præpositio enim *de* in compositione plerumque auget: ut in *deamo*, *depereo*, et similibus. Barthius vero neminem interpretum vim hujus verbi percepisse dicit; sed *decertata* significare, « perdita et amissa concertando; » et ita veterem Glossographum intellexisse; apud quem: « Decertata, certando amissa. Neuter enim tenuit, quod uterque alteri invidit; quia, propter quod illi fratricidium fecerunt, id post eos habuit Creon. » Hunc sensum confirmare potuisset Barthius duobus locis Thebaidos, uno lib. IV, 403: « Ah miseri murum! bellatis sanguine tanto, Et saltus dux alter habet. » Ubi Eteocles et Polynices duobus tauris comparantur, qui secum invicem pugnant, ut avita pascua, et communem montem defendant. Altero vero lib. XII,

Pierius menti calor incidit. Unde jubetis
Ire Deæ? Gentisne canam primordia diræ?
Sidonios raptus, et inexorabile pactum
Legis Agenoreæ? scrutantemque æquora Cadmum?
Longa retro series, trepidum si martis operti

442 : « Nil actum bello. Miseri, sic dum arma movetis, Vicit nempe Creon. » — *Sontes*. Thebæ dicuntur *sontes*, vel propter præsentia bella, quia Thebani contra fidem, ut credibile est, utrique fratri datam, a partibus Eteoclis contra Polynicem regnum ex conventu repetentem steterunt; vel *sontes* propter OEdipum, qui patrem occiderat, et matrem uxorem duxerat; vel τὸ *sontes* non refertur ad Thebanos, sed ad eorum principes Eteoclem et Polynicem. — *Thebas*. Thebæ, urbs olim clarissima Bœotiæ, Liberi Patria et Herculis patria, quam alii ab Ogyge, alii a Cadmo conditam tradunt. Dicta fuit Ἑπτάπυλος, a *septem portis*, quarum nomina referuntur Theb. VIII. Erat alia ejusdem nominis in Ægypto Ἑκατόμπυλος, a *centum portis*, cognominata, et alia in Cilicia, Æetionis regia, patria Andromaches, Hectoreæ uxoris, quam idcirco *Thebaidem* vocat Ovidius. Nomen hodie retinet. Berald.

3. *Pierius calor*, a Musis, quæ Pierides dictæ sunt, immissus. *Calor* quia incendat et conturbet mentem. Claudianus opus de Raptu Proserpinæ exordiens, I, 5 : « Jam furor humanos nostro de pectore sensus Expulit, et totum spirant præcordia Phœbum. » Barth. — *Unde jubetis*. Multa enim sunt principia historiæ Thebanæ, unde possimus inchoare narrationem. Lactant.

4. *Gentis diræ*. Gens hic pro familia regia principum Thebanorum sumitur; et dicitur *dira* propter eorum scelera.

5. *Sidonios raptus*, etc. Intelligit Europam, Agenoris filiam, a Jove in taurum converso raptam. — *Sidonios*; pro Tyrios, ob propinquitatem Tyri et Sidonis, licentia poetis familiari : vel quia Agenor utriusque rex erat. Sidon autem est celeberrimum et antiquissimum emporium ad mare Phœnicium : quod nomen sortitum est ab abundantia piscium : nam *Saïd* piscatio Phœnicibus significatur. Tyro distabat fere ducentis stadiis, ut habet Strabo. Hodie vocatur *Saïd*. Berald. — *Et inexorabile pactum Legis Agenoreæ? scrutantemque æquora Cadmum*. Europa rapta, Agenor jussit Cadmo filio navem conscendere ad perquirendam et recuperandam sororem; eique interminatus est perpetuum exsilium, nisi eam reduceret; unde hic *inexorabile pactum Legis Agenoreæ* dicitur.

7. *Trepidum martis Agricolam*. Cadmum; hic sorore non reperta, cum ex oraculi responso venisset in ea loca in quibus postea Thebas condidit, draconem Marti sacrum, qui comitum suorum aliquos occiderat, interfecit; et avulsis ejus dentibus, Minervæ monitu, ac satis, orti sunt repente homines armati, qui se mutuis vulneribus conciderunt; quinque tamen excepti

Agricolam infandis condentem prælia sulcis
Expediam, penitusque sequar, quo carmine muris
Jusserit Amphion Tyrios accedere montes.
Unde graves iræ cognata in mœnia Baccho,

sunt, et se Cadmo conjunxere. — *Trepidum.* Quis enim non horresceret, si prodeuntes e terra bellatorum copias videret? — *Martis;* belli. Martem sumi pro bello apud Poetas passim obvium. — *Operti.* Id est, latentis in dentibus satis draconis. Vid. Ovid. Metam. III.

8. *Infandis.* Quia pepererunt armatos homines. — *Condentem prælia sulcis.* Imitatus est Papinius Propertium, qui, loquens de Medea, hæc ait lib. III, Eleg. X : « Colchis flagrantes adamantina sub juga tauros Egit, et armigera prælia sevit humo. » Beraldus.

9. *Quo carmine muris Jusserit Amphion Tyrios accedere montes.* Amphion Jovis, vel, ut alii volunt, Mercurii filius fuit; a quo quum lyram accepisset, moti dulcedine cantus lapides sponte se muris Thebarum construendis admoverunt. Locus fabulæ datus, quod Amphion Thebas muris et turribus cinxerit, ac fidibus præclare cecinerit : vel potius, ut ait Solinus, quod « affatus suavitate homines rupium incolas et incultis moribus rudes ad obsequii civilis perduxit disciplinam. » Beraldus.

10. *Jusserit, jusserat,* Rom. *Jusserit,* Aldd. Col. Gryph. Basil. Plaut. et sic Petrens. — Regg. B et C, *jusserit.* A. — *Tyrios* sic omnes MSS. et scio, quo defendas, lib. IX, 406 : « Tyrios melior venit annus in agros : » et lib. XII, 693 : « Tyrios juga perdere montes. » *Tyria* proprie Statio Thebana, et ab urbe potest communicari cum circumjectis, quæ in ditione Thebanorum. Hic tamen malim *Tyriis*, ut ad *muros* referatur. Rectius quippe dices Thebanis muris accedere saxa, quam saxa Thebana accedere muris; etsi eadem saxa alio loco bene possis dicere Thebana. Gronov. — *Montes.* Hyperbolice, pro grandibus saxis.

11. Reg. B, *cognota;* Reg. C, *cognata.* A. — *Unde graves iræ cognata in mœnia Baccho.* — Duplex autem potest esse sensus hujusce versus. Nam aut *graves iræ* possunt esse *Bacchi in cognata* sibi *mœnia*, aut alterius in *mœnia cognata Baccho.* Priori sensu intelligitur de Baccho graviter irato in Pentheum, ob spreta orgia sua : unde discerpi eum fecit a propria matre; et hic *mœnia* pro Pentheo accipit Poeta. — *Cognata.* Quia Bacchus et Pentheus consobrini erant; Agave enim, mater Penthei, matertera erat Bacchi. Posteriori sensu intelligi potest de Junone, quæ non contenta perdidisse Semelen matrem Bacchi, quem ex Jove susceperat (unde gravissimæ iræ), ultionem suam in omne genus Bacchi extendit, præcipue in sorores matris ejus, nempe Inum, Autonoën, et Agaven; et hic *mœnia* sumeret Poeta, pro sororibus Semeles. Vel quia Ino, Autonoë, et Agave, materteræ Bacchi erant. Prior sensus mihi verior videtur. Beraldus.

Quod sævæ Junonis opus, cui sumserit arcum
Infelix Athamas, cur non expaverit ingens
Ionium, socio casura Palæmone mater.
Atque adeo jam nunc gemitus, et prospera Cadmi
Præteriisse sinam : limes mihi carminis esto

12. Codex Behot. *cur sumpserit arcus;* codd. Barthii, Lindenbrogii, et Petrens. cum Aldd. Colin. Gryph. Basil. Plant. etc. *cui sumpserit arcus;* Rom. et Venett. 3, 4, *arcum*, quod receperunt Lindenbr. Cruc. Gevart. Dan. Heins. et Gronov. improbante Barthio. — Reg. B, *cui sumpserit arcus;* Reg. C, cui *sumpserit arcum*. A. — *Quod sævæ Junonis opus.* Hic locus, ad memoriam revocat istum Virgilianum, Æn. I, 4 : « Sævæ memorem Junonis ob iram. » *Sæva* adeo exprimit illius deæ indolem et mores, cui in inimicos quum *sævire* non liceret, fata accusabat exclamans : Æn. I, 39 : « Quippe vetor fatis ; » ut merito illud Junonium appellari possit epithetum. Virg. Æneid. II, 612 : » Hic Juno Scæas sævissima portas Prima tenet. » A.

13. *Cur non expaverit ingens Ionium, socio casura Palæmone mater.* Ino, uxor Athamantis, ut vidit furentem maritum occidisse Learchum alterum ex filiis, metu se cum altero Melicerta e Moluride petra in mare Ionium præcipitem egit. Hi autem, miseratione Nereidum, in numerum Deorum marinorum relati sunt ; Ino Leucothoë, filius vero Palæmon Græcis dictus fuit : Latinis autem Mater Matuta, et Deus Portunus. Unde Virgilius. Æn. V, 241 : » manu magna Portunus euntem Impulit. » LACTANT.

14. *Ionium.* Supple *mare*. Ionium autem mare est ea pars maris Mediterranei, quæ inter Siciliam, Peloponnesum, et Cretam extenditur. Ptolemæus vero in descriptione Macedoniæ, eam quoque portionem Sinus Adriatici, quæ oram Macedoniæ alluit, mari Ionio adscribit. BERALD.

15. *Atque adeo*, Petrens. codex Behot. Rom. et Venett. quod receperunt Lindenbrog. Cruc. Gevart. Dan. Heins. et Gronov. *Atque ideo* Barthii membranæ cum Aldd. Colin. Gryph. Basil. et Plant. — *Atque adeo*, Reg. B; *Atque ideo*, Reg. C. A. — *Gemitus.* Adversa. Quod profugus e patria sedes alias quærere coactus fuerit : quod ejus filiæ in gravissimas calamitates inciderint : quodque ipse tandem regno expulsus confugerit in Illyricum, ubi cum Harmonia uxore in serpentem conversus fuit. *Prospera.* Quod Thebas florentissimam civitatem condiderit ; Harmoniam, filiam Veneris et Martis, uxorem duxerit, et avus Bacchi per Semelen filiam fuerit. BERALD.

16. *Limes.* Principium et finis dicitur limes, inquiunt Lactantius et nonnulli. Ita aliquoties, sed hic falso, mea quidem sententia ; limes derivatur a *limo*, gallice *de travers*, *oblique*, *chemin de traverse*, vocabulum hoc significat poematis hujus argumentum ; via qua deducitur tota Thebais. Vide infra not. 25. A.

Œdipodæ confusa domus : quando Itala nondum
Signa, nec Arctoos ausim sperare triumphos,
Bisque jugo Rhenum, bis adactum legibus Istrum,

17. *OEdipodæ*. OEdipus, Laii et Jocastes filius, ut primum natus est, in monte Cithærone fuit expositus (Laius oraculum acceperat, se a filio, si quis sibi ex Jocasta nasceretur, aliquando occisum iri). OEdipus ibi repertus a Phorbante pastore portatus fuit ad Meropen uxorem Polybi Corinthiorum regis, qui eum pro filio educavit. OEdipus autem grandior factus, comperit se non esse Polybi filium; quapropter consultum ivit oraculum, a quo accepit, se patrem in Phocide inventurum : quo quum venisset, Laium patrem illac iter facientem imprudens interfecit. Victa mox Sphynge, rex a Thebanis salutatus, matrem Jocastam uxorem duxit; ex qua liberos quatuor suscepit. Exorta demum gravi pestilentia, respondit oraculum, huic finem non fore, nisi cædes Laii vindicaretur : facta igitur hujus cædis diligentissima conquisitione, accepit OEdipus se et patrem interfecisse, et matrem in matrimonio habuisse : unde tanto dolore correptus fuit, ut sibi ipsi oculos eruerit, regnoque abdicato, in locum obscurissimum se condiderit. Beraln. — *Confusa domus :* quia idem filius et maritus : eadem mater et uxor : idem filii qui nepotes. Lactant. — *Quando Itala nondum*. Blanditur Domitiano Cæsari, qui contra Dacos, Cattos et Sarmatas, varias expeditiones suscepit, et utcumque sæpius victus quam victor fuisset, duos tamen legitimos triumphos egit, semel lauream deportavit. Adi Suetonium, Xiphilinum et Eutropium, Domitiano. Bernart.

18. *Sperare*. Petrensis : *spectare triumphos;* et sic codex Burmanni a manu pr. *sperare*, Behot. codex Burm. a manu sec. Rom. Venett. 3, 4. Aldd. Colin. Gryph. Basil. Plant. etc. Marklandus, ad Silv. I, 4, 91, legit *spirare triumphos;* et sic etiam conj. Heinsius ad Ovid. Metam. v. 343. Vide Drakenb. ad Sil. XVI, 536. — Regg. B et C, *sperare*. A. — *Arctoos*. Quia hi populi positi sunt septemtrionem versus, qui Græcis Arctos dicitur ab ursa majori et minori, quibus subjacet septemtrio, ἄρκτος enim Græcis *ursam* significat. — *Ausim*. Pro audeho, vel andeam. Sic Virgil. Ecl. III, 32 : « De grege non ausim quidquam deponere tecum. » Et Georg. II, 289 : « Ausim vel tenui vitem committere sulco. » Beraln.

19. *Bisque jugo*. Innuere vult Cattos, Rheni accolas, victos fuisse a Domitiano, ac sub jugum missos. — *Rhenum*. Rhenus notissimus Europæ fluvius, Galliam a Germania dividens. Celebris olim transitu Julii Cæsaris, sed paucis ante annis clarior transitu Ludovici Magni Gallorum regis. — *Bis adactum legibus*. Intelligit Dacos Danubii accolas, a Domitiano bis victos, ac leges Romanas recipere coactos. — *Istrum*. Ister, seu Danubius ortus, ut ait Plin. IV, 12 : « in Germaniæ jugis montis Abnobæ, ex adverso Rauraci Galliæ oppidi, multis ultra Alpes millibus, ac per innumeras gentes lapsus Danubii nomine, im-

Et conjurato dejectos vertice Dacos:
Aut defensa prius vix pubescentibus annis
Bella Jovis. Tuque o Latiæ decus addite famæ,
Quem nova maturi subeuntem exorsa parentis

menso aquarum auctu, et unde primum Illyricum alluit, Ister appellatus, sexaginta amnibus receptis, medio ferme eorum navigabili, in pontum vastis sex, vel, ut alii, septem fluminibus evolvitur.» Hodie vocatur *Donau*. Berald.

20. *Dejectos* nonnulli *disjectos*. — Regg. B et C, *dejectos*. A. — *Et conjurato dejectos vertice Dacos:* Daci nunc Transylvani, Moldavi et Valachi, olim feræ gentes et Romanis infestæ, intra Carpatum montem a septemtrione; Istrum fluvium a meridie: ad usque Istri ostia porrectæ. Daci dicuntur dejecti vertice, quia hæc gens montibus inhærebat, ut observavit Florus lib. IV, 12: «Daci montibus inhærent.» Ob idque Papinius semper hanc gentem per *montem* designat. Equo Maximo Silv. lib. I, carm. 1, v. 80: «Tu tardum in fœdera montem Longo Marte domas.» Vide quæ adnotavi ad hunc versum tom. I, pag. 33. Et Lacrymis Etrusci; Silv. III, 168: «Hæc est, quæ victis parcentia fœdera Cattis, Quæque suum Dacis donat clementia montem.» Verisimile est etiam, eorum regiam in editissimo aliquo ac munitissimo monte sitam fuisse, ut patet ex Dionis Epitome, ubi bellum Trajani cum Dacis describitur, quamque ob eam rationem Papinius etiam, «domum arduam Daci» vocat. Eodem Equo Maximo I, 1, 7, «et attoniti domus ardua Daci.» — *Conjurato*. Hypallage, pro conjuratos Dacos.»

21. Aliqui codd. pro *annis* habent *armis*. Regg. B et C, *annis*. A. — *Defensa* supple, a Domitiano. Ber.

22. *Bella Jovis, teque o Latiæ* contra codd. et edd. omnes scribi jussit Gronovius. *Bella Jovis, tuque o Latia*. Nectuntur minime congruentia. Scribe: *Bella Jovis, teque o Latiæ*. Omnes virtutes tuas, omnem magnitudinem, omnia decora: scilicet, nondum ausum sperare. — Reg. B, *Teque o Latia* præbebat; sed litera *u* super e addita fuit secunda manu; Reg. C. habet *Tuque*. A. — Τὸ *tuque* mihi retinendum videtur. Hic enim incipit Poeta alloqui Domitianum, eumque adulari. Berald. — *Bella Jovis*. Capitolium intelligit: quod cum Flavio Sabino, Quinto Actio Consule, aliisque Vespasiano stantibus contra Vitellianos occupavit Domitianus. Consule Tacit. Hist. III; Suet. Domitiano. — *Decus addite famæ*. Titum Domitianum filium Vespasiani dicit.

23. *Quem nova: incomparabilia* glossator scriptus manu. — *Exorsa*. Inchoata opera Vespasiano, Domitiano absoluta, recte interpretatur ex Victore Barclaius. Acute autem adulatur hic Domitianum, præterito medio, Tito, velut ipsum patri successurum citra controversiam: quum sciret odio *Titum haberi* a Domitiano; sed potius est hæc scripta mortuo jam Vespasiano, ut maturus mox, jam longævum, cæloque receptum designet. Opera autem

Æternum sibi Roma cupit : licet arctior omnes
Limes agat stellas, et te plaga lucida cæli
Pleïadum, Boreæque, et hiulci fulminis expers
Sollicitet; licet ignipedum frenator equorum

sive *exorsa* felix omne novum imperium velut aureum seculum dixit. Barth. — *Maturi*. Maturus et de annis et de animo dicitur, junxitque Ovid. Met. VIII, 617. « Animo maturus et ævo, » et utrumque de Vespasiano dici potest; nam senex erat et prudens. Berald.

24. Codex Bebot. et Dau. cum edd. antiq. *arctior omnis*. — *Illas* habet Reg. B. Sed super *illas* scripsit *omnes* secunda manus. Reg. C, *Omnes*. A. — *Licet arctior*. Quamvis densentur astra, dum spatiosus tibi locus paretur in cælo : licet omnes stellæ se contrahant, ut tibi locum faciant, quem volueris : licet sol velit te magis implere diei curricula quam se, et tibi cedat officium suum : aut tecum Juppiter æqua parte cælum partiri desideret : tamen melius tibi erit terra regnare quam cælo : et sis terræ vel maris dominus, et superis cæleste dones imperium. Lactant. — *Arctior*. Ad te recipiendum scilicet.

25. *Limes agat tellas*, ecce denuo *limes* qui, meo quidem judicio, non est *Principium* et *finis*, vide supra not. 16, et qui idem non significat, ac terminus et fines; sed habet significationem qua utitur Virgilius in his, Æneid. II, 697: « Stella facem ducens multa cum luce cucurrit........ Signantemque vias : tum longo limite sulcus Dat lucem; » id. ibid. IX, 372: « Quum procul hos lævo flectentes limite cernunt. » Et Noster in hoc loco, Theb. II, 59 : « Sopor obvius illi Noctis agebat equos et recto decedit limite cæli. » A. — *Plaga lucida cæli*. An, inquit Beraldus, circulum lacteum intelligit, quem Ovidius vocat iter, quo superi ad Jovem accedunt? Metam. I, 171 : « Est via sublimis, cælo manifesta sereno, Lactea nomen habet, candore notabilis ipso. » — Barthius affert illud Lucan. : « Librati pondera cæli Orbe tene medio : pars ætheris illa sereni Tota vacet, nullæque obstent a Cæsare nubes. » Et sic pergit : Orientalem recte cum Lutatio interpretatur Glossographus priscus. Eidem ambo paria sentiunt etiam sequentibus, *Pleiades* videlicet Occidentem plagam, *Boream* septemtrionalem, *Hiulcum fulmen* Australem sive Meridionalem commonstrare.

26. *Pleiadum*. Pleiades, Latinis Vergiliæ, Poetis Atlantides, Arabibus Attauria, quasi taurinas dixeris, sunt sex, vel potius septem stellæ, quæ in latere Tauri conspiciuntur, dictæ ἀπὸ τοῦ πλέειν. Ceterum earum ortus tempestates maximas facit : unde vult Poeta sedem Domitiani in cælis esse dissitam a Pleiadibus. Berald. — *Hiulci fulminis*, quia fulmen quidquid percusserit hiare facit. — *Expers* vero quia semper fulmine caret. Lactant.

27. *Sollicitet*; tuo scilicet amore. Lactant. — *Licet ignipedum frenator equorum*. — Sol, Apollo,

Ipse tuis alte radiantem crinibus arcum
Imprimat, aut magni cedat tibi Juppiter æqua
Parte poli; maneas hominum contentus habenis,
Undarum terræque potens, et sidera dones.
Tempus erit, cum Pierio tua fortior œstro

Diei dux, Equis ignipedibus lucem importans. Πυρίδρομον vocat pariter Orpheus hymno. Et Homerus igneos equos vaticinatur ascendentem lucere diis atque hominibus. Barth. — Pariter et Ovidius, Met. II, 392, « Ignipedum vires expertus equorum. » A. — *Ignipedum*, id est, notat Beraldus, velocitate pedum *scintillas* excitantium. Quod absurdum. A.

28. *Ipse tuis alte*. Membranæ Barthii : *Ipse tuis late*; Petrens. Dan. Petav. Behot. Rom. Venett. Aldd. Colin. Gryph. Basil. Plant. etc. *alte*. — Præbent Regg. B et C, *alte*. A. — *Radiantem crinibus arcum*. De his sunt diversæ sententiæ quas ad Excursum hujus libri invenies. A.

30. *Maneas hominum contentus habenis*. Pariter Horatius ad Augustum, lib. I, Od. II : « Serus in cælum redeas, diuque Lætus intersis populo Quirini; » ib. « Hic ames dici pater atque princeps. » Calpurnius, ecloga IV : « Dii, precor hunc juvenem, quem vos, nisi fallor, ab ipso Æthere misistis, post longa reducite vitæ Tempora : vel potius mortale resolvite pensum, Et date perpetuo cælestia fila metallo. Sit Deus, et nolit pensare palatia cælo, etc. »

31. *Sidera dones*. Hoc explicant, præ nostro ipsum cælum contemnas. Sed *sidera dones* est Deos facias, numina in sidera mittas, ut loquitur Manilius. Dones Patri Vespasiano, Tito fratri, filioque, sorori, ac uxori. Domitianus enim hos in numerum Deorum retulerat. Vide Sueton. in Domitiano. Similis locus, Equo Max., Silv. I, 1, 105 : « Certus ames terras, et quæ tibi templa dicamus Ipse colas; nec te cæli juvat aula : tuosque Lætus huic dono videas dare thura nepotes. » Et Eucharistico ad A. Germanicum, Silv. IV, II, 59 : « Rata numina miseris astris, Templaque des, habitesque domos ! » Martial. de Statua C. Germanici, lib. IX, epigr. CIV : « Templa Deis, mores populis dedit, otia ferro, Astra suis, cælo sidera, serta Jovi. » Vide Gronov. Observ. lib. III, cap. 23.

32. *Pierio tua fortior*. Laur. Petrens. et nonnullæ membranarum Barthii, cum Rom. Gevart. Amstel. Gronov. et recentt., et sic legebat Lactantius; *laurigero* Dan. Petav. Put. unus Behot. Lipsian. Buslid. Laug. Taurin. unus Burmanni, aliique nonnulli Barth. cum Venett. 3, 4; Aldd. Colin. Gryph. Basil. Plant. Lindenbrog. et Cruc. Coof. Achill. I, 509. — Super *Pierio* Reg. B habet a secunda manu *laurigero*. Reg. C præbet *laurigero*. A. — *Pierio œstro*. Œstrum, seu œstrus, tabanus, gallice *taon*, veteribus Italis dictus *asilus*, græcis Οἶστρος, est musca aculeata, boves agitans, quam sic depingit Virgilius, Georg. III, 146 : « Est lucos Silari circa,

Facta canam: nunc tendo chelyn. Satis arma referre
Aonia, et geminis sceptrum exitiale tyrannis,
Nec furiis post fata modum, flammasque rebelles

ilicibusque virentem Plurimus Alburnum volitans, cui nomen Asilo Romanum est, Œstron Graii vertere vocantes; etc.» Hic metaphorice usurpatur, pro stimulo quasi furibundo, seu furore poetico, quo poetæ agitantur. A. — *OEstro*. Alii dicunt fontem hoc nomine esse apud Siculos, ubi Musæ coluntur. Lactant.—*Pierio*. A Musis immisso, poetico. Quidam codices habent *laurigero*, seu Apollineo, quia poetæ tanquam ministri Apollinis, cui laurus sacra erat, laureas capite ferebant. Berald.

33. *Nunc tendo chelyn*. Memini Virgilii in Æneid. IX, 776: «Numerosque intendere nervis.» Sed hic legendum *tento*, quod est proludo, meditor, experior. Ovidius, Met. V, 339: «Calliope querulas prætentat pollice chordas, Atque hæc percussis subjungit carmina nervis.» Lib. X, 145: «Ut satis impulsas tentavit pollice chordas.» Tacitus, Annal. XIV: «Postremo ipse scenam inscendit, multa cura tentans citharam et præmeditans.» Græcis *πειράζειν*. Apollonius de Orpheo: Ἀνασχόμενος κίθαριν πείραζεν ἀοιδῆς. Scholiastes: πείραζεν ἀντὶ τοῦ ἥρμοττεν. Alibi dicit *experiri*. Achill. I, 186: «Elicit extremo chelyn et solantia curas Fila movet, leviterque expertus pollice chordas Dat puero.» Ubi Schol. in membranis: «moderatus et prætentatus tactu pollicis et impressione.» Gronov. — *Chelyn*, citharam; græce enim chelys testudo dicitur, cujus nervis sonantibus Apollo citharam dicitur invenisse. Nunc hoc dicit: se adhuc Romana bella scribere non posse, nisi tunc quum major pectore Phœbus advenerit. Lact. — Denique supra Papinius dicit, se non ausum canere *Signa Itala* nec *triumphos* Domitiani, sed tempus venturum, quo hoc facere posset: nunc experiri citharam in levioribus argumentis. Sic Achilleid. I, 18: «te (Domitiane) longo, nec dum fidente paratu Molimur, magnusque tibi præludit Achilles.» Berald.

34. *Aonia, et geminis sceptrum exitiale tyrannis*. «Probo optimi exemplaris lectionem: *sceptrum excidiale tyrannis*; quod comminisci non fuit ullius librariorum.» Barth. — *Exitiale* retinent Petrens. Dan. Petav. unus Behot. Lipsian. Buslid. et Lang. cum edd. vett. — Habent Regg. B et C, *exitiale*. A. — *Aonia*, Thebana: nam Bœotia, cujus Thebæ caput, prius vocabatur Aonia, ab Aone Rege filio Neptuni: vel a monte Bœotiæ: nam ipsa est Aonia, quæ et Bœotia, quæ et Thebe. — *Et geminis*. Scilicet Eteoclis et Polynicis. Lactant.

35. *Nec furiis post fata modum, flammasque rebelles Seditione rogi*. Edd. antiq. *Rebellis*. — Regg. B et C, *rebelles*. A. — Tangit hic fabulam, qua dicitur, imposito Polynicis corpore per errorem rogo Eteoclis fratris, discessisse flammas, ac in diversas partes abiisse, odiumque intestinum, quo fratres in se invicem ardebant, revixisse; unde dicit Poeta, ut rem miram,

Seditione rogi, tumulisque carentia regum
Funera, et egestas alternis mortibus urbes.
Cærula quum rubuit Lernæo sanguine Dirce,
Et Thetis arentes assuetum stringere ripas,
Horruit ingenti venientem Ismenon acervo.
Quem prius heroum, Clio, dabis? immodicum iræ

finem non impositum huic furibundo odio, etiam post mortem, quum mors omnia odia solvere dicatur. Hoc argumentum tractatur a Poeta, Thebaid. XII, 420. Vide Pausaniam in Bœoticis, ubi refert hoc prodigium adhuc suo tempore contingere, quum iis sacra fiunt. LACTANT.

36. *Tumulisque carentia regum funera.* Gravissimis enim edictis Creon, qui Eteocli successerat, ut postea videbimus, vetuerat, ne corpora ducum Argivorum in bello Thebano occisorum cremarentur, ac sepulturæ mandarentur: minatus crudelissimas pœnas iis qui hoc pietatis officium illis præstarent. BER. Vid. hujus lib. Excursum.

37. *Et egestas alternis mortibus urbes.* Evacuatas, populis exspoliatas. LACTANT. — Propertius, cui scriptori cum Nostri translationibus non parva affinitas, lib. IV, Eleg. 6, 34; quæ est Epinicium pugnæ Actiacæ, de Apolline: « Astitit Augusti puppim super.... Quali adspexit Pelopeium Agamemnona vultu, Egessitque avidis Dorica castra rogis. » Val. Flacc. lib. V, 299: « Nox Minyis egesta metu. » BARTH.—*Alternis mortibus*, id est, civibus, qui ex utraque parte occiderunt, peremptis. BERALD. — *Urbes.* Argos et Thebas, ceterasque urbes bello Thebano vexatas.

38. *Cærula quum rubuit Lernæo sanguine Dirce.* Dirce fons Bœotiæ prope Thebas: antea Dirce Lyci Thebarum Regis uxor erat, quæ ab Amphione et Zetho, caudæ indomiti equi colligata, et diu raptata, tandem in fontem Deorum commiseratione mutata est: Musis sacer; unde Horat. lib. IV, od. 2; Pindarum poetam Thebanum vocat Dircæum cycnum. A.—*Lernæo.* Id est, Argivo, a Lerna oppido sinus Argolici, referente Pomponio; vel a Lerne palude Argolidis, in qua Hercules Hydram occidit; vel tandem a fluvio ejusdem nominis in eadem regione, per Prasias in sinum Argolicum influente, ut refert Strabo. BERALD.

39. *Thetis.* Hic Thetis pro mari sumitur. Alias est mater Achillis. — *Assuetum.* Supple Ismenon inf. — *Arentes stringere ripas.* Id est, qui solitus est contineri intra parvum alveum, nec effunditur in ripas suas, unde *arentes* et siccæ sunt. BERALD. — Quam ob caussam ab Ovidio, Met. II, 244, dicitur celer. A.

40. *Ismenon acervo.* Himenon Lactantius in Comment. — *Ismenos.* Fluvius Bœotiæ, influens in Euripum Euboicum, juxta Aulida. BERALD.

41. *Quem prius heroum.* Ad invocationem redit Poeta. Interroga-

Tydea? laurigeri subitos an vatis hiatus?
Urget et hostilem propellens cædibus amnem
Turbidus Hippomedon, plorandaque bella protervi
Arcados, atque alio Capaneus horrore canendus.

tive quærit ex Musa quem velit a se primum heroum describi. Figura diaporesis, id est, addubitatio. Ut Horat. Od. I, xii, 13. « Quid prius dicam solitis parentis Laudibus? » Lactant. — *Heroum.* Scilicet eorum qui venerunt ad expeditionem Thebanam. — *Clio.* Clio, una ex Musis, cujus munus erat, canere facta fortium virorum. — *Immodicum iræ Tydea.* Tydeus Œnei, Calydoniæ seu Ætoliæ regis, et Eurybœæ filius, unus ex ducibus Argivis. Et bene dicit immodicum iræ: nimium enim indulsit iræ, quum Menalippi, qui eum letaliter vulneraverat, caput dentibus laceravit, ac cerebrum ejus mandit. Vid. octavum librum Theb. vs. 761.

42. *Laurigeri subitos an vatis hiatus.* Innuit Amphiaraum vatem Argivum, unum e ducibus Argivorum, qui dum dimicaret, subito terræ hiatu absorptus est. — *Laurigeri.* Quia Amphiaraus erat vates, et sacerdos Apollinis, et sic laurum ferebat, ut insigne suæ dignitatis.

43. *Urget et hostilem propellens cædibus amnem.* Codex unus Behot. unus etiam Lindenbrogii: *hostile propellens cædibus agmen.* Lectionem nostram exhibent Petreus. Lips. Buslid. Lang. Rom. Ven. 3, 4. Aldd. Colin. Gryph. etc — Habent Regg. B et C, *hostilem .... amnem.* A. — *Urget.* Compellit me ad scribendum. — *Hostilem amnem* Ismenon. — *Propellens cædibus;* Cadaveribus sive funeratis corporibus, ut eruditissime Glossographus priscus noster loquitur. Barth.

44. *Turbidus Hippomedon, plorandaque bella protervi.* Hippomedon Nesimachi ac Nasicæ filius, unus e septem ducibus Argivorum, qui, dum pugnaret contra Thebanos in Ismeno fluvio, multumque sanguinem hostium fudisset, periit, fluvio crescente. Hoc in libro nono refertur a 393 ad 565. Unde Hippomedon dicitur, « propellere cædibus hostilem amnem. » — *Plorandaque bella protervi.* Supple, urgent me ad scribendum, vel sunt ploranda. — *Arcados.* Id est, Parthenopæi Arcadis, unius e ducibus Argivorum, qui Meleagri, vel Melaniæ, et Atalantes filius. Dicit *ploranda*, id est, miseratione digna, quia Parthenopæus in medio ætatis flore, et primis militiæ rudimentis raptus est. Vide Theb. IX, a 570 ad 907.

45. *Parthenoi, atque alio* legebat Lactantius. *Honore canendus* unus Behot. pro var. lect. — *Atque alio Capaneus horrore canendus.* Capaneus Hippotæ, vel Hipponoi, et Astynomiæ filius, et maritus Evadnes, dum muros Thebanos scanderet, fulmine occisus periit. Dicitur Theb. III, 602, « superum contemtor; » ac ea de causa a Jove fulmine percussus. Non impune numen offenditur, at semper

Impia jam merita scrutatus lumina dextra
Merserat æterna damnatum nocte pudorem
OEdipodes, longaque animam sub morte tenebat.
Illum indulgentem tenebris, imæque recessu
Sedis, inaspectos cælo, radiisque penates.
Servantem, tamen assiduis circumvolat alis

impietas auctoribus male cessit. Vide Statium, Theb. X, et Pausaniam Bœoticis. Fabulæ causam dedit, quod is primus fuisse perhibetur, qui hostium muros scalis admotis voluit conscendere, et in ipsa oppugnatione ictu lapidis fuit oppressus, ut tradit Veget. l. IV. — *Alio horrore.* Id est, majori furore poetico, quam quo facta aliorum ducum sunt celebrata. Et certe Poeta Theb. X, 827, novas vires sibi a Musis subministrari petit, ad describendum furorem, quo Capaneus Diis bellum intulit, quum muros Thebanos conscenderet. Ait enim Poeta : « Hactenus arma, tubæ, ferrumque et vulnera : sed nunc, Cominus astrigeros Capaneus tollendus in axes. Non mihi jam solito vatum de more canendum : Major ab Aoniis sumenda audacia lucis : Mecum omnes audete Deæ. »

46. *Impia jam merita scrutatus lumina. Impia lumina*, id est, oculos ipsius impii. Berald. — *Merita:* quæ parricidæ bene merita supplicia inflixit. Eo.

47. *Merserat æterna damnatum nocte pudorem. Merserat* absconderat pudorem. Lact. — *Æterna damnatum nocte.* Relatum est supra OEdipum, ubi se, et patrem occidisse, et matris conjugium duxisse cognovit, sibi oculos eruisse, et se in profundum ac obscurissimum locum condidisse. Berald.

48. *OEdipodes, longaque animam sub morte tenebat.* Habet Reg. B, *OEdippodes.* A. — Unus Behot. et Taurin. *nocte tenebat;* ed. vet. Lindenbrogii *morte trahebat;* et sic Venett. 3, 4. Ald. Colin. Gryph. Basil. Plant. et Gevart. *morte tenebat* Put. Petav. Dan. Petrens. Heinsiani, et Barth. cum Amstel. Gron. et recent. — Præbet Reg. B, *sub morte tenebat;* Reg. C, *sub nocte trahebat.* A. — *Longaque animam sub morte tenebat.* Cæcitas enim altera mors, qua nihil miserius dici potest. De eadem Noster Theb. IV, 614 et seqq.

49. *Illum indulgentem tenebris, imæque recessu.* Optimæ membranæ Barthii, *imoque recessu;* sed lectionem nostram testantur Petrens. Behot. Dan. Petav. Rom. Venett. 3, 4. Aldd. Colin. Gryph. Basil. Plant. etc. — Regg. B et C, *imæque recessu.* A. — *Illum indulgentem.* Operam dantem, ut Virg. Æn. IX, 165, « Indulgent vino; » ib. II, 776, « juvat indulgere dolori; » ibid. VI, 135, « juvat indulgere labori. » Lact. — *Indulgentem tenebris.* Tenebras enim cæcus habebat, etiamsi non absconderet sese; quærebat autem latitans etiam majores.

50. *Penates.* Penates proprie Dii domestici. Sed plerumque sumuntur pro tota domo.

51. *Assiduis circumvolat alis.* —

Sæva dies animi, scelerumque in pectore Diræ.
Tunc vacuos orbes, crudum ac miserabile vitæ
Supplicium, ostentat cælo, manibusque cruentis
Pulsat inane solum, sævaque ita voce precatur :
« Dî, sontes animas, angustaque Tartara pœnis

Reg. B, *Adsiduis* A. — *Assiduis alis*. Ut quæ illum semper exagitant, nec sinunt quiescere. Ex Horat. Sat. II, 1, vs. 58, « Mors atris eircumvolat alis. » Beraln. — Mortem, quæ alis instructa fingebatur apud veteres, posse *alis circumvolare* intelligimus, sed quomodo dies, scilicet, lux conscientiæ *alis circumvolare* possit, nescimus. A.

52. *Sæva dies animi*. Lux conscientiæ atque furiarum ; uam quamvis cæcus esset, facinora sua conscientia arguente eernebat. Lactant. — *Sæva dies animi*. Vigiliæ, intemperiæ, ob scelera commissa. Quibus exccrandis tameu omuem prudentiam conturbarunt poetæ, quum nulli assensus fuerit OEdipus, insciusque egerit, quæ egit, omnia. Recte vero glossæ vett. *diem* inquietudinem denotare aiunt, ut *noctem* quietem. Barth. — *Diræ*. Quasi Deorum iræ, Acherontis et Noctis filiæ, animorum sibi male consciorum, ut credebant veteres, carnifices. Beraln. — De his vid. Virgil. Æn. XII, 845, seqq. Et vero, inquit Servius, quum Virgilius ait eas esse duas numero, eodemque cum Megæra Furia partu editas, innuit Diras ipsas esse Furias alias duas, Tisiphonen et Alecto. *Diræ* aperte distinguuntur a Furiis in Claudian. de Raptu Proserpinæ, II, 218. En.

53. *Vacuos orbes*. Oculorum effossorum loca. *Orbes* Poetis oculi. Valer. Flacc. lib. III, 178 : « En frigidus orbes Purpureos jam somnus obit. » Arator, lib. II : « Caligantesque tenebræ orbibus incumbunt. »

54. *Supplicium*. Non vitam, sed vitæ supplicium. Sic *cadaver* OEdipum excæcatum vocat auctor Thebaidos. Et Seneca in OEdipo, ipsius verbis, v. 944 : « Suppliciis (natura) eadem meis Novetur. Iterum vivere, atque iterum mori Liceat ; renasci semper : ut toties nova Supplicia pendas.... Mors eligatur longa, etc. » Vita enim jam pœna erat excæcato, amentique memoria infortuniorum. Sic Maximianus, Elegia I : « Solve precor miseram tali de carcere vitam : Mors est jam requies, vivere pœna mihi. » Barth. — *Cruentis*. Sanguine ex erutis et effossis oculis.

55. *Pulsat inane solum*. Bene, inania Tartara, ut Virg. Æn. VI, 269 : « Perque domos Ditis vacuas, et inania regna. » Lactant. — Inane dixit, pro sine anima ; notione magistellis scio inaudita, at non iis, quibus purgatior paullo auris. Ovidius, Am. III, 9, 6 : « Ille tui vates operis, tua fama, Tibullus Ardet in extructo corpus inane rogo. » Nost. hoc eodem libro, vs. 93 : « Discedit inane Vulgus ; » pro, vita functum. De *inani solo*, vid. Excurs.

56. *Dî, sontes animas, angustaque Tartara pœnis*. In hac prece orantis artem et ordinem servat.

Qui regitis; tuque umbrifero Styx livida fundo,
Quam video; multumque mihi consueta vocari
Annue, Tisiphone, perversaque vota secunda:
Si bene quid merui, si me de matre cadentem

Primo meritum suum memorat, quum dicit « si bene quid merui. » Exponit injuriam, « orbum visu regnisque carentem. » Vindictam quærit, « tu saltem debita vindex huc ades. » *Angusta* autem *Tartara* merito: quippe quum scelera sobolis suæ Eteoclis et Polynicis pœnarum numerum vincant. LACTANT. — *Angustaque Tartara*. Tantam ait copiam ingruere sceleratorum ad manes mortalium, ut ipsa loca pœnis non sufficiant. Non confirmat hic locus Horatianam, Carm. I, Od. 4, perperam vulgo placentem, *exilem domum*, quum utiqua ibi *exsilii* scribendum sit, ut primi nos animadvertimus. Sed de eo loco plenius alibi. BARTH. — *Angusta pœnis*. Pœnæ, hic nocentes puniti intelligendi; dicitque tot esse, ut Tartara iis continendis angusta sint: econtra Lucanus, lib. III, 17: « In multas laxantur Tartara pœnas. » Inferi enim suas habebant regiones, suos fluvios, suas sylvas, etc. Sed omnia mersa horrendis tenebris. Vide inferorum descriptionem apud Senecam Hercule furente, Act. III, Sc. 2; apud Platonem in Phœdone; et Macrobium in Somn. Scipionis, lib. I, cap. 10. BERALD.

57. *Styx livida fundo*. *Styx lurida* in quibusdam Codd. — *Umbrifero Styx livida*. Id est, nigra, ut Virg. Æ. VII, 687, *liventis plumbi*. Unde et *lividos* dixere invidos et nigros, ut Horat. Sat. I, 4, 85: « Hic niger est: hunc tu, Romane, « caveto. »

58. *Quam video*. Pæne oxymoron: quid enim cæcus videt? sed tenebras se videre credit. Nihil enim apud superos cernere, hoc est revera Stygam videre. LACTANT. — Nocentes semper in animo præsentia habent loca, in quibus puniri debent, unde quamvis cæcus esset corpore Œdipus, animi tamen oculis dicit, se videre Stygem fluvium inferorum, per quem inferos designat. BERALD.

59. *Perversaque vota*. Id est, mala quæ opto compleri, quia pater filiis imprecabatur: nam ipsi sunt secunda, quæ sunt adversa felicibus. LACTANT.

60. *Si bene quid merui, si me de matre cadentem*. In uno manuscripto codice Barthii, *de ventre cadentem*, *Fovisti in gremio*. Vulg. retinent Petrens. Behot. Laur. Petav. Dan. etc. cum Venett. 3, 4, Rom. Aldd. Colin. et Gryph. — Regg. B et C, *de matre cadentem*. A. — *Si bene quid merui*. Imitatio Virgiliana, Æn. IV, 317: « Si bene quid de te merui, fuit aut tibi quidquam Dulce meum. » A. — *Si me de matre cadentem*, etc. Respicit poeta ad morem veterum, quo infantes, simul ac nati essent, humi deponebantur, ut venerarentur terram omnium parentem, ac profiterentur se ex ea originem trahere. Exempla passim obvia apud auctores et poetas. Noster Epicedio in

Fovisti gremio, et trajectum vulnere plantas
Firmasti; si stagna peti Cyrrhæa bicorni
Interfusa jugo, possem cum degere falso
Contentus Polybo, trifidæque in Phocidos arcto

filium, Silv. V, 5, 69, « meus ille, meus: tellure cadentem Excepi. »

61. *Fovisti gremio*. Et id ex more. Nam ab humo infantem tollebat pater, et in sinum recipiebat. Eodem Epicedio, vs. seq.: « Et vinctum genitali carmine fovi. » Et hic testatur Œdipus, omnia parentum officia sibi præstitisse Tisiphonen, quum veri illius parentes de eo perdendo cogitassent. Berald. — *Trajectum vulnere plantas*. Responderat oraculum Laio, quod a filio suo posset occidi. Unde natum Œdipum jussit projici transfixis cruribus. Lactant. — Œdipus enim, ubi in Cithærone expositus fuit, trajectis loro pedibus ad arborem suspensus est. Unde ratio nominis petita: nam a pedibus vulnere tumentibus Œdipus nominatus fuit. Seneca in Œdipo, 812: « Forata ferro gesseras vestigia, Tumore nactus nomen et vitio pedum. » Berald.

62. *Firmasti: si stagna peti Cyrrhæa bicorni*. Habent omnes editiones *petii*. — Regg. B et C præbent *peti*. A. — *Firmasti*. Sanum reddidisti. Miracula in se a Furiis collocata commemorat, ut gratum se faciat, persuadeatque quæ vult. Barth. — *Si stagna peti Cyrrhæa bicorni*. Œdipus hic vult innuere se petiisse Delphos, aut Cyrrham, oraculo Apollinis celebres, ut consuleret Apollinem de patre. Berald. — *Cyrrhæa*. Ista enim civitas juxta Parnassum montem est, qui in duo juga dividitur, in Heliconem et Cytheronem. Lactant. Adi Sil. Ital. XII, 220; Claudianum, II, 2, in Rufinum; eumdem, XXXVII, 35, Gigantomachia. — *Bicorni*. Id est, bicipiti Parnasso. Ut Persius, Prol. vs. 2: «Nec in bicipiti somniasse Parnasso memini.» Item Lucan. V, 78: « Unoque jugo Parnasse latebas. » Lactant.

63. *Interfusa jugo*. Virgil. Georg. IV, 480: « Novies Styx interfusa; » Horat. Carm. I, 14, 18: « Interfusa nitentes Vites æquora Cycladas. »

64. *Contentus Polybo, trifidæque in Phocidos arcto*. *Phocidos arce*, Bebot. Lipsian. Buslid. Lang. Laur. Dan. et Petav. cum Venett. 3, 4, Aldd. Colin. Gryph. Basil. Plant. Lindenbrog. Cruc. et Gevart. *Phocidos arcto*, codd. Barthii, Gronovii, et Petrens. — Reg. B *in focidos arcto* habebat; sed manus secunda super *to* scripsit *ce*. Reg. C præbet *in focidos arce*. A. — *Contentus Polybo*. Corinthiorum hic rex, maritus Meropes, quæ Œdipum, a Phorba pastore regio inventum et ad se delatum, pro filio educavit. Senex apud Tragicum in Œdipo, vs. 784: « Corinthius te populus in regnum vocat Patrium. Quietem Polybus æternam obtinet. » Et infra, vs. 800, Œdip.: « Connubia matris Delphico admonitu tremo. » Senex: « Timere vana desine, et turpes metus Depone. Merope vera non fuerat parens. » Bernart. — *Trifidæque in Phocidos arcto*. Gro-

Longævum implicui regem, secuique trementis
Ora senis, dum quæro patrem; si Sphingos iniquæ
Callidus ambages te præmonstrante resolvi;
Si dulces furias, et lamentabile matris

novius recte monet legendum esse, *arcto*, non *arce*, ut habent impressi, et via fuit publica, sed angustior. Adi Excursum hujus libri. — Vocabatur et hæc via Σχιστὴ, hoc est, *scissa*, unde ratio τοῦ *trifidæ*. Vide Pausaniam in Phocicis. — *Phocidos*. Phocis Græciæ parva provincia, ad sinum Crissæum sita, oraculo Delphico, ac monte Parnasso notissima. Hujus provinciæ præcipua ac clariora loca refert Noster, Theb. VII. — *Trifidæ*. Melius meo judicio *trifido*, ut referatur ad τὸ *arcto*, supple loco, qui *trifidus* dicitur, quia in hoc arcto jungebantur tres viæ. BERALD.

65. *Longævum implicui regem, secuique trementis*. Bene regem; hoc enim solum parricidii tempore cognovit. LACTANT. — In hanc locutionem, « implicui longævum regem et secui ora trementis senis, » vide Excursum. A.

66. *Ora senis, dum quæro patrem: si Sphingos iniquæ*. Barclaius contra omnes codd. legit: *secuique trementis Ora patris, dum quæro patrem*. — *Senis*. Ejusdem Laii. — *Dum quæro patrem*. Profectus enim fuerat OEdipus Corintho, ut perquireret patrem; consultoque oraculo, accepit se patrem in Phocide inventurum. BERALD. — *Sphingos*. Si Sphingos videor solvisse ambages, O furia, ut bene de te merito parricidæ tuo incestum præmium dares. Dicta Sphinx, quod ita stringeret homines suis quæstionibus, ut se expedire non possent. Sphinx monstrum erat alas et ungues habens in similitudinem harpyiarum, quod insidens scopulo viæ imminenti, insolubilia ænigmata transeuntibus proponebat, quæ quum solvere non possent, ex improviso veniens alis et unguibus ad se in rupem trahebat. Cujus locutionis ambages OEdipodes sua calliditate solvit: quod factum beneficio furiæ imputat. LACTANT. — Vide descriptionem hujus monstri, Theb. II, 605 et seqq. Consule si lubet Apollodorum Biblioth. lib. III; Hyginum in fabulis, cap. 151; et Strabonem, lib. IX. Palæphatus vero dicit Sphingem fuisse mulierem quamdam, quæ occupato cum militibus Sphincio monte, hinc excursiones faciebat in agrum Thebanum, et prætereuntes occidebat: OEdipum vero illam intrepide adortum occidisse. Vide eumdem. BERALD. — *Iniquæ*. Sane *simultatem* iniquam Sphinx proposuit, ut loquitur Hyginus 67. Quæ ea fuerit, docet Palæphatus.

67. *Callidus ambages*. Ambages Sphingos erant problemata, aut ænigmata. A.

68. *Si dulces furias, et lamentabile matris*. *Si dulcis furias*, Behot. — *Dulces furias* dixit, et bene totum, etiam quod ignarus admisit, imputat Furiæ: ut beneficiorum assiduitate suffulta, tamquam suum sibi vindicet parricidam. LACTANT. *Lamentabile matris*. De hoc loco, vide Excursum.

Connubium gavisus ini; noctemque nefandam
Sæpe tuli, natosque tibi, scis ipsa, paravi;
Mox avidus pœnæ digitis cædentibus ultro
Incubui, miseraque oculos in matre reliqui;

69. *Connubium gavisus ini.* In codice Behot. *gavisus ini*; sed commune est *inii*; contrahit enim in unam vocales geminas, ut sæpissime alias. Sic modo supra : « Si stagna petii Cyrrhæa. » — Regg. B et C, *inii*. A. — *Connubium*. Concubitum matris, Jocastæ, aliis Epicastæ vocatæ. — *Gavisus*. Quia hoc matrimonio adipiscebatur regnum Thebanum. — *Noctemque nefandam*. Nox concubitum sonat, ut sæpe penes Plautum : « Cadum vini et tuam noctem. » BERALD.

70. *Sæpe tuli.* Facile enim purgatur, quidquid semel vel casu committitur. LACTANT. — *Sæpe tuli*. *Pertuli* aut *protuli* notat scriptus Glossographus esse intelligendum. Malignam voluntatem suam Furiæ probare nititur, quæ talis fuisse intelligatur, ut inire voluerit matrem etiam cognitam, unde ait *natosque tibi*, etc. Etsi ignara enim sceleris meus, furiis tamen incestis acta fuit, ut ista sonant. BARTH. — *Natosque tibi, scis ipsa, paravi.* Pausanias in Bœoticis tradit Œdipum nullos ex Jocasta seu Epicasta suscepisse liberos, innixus testimonio Homeri, qui Odyss. B. scribit Jocastam, quam vocat Epicasten, nupsisse quidem Œdipo filio, sed statim rem a Diis hominibus patefactam; traditque eodem loco Pausanias, Œdipum, quos habuit liberos, ex Eurygania Hyperphantis filia suscepisse : quod is, qui carmina illa condidit, quæ Œdipodia vocantur, declarat. Onatas etiam Platæensibus tristem demisso vultu, ob filiorum dimicationem, pinxit Euryganiam. Eurygeniam vocat Apollodorus. BERALD.

71. *Mox avidus pœnæ digitis cædentibus (cedentibus) ultro Incubui.* Legit *cædentibus* per *æ*, hoc est, ferientibus, Lactantius. Sed quum *cedentibus*, per *e* simplex, habeant omnes fere codices, videtur sic scripsisse Papinius, et habuisse ante oculos illud Senecæ, ex Thebaide, vs. 176 et seqq. : « Hæret etiam nunc mihi, Ille animus hæret, quum recusantem manum Pressere vultus. Audies verum, Œdipe : Minus eruisti lumina audacter tua, Quam præstitisti : nunc manum cerebro indue; Hac parte mortem perage, qua cœpi mori. » Ubi *præstitisti* significat, tradidisti, præbuisti ad eruendum. BERALD. — Reg. B *cedentibus* habet. A. — *Mox avidus pœnæ digitis cædentibus*, etc. Id est, festinavi cdere de me ipse supplicium, ne ulterius tanta scelera celarem : nam quum cæderent digiti, pœnæ magis quam mortis avidus, pronus incubui. Desiderasse enim mortem hoc fuerat fugisse supplicium. LACTANT. — *Avidus pœnæ*. « In matre reliquisse oculos » dicitur, quia suspensam eam inveniens dirupit restim, seque cadaveri injectum exoculavit. Vide Sophocl. vs. 1200. BARTH.

72. *Miseraque oculos in matre reliqui.* Joannes Peyraredus (cujus

Exaudi, si digna precor, quæque ipsa furenti
Subjiceres : orbum visu regnisque parentem
Non regere, aut dictis mœrentem flectere adorti
Quos genui, quocunque toro : quin ecce superbi,
Pro dolor! et nostro jamdudum funere reges
Insultant tenebris, gemitusque odere paternos.

parvulas notas Michael Marollins abbas Villalupantis edi curavit cum sua versione Gallica Papinii, simul et editione ejusdem Latina) legit in *morte.* Sed, meo judicio, pulchriorem sensum facit illud *matre*, et supplendum est, *agnita*, id est, volui perdere oculos, ubi agnovi infelicem matrem, ne amplius illam viderent, quam antea inceste et cum crimine adspexerant. Quod confirmatur ex Seneca in Theb. Actu I, 91, ubi inducitur OEdipus hæc dicens : « Dextra quid cessas iners Exigere pœnas? quidquid exactum est adhuc Matri dedisti. » Beraldt.

73. *Exaudi, si digna precor, quæque ipsa.* Id est, quæ tu suadere potuisti. Furiarum enim est semper suadere crudelia. Virgil. Æn. VII, 335 et seqq. Lactant.

74. *Subjiceres : orbum visu, regnisque, parentem. Subiceres*, Barthii membranæ. Lang. Laur. Taurin. Venett. 3, 4, Rom. Aldd. Colin. Gryph. et Basil., *regnisque carentem*; Petrens. Behot. Buslid. Lipsian. duo Lindenbrogii; unusque Burmanni, *regnisque parentem*; quod primi reposuerunt Bern. et Gevart. — Reg. B, *regnisque carentem* præbet. A. — *Regnisque carentem.* Recte, ut in ipso limine videtur : at si penitus introspicias, unius literulæ vitio inquinatum locum densam sententiæ noctem facere videbis : cujus tenebras nunquam dispelles, nisi, ut ex libris manuscriptis reposui, legas : *Orbum visu, regnisque parentem*, etc. Liberi mei, inquit, neque dirigere voluerunt, neque solari me patrem privatum visu et regno, quin potius cæcitati et miseriis meis superbi insultant. Bernart.

75. *Adorti.* Maroniana locutio, Æneid. lib. VI, vs. 397 : « Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti. » Æneid. lib. VII, vs. 386 : « Majus adorta nefas. »

76. *Quocumque toro : quin ecce superbi.* Hunc versum Taurin. postponit versui 77, quem Barthius in membranis suis non invenit. Codex Burmanni, *quin arce superbi*; *Proh dolor! et nostro jam dudum sanguine reges.* Cf. Theb. II, 108; Achill. II, 360; et Comment. ad Phædr. I, 2. — *Quocunque toro.* Tamen liberi mei, etiamsi ex incestu. Barth.

77. *Pro dolor! Et nostro jamdudum funere reges.* Vide supra Var. 76. Optimæ et antiquissimæ membranæ non agnoscunt hunc versum. Nec sane admodum commodus : quanti enim illud *jamdudum* autumas? olet acumen de claustro. Barth. — Reg. B, *jamdudum in funere reges.* A. — *Nostro funere.* Sic suam cæcitatem vocat OEdipus, quam Noster, Theb. XI, *mortem imperfectam* appellat. Beraldt.

Hisne etiam funestus ego? et videt ista Deorum
Ignavus genitor? Tu saltem debita vindex
Huc ades, et totos in pœnam ordire nepotes.
Indue quod madidum tabo diadema cruentis
Unguibus arripui, votisque instincta paternis

79. *Hisne etiam funestus ego?* Execrabilis, auctor infortuniorum. Melius se meritum de filiis ait, quam ut hoc modo tractaretur. — *Et videt ista.* Formula usitata in rebus indignis. Similis locus apud Sophoclem in Electra: « Ubi fulmina sunt Jovis? ubi Sol est lucidus? Suntne illi, et hæc aspicere ac ferre possunt? » BERALD.

80. *Ignavus genitor?* Quod non ulciscatur impietatem fulmine jacto. BARTH. — *Debita vindex.* Dicata puniendis maleficiis. Virg. Æn. XI, 759: « Tum fatis debitus Aruns Velocem jaculo et multo prior arte Camillam Circuit. » Valerius Flaccus, lib. V, 278: « Debitus Æœtis dux Thessalus appulit oris. » Lucanus, lib. VIII, 415: « Ceu pridem debita fatis Assyriis, trahitur cladis captiva vetustæ. »

81. *Huc ades.* Ex formula precantium, Deos orantium, ut adessent. Ovidius, Am. III, El. 2, 45: « Huc ades, atque meus fac Dea vincat amor. » — *Totos nepotes.* Bene *totos* seu omnes; nam posteri Œdipi omnes pæne male perierunt, ut notant auctores: tam efficacia fuerunt OEdipi vota! Polynices enim et Eteocles mutuis vulneribus se conciderunt; Laodamas, qui successerat patri Eteocli, regno pulsus: Thersander filius Polynicis occisus fuit in bello: Tisamenus ejus filius dirarum Œdipi expers fuit, at eas non effugit Autesion filius, qui ad Dorienses ex oraculo migrare coactus est e patria. Vide Pausaniam in Bœoticis. BER. — *Et totos in pœnam.* Hoc est, prosequere genus meum omne usque ad nepotes. Notandum sane quod totos pro omnibus dixit: quum numerum significare volumus *omnes* dicimus; quum corpus *totum*. Usurpative tamen poeta posuit pro omnibus. Ut Virgil. Æn. I, 135: « Hos tota armenta sequuntur. » Et econtra pro totô omne. Ut Æn. II, 750: « Omnemque reverti Per Trojam: » atque Æn. III, 3: « Omnis humo fumat Neptunia Troja. » LACTANT.

82. *Indue.* Lactantius interpretatur: Indue liberis meis diadema, id est, filios meos insigni regio evinci, quod ego Laio abripui, cruore ejusdem pollutum.— *Tabo.* Vel, quum sibi ipsi oculos eruit Œdipus: vel ad mentem Lactantii, quum diadema Laio abripuit, ejusdem cruore pollutum. BERALD.

83. *Unguibus arrupi* unus codex Barthii, quod ille probat; *abrupi* omnes codd. Bernartii, unus Burmanni, cum Venett. et edd. vett. Lindenbrogii; *arripui*, Behot. codex Burmanni a manu sec. Ald. Colyn. Gryph. Basil. Plant., etc.; *instincta parentis*, margo ed. Barth. ex membranis præstantissimis. — Solum nostrum, inquit Barthius, ex scriptis codicibus veritatem tuetur. *Unguibus abrupi*, sive *arrupi*, ut inibi scriptum est. Precatur au-

I media in fratres, generis consortia ferro
Dissiliant : da Tartarêi regina barathri
Quod cupiam vidisse nefas : nec tarda sequetur
Mens juvenum, modo digna veni, mea pignora nosces. »
Talia jactanti crudelis Diva severos

tem hor filiis contingere nepotum manibus, quod ipse parenti suo fecerit, scilicet quum cum occidit, et sanguinolentum diadema semimortuo abstraxit. Ipse apud Senecam, Theb. act. I, 39 : « Quid tenes? Genitor vocat. Sequor, sequor. Jam parce. Sanguineum gerens Insigne regni Laius rapti furit. « Barth. — Reg. B fert *abripui*. A. — *Instincta*. Præstructa, furiata, inflata. Lucanus, lib. V, 150 : « Instinctam sacro mentem testata furore. « — *Instinctum fallaciæ* apud Tertullianum, lib. V, in Marcionem, cap. 16. Ex verbis Paulli apostoli Papinius, infra lib. V, 104 : « Rem summam instinctu superum sancire paro. «

84. *I media in fratres*. Signum est discordiæ : ut Virgil. Æn. lib. I, vs. 348 : « Quos inter medius venit furor. »

85. *Dissiliant*. Lipsian. habet *Dissiciant;* quod ex Plauto probat Bernartius. *Dissentiant* in multis codd. teste Lactantio in Comment. *Dissiliant* Petrens. Buslid. Behot. alii, cum Venett. 3, 4, Aldd. Colin. Gryph. Basil. Plant. et recent. inter quos B. Ep. — *Dissiliant*. Multi licet aliter legunt, tamen hic est sensus : Aut ipsi filii germanitatem suam ferro dissipent, aut ipsa generis societas ferro dissipetur. — *Tartarei regina*. Tartarus est profunditas inferorum. Barathrum vero squaloris altitudo : dicit autem hoc; fac ut tantum scelus filii audeant, quod optet etiam pater cæcus videre. Lactant.

86. *Quod cupiam vidisse nefas : nec tarda sequetur*. Scriptus liber : *ne tarda sequatur*, minime deterius, si penitus introspicias : nihil tamen mutandum. Bart. — *Quod cupiam vidisse*. « Cujus solius videndi ergo oculos mihi redditos velim. « Glossator priscus, quo nemo commentator mentem poetæ melius tangat. Barth.

87. *Modo digna veni*. Tantæ malitiæ juvenibus. Modo in te mora aut defectus non sit. Nos intellexit qui aliter distinxit, Barclaius. — *Mea pignora nosces*. Quos ad facinora scelerum tam pronos invenies, ut meos filios esse non dubites. Lactant.

88. *Talia jactanti*. *Talia dicenti* ex suis codd. reposuit Lindenbrogius, eumque secutus est Cruceus; Petrens. vero cæterique codd. omnes cum Aldd. Colin. Gryph. Basil. Plant. etc. *jactanti*. — Reg. B, *Talia dicenti*. A. — *Talia jactanti crudelis Diva*. Jactanti Œdipo. — *Diva*. Tisiphone. — *Severos*. *Severi* vocabulum numinibus locisque infernis tributum a poetis. Noster Theb. IV, 477 : « Et inane severæ Persephones. « Ibidem, 526 : « Stygiæque severos Junonis thalamos. « Virgil. Georg. lib. III, vers. 37 : « Amnemque severum Cocyti metuet. »

Advertit vultus: inamœnum forte sedebat
Cocyton juxta, resolutaque vertice crines,
Lambere sulfureas permiserat anguibus undas.
Ilicet igne Jovis, lapsisque citatior astris
Tristibus exsiluit ripis. Discedit inane
Vulgus, et occursus dominæ pavet. Illa per umbras

89. *Advertit vultus.* Bene *vultus*, non *faciem* dixit: vultus enim mutatur ex animi qualitate, facies semper simplex. LACTANT. — *Inamœnum.* A quibusdam Tapinosis creditur, qui putant poetam squalidissimum debuisse dicere. Inamœnum ergo dixit, sine ulla amœnitate, et una est orationis pars. Ut Virgil. Æn. VI, 438: « Tristique palus inamabilis unda. » LACTANT. — Quum superi orbis flumina nulla re magis quam amœnitate commendentur, omnia contraria dixit inamœnum perhibens. BARTH.

90. *Cocyton juxta, resolutaque vertice crines.* Cocytos, seu Cocytus unus ex fluviis inferorum. — *Resolutaque vertice crines.* Ut Virgilius, Æn. IV, 509: « Crines effusa sacerdos; » pro crines habens effusos. LACTANT. — *Resolutaque vertice.* « Ad fomentum veneni, » glossator manuscriptus. Optime; crines enim Furiarum maxime erant serpentes, ut apud poetarum filios omnes. BARTH.

91. *Lambere sulfureas permiserat anguibus undas.* Sulfureas, id est, ardentes: nunquam sulfur defluit nisi de loco flagranti. Sulphur enim terræ bullientis spuma est. BERALD.

92. *Igne Jovis.* Fulmine, quod Jovi attribuitur. — *Lapsisque citatior astris.* Astra non cadunt. Sed quod stellæ videantur e cælo quasi cadere, ἀπόῤῥοιαι sunt ignis ætherei, quæ fiunt, quum vehementior ventus altius conscenderit, et trahere exinde aliquas particulas ceperit, quæ simulant casum stellarum. Servius, ad illum Virg. locum Georg. I, 365: « Sæpe etiam stellas vento impendente videbis Præcipites cælo labi: noctisque per umbras Flammarum longos a tergo albescere tractus. » BERALD.

93. *Tristibus exsiluit ripis.* Codex Barthii, *exsiliit rippis;* edd. vett. omnes *exiliit ripis;* Behot. Petrens. Amstel. Gronov. Barth. etc. *exiluit.* — Reg. B præbet *exiluit.* A. — *Tristibus.* Bene ad nefas tristibus locis exsiluit: quia habent inferi etiam loca amœna. LACTANT. — *Discedit inane.* Discedunt umbræ quæ solidis corporibus carent. LACTANT.

94. *Vulgus, et occursus dominæ pavet. Vulgus et occursu,* Aldd. Colin. Gryph. Basil. Plant. et Gevart.; *occursus* omnes codd. Barthii, Gronovii, Lindenbrogii, Petrens. et Behot. quod reposuit Lindenbrog. eumque secuti sunt Dan. Heins. Gronov. Barth. et recentt. — Reg. B, *occursus.* A. — *Vulgus.* Copia et populus umbrarum. Claudianus, de Raptu Proserp. lib. I, 20: « Di, quibus innumerum vacui famulantur Averni Vulgus iners. » Nullum enim ibi discrimen, ut mille locis poetæ clamant. BARTH. — *Dominæ*

Et caligantes animarum examine campos,
Tænariæ limen petit irremeabile portæ.
Sensit adesse dies : piceo nox obvia nimbo
Lucentes turbavit equos. Procul arduus Atlas
Horruit, et dubia cælum cervice remisit.
Arripit extemplo Maleæ de valle resurgens
Notum iter ad Thebas : neque enim velocior ullas
Itque reditque vias, cognataque Tartara mavult.
Centum illi stantes umbrabant ora cerastæ,

Tisiphoues quam supra, vs. 85, vocat « Tartarei reginam Barathri. »

95. *Et caligantes.* Obscuros campos illa petit, in quibus est turba animarum. LACTANT.

96. *Tænariæ. Tenareæ*, Behot. — Reg. B, *Tenariæ*. A.

97. *Sensit adesse dies.* Id est, Furiæ aspectu turbatus est. LACTANT. — *Piceo nimbo.* Valerius Flaccus, lib. II, 115 : « Quum Dea se piceo per sudum turbida nimbo Præcipitat. »

98. *Lucentes equos.* Solis scilicet, quos ignipedes supra, vs. 27, dixit. — *Procul arduus Atlas.* Longe est enim nimis a Thessalia occasus, in quo Atlas est positus.

99. *Et dubia cælum.* Ad timorem retulit Furiæ venientis, quam dubiam metus fecerat, et deest *prope*. Ut Virgil. Æn. VIII, 657 : « Galli per dumos aderant; » nam prope tenuerant. LACTANT.

100. *Maleæ.* Malea, promontorium Laconiæ, per quinquaginta millia passuum in mare procurrens, adversisque ventorum flatibus, ac undis concurrentibus, ut habet Virgilius, navigationem reddens periculosam. Vide Excursum.

101. *Notum iter.* Ut quod sæpe frequentabat. BERALD. — Virgil. Eclog. I, vers. 52 : « Hic inter flumina nota. » — *Neque enim velocior ullas.* Quia apud Thebas locum exercendis sceleribus inveniebat. Et tangit poeta tam veteres Agaves et Baccharum historias, quam recentes Œdipi et Jocastæ. BERALD.

102. *Itque reditque vias, cognataque Tartara mavult.* Optime Barclaius, *cognatave;* et ita membranæ optimæ nostræ, necnon inferioris notæ aliæ. BARTH. *Cognatave* habent etiam Petrens. et Exc. Cantab. probante Handio ad Sil. 1, 2, 160. — *Cognataque*, Reg. B; *cognatave*, Reg. C habet. A. — *Cognataque.* Furiæ enim Acherontis Noctisque filiæ dicebantur, unde *cognata Tartara*. Legit autem Barclaius *cognatave* pro *cognataque*, ut sensus sit : Furia magna celeritate Thebas proficiscitur, neque enim locus est, ad quem sæpius tendat, immo nec præfert illi cognata sibi Tartara : æque versari Thebis gaudet ac in inferis. BERALD. — *Mavult.* Neque magis vult habitare Tartara, quam Thebas, postquam illic probavit parricidium et incestum libenter admissum. LACTANT.

103. *Centum illi stantes. Centum*

Turba minor diri capitis : sedet intus abactis
Ferrea lux oculis. Qualis per nubila Phœbes
Atracia rubet arte labor : suffusa veneno

*illi astantes*, Aldd. Colin. Gryph. et Basil. *Centum illi stantes*, Behot. Lipsian. Buslid. Lang. Laur. Petrens. et Exc. Cautab. cum Plant. Gevart. Liodenbrog. Cruc. et recent. — Regg. B et C, *illi stantes*. A. — *Centum illi astantes*. Subdititia hæc; quid enim τὸ *astantes*? cassa palearum si examines, legendum vero ut in calamo exaratis : *centum illi stantes*. Tisiphonæ serpentinum capillitium tribui a poetis tam notum, ut ridiculum foret exempla adferre : decore itaque Noster vult serpentes hos, non languidos, sed stantes, et erectos, cinxisse commotæ Tisiphones caput, præcipue *Cerastes* genus serpentis, e cujus corpore, Plinio auctore, cornicula eminent sæpe quadrigemina, et quod, Pausania teste, quo ferme modo gradiuntur cancri, in obliquum repit. Bernart.

104. *Turba minor diri capitis*. A parte posteriore capitis, quia præcedebant majores in priore. Barth. — *Intus abactis*. Oculis retrusis in caput, quæ species horrendam formam ingerit. Acute in Hunnis describit Sidonius, Panegyrico Anthemiano : « Consurgit in arctum Massa rotunda caput : geminis sub fronte cavernis Visus adest oculis absentibus : acta cerebri In cameram, vix ad refugos lux pervenit orbes. » Barth.

105. *Ferrea lux oculis*. Torva, minime flexibilis. Sæpe sic vates Græci, *ferrea vox*; Georgico II, 44, *ferrea jura*; ibidem, vs. 501 : « Nec ferrea jura, Insanumque forum, aut populi tabularia vidit. » Sic ferreus Atlas, nescius flecti, Valerio Flacco, lib. V, vs. 411 : « Stat ferreus Atlas Oceano, genibusque tumens infringitur unda. » *Ferreum os*, erubescere impos, Catullo, carm. XLIII. Barth.

106. *Atracia rubet arte labor*. — *Athracia*, Lactantius; *Attracia*, Reg. B. *Atracia rubet arte labor* habebat Reg. C : nunc *color* super *labor* secunda manu præbet. A. — *Atracia*. Athracies qui fuit Thessaliæ, pater Hippocatiæ, quam Perithous duxit uxorem, qui primus artem magicam apud Thraciam constituit : ergo *Athracie* est magica scientia. — *Rubet arte labor*. Hoc est, qualis color est lunæ deficientis arte magica. Lactant. — *Atracia arte*. Thessalica, quam regionem Magiæ studiorum ergo celebrant infiniti auctores. Mendosus hoc loci Lactantius : « Atracies qui fuit Thessaliæ, pater Hippocatiæ. » Lege : « Atrax princeps fuit Thessaliæ, pater Hippocrateæ. » *Hippocrateæ* nomen apud Apollodorum, lib. II. Atrax rex sui nominis urbem constituit penes Thessaliam, unde ea tota *Atracia* dicta. Vide Strabonem, lib. IX. Sic *Atracium venenum*, in pari lunæ labore, Valerio Flacco, lib. VI, 447 : « Quamvis Atracio lunam spumare veneno Sciret, et Hæmoniis agitari cantibus umbras. » *Atraciæ oræ* pro remotis apud Propertium, lib. I, Eleg. VIII; item Catullum in Smyr-

Tenditur, ac sanie gliscit cutis : igneus atro
Ore vapor ; quo longa sitis, morbique, famesque,
Et populis mors una venit. Riget horrida tergo
Palla, et cærulei redeunt in pectore nodi.
Atropos hos, atque ipsa novat Proserpina cultus.

nam Cinnæ, Epig. XCV. Utroque ad magicas præstigias alludente. Barth. — *De labore Lunæ*, vide Excursum huj. lib.

107. *Sanie gliscit cutis.* Nocentum sanguine pasci Furias poetarum figmentum est, sæpius Papinio celebratum. Barth.

108. *Quo longa sitis, morbique, famesque.* Longa, quia intolerabilis : unde sitientibus, si eam vel minimo momento sedare non possint, longa videtur. Berald. — *Morbique, famesque.* Quasi in pestilentia nulla sit mortis discretio. Ut Virg. Georg. III, 471 et seqq. Trium vero Furiarum tres Noster memorat potestates, sitis, morbi, famisque. Lactant.

109. *Et populis mors una venit.* In quibusdam, *mors atra venit.* — Regg. B et C habent *mors una venit.* A. — *Populis mors una venit.* Ut Maro, Æn. lib. XII, vs. 851 et seq. — *Riget.* Est dura. — *Horrida.* Sordida, ut Virg. Æn. VI, 555 : « Palla succincta cruenta. » Lact.

110. *Palla, et cærulei redeunt in pectore nodi. Pallaque cæruleique redeunt in pectora nodi*, vetustissimæ membranæ Barthii ; unde ille : *Pallaque cæruleique sedent in pectore nodi* ; edd. vett. *Palla et cærulei redeunt in pectore nodi* ; Petrens. et Exc. Cantab. *Palla, et cærulei redeunt in pectora nodi.* Behot. et codd. Lindenbrogii habent etiam *pectora*, quod ille reposuit. — Regg. B et C *Palla et cærulei redeunt in pectora nodi* præbent. A. — *Cærulei nodi.* Sunt cærulei angues in nodum implicati. Sic Heliodorus Charicles vestem describens Æthiop. III : « Duorum enim draconum caudas ad partem dorsi inter scapulas connectebat : porro colla sub mammillas permutatim producens, et in nodum tortuosum implicans : capita vero elabi e nodo sinens, tamquam appendicem nodi ab utroque latere suspenderat. » Berald.

111. *Atropos hos, atque ipsa novat Proserpina cultus. Atropos.* Ut ostenderet justitiam Furiarum ministerio, et Fatorum decreto compleri, et Proserpinæ voluntate. — *Novat.* Novos retexendo facit. Lactant. — *Cultus.* « Alia voce uti poterat, ait Barthius : Hæc enim inepta rei et personæ. » Quæ quidem est intempestiva et injustissima reprehensio. Verbum *cultus* quid valeat non noscere videtur Barthius. *Cultus* in auro et argento et gemmis et vestibus deputatur ; *ornatus* est capillorum et cutis. Tertull. *Munditia* et *ornatus* et *cultus*, hæc fœminarum insignia sunt, his gaudent et gloriantur : hunc mundum muliebrem appellarunt majores nostri. Liv. Quæ quum ita sint, cur palla horrida et cærulei nodi *cultus* et vere *cultus* Tisiphones, dici non potuerint ? A.

Tum geminas quatit illa manus : hæc igne rogali
Fulgurat, hæc vivo manus aera verberat hydro.
Ut stetit, abrupta qua plurimus arce Cithæron
Occurrit cælo, fera sibila crine virenti
Congeminat, signum terris, unde omnis Achæi

112. *Tum geminas quatit illa manus.* « Melius membranæ, *Tunc geminas;* inest enim τῷ *Tunc* inobservata hactenus emphasis. » Barth. Deinde, *quatit illa manus,* Petrens. in margine, Lipsian. Buslid. Lang. Laur. Venett. 3, 4, Rom. Aldd. Colin. Gryph. Basil. Plant. Gevart. Lindenbrog. et Crue.; *quatit ira manus,* unus Behot. unus Burmanni, Taurin. Exc. Cantab. alii. Vide Heins. in Advers. lib. I, cap. 5, p. 53; *quatit igne manus,* Petrens. a manu pr.; *quatit ira minas,* Exc. Cantab. et, pro varia lectione, *illa minas.* Heinsius Advers. l. l. legit: *quatit ira minax;* Jortinus: *quatit illa minans* vel *minax.* — *Geminas manus.* Ut fratres utraque manu armaret. — *Illa.* Tisiphone. Gronovius ad hunc locum hæc ait: Primo meliores MSS. *ira.* Theb. VII: « Tenet in capulis, hastisque paratas Ira manus. » Lib. X: « Distulit ira preces. » Propertius, III, 22: « Nam quantum ferro, tantum pietate potentes Stamus: victrices temperat ira manus. » Repetitio τοῦ *manus* non est Statii. Scripti fere *minans* vel *minax.* Lege: *Tum geminas quatit ira minans.* Non concoxerunt τὸ *geminas* sine substantivo poni. — *Tunc geminas quatit ira manus* Regg. B et C habent. A.

113. *Hæc vivo manus aera verberat hydro.* Barthius, cui geminatio τοῦ *manus* displicet, legendum putavit: *hæc vivo vacuum aera verberat hydro:* in optimo manuscripto ejusdem Barthii desunt verba: *hæc igne rogali Fulgurat, hæc vivo manus.* — *Hæc vivo manus aera verberat hydro.* Ut Virg. Æn. VI, 570: « Continuo sontes ultrix accincta flagello Tisiphone quatit insultans: torvosque sinistra Intentans angues. » Lactant.

114. *Abrupta qua plurimus arce Cithæron. Plurimus.* Longus; ut Virgil. Georg. III, 52, *plurima cervix.* — *Arce.* Altudine, sive cacumine. Lactant. — *Abrupta arce.* Arx hic non pro munito loco sumitur, sed pro cacumine, et loco edito aliquando accipiebatur, ut patet ex Festo, apud quem hæc leguntur: « Auguraculum appellabant antiqui, quam nos arcem dicimus: quod ibi augures publice auspicarentur. » Augures enim celsiora loca ascendebant ad capienda auguria. — *Cithæron.* Mons Baccho sacer; ut Maro, *Æn.* IV, 303: « Ubi audito stimulant trieterica Baccho Orgia, nocturnusque vocat clamore Cithæron. » Lactant.

115. *Fera sibila crine virenti.* Virgilius, *Æn.* VII, 447: « Tot Erinnys sibilat hydris. » — *Crine virenti.* Id est, anguibus virentibus, quibus tamquam capillitio caput cinctum habebat. — *Virenti.* Quia multi angues virides sunt.

116. *Congeminat.* Unus MS. Lin-

Ora maris late, Pelopeiaque regna resultant.
Audiit et medius cæli Parnassus, et asper
Eurotas, dubiamque jugo fragor impulit OEten
In latus, et geminis vix fluctibus obstitit Isthmos.

denbrogii, *congeminant.—Signum terris.* Portentum, ostentum, unde scirent terræ Furiarum Maximam Erebo ascendisse. Vid. de bellica Martis hasta Claudianus, in Eutropium, lib. II, 171 et seqq. Barth. — *Unde omnis Achæi.* Sicut Virgil. Æn. VII, 514 seq.: « Tartaream intendit vocem: qua protinus omne Contremuit nemus, et sylvæ intonere profundæ. » Lactant. — *Achæi maris.*. Achæum mare vocat, quod alluit Achaiam Peloponnesi provinciam. Berald.

117. *Pelopeiaque regna resultant. Pelopeaque*, Dan. — *Pelopeaque* habet Reg. B. — *Pelopeia regna* Reg. C. præbet. A. — *Pelopeiaque regna.* Peloponnesum dicit et Argos; unde Virg. Æn. II, 193: « Ultro Asiam magno Pelopeia ad mœnia bello Venturam. »

118. *Audiit et medius cæli Parnassus.* Notissimus mons Phocidis, Musis et Apollini sacer: habet duplicem verticem, unum Herodoto Tithorea vocatum, alterum Hyampæum. — *Medius cæli.* Lactantius: Bene *medius*: quia umbilicus terræ Parnassus dicitur. Claudian. XVI, in Fl. Mallii Theodori consulatum, vs. 11 et seqq.: « Juppiter, ut perhibent, spatium quum discere vellet Naturæ, regni nescius ipse sui, Armigeros utrinque duos æqualibus alis Misit ab Eois Occiduisque plagis. Parnassus geminos fertur junxisse volatus. » Vel quod diluvii tempore aquæ ad ejus vertices non perveuerunt, ut canit Lucan. vs. 75 et seq.: « Hoc solum, fluctu terras mergente, cacumen Eminuit, pontoque fuit discrimen et astris. » — *Medius.* « Inter tellurem et cælum mons medius. Altitudinem innuit montis, non situm. » Glossographus, sed male: uam oriente tantum, quantum occidente distantem facit Papinius. Lucanus, V, 71 et seq.: « Hesperio tantum, quantum semotus Eoo Cardine, Parnasus gemino petit Ætherea colle. » — *Et asper Eurotas.* Asper quod bello acres procreet viros: vel propter *μαστίγωσιν*, quibus virtuti est in sacris cædi verberibus, sine corporis motu. Eurotas autem fluvius est Lacouiæ. Lactant.

119. *Dubiamque jugo fragor impulit OEten.* Codices Burmanni: *dubiumque jugo fragor inpulit OEten;* quem vide Ovid. Met. IX, 165. — *OEten.* OEte mons in finibus Thessaliæ et Doridis, rogo Herculis nobilis. — *Dubiam jugo.* Quia quum sit inter Dorida et Thessaliam, cujus sit, incertum est. Plinius Doridi tribuit, alii Thessaliæ.—Mihi secus videtur, *dubiam jugo*, id est, nutantem. In hoc sensu vox *dubia*, supra, vs. 99, nuncupatur. A.

120. *Et geminis vix fluctibus obstitit.* Id est, Cenchrei, Siletei, inter quos angusto tractu in mare terra porrigitur, quam Isthmon poeta significat: hujus contrarius Porthmos, quod Latine fretum dicitur, inter vicinas terras angustum

Ipsa suum genitrix, curvo delphine vagantem
Arripuit frenis, gremioque Palæmona pressit.
Atque ea Cadmeo præceps ubi limine primum
Constitit, assuetaque infecit nube penates,
Protinus attoniti fratrum sub pectore motus,

mare. Virgil. Æn. III, 127: « Et crebris legimus freta consita terris. » Lactant. — *Isthmos*. Dicitur terra angusta in mari, ut Lucanus, I, 101: « Et geminum gracilis mare separat Isthmos. » Hic vero per antonomasiam sumitur pro angustis illis faucibus, quibus Peloponnesus contingit reliquam Græciam, vocaturque Corinthiacus a Corintho urbe nobilissima, quæ in eo sita est. Hunc perfodere multi principes tentaverunt, ut Demetrius rex, dictator Cæsar, Caligula, Nero, infausto, ut omnium exitu patuit, incepto. Quod quum nunquam perficere potuerint, placuit tandem murum, cui Hexamilio nomen, ab uno mari ad alterum ducere, quo Peloponnesus a continente secluderetur. Sed quum Amurathes Turcarum imperator illum dejecisset, Veneti eumdem anno 1453 spatio quindecim dierum restituerunt: quem secundo Turcæ postea solo æquarunt. Berald.

121. *Ipsa suum genitrix*. Leucothoën dicit: et bene ipsam eligit hoc loco ponere, quia jam malum didicerat furiarum, et iracunde dictum *pressit;* et a Thebanis numinibus non recessit, quæ veluti præscia magis metuunt patriæ quam furiarum sonitus perhorrescunt. Et mire dicendo *pressit* affectionem maternam explicuit. Virg. Æneid. VII, 518: « Et trepidæ matres pressere ad pectora natos. » Lact. — *Delphine*. Et hoc ex historia. Tradit enim Pausanias in Corinthiacis; corpus Melicertæ, seu Palæmonis, a delphino in huncce locum relatum, Sisyphumque regem Corinthi illud inventum honorifice sepelivisse, Ludosque, a loco Isthmicos vocatos, in honorem Palæmonis instituisse. Quinetiam solent Poetæ dare Diis marinis delphinos, quibus vehantur. Berald.

122. *Palæmona*. Palæmon, idem qui Melicerta, filius Inus, seu Leucothoës.

123. *Cadmeo limine primum*. Petrens. Exc. Cantab. unus Barthii, unus Burmanni, Buslid. Lipsian. aliique Lindenbrogii: *ubi culmine primum;* quod recepit Lindenbrogius; *ubi vertice* Taurin. *ubi limine* Venett. Rom. Aldd. Colin. Gryph. Basil. Plant. etc. Vide Oudendorp. ad Lucan. vers. 155, et Heins. ad Claud. de Laud. Stilic. II, 401. — Reg. B, *ubi culmine primum*. A.

124. *Constitit, assuetaque infecit nube penates;* scriptum exemplar Barthii: *infecit tabe penates*. In alio prisco exemplari hæc glossa legitur: « *tabe* vel *nube*, id est, solito furore. » — Reg. B, *infecit nube penates*. — *Assueta nube* solito furore, quia multa scelera facta erant Thebis. Lactant. — Id est, inquit Beraldus, nube seu caligine, qua mentes excæcare solet. Comes enim et prævia Furiæ nox, seu caligo.

125. *Attoniti* Hypallage. Non mo-

Gentilisque animos subiit furor, ægraque lætis
Invidia, atque parens odii metus. Inde regendi
Sævus amor: ruptæque vices, jurisque secundi
Ambitus impatiens, et summo dulcius unum
Stare loco, sociisque comes discordia regnis.

*tus attoniti*, sed « attonito in pectore: » vel *attoniti*, quia reddebant fratres attonitos, quum ipsi sentirent apud se motus insolitos, quosque nunquam antea senserant. Ut Virg. Æneid. VI, 268: « Ibant obscuri sola sub nocte per umbram. » Valerius Flacc. VII, 635: « Qualis ubi attonitos mœstæ Prygas annua Matris Ira, vel exsectos lacerat Bellona comatos. » BARTH.

126. *Gentilisque animos subiit furor. Gentilesque animos.* Venet. 3, 4. Rom. Lactant. et Gevart. *Gentileisque* Behot. Dan. Petav. alii cum Aldd. Colin. Gryph. Basil. et Plant. *Gentilisque* correxit Barclaius; et sic Petrens. Amstel. Gronov. Barth. et recentt. — *Gentilisque animos*, Reg. B habet. A. — *Gentilis furor.* Id est, quo ii qui sunt ejusdem familiæ, seu gentiles, corripiuntur: quo sensu innuere vult poeta furorem, quo agitati Terrigenæ illi fratres se invicem peremerunt, transiisse in Eteoclem et Polynicem; et fore, ut etiam ipsi in se majorum suorum exemplo furerent. Vide infra vs. 184 et sequenti.

127. *Invidia;* invidia fratrum animos subiit, quæ semper lætis rebus infesta est. Sic Horat. Ep. I, 2, 57: « Invidus alterius rebus macrescit opimis. » — *Parens odii metus.* Pulcherrima gnome, pessimæ prolis Odii pessimam matrem Metum indicans: quo nihil verius cortina Phœbi unquam protulit. Metuimus enim potentiores ob injurias inferendas; ulcisci cupimus ob illatas. Eleganter poeta vetus: « Quem metuunt oderunt: Quem quisque odit periisse expetit. » BERNART.

128. *Sævus amor.* Bene *sævus;* regni enim cupiditas semper crudelia suadet et exsequitur. — *Ruptæque vices*, etc. Supra monuimus fratres pactos inter se, ut annuis vicibus regnarent, alter post alterum. — *Ruptæ.* In animis eorum scilicet: Polynices enim cœpit impatienter ac ægro animo ferre, quod secundus esset: Eteocles vero cognoscere, nihil dulcius esse, quam solum in primo loco stare. Non enim statim inter eos ortum est bellum. — *Jurisque secundi;* sub imperio. Claudian. XV, de Bello Gild. 49: « Postquam jura ferox in se communia Cæsar Transtulit; » Sil. Ital. IX, 17: « Sors alterni juris, quo castra reguntur. » — *Secundi.* Regalis ambitio, quæ imperare sub alio nescit. Lucan. de Pomp. lib. I, 122 et seqq. « Ne victis cedat piratica laurea Gallis, Magne, times: te jam series, ususque laborum Erigit, impatiensque loci fortuna secundi. » BARTH.

130. *Sociisque comes discordia regnis:* « In vetustissimo libro litera omissa scriptum: *discordia regni;* vera scriptio, aliis etiam libris confirmata. » BARTH. — Itaque ex suis

Sic ubi delectos per torva armenta juvencos
Agricola imposito sociare affectat aratro :
Illi indignantes, quis nondum vomere multo
Ardua nodosos cervix descendit in armos,
In diversa trahunt, atque æquis vincula laxant
Viribus, et vario confundunt limite sulcos :
Haud secus indomitos præceps discordia fratres
Asperat. Alterni placuit sub legibus anni

codd. edidit Lindenbrogius, et legendum putavit Gronovius. *Discordia regnis* tamen exhibent Petrens. Taurin. Exc. Cantab. Behot. Busl. Lang. Laur. Lipsian. Aldd. Colin. Gryph. Basil. Plant. Gevart. Amst. Gronov. Barth. et recentt. — Reg. B, *Discordia regnis*. A. — *Discordia*. In collegio namque duorum regum vix discordia abest, si unius regni simul jura gubernent. Nam semper alter veretur, ne se spreto alter singulariter eligatur. Hæc enim inter Pompeium et Julium Cæsarem civile bellum movit : et hoc est quod sequitur. — *Sociisque comes discordia regnis*. Potest ferri : mallem tamen, *regni;* ut Lucanus, Pharsal. lib. I, vs. 92, canit : « Nulla fides regni sociis, omnisque potestas Impatiens consortis erit. » GRONOV.

131. *Per torva armenta*. Formosissima, nobilissima. Torvitate enim species censetur bovini generis. Virgil. Georg. III, 51 : « Optima torvæ forma bovis. » BARTH.

132. *Affectat*. Magnopere studet. Noster, lib. XI, 539 : « Fratris uterque Furens cupit affectatque cruorem. »

134. *Nodosos cervix descendit in armos*. Secundum Italiæ situm loquitur poeta, inquit Lactantius ; nam dum nisu trahendi anteriora petunt, cervix in armos reflectitur.

135. *Atque æquis vincula laxant*. Wakef. Silv. Crit. P. IV, p. 59 legit : « et iniquis vincula laxant viribus, et vario confundunt, etc. » Cf. Theb. VI, 851.

136. *Vario limite*. Nam quum in diversa trahunt, necesse est variari limites sulcorum.

137. *Præceps discordia*. In præcipitium eos ducens. BARTH. — Dominandi cupiditas a Cicerone vocatur præceps et lubrica. A.

138. *Asperat :* irritat, iracundia malisque affectibus replet. Noster initio libri noni, 1, « Asperat Aonios rabies audita cruenti Tydeos. » Aliis locis augere, reddere asperius. Papinius Achil. I, v. 400 : « Facinusque relatu Asperat Iliacum. » Tacit. Hist. II, 48 : « Irent propere, neu remanendo iram victoris asperarent, monebat. » Valerius Flaccus, V, 369 : « Autumno quam quum magis asperat ignes Sirius. » Denique Maro ipse, Æn. III, 285 : « Et glacialis hyems Aquilonibus asperat undas. » BARTH. — *Alterni sub legibus anni*. Id est, sub lege, ut altero quoque anno regnarent.

Exsilio mutare ducem. Sic jure maligno
Fortunam transire jubent, ut sceptra tenentem
Fœdere præcipiti semper novus augeret hæres.
Hæc inter fratres pietas erat : hæc mora pugnæ
Sola, nec in regem perduratura secundum.
Et nondum crasso laquearia fulva metallo,
Montibus aut alte Graiis effulta nitebant

139. *Exsilio mutare ducem.* Ut altero regnante alter esset extra urbem in exilio constitutus, et completo anno rediret ad regnum, et cui successum fuerat, iret in exsilium, rediturus anno completo. — *Jure maligno.* Iniqua commutatione felicitatem imperii exsilii infelicitate commutant. LACTANT.

140. *Fortunam.* Summum culmen, Regiam dignitatem, potentiam. BARTH.

141. *Fœdere præcipiti.* Quia vices regnandi cito effluebant, annuæ enim solum erant. — *Hæres.* Successor. Quia in omne jus decedentis successor veniebat, ut legitimus hæres. Instit. de Hæred. Qualit. et Differ. Sic Claudianus in Eutrop. II, 550 : « Rufini castratus prosilit hæres. » BARTH.

142. *Mora pugnæ.* Lucan. lib. I, vs. 100 : « Crassus erat belli medius mora. »

143. *Nec in regem perduratura secundum.* Licet iniqua esset ista divisio, tamen ad secundum regem pervenire non potuit : quia, expleto anno, quum Polynices repeteret regnum, regnante Eteocle mota sunt bella. LACTANT.

144. *Et nondum crasso laquearia fulva metallo. At nondum crasso laquearia fulta* Taurin. *fulta* habent etiam Petav. Behot. Buslid. Laur. Lang. unus Burmanni, et membranæ Pirckhaimeri ap. Gronov. in Diatr. pag. 357. Vide Heinsium ad Claud. VI, Cons. Honor. 167, *laquearia culta* Gebhardus. Nostram lectionem testantur Lipsian. Dan. Petrens. et membranæ Barthii, eamque exhibent Lindenbr. Cruc. Amstel. Gron. et recentt. — *Et nondum*, etc. Hæc cum admiratione pronuntianda et legenda sunt. — *Fulva metallo.* Membranæ Pirckhaimeri habent *fulta metallo*, ut dicit Gronovius, eamque lectionem probat. Lipsius et Bernartius *fulva*, Gebhardus *culta* substituunt. Sed optime retineri potest *fulva* ratione metalli seu auri, quod fulvum est. Alias *effulta* sequentis versus omnem duorum horum versuum gratiam tolleret. — *Metallo.* Metallum absolute pro auro ponitur, ut apud Claudianum, III; 163 : « Et niveæ (mirum) cœpere columnæ Ditari, subitoque trabes lucere metallo. » Morem inaurandi laquearia et columnas cœpisse tradit Plin. XXXIII, cap. 3, post Carthaginem eversam. — Habent Regg. B et C, *laqueari fulva metallo.* De quibus var. Lect. vide hujus lib. Excurs. A.

145. *Montibus aut alte Graiis effulta. Montibus aut late* Petav. Buslid. Lipsian. Lang. Laur. Ven. Ald. Colin. Gryph. Basil. Plant.

Atria, congestos satis explicitura clientes.
Non impacatis regum advigilantia somnis
Pila, nec alterna ferri statione gementes
Excubiæ, nec cura mero committere gemmas,
Atque aurum violare cibis. Sed nuda potestas

et Gevart. *aut alte* Dan. et Petrens. quod proposnit Bernartius, receperunt Lindenbrog. Cruc. Dan. Heins. Gronov. et recent. Vide Barth. ad Claud. Rufin. II, 136. Pro *effulta* Behot. et codices Lindenbrogii *suffulta*, quod ille reposuit. — Regg. B et C, nostr. lect. — De his vide Excurs. A.

146. *Satis explicitura clientes.* Romulus, ut omnes suæ novæ reipublicæ partes strictius cunjungeret, in unamque quasi reduceret familiam, sanxit, ut tenuiores cives se darent in clientelam potentioribus, eosque omnibus officiis colerent: contra vero potentiores eorum curam gererent, et a violentia injuriisque aliorum defenderent. Primos vocavit *clientes*, alteros *patronos*. Hinc mox inductus, ut clientes ad potentiorum atria mane confluere solerent, salutandi eos gratia. Salutatio autem hæc, non in interiore domus parte, sed in atrio fiebat; ideo hæc atria quam maxime ampla erant, ut continerent sine molestia salutantes. Observandum est etiam hic, Papinium omnes consuetudines Romanorum Græcis tribuere, ut videre est pluribus in locis Thebaidos et Achilleidos.

147. *Impacatis regum.* Quibus suspectus dormiat Imperator, habens circa atria semper armatos; et est sensus: Non regnm summis impacatis pila vigilantia erant, sc. ad custodiam regum: pro ipsis qui vigilant: dixit metonymicōs per id quod continet, id quod continetur. Lactant.

148. *Nec alterna ferri statione gementes Excubiæ. Statio* apud Latinos diversis modis sumitur. Significat primo cohortem militum, quæ ante fores palatii excubabat: quæ notio est hujus loci: 2° Cohortem militum, quæ per provincias contra latrones collocabatur; 3° Milites in urbe vel castris excubantes; 4° Officinam; 5° Jejunium. Deinde pro munere seu officio passim usurpatur, ut statio Imperatoria. — *Alterna.* Quia cohortes per vices excubabant, ut nunc, aliæque aliis succedebant. Berald. — *Gementes:* « Servitio etiam noctu continuando. Innuit occulte ab his ipsis imminere periculum Regibus, quia scilicet inviti stationes suas servent armigeri. » Glossographus, acute probeque. Barth.

149. *Nec cura mero committere.* Nondum eis luxuria suaserat pocula habere gemmata: Virg. Georg. lib. II, vs. 506: « ut gemma bibat et Sarrano dormiat ostro. » *Committere* autem mire dictum est, quasi ad periculum: quæ possent frangi inter trepidantes ministros, et semigraves vino convivas. Lact.

150. *Atque aurum vitiare cibis.* Est in antiquissimo codice Barthii. — *Aurum.* Aureas lances intelligit. — *Violare.* Quasi aurum solis tem-

Armavit fratres : pugna est de paupere regno.
Dumque uter angustæ squalentia jugera Dirces
Verteret, aut Tyrii solio non altus ovaret
Exsulis, ambigitur, periit jus, fasque, bonumque,
Et vitæ, mortisque pudor. Quo tenditis iras,
Ah miseri? quid si peteretur crimine tanto
Limes uterque polì, quem Sol emissus Eoo
Cardine, quem porta vergens prospectat Ibera?
Quasque procul terras obliquo sidere tangit
Avius, aut Borea gelidas, madidive tepentes

plis, Diisque honorandis adhibendum esset, nou ferendis cibis. Vel quod auri radii, qui vel ad minimum halitum cessant, dapium fomo ac pinguedine obscurentur, ut ad hunc locum Barclaius. — *Nuda.* Id est, his etiam deliciis destituta, quæ nunc affluunt.

151. *De paupere regnu.* Propter Eteoclem et Polyniccm, qui civilia bella gesserunt : dicit regnum nou esse idoneum, propter quod fratres odia suscitaverunt. Exequitur potentissima regna varia descriptione. Lactant.

152. *Dumque uter.* Bœotiaoı dicit Cadmi, qui a patre pulsus peracto exsilio cundidit Thebas.—*Angustæ Dirces.* Per angustam Dircen intelligit Bœotiam, quæ nou admudum lata est.

153. *Non altus ovaret.* Nunnulli codd. *nou lætus ovaret*, improbante Barthiu.— Nostr. lectiunem, Regg. B et C, exhibent. A. — *Non altus uvaret. Altus* Magnus; et est urdo : dum ambigitur uter fratrum ovaret in solio Tyrii exsolis, hoc est Cadmi. — *Nun altus* quia modicum erat regnum. Lactant.

154. *Periit jus, fasque, bonumque. Jus* legum est ; quia unus læsit fœdus : *fas* hominum ; quia fratres contra se arma suoıserunt : *bonum* quia usque ad interitum pugnaverunt. Lactant.

155. *Et vitæ mortisque pudor.* Quia mutuis periere vulneribus, et cremati sunt rogorum discrepantibus flammis. — *Quo teuditis iras.* Apostrophe ad fratres.

156. *Ha miseri* codd. Barthii, Dan. et Potav. quod reposuit Lindenbr. *Ah* Behot. et Petrens. *quid si peterentur* Petrens. — Reg. B, *A miseri;* Reg. C, *Ah miseri.* A. — *Quid si peteretur crimine tanto.* Dicit nou oportuisse a fratribus arma sumi, nec si ideo pugnaretur, ut unus orbis imperium possideret : vel si cæli possessio peteretur. Lactant.

157—160. *Limes uterque poli, quem Sol emissus Eoo.* Taurin. *demissus Euo;* Behot. *m̄surus Eoo*, i. e. *mensurus;* et sic Lactant. Heinsius ad Ovid. Fast. III, 399. Ex veteri codice legit : *emersus.* — Regg. B et C, *quem Sol emissus Eoo.* A. — *Quem porta vergens prospectat Ibera?* Tauriu. Behot. Dan. Petav. omnes Barthii, unus Burm., alii,

Igne Noti? Quid si Tyriæ Phrygiæve sub unum
Convectentur opes? loca dira, arcesque nefandæ

eum Aldd. Colin. Gryph. Basil. Plant. et Gevart. « portu vergens prospectat Ibero; » Petrens. vero: *porta vergens prospectat Ibera.* — *Porto.* Legit hic Gronov. *porta*, non *portu*, ut habent impressi, quód etiam Grutero visum, et bene. Cardo enim est portæ, non portus. Et sic Noster Thebaid. X, 1: « Obruit Hesperia Phœbum nox humida porta. » — *Quem portu.* Locus recte habet nihil mutandum, inquit Bernartius, tangit fabulam qua fingitur Sol in Iberico freto occidere. — *Quem portu vergens prospectat Hibero*, Regg. B et C, exhibent. A. — *Limes.* Hic nuncupatur pro Termino et fine. Vid. sup. not. 16 et 25. — *Limes uterque poli, quem Sol emissus Eoo Cardine, quem porta vergens prospectat Ibera? Quasque procul terros obliquo sidere tangit Avius, aut Borea gelidas, madidive tepentes Igne Noti.* His versibus designat poeta quatuor præcipuas mundi partes, quæ Cardines vocantur a geographis; nempe Ortum, his verbis: « quem Sol emissus Eoo cardine: » Occasum vero per hæc: « quem porta vergens prospectat Ibera. » Designat autem Septemtrionem his vocibus: » ant Borea gelidas. » Meridiem vero his: « madidive tepentes Igne Noti. » Et Lucanum imitatus est lib. I, 15 et seqq.: « Unde venit Titan, et nox ubi sidera condit, Quaque dies medius flagrantibus æstuat oris. — *Eoo. Eous*, Ἠῷος, Oriens dicitur, ab ἠὼς quod est *mane*, et Aurora. Capitur etiam adjective, pro *Orientalis*, prima-que modo brevis, modo longa est, quia interdum scribitur per *ε*, interdum per *ι*: brevis ut hic: longa, ut hoc Æneid. III, 533: « Portus ab Eoo fluctu curvatus in arcum. » — *Obliquo sidere.* Sol enim obliquis radiis tantum, non perpendicularibus, attingit has regiones, ob obliquitatem Sphæræ, in qua sitæ sunt. — *Avius.* Vel quia ab iis regionibus sol semotus; vel quia non movetur eodem motu, neque sub iisdem circulo, et polis, ut primum Mobile. — *Borea gelidas.* Boreas ventus flans a septemtrione, qui ventus frigidissimus est: unde *gelidos terras* dicit. — *Madidive tepentes Igne Noti.* Putabant veteres, regiones, quæ spectabant polum Antarcticum, perpetuo calore vexari, sicut videbant eas, quæ vergunt ad polum Arcticum, perpetuo gelu rigere; unde *igne Noti tepentes* dixit. Notus autem est ventus flans a Meridie. — *Madidi.* Quia ventus ille pluvias ac imbres procreat. Berald.

161. *Quid si Tyriæ Phrygiæve sub unum. Tyriæ Phrygiæque*, optimæ Barthii membranæ, et sic conj. Jortinus; *Phrygiæ Tyriæque*, Exc. Cantab. et codex Burmanni; *Phrygiæ Tyriæve*, Behot. et sic legebat Lactant. *Tyriæ Phrygiæve*, Petrens. Dan. Petav. Venett. 3, 4, Aldd. Colin. Gryph. Basil. Plant. etc. — *Non si Frygiæ Tyriæque sub unum*, Reg. B, sed super non legitur *quid.* Reg. C præbet *Igne Nothi? Quid si Tyriæ Prygiæve sub unum.* A.

162. *Convectentur opes? Converrentur opes*, Fr. Modius Novanti-

Suffecere odio, furiisque immanibus emtum est
Œdipodæ sedisse loco. Jam sorte carebat
Dilatus Polynicis honos. Quis tum tibi, sæve,

que. Epist. 52. *Convertentur*, Laur. Venett. Aldd. Colin. et Gryph. *Convectentur*, Behot. Petrens. Lipsian. Buslid. Lang. Dan. Petav. et membranæ Barthii; itaque ediderunt Bern. Lindenbrog. Cruc. Gevart. Dan. Heins. Gronov. et recentt. — *Convertentur opes*. Non concoquo hæc verba, et audeo affirmare esse a mala manu libri calamo exarati fidi mihi testes, quibus auctoribus lego *Convectentur opes*, quum parvo et paupere regno tam acriter pugnatis; o miseri! inquit, quid faceretis si Romanorum et Carthaginiensium opes in unum convehantur? Bernart. — Reg. B præbet *Condectentur opes*; Reg. C *Convectentur opes*. A. — *Convectentur opes*. Non si unus possideat opes Phrygias et Tyrias. *Opes* autem *Tyrias* dixit, ut ostenderet Tyrios semper divites fuisse, secundum Virgilium dicentem, Æn. I, 364: « Portantur avari Pygmalionis opes. » Lactant. — *Loca dira, arcesque nefandæ*. Sceleribus scilicet Œdipi. « Declamatio, ait Lactantius, quæ significat eas causas movisse odia, quæ restinguere debuissent, fugere enim debuerunt hi fratres loca dira, et sceptra Œdipi parricidæ, potius quam ad hæc crimina properarent. »

163. *Suffecere odio, furtisque*. *Suffecere odiis*, manuscriptus Barthii; et sic etiam legebat Lactantius in Comment. *furtisque* Amstel. Gronov. Barth. Veen. et Delph. unde nescio, nisi sit error typothetarum in ed. Amstel. *furiisque* certe exhibent Petrens. Exc. Cantab. Taurin. Behot. Dan. Petav. Lipsian. Buslid. Lang. Laur. Venett. 3, 4, Rom. Aldd. Colin. Gryph. Basil. Plant. Gevart et Grasser. — Reg. B, *Sufficere odio*; Reg. C, *Suffecere odio*. A. — *Suffecere odio*. Subintellige exercendo. — *Furiis*. Id est, criminibus, seu flagitiis.

164. *Jam sorte carebat*. Lipsian. et Buslid. *cadebat*; quod receperunt Lindenbrog. Cruc. et Bern. Petrens. Exc. Cantab. Laur. Lang. Behot. Dan. Petav. Venett. 3, 4, Rom. Aldd. Colin. Gryph. Basil. Gronov. Veen. et Delph. *carebat*, improbante Barthio. — *Jam sorte cadebat*. Magnum mendum dum tollere conatur, fecit Bernartius. Utrum credidit, *cadere dilatum sorte*, esse, sorte differri, an *sorte cadere* dici, ut *causa cadere*? Utrovis tamen modo *ceciderat* erat dicendum. Nobis nuspiam, nisi *carebat*, inventum: sensusque ejus; Polynicem, dilato honore in proximum annum, sorte regnandi caruisse, quia evenerat illa Eteocli. In contrarium apud Tacitum, Annal. III, 56: « Servius Maluginensis postulavit, ut Asiæ sortem haberet. » Ita enim leg. non « Asiam sorte. » Ut eodem libro supra, « sorte Asiæ depellendum: » et infra, « sors Asiæ in eum, qui consularium Maluginensi proximus erat, conlata. » Gronov. — Regg. B et C habent *Jam sorte carebat*. A.

165. *Dilatus Polynicis honos: quis tum tibi*. Demster. ad Claud. Rapt. Proserp. I, 100: *sorte eade-*

Quis fuit ille dies? vacua quum solus in aula
Respiceres jus omne tuum, cunctosque minores,
Et nusquam par stare caput? Jam murmura serpunt
Plebis Echioniæ, tacitumque a principe vulgus
Dissidet; et, qui mos populis, venturus amatur.
Atque aliquis, cui mens humili læsisse veneno
Summa, nec impositos unquam cervice volenti

*bat Dilatus Polynicis honor*. Ex optimo codice manuscripto scribi jussit Barth.: *quis tunc tibi*. — Reg. B, *Polynicis honos: quis tunc tibi*; Reg. C, *Polynicis honor: quis tunc tibi*.

166. *Vacua quum solus in aula*. Non vere solus; sed quia is pro turba est homo, qui aliis est odio solus. Lactant.—Ab æmulo libera, inquit Barthius. Maro de apum regibus, Georg. IV, 90: « Dede neci; melior vacua sine regnet in aula. » *Vacua possessio* apud Ciceronem de Orat. lib. III.

168. *Et nusquam par stare caput?* Id est, tui consortem diadematis. Lactant. — *Caput*. Hominem, virum, denotat. Præcipue si qui cæteris emineat. Sic primores Gabinorum *capitibus papaverum* comparantur apud Livium, lib. I. Barth. — *Jam murmura serpunt*. Tangit morem populi nunquam acquiescendi rebus præsentibus, sed semper novas res cupiendi.

169. *Plebis Echioniæ*. Echionem virtutis ergo Cadmus sibi generum adscivit. Pausanias, libro IX. Is pater fuit Penthei, fabulis notissimi. Ovidius, Met. III, 126. Unus superstes ex quinque dentibus draconis prosatis. Barth. — *Tacitum*. Bene *tacitum*, id est, summisse et in aurem; nam non tuto verba in principem jactantur.

170. *Et, qui mos populis, venturus amatur*. Rom. Aldd. Colin. Gryph. et Basil. *qui mox populis*; Behot. Dau. Petav. Petrens. Taurin. Lang. Lipsian. alii, cum Venett. 3, 4, *qui mos populis*, quod revocavit Bernartius, receperunt Gevart. Lindenbrog. Cruc. Gevart. Dau. Heins. Gron. Barth. et recentt. — *Et, qui mox populis*, etc. Absque lectione veteri esset, poteramus vulgatam retinere: sed dum membranas consului et editionem principem, præsto legendum esse: *et qui mos populis venturus amatur*: acuta sententia vulgi levitatem perstrinxit, quod plerumque, Sallustio judice: « Ingenio mobili seditiosum atque discordiosum, cupidum novarum rerum, quieti et otio adversum. » Malignum denique quiddam et querulum imbibit in imperantes, et ut lepide ille ait: « Magis regis filium amat quam regem. » Bernart. — *Et qui mos populis*, Regg. B et C habent. A.

171. *Atque aliquis*, etc. Inducit poeta civem Thebanum, de bis regnandi inter fratres vicibus querentem. — Unius voce omnium desideria expressit, Græcorum poetarum more. — *Humili veneno*. Id est, maledictionis carpere meliores.

172. *Impositos*. Velut equo equi-

Ferre duces : « Hancne Ogygiis, ait, aspera rebus
Fata tulere vicem? toties mutare timendos,
Alternoque jugo dubitantia subdere colla!
Partiti versant populorum fata, manuque
Fortunam fecere levem. Semperne vicissim
Exsulibus servire dabor? tibi, summe Deorum

tem dicat. Sæpe sic loquuntur poetæ. De equite Maro, Georg. III, 115 et 116 : « Frena Pelethronii Lapithæ gyrosque dedere, Impositi dorso; atque equitem docuere sub armis. » Horat. Epist. I, 7 : « Impositus manuis arvum cælumque Sabinum Non cessat laudare. »

173. *Hancne Ogygiis.* Ogyges, ut Var. docet in libris de gente populi Romani, rex fuit Thebanorum, sub quo primum diluvium factum est, longe antequam illud, quod sub Deucalione factum esse narratur : aut certe ab Ogygio uno terrigena, Thebanorum primo rege, a quo Thebani antiquas res Ogygias nominabant; qui primus eis imperavit. Vid. Excurs. Gallico sermone scriptus, quem V. C. *Cuvier* præfigendum exornando vol. III nostri Ovidii dedit. Ed.

174. *Fata tulere vicem? toties mutare timendos.* Regg. B et C *totiens* præbent. A. — Quia vicissim placuerat imponere. Illi, inquit, ut imperent vices mutant, nos servitia non mutamus. LACTANT. — *Timendos.* Supple reges, seu dominos, Horatius, Od. III, 1, 5 : « Regum timendorum in proprios greges. »

175. *Alterno.* Illius enim tunc collum submittendum erat jugo, mox alterius.

176. *Versant.* Bene versant, quia ut mox dicetur : « Heu dubio suspensa metu, tolerandaque nullis Aspera sors populis! hic imperat; ille minatur. » Nihil enim certum poterat esse in tam præcipiti principum mutatione. — *Manuque Fortunam fecere levem.* Notandum, *manu facere*, eadem notione usurpare Senecam pluribus in locis, qua *sponte facere*. De Brevitate Vitæ, cap. 3 : « Adjice morbos, quos sponte facimus; » et Consolatione ad Marciam, cap. 19 : « Adeoque senectutem solitudo, quæ solebat destruere, ad potentiam ducit, ut quidam odia filiorum simulent, et orbitatem manu faciant. » Misera enim, et incerta hoc modo erat populi Thebani conditio sub tam varia dominatione; tolerabilior vero principum : ægritudinem enim privatæ vitæ spe dominandi solabantur. BERALD.

177. *Semperne.* Quia semper dux erat mutandus exsilio : et licet sit gravis omnis servitus, gravior tamen est quæ subjacet indignis. — *Vicissim.* Rerum mutabilitate, aut vice serviendi. LACTANT.

178. *Exsulibus.* Hoc auget miseriam populi; exsilium enim efferat animum. Gravis autem omnis servitus, sed gravior tamen est quæ subjacet exsulibus, seu exsilio efferatis. Contrarium tamen paruit in Chilperico nostro I, qui reversus exsilio regnum optime et justissime administravit. Et sunt recentiora laudabilioraque exempla. Ed.

Terrarumque sator, sociis hanc addere mentem
Sedit? an inde vetus Thebis exteuditur omen,
Ex quo Sidonii nequicquam blanda juvenci
Pondera, Carpathio jussus sale quærere Cadmus
Exsul Hyanteos invenit regna per agros:
Fraternasque acies fœtæ telluris hiatu

179. *Terrarumque sator.* Id est, hominum. *Terræ* enim humanas res deuotant. Claudiauns idem io Eutropium, lib. I, 157 et seq. « Quam bene dispositnm terris, ut dignus iniqui Fructus consilii primis auctoribus instet! » — *Sociis hanc addere mentem.* Glossographus scriptus: « Vel sociis regni, id est, Eteocli et Polynici; vel tuis, quales sunt Thebani. » Prior interpretatio genuina videtur. BARTH.

180. *Sedit.* Firmiter placuit. Virgilius, Æneid. VII, 611: « Certa sedet patribus senteutia pugnæ. » — *An inde vetus Thebis extenditur omen*, ete. Hoc versu et quatuor sequeotibus alludit ad fabulam, qua fernnt, Cadmum sevisse dentes draconis, iudeque ortam armatorum segetem, qui fratres erant ob communem originem, quique se invieem oeeiderunt. Dieit ergo querulus ille præsagium, seu omen, quod visum est, quum eonditæ snnt Thebæ, nimirum fraternum bellum, ortum inter armatos illos, transmissum fuisse adnsque Eteoclem et Polynieem fratres, eosque hac divisione fecisse, ut inter se necessario bella orirentur, regnumque alteri eorum non obventurum, nisi cæde alterius, vel utrosque hoc bello perituros. BERALD.

181. *Ex quo Sidonii.* Non Sidonius juveucus, sed Sidonium poodus. De Sidone enim fuit Europa qnam pater Agenor Cadmo inquirendam mandavit. Ille quum peuetrasset mare Carpathium, id est, Ægyptium; qnum nec sororem reperire potuisset, secundum præcepta patris in exsilio remausit, et, duce Apolline, pervenit ad Thebas Bœotiæ: quas Hyanteas vocant, a nympha quæ illic colitur; vel eo quod illic draco fuerit ioterfeetus, eujus sevit dentes. LACTANT.

182. *Carpathio sale.* Sal pro mari interdum sumitur, quia salsum est, et ex cujus aqua sal elicitur. Virgilius, Æneid. I, 35: « Et spumas salis ære ruebant. » — *Carpathio.* Carpathium mare est illa pars maris Mediterranei, quæ inter Rhodum et Ægyptum extenditur: sic vocatur a Carpatho insula inter Rhodum et Ægyptum. — *Jussus Cadmus.* Jussus a patre Agenore.

183. *Exsul.* Cadmo enim pater interminatus fuerat perpetuum exsilium, nisi sororem Europam reduceret. — *Hyanteos.* Bœotios, Pausanias Bœoticis tradit, primos, qui Bœotiam incoluerint, Ecteuas fuisse voeatos; iis vero pestilentia deletis, successisse in eorum sedes Hyantas et Aooas, ipsos etiam populos Bœotiæ. BERALD.

184. *Fraternas acies.* Quia hi armati, etsi fratres, in se invicem aciem struxerunt, ac se pereme-

Augurium seros dimisit adusque nepotes?
Cernis, ut erectum torva sub fronte minetur
Sævior assurgens demto consorte potestas?
Quas gerit ore minas? quanto premit omnia fastu?
Hicne unquam privatus erit? tamen ille precanti
Mitis, et affatu bonus et patientior æqui.
Quid mirum? non solus erat. Nos vilis in omnes
Promta manus casus domino cuicunque parati.

runt. — *Fœtæ telluris.* Dentibus scilicet draconis, quasi semine. — *Hiatu.* Terra enim magno patuit hiatu, quum tot armati homines ex ea prodierunt.

185. *Augurium seros.* Bern. et Barth. interpungunt: *hiatu, Augurium seros.* — Reg. B, *hiatu Augurium.* A. — *Seros nepotes.* Eteoclem et Polynicem. Videtur Noster hoc sumsisse ex Lucano, lib. IV, 549 et seqq.: « Sic semine Cadmi Emicuit Dircæa cohors, ceciditque suorum Vulneribus, dirum Thebanis fratribus omen. »

186. *Cernis ut.* « Verba plebis esse de novi regis insolentia amoto consorte regni, » recte notat glossographus priscus. *Erectus* superbum notat a statura fastum excelsiorem affectante. *Rectus*, nullibi inflexus, qui habitus insolentium hominum. Barth.

187. *Sævior assurgens.* Novitate regni tumidus. Virg. de Numano, Æn. IX, 596: « Primam ante aciem digna atque indigna relatu Vociferans, tumidusque novo præcordia regno Ibat, et ingenti sese clamore ferebat. » — *Demto consorte.* Polynice fratre: nam ante sortem ductam, indivisum erat imperium.

188. *Ore minas.* Aut ore loquitur cum superbia, aut minas gerit in facie. Lactant.

189. *Hicne unquam privatus erit.* Hæc cum indignatione pronuncianda. Optat videre Eteoclem privatum, ut ejus fastus ac superbia deprimatur. Berald. — *Tamen ille precanti Mitis.* Introducitur alter, qui defendit Eteoclem a maledictis invidi.

190. *Affatu bonus. Erat* subaudimus. Ubique jam hoc queritur, quod nemo succedit, quum superius vices gemeret servitutis; et dicit Eteoclem quondam circa rogantes fuisse clementem, quæ laus imperatoris est maxima: quæ omnia dicit esse conversa, quia successor exclusus est, qui justitiam pateretur, et esset in sermone comis. Lactant.

191. *Quid mirum? non solus erat.* Non mirum est, ait ille maledicus, si Eteocles tanta humanitate utatur erga cives: non solus est: metu enim futuri successoris, continet se intra terminos justæ dominationis. Vel ambit hisce ambitiosæ mentis, et talem se populo exhibendo demulcet populum, ut potentiam fratri subtrahat, et procliviore in se civium gratia nitatur. — *Nos vilis*, etc. Imitatio Virgiliana, in ora-

Qualiter hinc gelidus Boreas, hinc nubifer Eurus
Vela trahunt, nutat mediæ fortuna carinæ.
Heu dubio suspensa metu, tolerandaque nullis
Aspera sors populis! Hic imperat; ille minatur. »
At Jovis imperiis rapidi super atria cæli
Lectus concilio divum convenerat ordo
Interiore polo : spatiis hinc omnia juxta

tione Drances, Æn. XI, 372 : « Nos, viles animæ. »

193. *Qualiter hinc gelidus Boreas.* Optima comparatio, sed ignotæ rei descriptio per similitudinem notæ : et egregie rempublicam navi jactatæ tempestatibus similat. Sicut Tull. «ad gubernacula reipublicæ;» et Horat. carm. I, od. 14 : « O navis referent, etc. » Ita et iste fecit comparationem, contra artem poeticam : nam comparatio a persona poetæ debet induci. Simul ventos fratribus comparavit, navem reipublicæ quum bellis civilibus turbaretur. LACTANT. — *Nubifer Eurus.* Quia pluviosus. Nubifer etiam Silio Italico, X, 322 : « Ubi nubifer Eurus, naufragium spargens operit freta. »

194. *Mediæ.* Inter illos scilicet ventos. — *Fortuna.* Instabilitas, incertitudo. Lucanus, II, 40 et seqq. « Nunc flere potestas, dum pendet fortuna ducum; quum vicerit alter, Gaudendum est. » Si idiotismis hodiernis *Fortuna* tempestatem maritimam speciatim denotat. Comparatio *navis* et *reipublicæ*, *principis* et *gubernatoris* alibi declarata. BARTH.

196. *Aspera sors populis! Aspera fors*, Lindenbrogius et Cruc. unde nescio; *Aspera sors*, testantur Behot. Petrens. Lang. Lipsian. Laur. Buslid. Venett. Aldd. Colin. Gryph. Basil. Plant. Gevart. et recentt. — *Aspera mors* præbebat Reg. B; sed secunda manus super *m* scripsit *s*. Reg. C fert *Aspera sors*. A. — *Hic imperat, ille minatur.* Id est, imperat Eteocles, qui fidem fregit : minatur Polynices, quia amisit imperium; et necesse est populis Thebanorum, sub unius imperio, duorum timere sævitiam. LACTANT.

197. *At Jovis imperiis. At Jovis imperio*, Venett. 3, 4, Rom. Aldd. Colin. Gryph. Basil. Plant. et Gevart. *At Jovis imperiis*, codex perantiquus Barthii, Dan. Petav. Behot. Petrens et Taurin. cum edd. Amstel. Gronov. Barth. et recentt. *super ardua cæli* etiam Taurin. — Reg. B, *At Jovis imperio;* Reg. C, *At Jovis imperiis*. A. — *At Jovis imperiis*, etc. Quum nihil eveniat in terris, nisi Diis auctoribus, fingit poeta, Jovem vocasse Deos in concionem, ut eis aperiat mentem suam de puniendis Thebanis ac Argivis.

198. *Lectus concilio. Lætus concilio*, Behot. et nonnulli Barthiani.

199. *Interiore polo : spatiis hinc omnia juxta.* Veteres membranæ Barthii, cum Taurin. et Behot. *spatiis hinc omnia justa*, et sic legendum putat Barthius. Margo edit. Barth. *spatiis hunc;* Marklandus ad

Primæque occiduæque domus, effusa sub omni
Terra atque unda die : mediis sese arduus infert
Ipse Deis, placido quatiens tamen omnia vultu,
Stellantique locat solio : nec protinus ausi
Cælicolæ, veniam donec pater ipse sedendi
Tranquilla jubet esse manu : mox turba vagorum

Silv. II, 7, 14, legit : *spatiis huic omnia juxta.* — *Interiore polo.* Id est, secretiore : sive medio ab ortu et occursu conventuris numinibus spatiorum esset æqua distantia, quasi ad quoddam cæli secretum numinum ordo conveniat. — *Hinc omnia juxta.* Ut ostendat ad eum cæli locum numina convenisse, cui juxta sunt omnia ; id est, unde sic videantur omnia, tamquam juxta ; ergo medium cæli locum dixit. LACT.

200. *Primæque occiduæque domus.* Taurin. *occiduæve domus.* Margo ed. Barth. *et sicca sub omni ;* Barthius tamen in notis ad h. l. proposuit : *et visa sub omni ;* vel : *atque usta sub omni.* Marklandus l. l. *et fusa sub omni.* — *Primæque occiduæque.* Orientis occasusque loca describit. — *Effusa.* Patens. — *Sub omni die.* Id est, sub omni cælo. LACTANT.

201. *Terra atque unda die.* Super *unda* a secunda manu *ima* Reg. C præbet. A. — *Mediis sese arduus infert.* Id est, Juppiter. Ut Virg. Æn. IX, 28 : « Medio dux agmine Turnus Vertitur, arma tenens. » — *Arduus.* Oportebat enim, ut qui major dignitate erat, celsior etiam esset statura. Vel *arduus* hic, cum gravitate incedens, quod etiam convenit summo principi. Consonum illud Virgilianum, Æn. X, 2 et seqq. : « Conciliumque vocat divum pater atque hominum rex Sideream in sedem ; terras unde arduus omnes, etc. » A.

202. *Ipse Deis, placido quatiens tamen omnia vultu.* « In illo laudatissimo nobis perprisco exemplari diserte scriptum est : *Ipse Deus ;* quod nequaquam contemno. » BARTH. *Ipse Deus* habet etiam codex manuscriptus Barthii. Sed totus versus in margine tantum apparet. *Trahit omnia*, Taurin. — *Placido vultu.* Summum summa semper comitatur potentia, summaque nunquam deserit tranquillitas. *Pax Jovis* celebratur diis omnibus ira furentibus, Thebaid. lib. X, 897.

204. *Cælicolæ.* Superi qui cælum habitant. Sic apud Maronem, Æn. X, 6, Juppiter eos speciatim *magnos* appellat : « Cælicolæ magni, quianam sententia sedit versa retro. » — *Veniam.* Id est, donec Juppiter protensa manu hortaretur veniam sedendi. « Venia sæpe, » hæc adde ex observatione C. Barthii hunc locum Lactantii ex veteri exemplari restituentis, « est beneficium. » Virgil. Æn. I, 519 : « Orantes veniam. » LACTANT. — *Venia* non semper *culpam* supponit, sed sæpe pacem et favorem significat, Cicero, pro Rabir. 5 : « Ab Jove pacem et veniam peto. » A.

205. *Vagorum Semideum.* Varia

Semideum, et summis cognati nubibus amnes,
Et compressa metu servantes murmura venti
Aurea tecta replent; mixta convexa Deorum
Majestate tremunt: radiant majore sereno
Culmina, et arcano florentes lumine postes.
Postquam jussa quies, siluitque exterritus orbis,
Incipit ex alto (grave et immutabile sanctis
Pondus adest verbis, et vocem Fata sequuntur):

erant genera deorum apud veteres: alii enim plenam possidebant divinitatem, magnique dii ac potentes et immortales vocati: ceteri vero imperfectam, seu potius umbram divinitatis, iique vel immortales existimati, ut venti, amnes, aliique; vel mortales, ut Panes, Sylvani, Satyri, Nymphæ, etc. omnesque vocati Semidei. — *Vagorum.* Quia per totum orbem dispersa hæc numina.

206. *Summis cognati.* Secundum Lucretium, qui dicit ex udore terræ nebolas oriri, ex nebulis nubes, et nubibus pluvias: ex quibus amnes augentur. Virg. VIII, 64: « Cælo gratissimus amnis. » LACT.

207. *Metu.* Id est, reverentia concilii, seu conventus.

208. *Aurea tecta replent. Aurea templa*, perantiquus manuscriptus Barthii, Taurin. Lipsian. Buslid. Lang. Laur. Venett. Aldd. Colin. Gryph. Basil. et Plant. *Aurea tecta*, Behot.unus Lindenbrog. et Petrens. et sic edidere Dan. Heins. Gronov. Veen. Delph. etc. *mista* pro *mixta*, Taurin. ut supra *justa* pro *juxta*. — Regg. B et C, *tecta*. A. — *Mixta majestate.* Majestate tot numinum conveniente et placide in unum per templa cæli congruente.

209. *Majore sereno.* Serenitate ampliore. Claudianus, VIII, 483: « Risitque tuo natura sereno. »

210 *Arcano florentes lumine postes.* « Inenarrabili verendo, » glossographus. « Arcanum lumen », cujus ignis non paret. Sic infra II, 276: « Arcano florentes igne smaragdos. » — *Postes.* Domicilia enim instar manu exstructorum in cælo fingebant poetæ. Ovidius, Met. I, 171 et seqq. « Dextra lævaque Deorum Atria nobilium valvis celebrantur apertis. Plebs habitat diversa locis; a fronte potentes Cælicolæ clarique suos posuere penates. »

213. *Pondus.* Non solum pondus sumitur pro re gravi, ut hic, sed pro dignitate, existimatione, et auctoritate, ut apud Ciceronem, *pondus* testimonii, *pondera* verborum. — *Vocem fata sequuntur.* Eximie, si quidquam in hoc opere: damnat enim diserte veterum et Stoicorum sententiam, dicentium Deum etiam fato subjici; quum ille sit liberrimus; nec fatum aliud sit ex S. Augustino quam « sanctio, et velut vox divinæ mentis. » In eamdem tamen poeta recidit veterum opinionem Theb. VII, 197: « Immoto deducimur orbe Fatorum, » ubi introducit loquentem Jovem.

« Terrarum delicta, nec exsuperabile Diris
Ingenium mortale queror: quonam usque nocentum
Exigat in pœnas? tædet sævire corusco
Fulmine: jam pridem Cyclopum operosa fatiscunt
Brachia, et Æoliis desunt incudibus ignes.
Atque ideo tuleram falso rectore solutos
Solis equos, cælumque rotis errantibus uri,
Et Phaethontea mundum squallere favilla.

214. *Terrarum delicta, nec exsuperabile Diris.* Buslid. Laur. unus Lindenbrog. et optimus codex Barthii: *nec exsaturabile.* Behot. Lipsian. Lang. Petrens. alii, *exsuperabile*, ut in Aldd. Colin. Gryph. Basil. Plant. Gevart. Grasser. Amstel. Gronov. etc. — Regg. B et C, *exsaturabile* habent. A. — *Terrarum delicta.* Queritur Juppiter de hominum peccatis, quos dicit superasse se malis; nam fortiores illos dicit esse ad committenda peccata, quam se ad vindicandum; et commemorat quæ mala commiserint; ut in primo Ovid. Met. vs. 182 et seqq. — *Diris.* Vide vs. 52.

215. *Ingenium mortale.* Natura, vis naturalis. Sallust. Hist. Fragm.: « Nobis primæ dissentiones vitio humani ingenii evenere, etc. »

216. *Exigar in pœnas? Exigor,* Behot. Lang. Laur. Lipsian. Venett. 3, 4, Aldd. Colin. Gryph. Basil. Plant. Lindenbrog. et Crue. *Exigar,* Petrens. Buslid. unus Lindenbrogii, alii; et sic edidere Grasser. Gevart. Dan. Heins. Gronov. et recentt. — Regg. B et C, *Exigar.* A. — *Exigar in pœnas?* Dicit Juppiter, se non sponte, nec ultro punire mortales, sed ab iis ad id ægro quidem animo cogi. *Exigere* enim petere, extorquere, et cogere significat. BERALD.

217. *Jam pridem Cyclopum.* Hyperbole: dixerat uti fulminibus non libere; addidit argumentum, ut dicat deesse fulmina. Cyclopes enim fatigati sunt suggerendo fulmina; ergo hoc tædet. LACTANT.

218. *Æoliis incudibus.* Æoliæ insulæ Vulcani domicilium et officina creditæ, unde et nomen Vulcaniarum habuerunt, teste Plinio, lib. III, cap. 8. De flammis inde eructantibus tanta copia, ut uni earum tres Crateres sint, vide ex Polybio et aliis, Strabonem, lib. VI. Pomponius Mela, lib. II, cap. 7: « Septem insulæ quas Æoli appellant, Osteodes, Lipara, Didyme, Phænicussa, Heraclea, Hiera, et Strongyle, ut Ætna perpetuo flagrant igne. » Hinc « incudes Vulcani » eo collocat Papin. quasi ignis desit ad fabricanda fulmina. BARTH.

219. *Atque ideo tuleram.* Deest, patienter: ut mundum Phaethon incendio concremaret. LACTANT. — *Solutos.* Non sine frænis, sed quia regi non poterant, licenter errantes.

220. *Solis equos.* Quatuor erant juncti currui solis, ut poetæ fabulantur, vocatique Pyroeis, Eous, Æthon, et Phlegon.

221. *Squallere.* Proprium rerum

Nil actum est : neque tu valida quod cuspide late
Ire per illicitum pelago, germane, dedisti.
Nunc geminas punire domos, quis sanguinis auctor
Ipse ego, descendo. Perseos alter in Argos

nimis tostarum. — *Phaethontea favilla.* Id est, incendio Phaethontis.

222. *Nil actum est : neque. Nil actum neque*, Behot. — Regg. B et C, itidem. A. — *Nil actum est.* Nihil hoc profuit ad emendationem hominum, quod totus mundus ustus est a Phaethonte : quod Dii non permiserunt, nisi graviter irati mortalibus. — *Neque tu*, etc. Vult dicere etiam diluvio non emendatos homines. — *Tu.* Neptune, sequenti enim versu, *germane*, est. Neptunus enim erat frater Jovis. — *Valida cuspide.* Tridentem innuit, insigne Neptuni. — *Valida.* Hinc Neptunus Ἐννοσίγαιος, καὶ Σεισίχθων dictus, id est, *terram concutiens.*

223. *Ire per illicitum pelago. Ire per illicitum pelagus*, duo codd. Lindenbrogii. Post τὸ *dedisti* edd. ante Bern. ponunt notam interrogationis. — *Ire per illicitum.* Id est, supra terram, quod illi lege creationis interdictum est. — *Pelago.* Intelligit diluvium illud in Thessalia celeberrimum, et a poetis decantatum, præcipueque ab Ovidio descriptum, quod Deucalionis dicitur, quia Deucalion ibi tunc regnabat. Hoc autem diluvium eodem anno, nimirum 33. Cecropis Atheniensium regis, quo incendium Phaethontis accidisse tradunt Eusebius in Chronico, et Cyrillus in Julianum, lib. I.

224. *Nunc geminas punire domos, quis sanguinis auctor.* Nonnulli codd. Barthiani: *sanguinis actor.* — *Nunc geminas.* Duas familias significat, Thebanorum et Argivorum, quorum se originem dicit existere : Argivorum a Perseo; Perseus autem Jovis et Danaes filius fuit : Thebanorum per Cadmum, qui per Epaphum originem ducit a Jove. Lactant.

225. *Ipse ego, descendo. Perseos alter in Argos.* Behot. Laud. Lipsian. Buslid. Ald. 2 (Ald. 1 in erratis), Colin. Gryph. Basil. Plant. Grasser. et Gevart. *in agros;* Petrens. Lang. Dan. Petav. Ald. 1, Lindenbrog. Cruc. Amstel. Gronov. et recentt. *in Argos*, quod probat Bernartius. — Reg. B, *in Argos;* Reg. C, *in agros.* A. — *Descendo.* Si profana divinis miscere liceat, eadem voce utitur in scriptura Deus, quum de turre Babylonica destruenda loquitur: *descendamus.* Rabbini ferunt Deum initio terram habitasse, sed mox infensum hominibus propter scelera repetiisse cælum, et quandoque descendere, inductus bonorum pietate. — *Perseos Argos.* Perseos pro Perseios, principale pro derivativo : atque ideo media syllaba producta, quamvis et alio ordine produci posse videatur. Ut Virg. Æn. I, 611 : « Ilionea petit dextra. » Nam penultima hujus nominis longa est, quæ secundum regulam communem brevis esse debuerat. — *Argos.* Argos, nobilis et vetus urbs Peloponnesi in regione Argolica : Hippium cognominabatur ab equorum præ-

Scinditur, Aonias fluit hic ab origine Thebas.
Mens cunctis imposta manet : quis funera Cadmi
Nesciat? et toties excitam a sedibus imis
Eumenidum bellasse aciem? mala gaudia matrum,
Erroresque feros nemorum, et reticenda Deorum

stantia. Erant et aliæ ejusdem nominis urbes : in Thessalia Argos Pelagicum appellatum, item in Acarnania; alia denique in Apulia, opus Diomedis, vulgo Argirippa. Vide Stephanum de Urbibus. — *Perseos*. Persei dicuntur Argi, a Perseo Jovis et Danaes filio, qui Argis imperavit, et relictis Argis imperium transtulit Mycenas, quam urbem condiderat.

226. *Scinditur*. Bene *scinditur*, quia stirps Jovis per Libyam filiam Epaphi, scissa est in Belidas, seu posteros Beli, et Agenoridas seu posteros Agenoris. Metaphora ducta a fluvio, qui in plures rivos dividitur. Et imitatus est poeta Virgilium Æneid. VIII, 142 : « Sic genus amborum scindit se sanguine ab uno. » — *Aonias fluit*. Aones Bœotiæ gens indigena, quam quum vicisset advena Cadmus, recepit in gratiam, Phœnicibusque mistam patria loca colere permisit. Eustath. in Dionys. vers. 473 : Ἄονες ἔθνος βάρβαρον οἰκῆσάν ποτε ἐν Βοιωτίᾳ. BARTH. — *Thebas*. Vide supra vs. 2. — *Fluit hic*. Scilicet sanguis. BARTH. — *Ab origine*. Supple, Thebarum.

227. *Mens cunctis imposta manet*. Buslid. et Dan. *imposta movet;* Petrens. Lang. Laur. Petav. Lipsian. Behot. Venet. 3, 4, Ald. Colin. Gryph. Basil. Plant. ceteræ : *imposta manet*. Consule Var. Not. *impasta* conjectabat Barthius. — Reg. B, *imposita manet;* Reg. C, *imposta manet*. A. — *Imposta*. Hæret mihi, ut ingenue loquar, aqua in sententia hujus loci, et in τῷ *imposta* mendum latere suspicor, quod sine ope melioris codicis liquido divinare non potui : scio qua notione poetæ accipiant *imposta*, *deposta*, *supposta*, *exposta*, et similia, sed quid ad hanc sententiam? BERNART. — *Manet*. Est, διατελεῖ. sup. vs. 30, *maneas*, pro sis. Sic Lucretio *manere*, lib. VI, 1272, pro esse. « Onerataque passim Cuncta cadaveribus cælestum templa manebant. »

228. *Et toties excitam*. Behot. *et totiens*. — Regg. B et C, *et totiens*. A.

229. *Eumenidum bellasse aciem?* Præstantissimus liber diserte : *bellasse facem ;* non refragamur tamen receptæ lectioni. BARTH. — *Gaudia matrum*. Aut propter Agaven, quæ parricidio suo insana gaudebat : aut propter Jocastam, quæ cum filio læta concubuit. LACTANT.

230. *Erroresque feros nemorum*. Sic Regg. B et C habent. A. — *Erroresque vagos*, Petav. Marklandus ad Silv. IV, 2, 15, legit *Erroresque feros hominum*. Cf. Theb. III, 641. — *Erroresque*. Athamantis, scilicet qui furiata mente quum Learchum filium jugularet, leonem se putavit occidere. — *Et reticenda Deorum*. Amphibolon : aut quæ homines in deos commiserunt : aut quæ Dei irrogavere mortalibus. Si hominum in deos, hæc sunt : quia prætulit se in pulchritudine Niobe Latonæ,

Crimina? Vix lucis spatio, vix noctis abactæ
Enumerare queam mores, gentemque profanam.
Scandere quin etiam thalamos hic impius heres
Patris, et immeritæ gremium incestare parentis
Appetiit, proprios monstro revolutus in ortus.
Ille tamen Superis æterna piacula solvit,
Projecitque diem: nec jam amplius æthere nostro
Vescitur, at nati, facinus sine more! cadentes
Calcavere oculos. Jam jam rata vota tulisti,

Pentheus Libero, Semele Junoni. Vel propter Tantalum; qui volens Deorum mentes inquirere, Pelopem filium suum Diis posuit epulandum. LACTANT. — Vid. Excurs.

231. *Vix noctis abactæ.* « Consumtæ narrando, » glossographus.

232. *Gentemque profanam.* Taurin. *gentemque nefandam.* — *Gentemque profanam.* Impiam: una enim voce omnia dicere voluit. De voc. *profani* multis Servius in Æneid. VI, 258.

233. *Scandere quinetiam.* Intelligit OEdipum. — *Impius.* Patrem enim occiderat.

234. *Gremium.* Loca genitalia, sic pudice dici solita. *Uterum*, glossographus vetus. Catull. LXVI, 30: « Egregium narras mira pietate parentem, Qui ipse sui nati minxerit in gremium. « BARTH.

235. *Appetiit, proprios monstro revolutus in ortus.* Tollius ad Auson. Epist. IX, 24, ex scriptis codd. legit: *proprios* (*monstrum!*) *revolutus in ortus*; et sic etiam Lipsian. Lang. Laur. et unus Lindenbrogii, probante Bernartio. Alii codd. Behot. Buslid. Barthiani, Petrens. etc. cum edd. vett. *monstro.* — Reg. B, *proprios monstro revolutus in hortus.* Reg. C, *proprios resolutus in ortus.* A. — *Appetiit.* Appetiit quidem uxorem habere Jocastam, sed nesciebat esse matrem suam. — *Monstro.* Adverbium, pro monstrose. — *Proprios revolutus in ortus.* Quum suscepit liberos ex eadem muliere, ex qua ipse ortus erat.

236. *Ille.* OEdipus. — *Æterna piacula solvit.* Cæcitatem enim initium mortis habet, et irreparabilem velut interemtionem. *Oculi*, quia maximus sensus sunt, totum hominem denotant, ut iis deletis hic sit peremtus. BARTH.

237. *Projecitque diem.* Erutis sibi oculis. — *Æthere nostro.* Vel luce, quam nos largimur. Virgil. Æn. I, 546: « Si vescitur aura Ætherea. » Vel id dicit, quia OEdipus in subterraneum et obscurum specum se condiderat, ubi animum vix ducebat.

238. *Facinus sine more!* Inusitatum, penitusque infandum. Claudianus altero XX, in Eutropium, II, 45: « Tum vates sine more rapi, lymphataque passim, etc. » Virgil. Æn. V, 694: « Tempestas sine more furit; » Æn. VIII, 635: « Raptas sine more Sabinas. »

239. *Calcavere oculos.* Id est, in-

Dire senex! meruere tuæ, meruere, tenebræ
Ultorem sperare Jovem. Nova sontibus arma
Injiciam regnis, totumque a stirpe revellam
Exitiale genus. Belli mihi semina sunto
Adrastus socer, et Superis adjuncta sinistris
Connubia. Hanc etiam pœnis incessere gentem
Decretum. Neque enim arcano de pectore fallax
Tantalus, et sævæ periit injuria mensæ. »
  Sic pater omnipotens. Ast illi saucia dictis

sultavere cæcitati paternæ. Supra Œdipus, 78 : « Insultant tenebris, gemitusque odere paternos. » — *Rata vota tulisti.* Diris enim devovit filios ob inauditam impietatem Œdipus. Barth.

240. *Dire.* Vel ob scelera, vel ob imprecationes, quas in filios fecerat.

241. *Ultorem sperare Jovem.* Behot. pro var. lect. *Ultorem spectare Jovem.* — Regg. B et C habent *spernre.* A. — *Sontibus regnis.* Supra, vs. 2 : « Sontes Thebas. » — *Nova arma.* « Crudelitatis, eatenus inauditæ, » glossogr. scriptus. Barth.

242. *Injiciam regnis.* Petav. *Injiciam populis.* — Regg. B et C, *regnis.* A.

244. *Adrastus socer.* Adrastus, filius Talai, Megapenthi successerat in regnum Argivorum : patre autem mortuo, Adrastus, relictis Argis, Sicyonem se contulit, ibique quum aliquot annos regnasset, Argos revocatus, principatum in ea urbe tenuit, ubi Polynicem et Tydeum profugos excepit. Regnum autem Argorum obvenerat Talao per patrem Biantem, cum quo frater Melampus illud acceptum a Megapenthe ultimo Danaidarum, ob liberatas a furore sorores, partitus fuerat. — *Socer.* Non, quia adhuc socer erat, sed quia Deus, res futuras, ut præsentes videt. Sic *adjuncta*, pro *adjungenda* : nondum enim erant *adjuncta.* — *Sinistris.* Infensis numinibus et contrariis, quia morituri sunt. Lactant.

245. *Hanc gentem.* Familiam Adrasti; quia Adrastus genus ducebat a Tantalo, per Peroœm aviam paternam, filiam Nelei et Chloridis, quæ erat filia Amphionis et Niobes Tantali filiæ.

246. *Neque enim arcano.* Reddit causas cur etiam Argivos velit evertere : scilicet propter Tantali scelus, qui decipere se credidit Deos, quando epulandum his apposuit filium : vel quod epulando cum Diis secreta eorum mortalibus prodidit: ob quod facinus dignas apud inferos pœnas solvit. Lactant.

247. *Periit injuria.* Duplex hic literæ productæ ratio, ob incisionem versus alia, alia privilegio ei proprio, quod jam olim notatum memini Ang. Politiano summo paucisque comparabili viro. Sic Theb. II, vs. 474 : « Te Meleagre subit : ibi demum cuspide lata. » Barth. — *Et sævæ mensæ.* Quum Diis epulandum filium dedit, ob idque *sævam mensam* vocat.

248. *Sic pater omnipotens.* Om-

Flammato versans inopinum corde dolorem
Talia Juno refert: « Mene, o justissime Divum,
Me bello certare jubes? scis semper ut arces
Cyclopum, magnique Phoroneos inclyta fama
Sceptra viris, opibusque juvem, licet improbus illic
Custodem Phariæ, somno letoque juvencæ
Exstinguas, septis et turribus aureus intres.

nipotens, proprium epithetum Jovis. — *Saucia dictis*, pro *sauciata*.

249. *Flammato versans*. Imitatio Virgiliana, Æn. I, 50: « Talia flammato secum Dea corde volutans. » — *Inopinum*. Non id enim exspectabat Juno.

250. *Juno refert*. « Junohem correpta syllaba posteriore » a Statio poni contra Virgilium notat Servius ad Æneiden VI. — *O justissime*. « Quum alioqnin talis sis. » Priscus enarrator. Pulchrius Lactantius *invidiose* dictum notat. Nec est sine sarcasmo. *Convitia* alioquin multa exstant cælicolarum cœterorum in Jovem, ut videre est multis locis apud Homerum, Lucianum. Barth.

251. *Scis semper, ut arces*. Per arces Cyclopum intelligit Argos. Notum autem omnibus Junonem semper favisse Argivis. Virgilius, Æn. I, 24: « Prima quod ad Trojam pro caris gesserat Argis. »

252. *Cyclopum, magnique Phoroneos* Behot. Magni, *Phroneos*, omissa conjunctione. — *Cyclopum*. Ant quas Cyclopes fecerunt, aut magni ac miri operis: nam quidquid magnitudine sua nobile est, Cyclopum manu dicitur fabricatum. Lactant. — *Magnique Phoroneos*. Inachi hic filius, quem fabulantur cum Cephisso, Asterione, et Inacho arbitrum inter Neptunum et Junonem de regione disceptantes electum, litem secundum Junonem dedisse: posteaque dispersos antea homines in unius civitatis jus compulisse, eo successu, ut ab Argo, ejus ex filia nepote, integra regio nomen acceperit. Consule Pausan. Corinthiacis. Bernart.

253. *Sceptra*. Regnum. — *Improbus*. Jubendo Mercurio, ut Argum innocentem hominem occideret.

254. *Custodem Phariæ somno letoque juvencæ*. Per custodem Phariæ juvencæ, intelligit Argum, quem Juno præfecerat custodiendæ Io: eum Mercurius prius cantu fistulæ sopivit jussu Jovis, mox interfecit; unde *somno letoque Exstinguas*, dixit. Mille oculos habuisse Argus dicitur Papinio, sed centum tantum Ovidio. Vide Silv. ad Somnum Silv. lib. V, 4, 11. — *Phariæ juvencæ*. Ius, quæ a Junone in vaccam conversa fuerat. — *Phariæ*. Io Pharia dicta, quia mutata in bovem, post varios et multiplices per orbem errores, tandem pervenit in Ægyptum, ubi, resumta priori forma, ab Ægyptiis benigne accepta fuit, tandemque culta sub nomine Isidis. Pharos autem erat olim insula prope Ægyptum, a qua distabat diei navigatione, postea vero Alexandriæ ponte juncta.

255. *Exstinguas*. *Restinguas*, Be-

Mentitis ignosco toris : illam odimus urbem,
Quam vultu confessus adis : ubi conscia magni
Signa tori, tonitrus agis, et mea fulmina torques.
Facta luant Thebæ : cur hostes eligis Argos?
Quin age, si tanta est thalami discordia sancti,
Et Samon, et veteres armis exscinde Mycenas.

hot. et unus Barthii; et sic legit etiam antiquus Scholiastes. — *Septis et turribus aureus intres.* Tangit fabulam Danaes, quam pater acerrima custodia tenebat; sed Juppiter in aurum conversus penetravit in turrem, in qua servabatur.

256. *Mentitis ignosco toris.* Id est, non irascor illi civitati, ubi mutatus adulteria commisisti : cum aliis enim majestate dissimulata concumbis, ad Semelem vero professus numen intrasti. LACTANT. — *Illam odimus urbem.* Thebas dicit, ubi Juppiter numen suum confessus, qualis Junonem amplecteretur, cum Semele concubuit.

257. *Quam vultu confessus adis. Quam vultum,* codex Barthii.

258. *Et mea fulmina torques.* Id est, insignia matrimonii mei, quæ debui sola sentire : vel mihi soli nota, et mihi tantum obnoxia. — *Mea fulmina.* Physicum est : nam simplici ratione si intelligis, uxorem respicis. Cæterum fulmen esse sine aere non potest, quia ipse aer Juno est, etenim si non fuerint nubes aere collisæ, fulmen nullum est. LACTANT.

259. *Facta luant Thebæ : cur hostes eligis Argos?* Consentit equidem, ut Thebæ, quas oderat, puniantur, sed avertere nititur exitium ab Argis, qui sibi cari erant. — *Facta luant.* Ut et Theb. XII, 102 : « Aut nece facta luet. » Ovidius, Heroid. Ep. X, 99 » « Nec facta luisses, Impia funeribus Cecropi terra tuis! »

260. *Quin age, si tanta est thalami discordia sancti.* Gronovius legendum censet : *si tanti est.* In vetustissimo exemplari Barth. et Taurin. *discordia nostri.* — *Quin age.* Figurate concedimus, quod tamen fieri nolumus, ut Virgilius Georg. IV, 329 : « Quin age, et ipsa manu felices erue silvas. » — *Si tanta est.* Scribendum, ait Gronovius : *Si tanti est.* Si tantopere te delectat uxoris offensio : si quovis pretio libet comparare discordem conjugem. Ovid. Met. II, 424, Jovem dicentem facit : » Sunt, o sunt jurgia tanti! » — *Thalami sancti.* Id est, me habere discordem, quæ tua sum uxor legitima, Deaque.

261. *Et Samon, et veteres.* Samos, et Mycenæ, atque Sparta, Græciæ civitates, Junoni sacratæ sunt. Samos enim cara Junoni : hæc enim prima Junonis nuptias vidisse dicitur. Ideo cara insula, attestante etiam Virgilio, Æn. I, 16 : « Posthabita coluisse Samo. » Spartam vero dixit Laconiæ civitatem regionis. LACTANT. — Samos Ionica, insula in mari Icario, e regione Ioniæ, patria Pythagoræ philosophi. Est et Samos Thracia, sive Samothracia insula maris Ægæi, adjacens Thraciæ. Tertia etiam maris Ionii

Verte solo Sparten. Cur usquam sanguine festo
Conjugis ara tuæ, cumulo cur thuris Eoi
Læta calet? Melius votis Mareotica fumat
Coptos, et ærisoni lugentia flumina Nili.
« Quod si prisca luunt auctorum crimina gentes,

insula prope Zacynthum. Vide Ortelium. — *Mycenas*. Mycenæ urbs Peloponnesi in Laconia, quam condidit Perseus, relictis Argis ob occisum a se Acrisium avum. — *Veteres* vocat, non ratione temporis, quo poeta loquentem hic inducit Jovem; sed ratione temporis, quo ille scribebat.

262. *Verte solo Sparten: cur usquam sanguine festo*. Lang. et nonnulli codd. Barthiani, *cur umquam*. — *Sparten*. Sparte nobilissima urbs Peloponnesi, et Laconiæ caput, legibus Lycurgi optime instituta, alio nomine Lacedæmon: nunc vocatur Misitra. — *Sanguine festo*. Sanguine victimarum.

263. *Thuris Eoi*. Non ita antiquum thuris usum scribit Plinius, lib. XII, cap. 1: « Iliacis temporibus unguenta non erant, nec thure supplicabatur. » Arnobius, lib. VII: « Nam, inquit, neque temporibus, ut perhibetur, heroicis, quidnam esset thus scitum est: neque genitrix et mater superstitionis Etruria opinionem ejus novit et famam. » — *Eoi*. Id est, Sabæi: apud enim solos Sabæos Arabes invenitur thus. Virgil. Georg. I, 57: « Molles sua thura Sabæi. »

264. *Læta calet? Melius votis Mareotica fumat*. Reg. B *fumant* præbet. A. — *Læta calet*. « Abundans. Abundantia enim lætitiam inducit. » Glossographus manuscripti codicis. BARTH.

265. *Coptos*. Coptos celeberrima olim Ægypti urbs, caputque Thebaidos, et commune Arabum ac Ægyptiorum emporium, ut eam vocat Strabo, lib. VII. Meminit hic hujusce urbis Juno, quia ibi colebatur Io, seu Isis. Plutarchus refert Isidem, quum Osiridem maritum a Typhone interfectum audiisset, in hac urbe lugubri veste indutam, et tonsis capillis, ejus mortem luxisse. Unde poeta hic *lugentia flumina Nili* dicit. Coptos Cana Rhamusio dicitur. — *Mareotica*. Non quod in regione Mareotica sita sit, quæ Ptolemæo et geographis alio nomine dicitur Marmarica, sed quia Mareotica constituit partem Ægypti, hinc *Mareotica* dicitur Coptos, quasi Ægyptia. Potuit etiam vocari Mareotica, a Mareoti lacu in Ægypto, qui Alexandriam a Meridie alluit. — *Ærisoni Nili*. Propter sistra ærea, quorum frequens usus in sacris Isidis. De quibus vide Excursum ad calcem huj. lib.

266. *Quod si prisca luunt auctorum crimina gentes*, Aldd. Colin. Gryph. ceteræ; *Quod si prisca*, Dan. Petav. Behot. Petrens. Buslid. Lang. Laur. etc. et sic ediderunt Bern. Lindenbrog. Cruc. Gevart. Dan. Heins. et Gronov. *actorum*; Taurin. *auctorum*, codex Burmanni cum Glossa: « Antecessorum suorum. » Vide N. Heins. ad Claudian. XXII, de Laudibus Stilic. II, 2.

Subvenitque tuis sera hæc sententia curis;
Percensere ævi senium, quo tempore tandem
Terrarum furias abolere, et sæcula retro
Emendare sat est? jamdudum ab sedibus illis
Incipe, fluctivaga qua præterlabitur unda
Sicanos longe relegens Alpheus amores.
Arcades hic tua, nec pudor est? delubra nefastis

267. *Subvenitque tuis sera hæc sententia curis. Subvenit etque tuus*, mauuscriptus Barthii; unde ille conj. *Subvenietque tuis.* Lindenbrogius et Eruc. *seria hæc.* Lectionem nostram tamen servant omnes codd. et edd. vett. — *Sera hæc sententia. Sera*, quia hoc sero et tarde Jovi venerat in mentem.

268. *Ævi senium.* Omuem antiquitatem. Lucanus, IV, 812 : « Non proderit ista sileve A quibos omne ævi seniom soa fama repellit. »

269. *Terrarum furias. Furiæ*, hic ingeutia peccata seu flagitia, præcipue iu Deos, ac propinquos commissa. Virgil. Æn. I, 41 : « Furias Ajacis Oilei. »

270. *Emendare sat est?* Locotio Maroniana. Vide Excursum. A. — *Sedibus illis.* Pisas Intelligit urbem Elidis, in qua templum erat Jovis; et prope quam ludi Olympici, ab Olympiæ loco sic dicti, celebrabantue. — A tuis, inqolt, sedihus, locis tibi carissimis incipe.

271. *Fluctivaga qua præterlabitur unda.* Barthius legi jussit : *fluctifuga.* Romana : *qua subterlabitur unda.* — *Fluctivaga qua præterlabitur unda.* Meminit hic Alpbei poeta, quia Alpheus fluvius Pisas alluit, et quia in eo Elæi cineres sacrificiorum abluebaot, hisque postea Jovis Olympici simulacrum, quod erat opus Phidiæ, illinehaut. Hic autem fluvius per sobterraneos meatus creditur perveuire in Siciliam per mediuni mare, porasque conservare aquas, ac misceri tandem Arethosæ fonti, cujus amore captus esse dicitur. Noster Epithalamio Stellæ, Silv. I, 2, 203 et seqq. : « Tumidæ sic transfuga Pisæ Amnis, etc. » Locum hoicce rei dedit, quod jacta in Alpheum, suh imom mare penetrantem, iu Arethusa fonte prope Syracusas reddontur. Ita Plinius, Paosanias prlore Eliacorum, Hugo Falcandus iu historia Sicola, Nicauor de fluminibus. Strabo tamen reclamat, idqoe fabulosum affirmat. — *Fluctivaga.* De hoc loco videator Excursus ad calcem hoj. lib.

272. *Sicanos longe relegens Alpheus amores. Alpheos,* Aldd. Colin. Gryph. Basil. Plant. Gevart. cæteræ. *Alpheus*, Behot. et Petrens. — Reg. B, *Sicanios longe relegens Alpheos amores.* A. — *Sicanos amores.* Arethosam fontem Siciliæ, cujus amore captus creditur Alpheus : Sicilia enim prius Sicania vocata. — *Longe.* Quia, ex Elide provincia Pelopounesi pervenire dicitur ad Arethusam fontem in Sicilia, inter quam et Elidem longus tractus maris Ionii intercedit.

273. *Arcades hic tua, nec pudor*

Imposuere locis : illic Mavortius axis
Œnomai, Geticoque pecus stabulare sub Hæmo
Dignius : abruptis, etiamnum inhumata procorum
Relliquiis trunca ora rigent : tamen hic tibi templi
Gratus honos : placet Ida nocens, mentitaque manes

*est? delubra nefastis.* In optimo Barthii codice: *Arcades hic tua* (*nec pudor est*) *delubra nefandis;* Behot. Petrens. Lipsian. Laur. Buslid. Lang. Dan. Patav. alii, eum Venett. 3, 4, *Arcades hic tua;* Aldd. Colin. Gryph. et Basil. *Arcades hi tua.* Correxit ex scriptis Bernartius. — *Arcades hic tua*, etc. Jovis autem Licei templum in Arcadia dicit, ubi sacrificabantur pueri. Vid. August. de Civit. Divin. lib. XVIII. *Nefasta* aut *nefanda loco* dicit, quia eo loci homines mutari in lupos credebantur, ut ex Plinio notant Augustini duo scholiastæ, Ludovicus Vives et Leonardus Coquæus. Idem Templum qui intrassent, necabantur. Barth. — *Hic:* apud Pisas.

274. *Illic Mavortius axis.* Barthius in scriptis invenit τὸ *Mavortius* in duas voces discissum, ita ut *male* scriptum priore syllaba prorsus videatur. Hinc ille conjectabat: *male proditus axis.*

275. *Œnomai, Geticoque pecus stabulare sub Hæmo.* Œnomaus Martis filius et Harpinæ, rex Elidis et Pisæ, accepto oraculo, se a genero interfectum iri, procis Hippodamiam filiam petentibus curule certamen proponebat, ea lege, ut victi morerentur, victor vero Hippodamia potiretur. Victis igitur tredecim, occisisque, ipse a Pelope cursu victus est, et occisus deturbato curru. Sic Pelops et regno Œnomai filiaque potitus est. —

*Pecus.* Equos Œnomai intelligit; et *pecus* etiam de equis dicitur, ut apud Columellam, lib. VI, cap. 27: « Pecus equinum, » et apud Virg. Georg. III, 75. Alludit autem ad equos Diomedis regis Thraciæ, qui humanis carnibus vescebantur. — *Sub Hæmo.* Hæmus mons Thraciæ in tantum altitudinis abit, ut Euxinum et Adriam ex summo vertice ostendat. — *Getico.* Quia Getæ, gens Thracia, montem hunc accolunt.

276. *Abruptis etiamnum inhumata procorum.* Optimus liber manuscriptus Barthii, Taurin. Lipsian. Buslid. Lang. et Laur. *etiamnum inhumata;* et sic quoque Behot. — *Abruptis etiamnum inhumata procorum:* nam Œnomaus capita procorum a se interfectorum super portam suæ domus figebat, ut tradit Hyginus.

277. *Reliquiis.* « Corporibus, cadaveribus, » glossographus. Tamen utcunque tumulasse Œnomaum, splendidioribus mox monumentis suæ et conjugis gloriæ ergo honorasse auctor Pausanias; suo quoque ævo conspicuis. Barth.

278. *Placet Ida nocens. Montem* prius speciatim, mox totam *insulam* dicit, quæ gloriata Jovis sepulcro. Res multis scriptoribus testata non vacat jucunditate legentis, si conferantur loca. Barth. Adi Excursum hujus libri. — *Mentitaque manes Creta tuos.* Creta insula maris

Creta tuos. Me Tantaleis consistere tectis,
Quæ tandem invidia est? Belli deflecte tumultus,
Et generis miseresce tui. Sunt impia late
Regna tibi, melius generos passura nocentes. »
Finierat miscens precibus convicia Juno.

Mediterranei prope Peloponnesum, multis famigerata fabulis, adventu Europæ, Pasiphaes et Ariadnes amoribus, Minotauri feritate, fatoque, Dædali operibus, et fuga, tum statione, atque morte: maxime tamen eo quod ibi sepulti Jovis pæne clarum vestigium: sepulcrum enim est, cui nomen ejus insculptum esse accolæ ostendunt. Verum refert Callimachi scholiastes, sepulcrum illud non esse Jovis, sed Minois ejus filii: in hujus autem inscriptione deletas vetustate voces has *Minois filii*, et solum legi *sepulcrum Jovis*, cum interposito spatio inter τὸ *sepulcrum* et τὸ *Jovis*. Unde Cretenses falsi, seu fallentes alios, honorem sepulti apud se Jovis, sibi tribuerunt. Hinc *mentita manes tuos.*

279. *Me Tantaleis consistere terris.* Behot. *me Tantaleis consistere tectis*; Taurin. *me Tantaleis consistere templis.* Vide supra ad vs. 208. *Nec Tantaleis consistere tectis*, in alio quodam codice. Cæteri omnes, cum edd. vett. lectionem nostram servant. — *Me Tantaleis consistere tectis* Reg. B habet. A. — *Tantaleis.* Quia posteri Tantali Argis et Mycenis regnarunt, ut Atreus, Agamemnon, Menelaus.

280. *Quæ tandem invidia est? Quæ tanta invidia est*, optimus codex Barthii, quod ille probat. — *Quæ tandem invidia.* Imitatio Virgiliana, Æn. IV, 349: « Quæ tandem Ausonia Teucros considere terra Invidia est? » — Mens Junonis: Si tibi placent loca nefanda, ut sunt Pisæ, Ida, et Creta, quod tibi pudori esse deberet, quæ invidia me incolere Tantalea tecta?

281. *Et generis miseresce tui. Et generis miserere tui*, edd. Lindenbrogii; *miseresce tui*, Petrens. Behot. alii. « Hæc vera est lectio. » Barth. — *Et generis miseresce tui.* Argivi enim reges, per Danaum et Tantalum, et Mycenæi, per Perseum et Tantalum eumdem, originem a Jove ducebant. — *Sunt impia late Regna tibi.* « Qui toti mundo dominaris, immitte bella impiis, quibus abundat; quid meæ fecerunt, quæ me colunt? » Glossa MS. Barth.

282. *Melius generos passura nocentes. Generos nocentes.* Tydeum et Polynicem generos Adrasti. — *Nocentes.* Polynices enim natus erat ex incesto filii cum matre: Tydeus vero Menalippum fratrem occiderat. — *Passura.* « Is paritura. » Sæpius hoc verbo de subjectione regum aut principum imperio præstita aut negata, utuntur auctores. Seneca, Thyeste, act. III, 470: « Immane regnum est, posse sine regno pati. » Barth.

283. *Finierat miscens precibus convicia Juno. Finierat precibus miscens*, Behot. — *Finierat precibus miscens convitia* Reg. B præbet. A. — *Miscens precibus convicia.* Mu-

At non ille gravis, dictis, quanquam aspera, motus
Reddidit hæc : « Equidem haud rebar te mente secunda
Laturam, quodcunque tuos, licet æquus, in Argos
Consulerem, neque me, detur si copia, fallit
Multa super Thebis Bacchum, ausuramque Dionem
Dicere, sed nostri reverentia ponderis obstat.
Horrendos etenim latices, Stygia æquora fratris

liebri vecordia, quæ invita precantur, itaque iracundiam etiam supplices male tegunt. Barth.

284. *At non ille gravis, dictis, quanquam aspera, motus.* Barthius omnino scribendum putat : *At non ille gravi, quanquam aspera, motu Reddidit hæc.* Bernartius vero : *At* non *ille gravis, dictis, quanquam aspera, motu.* Behot. Taurin. alter Burmanni, Lipsian. Laur. Buslid. Lang. Dan. Petav. Venett. Rom. Aldd. Colin. Gryph. Basil. Plant. etc. *motu ;* Gevart. Amstel. Gronov. et recentt. *motus*, unde nescio. — *Motus* habebat Reg. B, sed litera *s* rasa. A. — « Gravatus aut turbatus, » glossographus. Barth.

285. *Equidem haud rebar te mente secunda.* Placida, verbis meis obsecundante. Videtur *secundam Junonem* Maronis adspexisse Æn. IV, 45 : « Diis equidem auspicibus reor, et Junone secunda, Huc cursum Iliacas vento tenuisse carinas. » Ita eidem *amnis secundus*, placidus ferens. Georg. III, 447 : « Missusque secundo defluit amni. »

286. *Tuos* in *Argos.* Vide supra, vs. 251.

287. *Consulerem, neque me, detur si copia, fallit. Consuleram*, codd. Lindenbrogii; *si detur copia*, Buslid. Lang. Lipsian. Laur. Dan. Petav. Venett. 3, 4, Rom. Aldd. Colin. Gryph. Basil. Plant. et Gevart. *detur si copia*, optimæ membranæ Bart. Behot. Taurin. Petrens. Exc. Cantab. unusque Barthii. Hoc primus reposuit Dan. Heins. in Amstel. — Reg. B, *Consulerem, neque me si detur.* A.

288. *Multa super Thebis Bacchum, ausuramque Dionem.* Reg. B habet *Multa super Thebas.* A. — *Multa super Thebis.* Plus est quam si *de illis* aut *eorum gratia* scripsisset. Ita Virg. Æn. I, 750 : « Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa. » — *Dionem.* Dione mater Veneris. Unde et Venerem *Dionæam* vocat Virgilius, Æn. I, 19. Quin et ipsa Venus *Dione* vocata. Bene meminit hic Veneris : sollicita enim esse debuit de nepotis suis, Thebanis principibus, per Hermionem suam filiam.

289. *Ponderis.* Hebræi eadem voce, *cabod*, gloriam, majestatem, dignitatem, ac pondus vocant.

290. *Horrendos etenim latices, Stygia æquora fratris. Horrendos latices etenim Stygia æquora*, Behot. *etenim latices Stygii*, Dan. Petav. Lipsian. Lang. Laur. Buslid. Venett. Aldd. Colin. Gryph. Basil. Plant. Lindenbrog. Cruc. etc. *etenim latices Stygia*, Petrens. Taurin. codex Burmanni, et optimæ membranæ Barthii, cum edd. Gevart. Amstel.

Obtestor, mansurum et non revocabile verum,
Nil fore quo dictis flectar: quare impiger ales
Portantes præcede Notos, Cyllenia proles,
Aera per liquidum, regnisque illapsus opacis
Dic patruo: superas senior se tollat ad auras
Laius, exstinctum nati quem vulnere, nondum
Ulterior Lethes accepit ripa, profundi
Lege Erebi: ferat hæc diro mea jussa nepoti:

Gronov. et recentt. — *Horrendos latices.* Stygem intelligit fluvium inferorum. Æn. VI, 324: « Di cujus jurare timent, et fallere numen. » — *Fratris.* Plutonis, qui regnum inferorum obtinet.

291. *Obtestor, mansurum et non revocabile verum. Mansuetum obtestor,* margo ed. Barth. *Mansurum obtestor,* Barthii membranæ; *Obtestor monsurum et irrevocobile,* Tanrin. et unus Burmanni, unde ille: *atque irrevocabile.* Nostram lectionem testantur alii codd. cum edd. vett. — Regg. B et C, *et irrevocobile verum.* A. — *Verum.* Fatum.

292. *Nil fore quo dictis.* Regg. B et C, *quod dictis.* A.

293. *Portontes præcede Notos, Cyllenia prolès.* Barthius interpungit *Portantes p. Notos C. proles Aera per liquidum; regnisque,* etc. — *Portantes præcede Notos.* Celeritatem summam injungit, ut etiam ventos, quibus alioquin vehi solitus, præcedat. Maro ante dixerat, Æn. IV, 235 et seqq. « Pedibus talaria nectit Aurea; quæ... rapido pariter cum flamine portant. » — *Notos.* Hic, Noti, pro quibuslibet ventis. — *Cyllenia proles.* Mercurius, *proles Cyllenia* dictus a Cyllene monte Arcadiæ, in quo Maia Jove gravida Mercurium peperit.

294. *Aera per liquidum.* Eodem sensu Græci ὑγρὸν capiunt, hoc est, *facile, mobile,* et εὐκινητὸν, *lentum, flexile,* ut unda, ignis, aer. Virg. Æn. V, 217: « Radit iter liquidum, celeres neque commovet alas. » — *Regnis opacis.* Inferis umbrosis. Virg. Æn. VI, 534: « Et tristes sine sole domos. »

295. *Dic patruo: superas senior se tollat ad auras.* Behot. et Taurin. *se attollat ad auras.* Vide Oudendorp. ad Frontin. III, 9, 4. — Reg. B, *se attollat;* Reg. C, *se tollat.* A. — *Patruo.* Plutoni. Mercur. enim erat Jovis filius, cujus Pluto frater; unde Mercurio *patruus* Pluto.

296. *Laius, exstinctum.* Reg. B *Laius et extinctum* exhibet. A. — *Laius.* Rex Thebarum, OEdipi filii manu occisus.

297. *Lethes.* Lethe fluvius inferorum, in quem immerguntur animæ, statim ac inferos ingressæ sunt, « et longa oblivia potant. »

298. *Lege Erebi: ferat hæc.* Reg. B *hic* habet. A. — *Lege Erebi.* Qua inulti et insepulti centum annos errare coguntur. Virgilius de Palinuro insepulto, Æn. VI, 329: « Centum errant annos, volitantque ea litora circum. » Lucanus, lib. I, 11, de inulto Crasso: « Umbraque erraret Crassus inulta. » — *Erebi.* Erebus

Germanum exsilio fretum, Argolicisque tumentem
Hospitiis, quod sponte cupit, procul impius aula
Arceat, alternum regni inficiatus honorem:
Hinc causæ irarum: certo reliqua ordine ducam.»
  Paret Atlantiades dictis genitoris, et inde
Summa pedum propere plantaribus illigat alis,
Obnubitque comas, et temperat astra galero.

inferorum deus. Sumitur et pro inferis: originis prorsus Hebraicæ: *hereb* enim caligioem et tenebras significat. — *Diro nepoti.* « In matrem, patrem et fratrem impio. Dirus enim diis hominibusque exósum notat. » Hæc glossographus priseus. Barth.

299. *Germanum.* Polynicem. — *Exsilio fretum.* Removet hic Juppiter Papinianus a sese culpam exclusi regno Polynicis, nimirum sponte eum exoptasse ut a fratre excluderetur, ut germano regnum Thebanum vi adimere posset, quum jam dotali potentia facile se id effecturum crederet. Ubique autem, nec solus ex hujus historiæ conditoribus, eo inclinat Papinius, ut justiorem causam repetentis regnum Polynicis, quam retioentis et usurpantis Eteoclis, habeat. Barth. — *Argolicisque tumentem.* Jactantem se exsilio, propter cognationem Adrasti: et hoc quasi deus ad deum dicit; nam hæc futura sunt. Lact.

301. *Arceat, alternum regni inficiatus honorem.* Reg. B, *alternum regnum.* A. — *Arceat.* Quod Furiarum erat, per parricidium occiso Laio tribuit: opinionem eorum secutus qui infortunatorum aut sontium (in hac enim tota mythistoria par horum æstimatio) mortalium animas a morte in cacodæmonas mutari etiam inter gentiles existimabant. Barth. — *Alternum regni inficiatus honorem.* « Velut nunquam ita inter eos conventum fuisset.» Glossographus priscus. Barth.

302. *Hinc causæ irarum: certo reliqua ordine ducam.* Codex manuscriptus Barthii: *certo ordine cætera ducam;* Lindenbrogii codd. *ordine dicam.* — Reg. C, *ordine dicam,* sed super *i* secunda manus scripsit u. A. — *Hinc causæ irarum.* Hæc ad memoriam revocant illa Virgiliana, Æn. I, 25: « Etiam causæ irarum. » Æn. II, 97: « Hinc mihi prima mali labes. » A.

303. *Paret Atlantiades dictis genitoris.* Quid similius illis Virgil. Æn. I, 689? « Paret Amor dictis caræ genitricis et alas exuit, et, etc. » A.

304. *Summa pedum propere plantaribus illigat alis.* Taurin. *alligat alis;* Petrens. aliique: *illigat alis.* — Reg. B, *inligat alis;* Reg. C, *alligat alis.* A. — *Summa pedum.* Alatum calceamentum dicit, et petasum Mercurii. Lactant. — *Plantaribus illigat alis.* Talaria vocabantur. Vid. supra, vs. 293.

305. *Obnubitque comas.* Ordo est: Obnubitque comas galero, et temperat astra: quasi uniuscujusque dei caput astrum sit. Legitur *obnubit*, obscurat: ne nudo capite descendens, terras fulgore percu-

Tum dextræ virgam inseruit, qua pellere dulces
Aut suadere iterum somnos, qua nigra subire
Tartara, et exsangues animare assueverat umbras.
Desiluit; tenuique exceptus inhorruit aura.
Nec mora, sublimes raptim per inane volatus

teret; et *temperat*. Vel quia benefica stella Mercurii maleficarum temperat flammas: vel certe occulte nobis exponit quinque plagas cæli ex istis constare sideribus, Saturni, Jovis, Martis, Mercurii, Veneris. Saturni frigida est stella, id est, nocens; ut « Frigida Saturni, etc. » Martis calida. Mercurii frigida. Jovis et Veneris temperata: ergo quia per mediam zonam volabat, Jovis et Veneris vicina sidera frigido transitu temperabat. LACTANT. — *Galero*. Pileo. De quo vid. Excursum. A.

306. *Tum dextræ virgam inseruit, qua pellere dulces*. In membranis Barthii, *qua pellere somnos*. — *Tum virgam*, etc. Homerus, Iliad. Ω: « Cepit autem virgam; hac demulcet oculos hominum quorum vult: hos autem rursus et dormientes excitat. » Virgilius, Æn. IV, 242 et seqq. « Tum virgam capit: hac animas ille evocat Orco Pallentes, alias sub tristia Tartara mittit, Dat somnos, adimitque, et lumina morte resignat. » Unde ψυχοπομπαῖος, et ψυχοπομπὸς Græcis vocatur. Hanc virgam κηρυκεῖον vocant Græci, Latini caduceum. BERALD.

307. *Aut suadere iterum somnos*. In membranis Barthii *Aut mandare iterum dulces*.

308. *Tartara, et exsangues animare assueverat umbras*. Reg. C, *assueverat artus*. A. — *Tartara*. Pulcherrime glossographus priscus: « Nigra velut invia. Nihil enim tenebrosum sine luce pervium. Pervia etiam tenebrosissima si Rationem ducem sequaris, quæ est Lux humanorum conatuum, et quoniam ope Dei nititur, et ex Dei manu proficiscitur, Virga in manu Mercurii perhibetur. » Erudite omnino, quum præcipue unus pro omnibus diis cultus sit veteribus Mercurius. BARTH. — *Exsangues umbras*. Vide Excursum.

309. *Desiluit; tenuique exceptus inhorruit aura*. *Dissiluit*, Lipsian. Laur. Lang. Venett. 3, 4, Aldd. Colin. Gryph. Basil. et Plant. *Desiluit*, Petrens. Behot. Buslid. Dan. Petav. et membranæ Barthii; quod receperunt Lindenbrog. Cruc. Gevart. Dan. Heins. Gronov. Barth. et recentt. *Deliciit*, alii codd. Barthii, unde ille conjectabat, *Delicuit*. Behot. *inhorruit umbra*. — Reg. C, *Dissiluit*. A. — *Tenuique exceptus*. Tenui aura, qua mortales fruuntur: ut Virg. Æn. I, 388: « Auras vitales carpis. » Nam aer crassior in æthere. — *Inhorruit* autem, quia ab aere calido in aerem frigidum descendit: alii *inhorruit* ad stridorem referunt alarum. LACT. — De hac locutione *inhorruit aura*, vide Excursum.

310. *Sublimes raptim per inane volatus*. Edd. vett. *raptus per inane*; Behot. Laur. Lipsian. Buslid. Petrens. Taurin. Barthii membranæ, etc. *raptim per inane*; quod repo-

Carpit, et ingenti designat nubila gyro.
Interea patriis olim vagus exsul ab oris
OEdipodionides furto deserta pererrat

fuerunt Bern. Lindenbrog. Cruc. Gevart. Dan. Heins. Gronov. etc. — *Raptim per inane.* Lectio hæc a libris scriptis est: ita enim legendum, non nt vulgati: *raptus per inane.* Scio te scire τὸ *inane* hic pro aere somi, uti frequentius, qoa apud Nostrum, qua alios. Parcam scribere exempla; sunt enim quingenta in promptu. Bernart.

311. *Designat nubila gyro.* Quasi more avinm, ut volatus ipsius videretur esse descensus in gyrum: sive *gyrum* Irim dicit. Transitus enim nubiom necesse est nt levem concitet rorem. Nubilum autem ex transitu nubium fit, et astrorum motu. Sol vero qoum adversam tetigerit radiis nubem aquosam irim facit: nam ipsa est trausitus Deorum. Lactant. —*Designat.* Omnino scribendom cum perfecte bonis membrauis *dissignat.* Id est, scindit et semita quadam notabili ea transit. Idem omnino dicit Claud. Papinii perpetoos imitator, Consnl. Olyb. et Panegyr. in Tert. Cons. Honorii, etc. Barth. — Videtur hanc vocem agnoscere etiam Scholiastes.

312. *Patriis olim vagus exsul ab oris.* Reg. C, *Interea patriis vagus olimque exul ab Argis* habebat, sed super ultimam syllabam *gis* a secunda mano syllaba *vis.* A. — *Olim vagus exsul.* Etsi tempus non omnino longum, *olim* tamen erat ob ardeutissimam cupiditatem Polynicis, cui « longi videbantur Stare dies segnemqne rotam non flectere Phœbe. » Sic optimos humani animi interpres Virg. Æn. IV, 1: « At regina gravi *jam dudum* saucia cora. » Ed. — Specimen vero ambitionis et dominandi effrenatæ libidinis hoc par fratrum proposuit cordata Antiquitas, ad cavendos vitii illios pessimi effectus. Polynicem quidem, altero tamen ubique fere justiorem, loquentem ista inducit incertns scriptor Thebaidos: « Pro regno velim Patriam, penates, conjugem, flammis dare. Imperia pretio quolibet constant bene. » Barth.

313. *OEdipodionides furto deserta pererrat.* Optimæ Barthii membranæ, Dan. Petav. Laur. Lang. Aldd. Colin. Gryph. Basil. Plant. Gevart. Lindenbrog. et Cruc. *furtim;* Lipsian. Buslid. Behot. Petrens. Taurin. alius Burmanni, et nonnulli Barthiani, cum Venett. *furto.* — *OEdipodionides.* OEdipodis proles, affectata nec usitata voce, ut notat enarrator antiquus. Sic tamen Aosonius, epigramm. CXXXIX: « Nec Stygiis lucis ineunt sua fœdera fratres OEdipodionidæ, de. miserò ah miseri! » Ovidius, Metam. XV, 429: « OEdipodioniæ qoid suot nisi fabula Thebæ? » — *Furtim deserta pererrat.* Lips. et Busl. *furto deserta:* qnod recipere mibi religio non foret, quum sciam scriptores ita passim locutos. Noster, lib. III, 164: « Heu quantus furto cruor. » Bernart. Virgil. Æn. IV, 337: « Nec ego hanc abscondere furto Speravi, ne finge, fugam. » — *Furto.* Quia insidias timebat a fratre. Vide Excursum ad calcem buj. libri.

Aoniæ. Jam jamque animis male debita regna
Concipit, et longum signis cunctantibus annum
Stare gemit. Tenet una dies noctesque recursans
Cura virum, si quando humilem decedere regno
Germanum, et semet Thebis, opibusque potitum
Cerneret, hac ævum cupiat pro luce pacisci.
Nunc queritur ceu tarda fugæ dispendia: sed mox
Attollit flatus ducis, et sedisse superbum.

314. *Male debita regna*. Non indebita, ut *male sana*, sed *male debita* dixit, quæ esset præliorum incommodis petiturus: aut certe male concipit animo regna sibi debita, quæ sciebat germanum nunquam redditurum sponte. LACTANT.

315. *Et longum signis cunctantibus annum*. Editio Crucei: *et longum signū;* unde nescio, nisi sit error typothetarum. — *Signis cunctantibus*. Tarde procedentibus: ad desiderium retulit spem gerentis. LACTANT.

316. *Recursans*. Ex Marone, Æn. I, 662: « Urit atrox Juno, et sub noctem cura recursat. » Ex eodem, ib. XII, 802: « Et mihi curæ Sæpe tuo dulci tristes ex ore recursent. »

317. *Humilem decedere regno*. « Clare in manuscripto optimo, *descendere;* quam lectionem non erat librariorum alicujus comminisci. » BARTH. — *Humilem*. Ex odio fraterno, Eteoclis humilitatem cum sua potentia conjunctam cernere summam habet votorum, ut summa pœna invido fuit videre eum rerum in patria potientem. BARTH.

319. *Hac ævum cupiat pro luce pacisci*. Codex Barthii: *hacque ævum*. Behot. *laude pacisci*. — *Hac ævum cupiat pro luce*. Id est, pro illo die, quo cupit se videre regnantem, libenter totius vitæ suæ offerret tempora. LACTANT. — Imitatio Virgil. Æn. V, 230: « Vitamque volunt pro laude pacisci. »

320. *Nunc queritur ceu tarda fugæ dispendia*. « Ineptum illud *ceu*, at sententiam obfuscans. Scribe ope optimarum membranarum, quæ aperte *eu* præferunt: *heu tarda*. — Regg. B et C *ceu* habent. A. — *Nunc queritur, ceu tarda fugæ dispendia*. Duplex potest esse sensus hujusce loci, ex duplici significatione vocis *dispendium*. De quo vide Excursum. A.

321. *Attollit flatus ducis, et sedisse superbum*. Codd. Bernartii, *et sedisse superbus*. Barthii membranæ: *fastus ducis, et sedisse superbus*, et ita edidit Grasserus. — Reg. B, *Attollit flatus et sedisse superbus ducis*. Reg. C, *et sedisse superbus*. A. — *Attollit flatus ducis*. Lactantius. « Descriptio hominis anxii. Nunc enim superbiam secum regnantis reputat fratris, modo votis erigitur in spiritu regio. » Omissum est aliquid ad rem plenius proponendam, quod explere licet ex enarratore nostro « putat fratris, modo se in illius locum erigit in spiritu regio. » Eædem membranæ *fastus ducis* legunt, sed a nobis non attenduntur; *flatus* enim inanem superbiam no-

Dejecto se fratre putat, spes anxia mentem
Extrahit, et longo consumit gaudia voto.
Tunc sedet Inachias urbes, Danaeiaque arva,
Et caligantes abrupto sole Mycenas,

tant, ut non semel Nostro. Claudianus, XXII, de Laudib. Stilich. II, 15 et seqq. « Nec, quos promoveris, alto turgidus alloqueris fastu; nec prospera flatus Attollunt nimios. » Hunc locum adire si velis, notam invenies nostratis Artaud, qui de hoc Papiniano mentionem facit. Ed.

322. *Dejecto se fratre putat: spes anxia mentem.* Barthii membranæ, *Dejecto tunc fratre putat.* — Reg. B, *Dejecto tam fratre*; Reg. C, *Dejecto se fratre.* A.

323. *Extrahit, et longo consumit gaudia voto.* Rationem affert Noster Theb. II, 320 et seq. « Et qua non gravior mortalibus addita cura, Spes ubi longa venit. » Themistius: « Propter spem gaudebat, magis autem torquebatur propter dilationem. » — *Consumit gaudia voto.* Dilata enim spes totum gaudium, quod de obtinenda re habere speramus, nobis adimit. Berald. — Æmulatur ista Claudianus, I, 65 et seq. « Non anxia mentem Spes agit, et longo tendit præcordia voto. » Semper optandi regnum, inquit Lactantius, consumit gaudium. De rebus enim inopinatis magis lætamur, quam de his quæ semper mente tractavimus.

324. *Tunc sedet Inachias urbes, Danaeiaque arva. Danneiaque rura,* Taurin. *Daneiaque regna*, Aldd. Colin. Gryph. Basil. Plant. Gevart. etc. *Danaiaque arva*, Venett. Rom. Dan. Bebot. Petav. Lindenbrog. et Crue. *Danaeiaque arva*, membranæ Barthii et Petrens. — Reg. B, *Danaeiaque arva*; Reg. C, *Daneiaque arva.* A. — *Inachias urbes, Danaeiaque arva.* Supplenda præpositio *ad*, Ad Inachias urbes; Virg. Æn. VII, 286: « Inachiis sese referebat ab Argis. » — Intelligit Papinius Argos et Argolidem, in qua Inachus et Danaus regnaverunt. Danaus et Ægyptus fratres fuerunt, Beli filii. Danao fuit virilis sexus quinquaginta numerus filiorum, e diverso Egypto par numerus filiarum. Voluit ergo Danaus fratris filias liberis suis matrimonio sociare: et Egyptus oraculo cognoverat quod generi sui manibus interiret. Jussit ergo filiabus ut sponsos occiderent. Sola Hypermnestra, dum cæteræ facinus perpetrassent, Linceo pepercit. Lactant.

325. *Et caligantes abrupto sole Mycenas.* Unus codex Barthii a manu sec. *subducto sole.* — *Et caligantes.* De Atreo et Thyeste notissima historia, quod unus alterius liberos epulas fecit, quo aspectu sol dicitur refugisse: unde *abrupto sole* dixit, subducto lumine, et a cursu suo revocato. Lactant. — *Abrupto sole.* Interrupto. *Intercisam diem* alibi. Theb. II, 184: « Non fugeret diras lux intercisa Mycenas. » Et secutus eum Claudianus in Prob. et Olybr. Cons. I, 171 et seq. « Ante Thyesteis iterum conterrita mensis Intercisa dies refugos vertetur in ortus. » Barth.

Ferre iter impavidum. Seu prævia ducit Erinnys,
Seu fors illa viæ, sive hac immota vocabat
Atropos. Ogygiis ululata furoribus antra
Deserit, et pingues Baccheo sanguine colles.
Inde plagam, qua molle sedens in plana Cithæron
Porrigitur, lassumque inclinat ad æquora montem,
Præterit. Hinc arcte scopuloso in limite pendens,

326. *Ferre iter impavidum*, etc. *Ferre iter impavidus*, in uno codice; *Ferre ipsum impavidum*, scholiastes: *seu prævia ducat* Barthii membranæ. — *Non iter impavidum.* Sed ipse impavidus. LACTANT. — *Impavidum.* Se enim in tuto sperabat fore apud Argos. BERALD. — *Prævia ducit. Prævii* enim dicuntur duces viarum. LACTANT. — *Erinnys.* Furia. Furiæ enim Erinnyes Græcis vocabantur. BERALD.

327. *Seu fors illa viæ*, etc. Hoc est, illud iter aut furor suasit, aut casus, aut fatum. LACTANT. — *Immota.* Quia inflexibiles ac inexorabiles erant Parcæ, seu Fata. Nam secundum veteres, quod Fatis decernebatur, immutabile erat.

328. *Ogygiis ululata furoribus antra. Ogygiis.* Thebanis. — *Ululata furoribus antra.* Id est, in quibus Orgia Bacchi celebrata fuerunt, cum solitis furoribus, et ululatibus Baccharum. Virgilius, Æn. IV, 303: « Orgia, nocturnusque vocat clamore Cithæron. » — De bis ululatibus et furoribus, vide Excursum. A.

329. *Et pingues Baccheo sanguine colles.* Unus manuscriptus codex Barthii: *Pentheo sanguine*; et sic legit N. Heinsius in Advers. lib. II, cap. 2, p. 214. — *Et pingues*, etc. Id est, montem Cithæronem, quem mater Agave pinguefecit sanguine peremti Penthei sui filii, vel quem pinguefaciunt Bacchantes proprio sanguine, quum se in honorem Bacchi cædunt.

330. *Qua molle sedens.* Paullatim tumores collium in planum relaxans. *Molle* pro molliter: ubi in campum effunditur nimis extensum. LACTANT.

331. *Porrigitur, lassumque inclinat ad æquora montem. Porigitur*, optimæ Barthii membranæ. *lapsuque inclinat ad æquora*, Venett. Aldd. Colin. Gryph. Basil. Plant. etc. *lassumque inclinat in æquora*, Dan. Heinsius ex scriptis codd. ad Claud. Rapt. Proserp. III, 352. — *Lassumque inclinat ad æquora*, Petrens. et sic scholiastes. — Reg. C, *lapsuque inclinat ad æquora*. A. — *Lassumque* (*lapsumque*) *Lassum* habent priores editiones, sed legendum, *lapsum*, id est, vergentem, ut bene monet Gronovius, cap. 38, suæ Diatribes. *Cadere* enim seu *labi* dicitur, quod dependet aut propendet. Silius, XIII, 333: « Imoque cadit barba hispida mento. » Sic et Claudianus de Raptu Proserpinæ, lib. I, 231: « Augurium qualis laturus iniquum Præceps sanguineo delabitur igne cometes. » *Præceps delabitur*, est, in abrupto, in præcipiti pendet.

332. *Hinc arcte scopuloso in li-*

Infames Scyrone petras, Scyllæaque rura
Purpureo regnata seni, mitemque Corinthum
Linquit, et in mediis audit duo litora campis.
Jamque per emeriti surgens confinia Phœbi

*mite pendens.* Marklaudus in Epist. Crit. p. 139, pro *arcte* conj. *Actes;* quam conjecturam coufirmat codex Burmauni. — *Arcte*, anguste : sive *arte*, doctrina ; id est, inquit Lactantins, quadam solertiæ levitate id facieus. Quod ineptum declarat Barthius. — *Arte scopuloso* Regg. B et C præbent. A. — *Pendens.* Quidquid enim in præcipiti stat, videtur pendere. Nam qui supra scopulos incedit, quasi pendeat, eminus cernentibus sic videtur.

333. *Infames Scyrone petras.* Scyron hic, insideus saxo mari imminenti, hospites suos, vel prætereuntes, cogebat sibi pedes abluere, eosque ex improviso in mare dejiciebat : tandem a Theseo ex eodem saxo deturbatus est. Erat et eoem loco testudo marina, quæ corpora dejectorum devorabat. Virgilius in Ciri, 465 : » Præterit (Scylla) abruptas Scyrouis protinus arces, Infestumque suis diræ testudinis exit Spelæum, multoque cruentas hospite cautes. » Hac de causa hæ petræ ἐναγεῖς seu conscelerataæ dictæ. Sic Hor. Od. I, 3, 20 : » Infames scopulos Acroceraunia, « ob naufragia. Vocatæ et hæ petræ *Scyroniæ* a Scyrone. Quinetiam scribit Ovidius iu has mutata fuisse ossa Scyronis, quum ea nec terra nec mare vellet recipere, Met. VII, 444 et seqq. « Sparsisque latronis Terra negat sedem, sedem negat ossibus unda; Quæ jactata diu fertur durasse vetustas In scopulos, scopulis uomen Scyronis inhæret. » Erat et ventus *Scyron* vocatus, peculiaris Atheniensibus, paullum ab Argeste deflexus, reliquæ Græciæ igootus, spirans ab iis petris Scyroniis. — *Scyllæaque rura.* Intelligit Megaræ campos.

334. *Purpureo regnata seni.* Purpureus ille senex est Nisos qui iu Megara regnavit. Dicitur habuisse crinem purpureum, a quo salus urbis pendebat, quem Scylla Niso patri secuit, tradiditque Minoi, cujus amore capiebatur, obsidenti Megaram. Virgil. Georg. I, 405 : « Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo. » Megara vero urbs et caput Megaridis regionis sinui Saronico adjacentis. Plinius Megaram coloniam vocat. A. — *Mitemque Corinthum.* « Tranquillam, sive otiosam » ait Lactantius. Glossographus noster : » Propter copiam olivarum, quæ sunt signa pacis. « Barth. — De Corintho, vide Excursum.

335. *Et in mediis audit duo litora campis.* Isthmum Corinthiacum intelligit, qui mari utrimque alluitur : duobus etenim ejus latera promontoriis terminantur, Cenchreis et Lechæo, quæ res interiorem regionem continentem facit. Bernart.

336. *Jamque per emeriti surgens confinia Phœbi.* Nonnulli codd. *immersi;* alii *emersi.*—*Emeriti Phœbi.* Seneca Agamemnone, 908 : « Stat ecce Titan dubius emerito die. » *Emeritus* vero sol dictus, qnod

Titanis, late mundo subvecta silenti
Rorifera gelidum tenuaverat aera biga.
Jam pecudes volucresque tacent: jam somnus avaris
Inserpit curis, pronusque per aera nutat,

cursum suum absolverat. Sic emeriti milites vocabantur, qui tempore legibus præfinito meruerant.—Hinc etiam Gallica locutio: « Émérite, « qui, selon l'Académie, se dit de « celui qui, ayant exercé un emploi « pendant un certain temps, le « quitte pour jouir des honneurs et « de la récompense de ses services. « *Professeur émérite.* » In hoc sensu eadem voce utitur Claudianus, VII, de III Cons. Honor. 106: « Quamvis emeritum peteret natura reverti Numen. » Ed. — *Surgens confinia.* Adi Excursum; invenies explicationem Macrobii.

337. *Titanis, late mundo subvecta silenti.* Dan. *subvecta silente*; et sic scholiastes, et optimæ Barthii membranæ inter lineas. Vide Gronov. Obss. IV, 19, et Huschk. ad Tibull. IV, 1, 70. — Reg. B, *Titanis et late mundo subvecta silenti.* A. — *Titanis.* Luna. Ut sol Titan appellatur, sic et luna *Titanis*, ut Phœbus et Phœbe. « Virgilius, Æn. VI, 625: « Lucentemque globum lunæ, Titaniaque astra. » — *Silenti.* Ob somnum quo obruebatur. Sic infra: « Jam pecudes volucresque tacent. » — *Mundo subvecta. Subvehi* appositissime dictum de curru ad sublimia subeunte. Virgil. Æn. V, 721: « Et nox atra polum, bigis subvecta, tenebat. »

338. *Rorifera gelidum tenuaverat aera biga. Roriflua*, vetus scholiastes; *tentaverat aera*, in quibusdam. — *Tenuaverat aera.* Lactantius: « Diei aer crassior est, tenuis noctis: apte igitur Tenuaverat. » At unde illa philosophia? ait Barclaius. Certe non a Papinio, qui vult tantum crassum et gelidum noctis aerem supervenientis lunæ radiis nonnihil fuisse dissipatum: nec a ratione, quæ frigore constringi et opacari aerem, laxari ac dilatari calore, docet. — *Rorifera biga.* Poetæ bigam attribuunt lunæ, quadrigam soli, ceteris vero planetis equum unicum. *Rorifera* dicitur, quia nox humida est.

339. *Jam pecudes volucresque tacent.* In his quis posset non agnoscere imitationem Virgilianam? Æn. IV, 525, « Quum tacet omnis ager, pecudes, pictæque volucres. » A.

340. *Inserpit curis, pronusque per aera nutat.* Heinsius ad Ovid. Metam. VII, 155, legit *Irrepit*, vel *Surrepit*. Taurin. et Petrens. habent, *Inserpit*; alius Burmanni, *Irrepsit*. Petav. etiam *Irrepit*; Put. *Surrepsit*. — Reg. B, *Inrepsit curis, pronusque ex æthere nutat.* A. — *Inserpit curis.* Pulchre enarrator vetus: *inserpit* « in earum locum proserpit, ipsis expulsis. » Verbum ipsum ex Virgilio desumtum, Æn. II, 268, et seq. « Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris Incipit, et dono Divum gratissima serpit. » — *Curis avaris.* Nihil enim communem principemque hominum vitam tam curis omnigenis intricatam vexat versatque quam Avaritia; itaque pro omni sollici-

Grata laboratæ referens oblivia vitæ.
Sed nec puniceo rediturum nubila cælo
Promisere jubar, nec rarescentibus umbris
Longa repercusso nituere crepuscula Phœbo.
Densior a terris, et nulli pervia flammæ
Subtexit nox atra polos. Jam claustra rigentis

tudinum genere posuit. Ita Virgilius, Culice, vs. 60 : « curis Quæ lacerant avidas, inimico pectore, mentes. » Barth. — *Pronusque per aera nutat.* Fingebant poetæ somnum Deum alatum tacito cursu per aerem ferri, ac terris pronum impendere, soporemque cunctis animantibus immittere suo transitu.

341. *Grata laboratæ referens oblivia vitæ.* Perfugium enim omnium laborum ac sollicitudinum est somnus, ut ait Cic. de Diviuat. lib. II; Virg. Æn. IV, 527, et seq. « Somno positæ sub nocte silenti Lenibant curas, et corda oblita laborum. » Silius Ital. XV, 612, et seq. « Nox, somni genitrix, mortalia pectora curis Purgarat. » Auson. Mosella; » hominumque genus, superabile curis, Mulcebant placidi tranquilla oblivia somni. » Barth.

342. *Sed nec puniceo*, etc. Quum locus, in quo sol occidit, rubet, signum est serenæ noctis : e contrario, tempestatem et pluviam portendit. — *Puniceo*. Rubenti.

243. *Promisere jubar, nec rarescentibus umbris.* Varia lectio est in optimo codice Barthii, *Decrescentibus umbris*, quam ille non probat. — *Jubar*, solis lucem. — *Rarescentibus umbris.* Umbræ rarescunt cedente et tamen pugnante sole, quem repercutit opposita nox, ut splendor duplicetur occidentis. Barth.

344. *Longa repercusso nituere crepuscula Phœbo. Longa repercusso micuere* codex Taurin. — *Repercusso.* A nubibus scilicet. — *Crepuscula.* Crepusculum significat dubiam lucem, quæ solis ortum prævit, et occasum sequitur. Duplex igitur crepusculum, vespertinum et matutinum. Vespertinum desinit, quando sol in verticali octodecim gradibus ab horizonte occidentali distat. Matutinum vero incipit, quando sol in verticali, qui per eum transit, totidem gradibus ab horizonte orientali abest. Ita enim communiter docent Astronomi, quamvis alii illam distantiam ab horizonte ponant paullo majorem, et alii paullo minorem. Causam vero crepusculorum Longomontanus in Astronomiæ præcognitis attingit, nempe corpuscula inter vapores in sublime supra nubes elevata, et quod radiis solaribus collustrentur, in candorem declinantia.

345. *Densior a terris, et nulli pervia flammæ. Densior a terra, et nulli penetrabilis astro* sunt verba vet. Gloss. — *Densior a terris.* Pluviæ præsagium occulte suo more ingerit. Nam nebulæ ima petentes serenitatem designant, altum imbres. Virgil. Georg. I, 401 : « At nebulæ magis ima petunt, campoque recumbunt. » — *Flammæ.* Sive lunæ, sive astrorum.

346. *Jam claustra rigentis Æo-*

Æoliæ percussa sonant, venturaque rauco
Ore minatur hiems, venti transversa frementes
Confligunt, axemque emoto cardine vellunt,
Dum cælum sibi quisque rapit. Sed plurimus Auster
Inglomerat noctem, et tenebrosa volumina torquet,

*liæ. Claustra Æoliæ.* Carcer, in quo venti includuntur ab Æolo eorum rege, cujus sedes in insula Strongyle, una e Vulcaniis inter Siciliam et Italiam sitis; unde vocat *claustra Æoliæ.* — *Rigentis.* Venti enim plerumque frigidi.

347. *Æoliæ percussa sonant. Æoliæ perculsa* Behot. Laur. Venett. Aldd. Colin. Gryph. Basil. Plant. etc. *perclusa* Lang. et sic Scholiastes; *percussa* Petrens. Taurin. Buslid. Lipsian. Gevart. Dan. Heins. Gronov. — *Percussa sonant.* Hæc est vera lectio, firmata etiam præstantissimo omnium codice. Intelligit autem ab Æolo ventorum speluncas percussas, ut erumpere ipsi possint, quod priusquam fiat, elegantissime oris rauci hiemem præcedere dicit, horrorem nimirum illum, qui effundendum imbrem et tempestatem immanem præcedere solet. BARTH. — *Rauco ore.* Id est, *rauco fremitu.*

348. *Ore minatur hiems.* Qualem in picturis priscis videmus, inflantem buccam, et dira prospirantem. BARTH. — *Hiems.* Eodem sensu χειμῶνα sumunt Græci, et pro procella, et pro anni tempestate, quæ *hiems* etiam dicitur. — *Venti transversa frementes.* Virgil. Æn. V, 19, « Mutati transversa fremunt. » — *Transversa.* Quia venti quatuor cardinales ex quatuor partibus mundi flant decussatim.

349. *Confligunt, axemque emoto cardine vellunt.* Optimæ membranæ Barthii *cardine pellunt*, quod ex vero tamen altero, *vellunt*, addita lineola alia manu mutatum apparet. Taurin. *versant;* Dan. *volvunt.* Edd. vett. *emoto a cardine vellunt;* Bernartius delevit præpositionem duce Langiano. Deest etiam in Behot. et Petrens. — *Confligunt.* Virgil. Æn. II, 416 et seq. « Adversi rupto ceu quondam turbine venti, Confligunt Zephyrusque Notusque. » — *Axemque.* Supple mundi. — *Emoto cardine.* Cardo hic pro utroque polo sumitur. — *Vellunt.* Id est, orbem terræ motis polis sua sede dimovent. — Virgil. Æn. II, 480, « postesque a cardine vellit; » ibid. 493, « emoti procumbunt cardine postes. »

350. *Dum cælum quisque rapit.* « Dum aerem vindicat. » Gloss. MS. Illud quod de cælo videri potest, nubes nempe intelligit, ut Virgiliano testimonio recte Lactantius exponit. — *Auster.* Ventus Meridionalis calidus, ab hauriendis aquis sic dictus. Notus Græcis dicitur, quoniam νοτὶς Græce, *humorem* Latine significat.

351. *Inglomerat noctem, et tenebrosa volumina torquet. Inglomeras* Taurin. unde Burmannus conj. *Inglomerans noctem, tenebrosa,* etc. — Reg. B, *Inglomerat noctem tenebrosa,* etc. A. — *Inglomerat noctem.* Nubes enim et nubila cogit Auster. — *Tenebrosa volumina torquet.* Ne-

Defunditque imbres, sicco quos asper hiatu
Persolidat Boreas: necnon abrupta tremiscunt
Fulgura, et attritus subita face rumpitur æther.
Jam Nemee, jam Tænariis contermina lucis
Arcadiæ capita alta madent. Ruit agmine facto
Inachus, et gelidas surgens Erasinus ad Arctos.

mo nescit *volumen* dici, quidquid volvitur, et quidquid volubile est: ideoque nubes *tenebrosa volumina* vocat Papinius, quas nimirum torquet, id est, flectit, volvit, et in sese curvat, ac rejicit vehementior ventus.

352. *Defunditque imbres, sicco quos asper hiatu. Diffunditque* Put. Petav. Dan. Lang. Laur. aliusque Burmanni, quod probat Barthius; *Defunditque* Taurin. alter Burmanni, Behot. Petrens. Lipsian. Buslid. et Venett. 3, 4. Vide Drakenb. ad Sil. Ital. IX, 142, et Oudendorp. ad Lucan. IV, 82. — Reg. C, *Diffunditque imbres.* A. — *Quos asper hiatu.* Physicam rationem secutus est. Nam si primo Auster pluvias facit, mox sequitur Boreas, qui easdem aut in nivem, aut in grandinem mutat. Unde Ovid. Metam. IX, 220, « Utque ferunt imbres gelidis concrescere ventis: » id est, congelari. Lactant.

353. *Persolidat Boreas. Præsolidat.* Dan. — Reg. B *Præsolidat*, Reg. C *Persolidat.* A. — *Necnon abrupta tremiscunt.* Reg. B *tremescunt.* A. — *Abrupta tremiscunt.* Coruscationes enim quasi ruptis nubibus tremunt. Virgil. Æn. III, 199, « Ingeminant abruptis nubibus ignes. »

354. *Fulgura.* A fulgore dicta sunt. — *Rumpitur æther.* Quasi ex collisione et fragore nubium. Lact.

355. *Jam Nemee, jam*, etc. Reg. B *Jam Nemeæ.* Reg. C *Jam Nemee.* A. — *Jam Nemee.* Nemea et Nemee, silva, vel mons juxta Cleonam, Græciæ civitatem, ubi Hercules leonem vicit. Lucanus, IV, 612, « Ille Cleonei projecit terga leonis; » et Virg. Æneid. VIII, 295, « Et vastum Nemeæ sub rupe leonem. » Notandum autem quod nomen litera A terminatum, longum latinitas non habet, sed ideo quia est nomen Græcum: in quo melius Græca ratio considerabitur. Lactant. — *Tænariis contermina lucis.* Scholiastes priscus: « Tænarus est vallis juxta Maleam montem. » *Lucos* quidem *Tænarios* ex veritate dixerit Papinius. Barth.

356. *Arcadiæ.* Arcadia mediterranea regio Peloponnesi, a mari undique remota, quæ hoc nomen traxit ab Arcade Jovis et Calistûs filio. Eadem Stephano Lycaonia, Gigantis, et Parrhasia dicta: Drymodis et Pelasgia prius vocata: — *Capita alta.* Intelligit montes quibus Arcadia attollitur, quorum præcipui erant Pholoe cum oppido: item Cyllene, Lycæus, in quo Lycæi Jovis delubrum, Mænalus, Artemisius, Parthenius, Lampeus, Papinio Lampia et Nonacris: præterque ignobiles octo. Berald.

357. *Inachus, et gelidas surgens*

Pulverulenta prius, calcandaque flumina nullæ
Aggeribus tenuere moræ, stagnoque refusa est
Funditus, et veteri spumavit Lerna veneno.
Frangitur omne nemus: rapiunt antiqua procellæ
Brachia silvarum, nullisque aspecta per ævum

*Erasinus ad Arctos.* Dan. et *gelidos;* Petav. et Put. *et gelidas surgens Erasinus in undas.* Vetus Scholiastes citat: et *gelidas vergens.* — Reg. B *et gelidas vergens Erasinus in undas.* Et in margine a secunda manu *ad Arctos.* A. — *Inachus.* Fluvius Argolidis, unde *Argivus* dicitur Æschylo. Fontem habet in Artemisio monte: hinc interfluens Argolidem, in sinum Argolicum effunditur. — *Erasinus.* Erasinus fluvius Argolidis ortum habet ex lacu Arcadiæ Stymphalide, mox terra occultatus, in agrum Argivum denuo erumpit, Inachoque mixtus, in sinum Argolicum evolvitur. Ovidius, de eodem Erasino, Met. XV, 276, « Redditur Argolicis ingens Erasinus in agris. » — *Gelidas surgens ad Arctos.* Hoc verum non est de Erasino Argolidis, sed de Erasino Achaiæ provinciæ Peloponnesi, qui cursu vergit ad septemtrionem, et juxta Buræ ruinas in sinum Corinthium illabitur. — *Arctos.* septemtrionem dici Arcton jam supra notavimus, vs. 18, quia septemtrio subjacet ursæ majori, et minori. — *Gelidas.* Tractus enim septemtrionalis frigidissimos est. Berald.

358. *Pulverulenta prius, calcandaque flumina.* Reg. B *Calcataque flumina.* A. — *Pulverulenta.* In hoc epithetom, vide Excurs. — *Calcandaque flumina.* Si in his fluminibus, quæ ante aquæ penuriâ calcabantur, hoc est, pedibus transiri poterant, riparum aggestiones opponeres, quo minus effunderentur, nullam facerent moram. Lactant.

359. *Aggeribus tenuere moræ, stagnoque refusa est. Aggeribus tenuere viæ* Petrens. Vide Heinsium ad Ovid. Rem. Amor. 214, *stagnoque revulsa est* vetustissimæ Barthii membranæ. — *Refusa.* Commota.

360. *Veteri spumavit Lerna veneno. Lerna.* Palus est apud Argos, in qua Hydram superasse Hercules dicitur. Ait ergo in hoc stagno tantam vim undarum fuisse, ut iterum venis scatere videretur. Notandum autem quod *veteri* dixerit, quum omne nomen generis neutralis, quod in *us* exit, nunquam nisi E litera terminetur: ut *pecus, pecore.*

361. *Rapiunt antiqua procellæ.* Alioquin frangi faciliora. Sed rem potius tetigisse veterem Scholiasten arbitror, qui *antiqua* pro *robustioribus* accipit. Tot seculis intacta et inconvulsa. Barth.

362. *Brachia silvarum, nullisque aspecta.* In MS. non innotabilis Glossa. *Inspecta.* « Aspecta raro sic ponitur. » Barth. — *Brachia silvarum.* Ingentes et maximos Ramos. Virg. Æn. VI, 282, « In medio ramos annosaque brachia pandit Ulmus opaca, etc. » Catull. Carm. LXIII, 105, et sq. pariter, « Nam velut in summo quatientem brachia Tauro Quercum, aut conigeram, sudanti cortice, pinum Eruit indomitus turbo. » Et Val. Flacc. I, 126, « Pallada

Solibus umbrosi patuere æstiva Lycæi.
Ille tamen modo saxa jugis fugientia ruptis
Miratur, modo nubigenas e montibus amnes
Aure pavens, passimque insano turbine raptas
Pastorum pecorumque domos. Non segnius amens,
Incertusque viæ, per nigra silentia, vastum
Haurit iter : pulsat metus undique, et undique frater.

velifero quærentam brachia malo.»

363. *Æstiva*. Stabula ferarum intelligit Lactantius, ab illis pecorum, quæ hoc nomine censentur. Adspexit autem locum Maronis, Georg. III, 472, «sed tota æstiva repente, Spemque gregemque simul, totamque ab origine gentem.» Servius: «Loca posuit pro animalibus. Æstiva autem sunt loca umbrosa, in quibus per æstatem pecora vitant solis calorem.» Statius: «umbrosi patuere æstiva Lycæi.» In optimis membranis Glossographus. — *Æstiva*. Umbracula nemorum: Claudianus, XV, 475, «Ingenti clangore grues æstiva relinquunt Thraeia,» Id est, nidos æstivos illuc collocatos. Barth.

364. *Ille tamen modo saxa jugis fugientia ruptis*. In textu optimi codicis Barthiani est *raptis*: illud alterum instar variantis lectionis suprascriptum. — *Ille*. Polynicea, «Non confusus.» Glossa scripta. Alia, «Non confusus, quamvis tanta tempestate deprehensus.» — *Fugientia*. Dilabentia. Lact. — *Jugis ruptis*. Vi ventorum ac tempestatis.

365. *Miratur, modo nubigenas e montibus amnes*. Nescio quis: *nubigenis e montibus*. Vide Gronov. in Diatr. pag. 333. — Reg. B *Miratur* exhibet. A. — *Nubigenas amnes*. Torrentes intelligit ex nubibus vi ventorum expressos. Quare inconsiderate Lactantius illud poetæ advocat «summis cognati nubibus amnes.» Omisit autem verbum descendentes, præcipitatos, aut tale aliquod aliud. Barth.

366. *Aure pavens*, auditu timens. Virg. Æn. II, 728, «omnes terrent auræ, sonus excitat omnis suspensum.» — *Passimque insano turbine raptas*. Horatius, Od. III, 29, 36 et seqq. «Nunc lapides adesos, Stirpesque raptas, et pecus, et domos Volventis una, non sine montium Clamore vicinæque silvæ, Quum fera diluvies quietos Irritat amnes.»

367. *Pastorum pecorumque domos*. Taurin. unusque Burmanni: *Pastorum pecudumque domos*. — *Non segnius omens*. Id est, non segnior. Lactant.

368. *Per nigra silentia*. Obscura ideo terribilia. Lactantius, «*terribilia* ut Virgil. Æn. II, 755: «Ipsa silentia terrent.» Mihi in tanto elementorum silvæque tumultu, et montium fragoribus inopportune *silentii* vocem posuisse videtur Papinius. Utcunque enim transferatur significatio, inconsiderate tamen omnia et ipsam se oppugnat.

369. *Haurit iter*. Consumit. *Undique frater*. Eteocles cujus solius timet insidias, aut invidet regno. *Haurit* ergo, accipit: id est,

Ac velut hiberno deprensus navita ponto,
Cui neque temo piger, neque amico sidere monstrat
Luna vias, medio cæli, pelagique tumultu
Stat rationis inops : jamjamque aut saxa malignis
Exspectat submersa vadis, aut vertice acuto
Spumantes scopulos erectæ incurrere proræ.
Talis opaca legens nemorum Cadmeius heros,

terribile iter oculis, auribus, et omni percipit sensu, et ubique sic terretur, tanquam ubique sit frater: ut est, « Quidquid increpuerit, Catilinam timeri aut videri. » Lact.

370. *Hiberno deprensus navita ponto.* Nonnulli eodd. *depressus;* alii *deprēsus.* Vide Bentl. ad Horat. Od. I, 14.— *Deprensus navita.* Vide Excursum.

371. *Cui neque temo piger, neque amico sidere monstrat.* Optimus codex Barthii, *monstrant.* — *Cui neque temo piger.* Per *temonem* intelligit ἅμαξαν, seu ursam utramque, quæ ἅμαξα dicta fuit Græcis, seu plaustrum, ut testatur Aratus. At proprie septem lucidiores stellæ ursæ majoris, quæ currus figuram gerunt, ἅμαξα dicuntur. Has Arabes *Beneth Nach*, hoc est, filias feretri vocant. Sciendum etiam Græcos majorem ursam in navigationibus observare; unde ἑλίκωπας vocavit Homerus, ut Theoni videtur: ursam enim majorem ἑλίκην Græci vocarunt. Phœnices vero sequebantur minorem, seu Cynosuram, ut refert Aratus, et Germanicus ejus interpres : « Dat Graiis Helice cursus majoribus astris : Phœnicas Cynosura regit. » — *Piger.* Quia ursa non mergitur respectu degentium in sphæra obliqua septemtrionem versus, et sic videtur non moveri, ut aliæ stellæ. Virgilius, Georg. I, 246, « Arctos Oceani metuentes æquore tingi. » Nost. Theb. lib. III, 685, « Ubi sola, superstite plaustro, Arctos ad Oceanum fugientibus invidet astris. »

373 et 374. *Aut saxa malignis Exspectat submersa vadis. Malignis vadis* quæ caveri nequeunt. Virgil. Æn. XI, 525, « Angustæque ferunt fauces, aditusque maligni. » Id est, periculosi. Sic eidem VI, 270, maligna lux cui credi non potest. « Quale per incertam lunam sub luce maligna Est iter in silvis. »

375. *Spumantes scopulos erectæ incurrere proræ.* Varietatem lectionis *Occurrere proræ*, notat Glossograph. vet. — Regg. B et C, *erectæ incurrere proræ.* A. — *Exspectat. Timet*, Glossographus vetus. Virg. VI, 614, « Inclusi pœnam exspectant. » Servius probe : « Quod gravius est : nam in exspectatione et præsens metus est et dolor futurus, in ipsa autem pœna solus est dolor. » Sic in illo Petronii, cap. 125 : « Dii, Deæque, quam male est extra Legem viventibus ! quidquid meruerunt semper exspectant. » Bart. — *Spumantes scopulos.* Non spumant scopuli, sed fluctus, quum ad eos eliduntur.

376. *Talis opaca.* Id est, qualis nauta, timens tantum sine ulla se-

Accelerat, vasto metuenda umbone ferarum
Excutiens stabula, et prono virgulta refringit
Pectore : dat stimulos animo vis mœsta timoris,
Donec ab Inachiis victa caligine tectis
Emicuit lucem devexa in mœnia fundens

gnitie, vir fortis ingressum iter emetiebatur. Lactant.— *Opaca nemorum*. Pro, opaea uemora. Similes loquendi modi, *ardua montium*, *glebosa camporum*, ete.—*Cadmeius heros*. Polynices, qui a Cadmo origiuem ducebat.

377. *Vasto umbone*. Latini per voeem, *umbo*, sieut Græci per ἄμϐων, teste Varrone, intelligunt quidquid emiuet, et protuberat. Hinc poetæ umbouem pro elypeo pouunt Syuecdoehiee, a parte quæ in clypeo Romano instar dimidiati ovi prominebat, uti boc loco Papinius et alii auetores. Sic etiam voeabatur centrum plicarum iu toga Romaua : ita enim struebatur, ut eorrugata iu multas plicas clypei formam referret, eujus eentrum proprie voeatur umbo. Persius, Sat.V, vs. 33, « Totaque impune Suburra Permisit sparsisse oculos jam eandidus umbo. » Alias Papinius vocem *umbo* sumit, pro omui quod promiuet, Theb. VI, 257, « Geminis umbouibus agger Campum exire vetat. » Immo usurpat etiam pro humero, manu, aut brachio, illo Thebaid. II, 671, « Clypeum uon sustinet umbo. »

378. *Excutiens stabula*. Id est, silvas : nune clypeo ferarum lustra discutit, uune peetoris impulsu stabula. Lactant.

379. *Dat stimulos animo vis mœsta timoris*. Virgil. Æneid. IX, 89, « Sollicitam Timor auxius urget. » Tauta euim interdum vis est timoris, ut nihil aliud timeamus, præter id quod fugimus. Et ut ait Noster Thebaid. X, 198, « Est ubi dat vires uimius timor. » — *Vis mœsta*. Tristitia enim semper conjuncta est timori. Malum euim quod timemus, ut impendeus et præseus remur, et sie tristitia affieit uos. Cicero Tuscul. lib. IV, « Ægritudini finitimus est metus. Est euim metus, ut ægritudo præseutis, sic ille futuri mali ; itaque uonnulli ægritudiuis partem quamdam metum esse dieebaut : alii autem metum præmolestiam appellabaut, quod est quasi dux consequeutis molestiæ. »

380. *Donec ab Inachiis*. Argivis, ab Inacho fluvio ; ut Virg. Æneid. VII, 286, « Ecce autem Inachiis sese referebat ab Argis : » dicit tamdiu errasse Polyuieem, quamdiu de Inachiis tectis, id est, de Argiva eivitate victis tenebris lux emicuisset : de eivitatis arce, quæ Larissa nominatur. Nou nos autem debet confundere, quod et Thessaliæ civitas Larissa dicitur a qua et Larisseus Achilles ; hæc euim, quam nuue commemorat, arx est civitatis Argivæ, quæ Larissa dieitur. Lact.

381. *Devexa in mœnia*. Quasi imaginem lueis accipere debeat : ut Virgil. Æn. VIII, 280, « Devexo iuterea propior fit vesper Olympo. » — *Devexa*. Iu latere moutis posita. Lactant.

Larissæus apex. Illo spe concitus omni
Evolat: hinc celsæ Junonia templa Prosymnæ
Lævus habet; hinc Herculeo signata vapore
Lernæi stagna atra vadi; tandemque reclusis
Infertur portis: actutum regia cernit
Vestibula: hic artus imbri ventoque rigentes

382. *Larissæus apex : illo spe concitus omni.* Bernartius proposuit : *pede concitus omni.* « Ridicule, inquit Barthius, sic enim multipedem facit Hernem. » — *Larissæus apex.* Arx civitatis Argivæ. — *Illo spe concitus omni.* Id est, ad illam partem, unde posteaquam lumen emicuisse videt, desiit timere.

383. *Celsæ Junonia templa Prosymnæ.* Hanc præbent lectionem Regg. B et C, et fere omnes editiones. A. — *Celsæ Junonia templa Prosymnæ.* Prosymna urbs Argolidis, loco excelso sita, in qua templum Junonis erat, lucusque ei sacer. De hac urbe vide Exeurs. — *Junonia templa.* Sic Ovidio Fast. VI, 61, « Mensis Junonius. » Amor. III, 13, 35, « Junonia sacra. » Am. II, 2, 45, « Junonius custos » de Argo, Trist. II, 291, « Proxima adoranti Junonia templa subibit, Pellicibus multis hanc doluisse Deam. » Ita libri veteres, non *Junonis:* et « Janus Junonius. » Macrob. Sat. lib. I, cap. 9.

384. *Lævus habet.* « In codice omnium vetustissimo diserte *habet* est exaratum, quod concinnius altero, *habens*, ipsum se probat. » Barth. — Ita etiam Petrens. Behnt. Taurin. Burm. alii; reposuerunt Dan. Heins. Gronov. Barth. et recentt. Alterum *habens* exhibent Dan. Put. Petav. Lang. Laur. Lips. Buslid. et edd. vett. — Reg. B, *Lævus habens;* Reg. C, *Lævus habet.* A. — *Hinc Herculeo vapore.* Ad dextrum latus Lernæ stagna Herculeo vapore signata, quasi infamia dimissa. Si veram quæramus historiam, Lerna palus fuit, quæ quum frequenter siccaretur, et denuo impleretur aquis, Hercules deprehendit venas terræ incendio posse præcludi, atque ideo posteaquam exhausit eam, ignem adhibuit, et si qua prorumpebat unda, obstruxit; nam hydram monstrum fuisse ἀπὸ τοῦ ὕδατος fabulæ nomen obtinuit. Lactant.

385. *Lernæi stagna atra.* Unus liber Barthii, *stagna alta.* — Reg. B, *stagna atra;* Reg. C, *stagna alta.* A. — *Atra,* Veneno Hydræ scilicet. — *Tandemque reclusis.* Patuisse portas dicere autumo. Illud *tandem* ergo ad itioeris molestiam pertinet, non ad clusam portam. Eodem innuit glossa Lactantii, « Signum pacificæ civitatis, » agnoscentis. Barth.

386. *Infertur portis : Infert se portis* tentabat Jortinus in Obss. Misc. — Regg. B et C, *Infertur portis.* A. — *Actutum.* Confestim. Ut Plaut. Amph. act. III, sc. 3, 14 : « Actutum huc redi » A.

Projicit, ignotæque acclinis postibus aulæ
Invitat tenues ad dura cubilia somnos.
Rex ibi tranquillæ medio de limite vitæ
In senium vergens populos Adrastus habebat,
Dives avis, et utroque Jovem de sanguine ducens.
Hic sexus melioris inops, sed prole virebat
Feminea, gemino natarum pignore fultus.
Cui Phœbus generos (monstrum exitiabile dictu!
Mox adaperta fides) ævo ducente canebat

388. *Projicit, ignotæque acclinis postibus aulæ:* Behot. Venett. Aldd. Colin. Basil. et Plant. *acclivis;* Dan. Put. Petav. Buslid. Lang. Lipsian. Laur. Petrens. Taurin. Burm. et Barthiani, *acclinis;* et sic ediderunt Lindenbrog. Cruc. Gevart. Grasser. Dan. Heins. Gronov. Barth. Veen. et Delph.— Reg. B, *adclinis;* Reg. C, *acclinis.* A. — *Projicit.* « Non curans nempe quomodo decumbat. » Glossographus. Ita vero de Heronm decubitu solentes loquuntur poetæ. Valer. Flaccus, I, 252, «Molli juvenes fundnntur in alga.» Virgil. Æneid. IX, 444, « Tum super exanimem sese projecit amicum. » — *Ignotæ.* Nesciebat enim Polynices, quæ urbs erat, et cui parebat.

389. *Tenues somnos.* Lact. «Leves, subtiles; in paupere magnus est somnus. » Lucanus, V, 506, « In quorum pectora somno Dat vires fortuna minor. » Ego contra *somnos tenues* Papinium dicere antumo ob curas Polynicem undique infestantes, vere tales. Etsi enim ingens virtute, genere nobilis erat, experiebatur tamen reipsa tum, ut quidem volunt scriptores, quod apud Euripidem postea matri dicit, v. 445, Phœnissarum: Πένης γὰρ οὐδὲν εὐγενὴς ἀνήρ. Nihil enim ferebat secum præter peplum et monile illa infelicissima ornamenta. BARTH.

390. *Tranquillæ medio de limite vitæ.* De his vide Excurs.

392. *Dives avis.* Potens, ut Glossographus, et ita Lactantius exemplo Maronis, Æn. VII, 56, « Turnus avis atavisque potens. » *Dives* vero bene, quia et genus et virtus nisi cum re vilior alga est. BARTH. — *Et utroque Jovem de sanguine ducens.* Paterni materniqne sanguinis nobilitatem explicuit. LACTANT.

393. *Hic sexus melioris inops.* Barthii membranæ, *inobs.* — *Sexus melioris.* Sexus melior, mares. Virgil. Æneid. VII, 50, « Filius huic, fato divum prolesque virilis Nulla fuit. »

394. *Natarum pignore fultus.* Liberi enim columnæ et munimenta familiarum. Lucretius, IV, 1248, « inventa est illis quoque compar Natura, ut possent natis munire senectam. » De filio tamen Adrasti *Ægialeo*, Herodotus, Pausanias, Apollodorus. BARTH.

396. *Adaperta fides, ævo ducente*

Setigerumque suem, et fulvum adventare leonem.
Hæc volvens, non ipse pater, non docte futuri
Amphiarae vides, etenim vetat auctor Apollo.
Tantum in corde sedens ægrescit cura parentis!
Ecce autem antiquam fato Calydona relinquens

*canebat*. Varietas lectionis in optimo Barthii exemplari notat alios legisse: *fato ducente*. Vox *ducente* ordinem fato præstitutum, Diis expediendum notat. Ut supra dixit Juppiter, vs. 302, « certo reliqua ordine ducam. » — Reg. B, *fato ducente;* Reg. C, *ævo ducente*. A. — *Adaperta fides*. « Id est, rei vaticinatæ executio. » Glossograph.

397. *Setigerumque suem, et fulvum adventare leonem*. « Consulenti enim oraculum de generis Adrasto, duæ enim erant huic filiæ, æquo forma præstantes, responsum fuerat, suem et leonem generos ei fore. — *Setigerum*. Setæ enim proprie suum et aprorum. — *Fulvum*. Fulvus, color rufo ac viridi mixtus, proprius leonum: unde *fulvi* dicuntur leones etiam Plinio.

398. *Hæc volvens, non ipse pater, non docte futuri*. Petav. Put. Dan. Lang. Laur. Lipsian. Buslid. Venett. Ald. Colin. Grypb. Basil. Plant. Lindenbrog. Cruc. et Gevart. *non tu ipse pater;* Behot. Petrens. Cantab. Taurin. Burm. et optimæ Barthii membranæ: *non ipse pater;* et sic edidere Dan. Heins. Gronov. Barth. Veen. et Delph. — Reg. B, *Id volvens*, non *ipse pater*. A.

399. *Amphiarae vides*. Somniorum et Aruspiciorum solertissimus interpres, adeo ut post mortem Oraculum habuerit, et divino honore sit cultus, uti multis tradit Pausanias Atticis. Apud quem etiam alia, alibi vix reperiunda. Fanum ad Oropum non procul Thebis celebrat Dicæarchus in Iambis Geographicis: εἶτ' ἔστ' Ὠρωπὸς πόλις, Καὶ τῆς θαλάττης ἀπέχον ἱερὸν οὐ πολὺ Ἔστ' Ἀμφιαράου καὶ νέως καὶ τὸ τέμενος. Fani ejusdem in loco sepulcri, et tantæ auctoritatis oraculi ut cum Apolline Delphico et alieno Dodonæ certare potuerit, meminit Valerius Maximus, lib. VIII, cap. 15. Barth. — *Auctor Apollo*. Aliquot libri *actor*. — Non tamen ille optimus, quem merito cum priscis editionibus sequitur. In pari ab eodem oriundo negotio Virgilius, Æneid. XII, 405, « Nulla viam fortuna regit; nihil auctor Apollo Subvenit. » Barth. — Reg. B, *auctor;* Reg. C, *Actor*. A.

400. *Tantum in corde sedens ægrescit cura parentis*. Behot. Lang. Laur. Lipsian. Taurin. Buslid. et optimus codex Barthii, *parenti;* Petrens. Dan. Put. Petav. Burm. alii, cum Aldd. Colin. Gryph. Basil. Plant. Lindenbrog. Cruc. Gevart. Grasser. Dan. Heins. Gronov. Barth. Veen. et Delph. *parentis;* Venett. et vett. Lindenbrogii *paventi:* et sic legit Nic. Heinsius ad Ovid. Metam. VII, 308. — Nostram lectionem Regg. B et C habent. A.

401. *Calydona relinquens*. Calydon, Pleuros, et Olenos, civitates sunt Ætoliæ, unde fuit Tydeus; atque ideo modo Calydonium, modo Pleuronium: hic vero Tydeus

Olenius Tydeus (fraterni sanguinis illum
Conscius horror agit) eadem sub nocte sopora
Lustra terit, similesque Notos dequestus et imbres,
Infusam tergo glaciem, et liquentia nimbis
Ora, comasque gerens, subit uno tegmine, cujus
Fusus humo gelida partem prior hospes habebat.
Hic vero ambobus rabiem fortuna cruentam
Attulit; haud passi sociis defendere noctem

fratrem suom interemit. Moris aotem fuit antiqnis, sicut etiam Homerus dicit, ut reus homicidii exsolaret. Ergo Tydeus conscius parricidii dimisit paternum regnum, et casu eadem nocte iisdem confectus imbribus quibns Polynices, Argos venit. LACTANT.

402. *Olenius Tydeus.* In ooo scriptorum Barthii est Æneus, cum Glossa : « Id est, Ænei filius. — Reg. B, *Olenius;* Reg. C, *Æneus.* A. — *Olenius Tydeus;* Tydeus filius Œnei regis Ætoliæ : *Olenius* dicitur ab Oleno oppido Ætoliæ.—*Fraterni sanguinis illum*, etc. Tydeus enim fratrem Aphareum, quem alii Menalippum vocant, occidisse dicitur. Alii Thoantem avunculum fratrem suæ matris.

404. *Lustra terit, similesque Notos dequestus et imbres.* Petav. *conquestus et imbres.* — *Lustra. Lustrum*, præter hanc significationem, Plauto est etiam lupanar. Sumitur etiam pro spatio quinque annorum; quæ notio frequens apud historicos Romanos. BERALD. — *Dequestus.* Querendo quoad potuit fessus. Amat talia Papinius. Sic Theb. XI, 627, « Talia deqoestus paullatim sumserat iras Mortis. » Valer. Flaccus, V, 449, « donom exitiale coronæ Apparat, ante omnes secum dequesta labores. » BARTH.

405. *Infusam tergo glaciem, et liquentia nimbis.* Voculam et optimæ et aliæ membranæ omittunt. — Regg. B et C hanc habent. A.

406. *Ora, comasque gerens, subit uno tegmine.* Dan. Heinsius ad Claud. de Bel. Get. 355, malit: *Ora comasque rigens.* — *Subit uno tegmine.* Auferendi casum, pro dandi posuit, quod est elegantiæ priscæ. Lucilius : « Esuriente leoni ex ore exculpere prædam. » Prop. lib. I, 17, 21 : « Illa meo caros donasset funere crines. » BERN. — *Tegmine.* Tecti quo Polynices usus.

408. *Hic vero ambobus rabiem fortuna cruentam.* Taurin. *fortuna cruenta.* De hac variatione vide Misc. Obss. tom. I, pag. 24; Nic. Heins. ad Ovid. Heroid. Epist. V, 16, legit : *fortuna cruentans;* sed P. Burm. ad Epist. XVII, 21, vulgatam agnoscit.—*Rabiem fortuna.* « Casu enim non odio ad pugnam venernot. » Enarrator priscus. In alio libro Glossa est : « Quia mox futuri erant amici. » Et pœnituisseot, si alter alterum læsisset.

409. *Attulit.* Melius optimus liber *intulit.* BARTH. Vide P. Borm. ad Ovid. loco modo citato. — *De-*

Culminibus, paullum alternis in verba minasque
Cunctantur : mox ut jactis sermonibus iræ
Intumuere satis, tum vero erectus uterque
Exsertare humeros, nudamque lacessere pugnam.
Celsior ille gradu procera in membra, simulque
Integer annorum, sed non et viribus infra
Tydea fert animus, totosque infusa per artus

*fendere noctem.* Prohibere vel arcere injuriam noctis seu tempestatis. Virgilius, X, 905, « Hunc, oro, defende furorem. » Id est, prohibe. Quomodo apud Græcos *ἀρήγειν* et *ἀρκεῖν*, ambigua significatione.

410. *Paullum alternis in verba minasque.* Optimus liber Barthii : *paulumque alterni in verba minasque;* altera vero lectio agnoscitur Lactantio. — Reg. B, *Paullum alterni in verba;* Reg. C, *Alternis.* A. — *Alternis.* Mutua vice verborum, invicem. Virgilius, Eclog. III, 59, « Alternis dicetis : amant alterna camœnæ. »

411. *Jactis sermonibus.* Recte Lactantius advocato isto Sallustiano, Jug. cap. 11 : « Jugurtha inter alias res jacit. » Est enim eo loco exemplum eximium ex jacto verbo aut dicto orientis dissidii, quod totam Numidiam stirpe regia avertit.

412. *Intumuere satis.* Voculam *satis* mutare alibi voluimus, ut iræ dictæ sint *seri* sermonibus; sed nulla fatigatione sententiæ probæ opus, libris non addicentibus. Barth. — *Intumuere satis.* Intumescere iracundia concitati animi, quem in *fermento tum esse* Plautus oportune magis quam urbane dixit. Claudianus de anima hominis, VIII, 243 : « Rabie succensa tumescit, Contrahitur stupefacta metu. » — *Erectus uterque.* « Acclinaverant enim aut terræ aut postibus corpora. » Enarrator vetus. *Erigi* etiam ad pugnæ opus pertinet; qui enim superior corpore potior ferire altero. Et *uterque* dixit, minutiorem staturam Tydei indicans; quod genus hominum promptius semper cæteris in altum nituntur. Barth.

413. *Exsertare humeros.* More pugilum.

414. *Celsior.* « Erectior statura, quæ major majores etiam gradus facit. » Ita vetus enarrator, sane quam docte. Tydeum enim provectiorem temporum ordo docet. Barth. — *Ille.* Polynices, quem oblongo et venusto corpore fuisse aiunt. Berald.

415. *Sed non et viribus infra.* Priscianus lib. VII hæc verba ita producit : *nec non et viribus infra;* Barthii membranæ: *set non.*—*Sed non et viribus.* « Animus sufficit vires Tydeo. » Enarrator. Melius Lactantius : « Viribus ergo compensavit quod Natura proceritati non concessit, ut parvo corpori robur infunderet. » Barth.

416. *Tydea fert animus; totosque infusa per artus.* Petav. et Behot. *totos infusa.* — Reg. B, *totosque infusa,* Reg. C, *totos infusa.* A. — *Tydea fert animus;* pro Tydeus fert animum.

Major in exiguo regnabat corpore virtus.
Jam crebros ictus ora et cava tempora circum
Obnixi ingeminant, telorum aut grandinis instar
Rhiphææ, flexoque genu vacua ilia tundunt.
Non aliter quam Pisæo sua lustra Tonanti
Quum redeunt, crudisque virum sudoribus ardet

417. *Major in exiguo regnabat corpore virtus.* Virg. Georg. IV, 83: « Ingentes animos angusto in pectore versant. » Ita Tydeum describit Noster Theb. VI, 843 et seqq.: « Quanquam ipse videri Exiguus, gravia ossa tamen, nodisque lacerti Difficiles: nunquam hunc animum natura minori Corpore, nec tantas ausa est includere vires. »

419. *Telorum aut grandinis instar.* Agnoscunt omnes membranæ et edd. Lactantius etiam et Schol. vocem *telorum*, Barthio alioquin suspectam. — *Tela* enim ipsa imbribus aut nimbis comparantur, quibus hic eadem sunt. Ab agmine igitur conjiciente tela ad unius aut duorum hominum pugnos similitudinem duxit, a concursu nimirum, quem *globum* pulchre vocat Valerius Flaccus, VI, 380 et seq. « hic pariter telorum immanis in unum It globus: ille diu conjectis sufficit hastis. » Tempestatem et segetem *telorum* habet Maro.

420. *Rhiphææ.* Id est, Scythicæ, Rhiphæus mons Scythiæ, in quo semper nimiæ tempestates: ut Virgil. Georg. lib. III, 382: « Rhiphæo tunditur Euro. » — *Flexoque genu.* Duplicato, quod Græci διπλογόνασιν vocant. Lactant.

421. *Non aliter quam Pisæo sua lustra Tonanti.* Intelligit ludos Olympicos, quinto quoque anno redeunte, in honorem Jovis Olympici, celebrari solitos Olympiæ prope Pisas in Elide, in quibus oleagina corona donabantur victores. Horum originem aliqui referunt Pelopi, alii Herculi: nec primum editos in honorem Jovis, sed in funere Pelopis ab Atreo et Hercule. Verum hos ludos, progressu temporis intermissos, restauravit Iphitus Praxondæ filius, Elæus, et Jovi consecravit. Hinc profluxit illa celeberrima Olympiadum Epoche, quarum prima incidit in æstatem anni 777 ante Christum; et viginti et duobus annis præcedit Romam conditam. De Olympicorum ludorum et mercatus origine, restauratione, auctore, qui varius habetur, sollemnibus, accurate scripsit Pausanias Eliacorum priore, Benedictus Pererius Soc. Jes. in Principiis Naturalibus, et Scalig. Anim. Euseb. — *Pisæo Tonanti.* Jovi Olympico. Tonans proprium Jovis epithetum. Berald.

422. *Crudisque virum sudoribus ardet.* *Crudis.* De hac voce videatur not. 68, Carm. 1, lib. I, Silvarum, hujus operis tom. I, p. 32. Ed. — *Sudoribus ardet.* Multa in Nostro talia. Thebaid. VI, 470; de Equis « jamque et tepidis sudoribus artus Effœti. » Lucanus, Phars. IV, 754: « fumant sudoribus artus. »

Pulvis, at hinc teneros caveæ dissensus ephebos
Concitat, exclusæque exspectant præmia matres.
Sic alacres odio, nullaque cupidine laudis
Accensi incurrunt, scrutatur et intima vultus
Unca manus, penitusque oculis cedentibus instat.
Forsan et accinctos lateri, sic ira ferebat,
Nudassent enses, meliusque hostilibus armis
Lugendus fratri, juvenis Thebane, jaceres,
Ni rex insolitum clamorem, et pectore ab alto

423. *At hinc teneros caveæ dissensus ephebos Concitat.* Id est, favor populi in studia divisi instigat ephebos. Et expressit studia faventium. — *Caveæ.* Cavea hoc loco sumitur pro spectatoribus. Alias cavea, medius locus amphitheatri: depressior erat, ac propterea cavea dictus. Beraldo.

424. *Exclusæque exspectant præmia matres.* In optimo Barthii codice est: *exspectant gaudia matres,* altero suprascripto. — *Exclusæque matres.* Ratio, cur mulieres arcebantur a spectaculo Olympico, erat, ut pudori earum consuleretur: nudi enim certabant. Vide Pausaniam Eliacorum priore. Excipiebantur Cereris Antistitæ, quibus ob sacerdotii dignitatem concedebatur spectare ludos Olympicos. Ob eamdem rationem Nero ad athletarum spectaculum invitavit et virgines Vestales. Ut Suetonius, Ner. cap. 12.

425. *Nulla cupidine laudis.* Certabant enim Polynices et Tydeus noctu, nullisque præsentibus, qui testes esse potuissent fortitudinis et animi sui. Berald. — Non pecunia, inquit Lactantius, aut præmii nimietate certabant, sed laudis avidis solius erat virtutis contentio.

426. *Scrutatur et intima vultus,* etc. Multis talia: Valerius Flaccus in pugna Amyci et Pollucis, Theocritus, Lucanus, Silius etiam atque alii Homeri principium secuti.

428. *Forsan et accinctos. Forsan et accincto* Gevart. aliique; sed lectionem nostram testantur Petrens. Exc. Cantab. Taurin. Burm. Petav. Put. Dan. Laur. Lang. Buslid. Lips. aliis et edd. vett. — Regg. B et C hanc etiam præbent. A.

429. *Meliusque hostilibus armis.* Exprobrat veluti fato, quod admovit hostili manui Polynicem, et sudduxit tamen. Ita libro VI, 513 et seqq. Pariter de Pompeio Juvenalis, X, 283: « Provida Pompeio dederat Campania febres Optandas; sed multæ urbes et publica vota Vicerunt. Igitur Fortuna ipsius et Urbis Servatum victo caput abstulit. »

430. *Lugendus fratri.* Hoc enim Eteocles pie fecisset; nec postea fratres se invicem occidissent. — *Juvenis Thebane.* Apostrophe ad Polynicem.

431. *Rex.* Adrastus. — *Pectore ab alto:* supple, ductos.

Stridentes gemitus, noctis miratus in umbris,
Movisset gressus, magnis cui sobria curis
Pendebat somno jam deteriore senectus.
Isque ubi progrediens numerosa luce, per alta
Atria, dimotis adverso limine claustris
Terribilem dictu faciem, lacera ora, putresque
Sanguineo videt imbre genas : « Quæ causa furoris,
Externi juvenes (neque enim meus audeat istas
Civis in usque manus), quisnam implacabilis ardor
Exturbare odiis tranquilla silentia noctis?

432. *Noctis in umbris*. Quo tempore clarius omnia audiuntur. *Tenebris* ait Scholiastes, ut Virgilius, Æn. II, 621 : « Dixerat, et spissis noctis se condidit umbris. » BARTH.

433, 434. *Magnis cui sobria curis Pendebat somno jam deteriore senectus*. Quia in ingenti cura minor est somnus; et deficiente calore, minime somni capit senectus.

435. *Numerosa luce*. Cum multis lampadibus. Ditissimum hunc regem fingit Papinius, ut demonstrat vel liber sextus. BARTH.

436. *Adverso limine*. Barthii membranæ: *adverso a limine*, quod ille probat. — Regg. B et C, *adverso limine*. A.

437. *Putresque*. Fœdas; Papiniana hyperbole; Horatius tamen, Ep. VIII, 7, *putres mammas*; et lib. I, Od. 36, 17, *putres oculos* pariter dixit. Ed.

439. *Externi juvenes?* Alterius generis, ut Virg. Æn. III, 43: « Non me tibi Troja Externum tulit: » aut certe illud vult magis intelligi, tantam civium suorum metu regis esse formidinem, ut nullus auderat manu litem conserere. Talis est ordo: externi estis, o juvenes! nam civis meus nunquam usque adeo finem liti suæ audet extendere, ut transferat in manus furorem. LACTANT.

440. *Civis in usque manus*. Qui hæc supposuerunt, vellem mihi dicerent qua fiducia id fecerint. Lipsii liber priscam et germanam lectionem ingerit, *civis inusque manus;* quod rectum est. Ita Cicero et Propertius dixere *inante* pro *ante;* sic *incoram*, pro coram Apuleius; *insimul* pro *simul* Florus, et in Silvis Papinius; *imprope* pro *prope* Tertullianus. BERNART. — Taurin. habet : *Civis inire manus;* unus Burmanni : *Civis venire manus;* Petreos. Behot. Lang. Laur. alii, cum edd. vett. *Civis in usque manus*. Burmannus conjectabat : *neque enim meus audeat ire Civis in usque manus*. — Nostram lectionem Regg. B et C præbent. A. — *Manus*. Vis ipsa, effectio rei, potestas, exactio, opus, ars. De hac locutione vide Excurs. Ed.

441. *Exturbare*. Evertere. Asconius argumento pro Milone : « Milo, ut cognovit vulneratum Clodium, quum sibi periculosius illud etiam vivo co futurum intelligeret, occiso autem magnum solatium esset ha-

Usque adeone angusta dies? et triste, parumper
Pacem animo, somnumque pati? sed prodite tandem
Unde orti? quo fertis iter? quæ jurgia? nam vos
Haud humiles tanta ira docet, generisque superbi
Magna per effusum clarescunt signa cruorem. »
Vix ea, cum mixto clamore obliqua tuentes
Incipiunt una: « Rex o mitissime Achivum,

biturus, etiamsi subeunda esset pœna, exturbari tabernam jussit. » Noster, Theb. III, 693: « pervigil angor Ex quo primus hymen, movitque infausta sinistram Juno facem, semper lacrimis gemituque profundo Exturbata quies. »

442. *Angusta dies*. Ad consercendam pugnam. — *Triste*. Tristis res.

443. *Pacem animo, somnumque pati?* Scholiastes priscus « somnus animi voluptas, nisi vitiatus *tiis, et summum bonum, quod omnium malorum oblivionem donat, unde vero pacem animi dixit. » BARTH.

444. *Unde orti?* Reg. B, *unde horti;* Reg. C, *unde orti*. A. — *Unde orti? quo fertis iter?* Hic videtur Noster illum adumbrasse Virgilii locum. Æn. I, 370: « Sed vos qui tandem? quibus aut venistis ab oris? Quove tenetis iter? » A.

445. *Haud humiles tanta ira docet*. Virgil. Æn. IV, 13: « Degeneres animos timor arguit » quisquis enim timet, in certamine degener est. Econtra qui impertorritus fuerit, generosi sanguinis indolem profitetur. — Mire placet Papinio *iræ* vox, quam sæpissime pro heroica virtute et militari audacia usurpat.

446. *Per effusum clarescunt signa cruorem*. « Temere velut projectum, quod est signum generositatis, non parcere sanguini suo in lædendo pariter hoste. » De Tydeo notum. Polynicem nulla non pericula audacter capessentem ubique Noster inducit. Superbiam ejus Nemesin in clypeo pictam gerentis exagitat Eteocles apud Æschylum, et inde iracundia motus singulare cum eo certamen concipit.

447. *Obliqua tuentes*. Hostili odio non possunt toti a se avertere oculos, ardebat enim uterque sternere adversarium, et regi tamen interveuienti respondendum erat. BARTH.

448. *Incipiunt una*. Mixtim vero loquuntur, nec rei narratione alter alteri cedere volens. BARTH. — *Achivum*. Achaia, unde Græci Achivi et Achæi dicti, duplex est. Minor in Peloponneso, mari a septemtrione terminata, cujus initium Isthmus Corinthiacus, et cujus caput Corinthus; Ægialos antea vocabatur, propter urbes in litore ordine dispositas. Altera et major Achaia erat extra Peloponnesum, quæ habebat ad Ortum partem Ægæi maris, ad Occasum Epirum; a Septemtrione Macedonia, a Meridie vero Crissæo sinu atque Saronico terminabatur; incipiebatque ab Isthmo, quo a Peloponneso dividebatur. Hæc in multas regiones scindebatur, quarum præcipuæ erant Attica, Bœotia, Phocis, et Locris. BERARD.

Quid verbis opus? ipse undantes sanguine vultus
Adspicis. » Hæc passim turbatis vocis amaræ
Confudere sonis : inde orsus in ordine Tydeus
Continuat, mœsti cupiens solatia casus :
« Monstriferæ Calydonis opes, Acheloiaque arva
Deserui : vestris hic me ecce in finibus ingens
Nox operit : tecto cælum prohibere quis iste
Arcuit? an quoniam prior hæc ad limina forte

449. *Quid verbis opus est? undantes.* Lipsian. Buslid. Lang. Laur. Aldd. Colin. Gryph. Basil. et Plant. « Quid verbis opus? ipse undantes » Behot. Petrens. Taurin. etc. cum Gevart. Grasser. Amstel. Gronov. et recentt. — *Quid verbis opus?* Comicæ locutio dictioni propior quam heroicæ. Quia tamen abrumpit statim, rem reddit gravitati operis. BARTH.

451. *Confudere sonis.* Pariter dicendo significationem turbavere verborum. — *In ordine.* Non turbato sono. LACTANT.

452. *Mœsti casus.* Cædis scilicet fratris; quem imprudens in venatione occiderat. BERALD.

453. *Monstriferæ.* Ob aprum Calydonium, quem Diana immiserat, quemque postea Meleager occidit. Vide Ovid. Met. VIII, 270 sqq. — *Acheloiaque.* Sic dicta ab Acheloo amne, qui in Thessalia oriens, Ætoliam præterfluit et Acarnaniam. Antea vocabatur Thoas, et Strabo testatur suo tempore vocari Acarnanam. Erant et alii tres fluvii ejusdem nominis, unus in Asia Minori, cujus ortus erat in monte Sipylo, ut tradit Pausanias; alter in Achaia Peloponnesi juxta urbem Dymen; tertius vero juxta urbem Lamiam dictam, ut refert Strabo. Hic, de quo agimus, nunc ab aliis hodie *Aspri* vocatur, Nigro *Catochi*; Cyriaco Anconitano *Geromlea*; accolis *Pachicolamo.* BERALD.

454. *Deserui : vestris hic me ecce in finibus ingens.* Behot. Taurin. et Burm. *hæc* pro *hic* : « scilicet librarios offendit abundantia sermonis : *hic in finibus vestris* : abesse poterat *hic*; sed et recte adest. » BURM. Conf. Propert. I, 19, 7; IV, 4, 12. Codex Burmanni præterea transponit verba, et omittit vocem *ecce*, ita : *Deserui : hæc me vestris in finibus ignes*, et pro varia lectione : in *finibus urgens.* « Sed ita claudicat versus, nisi hiatum admittamus; quem Statius tamen in deliciis non habuisse videtur. » BURM. — Reg. B, *Deserui : vestris hæc me ecce in finibus;* Reg. C, nostram lectionem præbet. A.

455. *Tecto cælum prohibere.* Behot. *tectum cælum*, et pro v. l. *tecto*; Taurin. *tecto cælum.* — *Cælum prohibere.* Cælum pro nimbis posuit : id est, pluviam tecto declinare.

456. *Arcuit. Arguit* Taur. Burm. Barthiani, Lipsian. Buslid. Lang. Laur. Petav. Put. Dan. Behot. Venett. Aldd. Colin. Gryph. Basil. et Plant. *Arcuit* Grasser. Gevart. Dan. Heins. Gronov. Barth. et recentt. et sic etiam correxit Heinsius ad

Molitur gressus? pariter stabulare bimembres
Centauros, unaque ferunt Cyclopas in Ætna
Compositos, sunt et rabidis jura insita monstris,
Fasque suum: nobis sociare cubilia terræ?
Sed quid ego? aut hodie spoliis gavisus abibis,
Quisquis es, his; aut me, si non effœtus oborto

Ovid. Her. Epist. V, 16, probante Burmanno. Vide G. Voss. ad Vell. Pat. p. 122. — Regg. B et C, *arguit* exhibent. A.

457. *Molitur gressus? Molitus gressus* malit Bernartius; *Molitus gressum* ex optimis membranis profert Barthius; nostram tamen lectionem non damnat. — Reg. B, *Molitus*; Reg. C, *Molitur*. A.

458. *Centauros, unaque ferunt Cyclopas in Ætna. Cyclopes in Ætna* Put. Lipsian. Buslid. Lang. Laur. Venett. Rom. Aldd. Colin. Gryph. Basil. et Plant. *Cyclopas* Petav. Dan. Behot. Petrens. Taurin. Burm. Amstel. Gron. Barth. Veen. et Delph. — Regg. B et C, *Cyclopas* exhibent. A. — *Centauros*. Hi dicuntur *bimembres*, quia media parte erant homines, media equi. — *Cyclopas*. Thucydides, lib. VI. Antiquissimi feruntur in Ætna Cyclopes, et in alia parte Siciliæ Læstrygones habuisse sedes: idque declarant portentosa eorum cadavera, et monstrosi specus, quæ in hunc usque diem pro osteutis visuntur, teste Fazelo rerum Siculanum lib. I. — *Ætna*. Mons Siciliæ notissimus, flammas vomens, cujus descriptionem vide apud Petrum Bembum. Berald.

459. *Compositos, sunt et rabidis jura insita monstris. Composito* Aldd. Colin. Gryph. et Basil. *Compositos* ex Venet. 4, restituit Bern. et sic Petrens. Behot. Taurin. Dan. Put. Petav. Grasser. Gevart. Dan. Heins. Gronov. et Barth. *et rapidis* Petav. — Regg. B et C, *Compositos*; Reg. B, *rabidis*; Reg. C, *rapidis*. A. — *Compositos*. In somnum scilicet. Virg. Georg. IV, 438: « Vix defessa senem passus componere membra. » — *Sunt et rabidis*, etc. Eodem spectant hæc Juvenal. Sat. XV, 160 sqq. « Quando leoni Fortior eripuit vitam leo? quo nemore unquam Exspiravit aper majoris dentibus apri? Indica tigris agit rabida cum tigride pacem Perpetuam; sævis inter se convenit ursis: Ast homini ferrum letale incude nefanda Produxisse parum est. »

460. *Nobis sociare*, etc. Supple, non licuit.

461. *Sed quid ego? Ecquid ego* in quibusdam codd. *aut hodie* Behot. et optimæ Barthii membranæ. Emendandum ita ante ex suis libris vidit V. D. J. Sincerus in Promulside. — *Sed quid ego?* De his abruptionibus sermonis Nostro familiarissimis vide Excursum.

462. *Quisquis es, his; aut me, si non effœtus oborto. Quisquis is es* Burmannus ad Ovid. Trist. III, 9, 56. *Quisquis es is* Aldd. Colin. Gryph. et Basil. *Quisquis es his* Petrens. Taurin. Behot. Put. Petav. Dan. Lipsian. Buslid. Lang. Laur.

Sanguis hebet luctu, magni de stirpe creatum
Œneos, et Marti non degenerare paterno
Accipies. » — « Nec nos animi, nec stirpis egemus, »
Ille refert contra: sed mens sibi conscia facti
Cunctatur proferre patrem: tunc mitis Adrastus:
« Immo agite, et positis, quas nox inopinaque suasit
Aut virtus, aut ira, minis, succedite tecto.
Jam pariter coeant animorum in pignora dextræ.
Non hæc incassum, Divisque absentibus acta:.

et Venett. 3, 4, quod restituit Bern. et receperunt Lindenbrog. Cruc. Gevart. Grasset. Dan. Heins. Gronov. Barth. Veen. et Delph. *effætus aborto* Taurin. et Burm. *ab orto* Barthii membranæ; unde ille: *aut me: ni* (*non effætus ab ortu*) *Sanguis*, etc. — Reg. B, *Quisquis es, his; aut me si non effetus ob orto;* Reg. C, *Quisquis is es, aut me si non effetus ab orto.* A.

463. *Sanguis hebet.* Stupet originis victus horrore parricidii perpetrati. — *Stirpe creatum Œneos.* Mars Meleagri pater; Meleager Œnei; Œneus Tydei: quamvis plerique dicant eum Marte procreatum conversu in vultum Œnei. Ordo talis. Accipies non degenerare me a patria virtute. LACTANT.

464. *Œneos. Oneos* Behot.

464. *Stirpis egemus.* Reg. B, *stirpis egentes.* A.

465. *Mens sibi conscia facti.* Dan. Petav. Put. Behot. Petrens. Exc. Cantab. Lipsian. Buslid. Lang. et Laur. *conscia fati;* et hoc reposuerunt Lindenbrog. Cruc. et Gevart. Nostram lectionem testantur omnes codd. Barthiani, cum Ven. Rom. Aldd. Colin. Gryph. Basil. et Plant. et sic ediderunt Dan. Heins. Gronov. Barth. Veen. et Delph. *conscia fatali* Taurin. sed voluit *fati.* — Regg. B et C, *mens sibi conscia fati.* A.

468. *Immo agite, et positis, quas nox inopinaque suasit.* Barthii membranæ: *inopina suasit*, quod ille probat; et sic habent etiam Aldd. Colin. Gryph. et Basil. et tuetur V. D. Nic. Erythræus ad Virgil. in *Suevit.* Lectionem nostram servant Behot. Petrens. Exc. Cantab. Lips. Buslid. Lang. Laur. Petav. Dan. Put. Taurin. Lindenbrog. Bern. Cruc. Gevart. Grasser. Amstel. Gronov. Barth. Veeun. et Delph. — Reg. B, *et positis quæ nox inopinaque suasit;* Reg. C, *quas nox inopina suasit.* A.

470. *Jam pariter coeant animorum in pignora dextræ.* Lipsian. et nonnulli Barthiani: *coeant amborum;* optimæ Barthii membranæ cum ceteris codd. *animorum.* — *Coeant animorum in pignora dextræ.* Dare dextras in signum fidei et amicitiæ vetus est mos; unde dextra semper est habita propria sedes fidei, et ipsi consecrata: quin etiam fides repræsentatur per duas dextras junctas, ut videre est in veteribus nummis. Adi Excursum.

Forsan et has venturus amor præmiserit iras,
Ut meminisse juvet. » Nec vana voce locutus
Fata senex; siquidem hanc perhibent post vulnera junctis
Esse fidem, quanta partitum extrema protervo
Thesea Pirithoo, vel inanem mentis Orestem

472. *Forsan et has venturus amor præmiserit iras.* Taurin. Burmann. Dan. Petav. Behot. et nonnulli Barthiani: *præmiserat*; optimæ Barthii membranæ: *permiserat*; Petr. Buslid. Laur. Lang. Lipsian. Ven. Aldd. Colin. Gryph. Basil. Plant. Gevart. Grasser. etc. *præmiserit.* — Reg. B, *Forsitan et... præmiserit*; Reg. C, *præmiserat.* A. — *Venturus amor præmiserit iras.* Scita assimilatio Plutarchi « ut per nubes clariorem venire solem, sic per dissidium amicitiam. » Barth.

474. *Fata.* « Quasi fatale quid et immutabile prædixisset. » Glossographus antiquus. *Fata*, ventura certo: ubique poetæ. Barth.

475. *Esse fidem, quanta partitum extrema protervo.* *Isse fidem* conjectabat Barthius. — *Esse fidem, quanta partitum*, etc. Celebrabantur, maxime apud veteres, quinque amicorum paria, Thesei nimirum et Pirithoi, Orestis et Pyladis, Tydei et Polynicis, quæ hic designantur: Achillis et Patrocli, Herculis et Telamonis. — *Partitum.* Τὸ *partitum* regitur a τῷ *perhibent* superioris versus, et subintelligendum est, fuisse. Berald. — *Extrema.* Extreme: nomen pro adverbio. Extrema, scilicet pericula. Tacitus, Annal. XIV, cap. 61, « vitam ipsam in extremum adductam. » — *Protervo.* Quod amore Proserpinæ Inferos penetrare non timuit. — *Esse* ergo pro *fuisse* dixit, et recte: nam omnia quæ nimis mala et bona sunt, pro præsentibus adscribuntur. *Extrema* ergo, inquit Lactantius, quia fides extrema erat usque ad Inferos, id est, quanta fide perhibent fuisse extrema.

476. *Thesea.* Ille, Ægei et Æthræ filius, unice amabat Pirithoum, cui gratificaturus descendit cum eo in Inferos ad rapiendam Proserpinam. Quæ expeditio erat periculosissima: ubi enim eo pervenerunt, Theseus in vincula conjectus est et Pirithous a Cerbero devoratus. Theseus tandem ab Hercule liberatus fuit. Pirithous erat filius Ixionis, ut vulgo putatur, sed Jovis, ut est apud Homerum, Iliad. XIV, 318. — *Inanem mentis.* Sic Ovid. Her. Ep. III, 60: « Sanguinis atque animi pectus inane fuit. » Sic *inanissima prudentiæ* apud Ciceronem pro Murena. — *Orestem.* Orestes Agamemnonis et Clytemnæstræ filius, ultor paternæ necis, matrem interfecit, quapropter furore correptus est. Sed hoc solatium recepit in sua calamitate, quod Pyladem habuit omnium suarum profectionum socium, ac comitem periculorum: tantaque in se invicem amicitia conjuncti sunt, ut alter pro altero mori non recusaret. Vide Lucian. Tox. Pylades autem erat filius Strophii Phocidis reguli, qui Orestem neci subtractum educaverat.

Opposito rabidam Pylade vitasse Megæram.
Tunc quoque mulcentem dictis corda aspera regem
Jam faciles (ventis ut decertata residunt
Æquora, laxatisque diu tamen aura superstes
Immoritur velis) passi subiere penates.
Hic primum lustrare oculis, cultusque virorum
Telaque magna vacat; tergo videt hujus inanem
Impexis utrimque jubis horrere leonem,
Illius in speciem, quem per Theumesia Tempe

477. *Opposito rabidam Pylade vitasse Megæram. Opposito rapidam Pylade* Aldd. Colin. Gryph. ot Basil. *rabidam* Dan. Put. Petav. Lips. Buslid. Lang. Laur. Petrens. Taur. Behot. et optimæ Barthii membranæ, cum edd. Lindenbrog. Cruc. Gevart. Grasser. Amstel. Gronov. Barth. Veen. et Delph. — *Megæram*. Megæra una ex tribus Furiis, quæ Orestem ob cædem matris exagitabat.

479. *Jam faciles*. Id est, nondum deposita tota Ira, sed in parte sedata verbis Adrasti. Comparatio enim, quæ hic affertur, ad hunc sensum nos ducit. — *Ventis ut*, etc. Non absimilis comparatio, Theb. VII, 86: « Ut si quando ruit, debellatasque reliquit Eurus aquas, pax ipsa tumet, pontumque jacentem Exanimis jam volvit hiems. »

480. *Æquora, laxatisque diu tamen aura superstes*. Lipsian. Venett. Rom. Aldd. Colin. Gryph. et Basil. *lassatisque*; et sic legit Dan. Heins. ad Claud. Bufin. I, 276, *laxatisque* Petrens. Exc. Cantab. Taur. Burm. Behot. Dan. Put. Petav. Laur. Lang. Buslid. et optimi Barthiani, cum Bern. Lindenbrog. Gevart. Grasser. Amstel. Gronov. Barth. Veen. et Delph. — Reg. B, *laxatisque*; Reg. C, *lassatisque*. A. — *Laxatisque diu*. Non inflatis, sed huc illuc dilaxatis atque protensis in diversas partes: vel, *jam relaxatis*, jam rursum cælo creditis, quam interpretationem insinuat glossa vetus, nec ineptam. BARTH.

481. *Passi subiere penates*. Quum Bernartius non intelligeret illud *passi*, emendavit, et substituit *passu subiere penates*. Non vidit illud *passi* referri ad τὸ *regem* supra.

283. *Telaque magna vacat*. Scholiastes priscus: « tum primum licet Adrasto secure intueri heroum arma et corpora Omnia aotem majora communibus, et pro viribos eorum qui gestant. Sic neminem fere non peculiaros clypeos, galeas, enses, habuisse legimus, quibus pares non poterant gestare qui minores virtute erant. » BARTH. — *Inanem leonem*. Pellem leonis. Sic Theb. VI, 722, eodem sensu dicit *inanem tigridem*, pro pelle tigridis.

485. *Theumesia Tempe*. Tempe proprie loca amœna prope Peneum Thessaliæ fluvium, nemoribus consita, et aquis irrigua. Unde loca si-

Amphitryoniades fractum juvenilibus armis
Ante Cleonæi vestitur prælia monstri.
Terribiles contra setis, ac dente recurvo
Tydea per latos humeros ambire laborant
Exuviæ, Calydonis honos : stupet omine tanto
Defixus senior, divina oracula Phœbi

milia in aliis regionibus Tempe vocantur. Hic aotem significat tractum amœnissimum prope Theumesum montem Bœotiæ. Duos enim leones superasse dicitur Hercules, primum in Bœotia, Cithæronium vocatum, alterum prope Cleonas iu Nemea, qui et *Cleonæus*, et *Nemeæus* dictus est.

486. *Amphitryoniades fractum juvenilibus armis*. Codex Gronovii (vide Diatr. p. 223, edit. Hand.), alii Barthiani, Buslid. et vet. Liodenbrogii, *juveuilibus annis*, quod probat Gronovius l. l. *armis* babent optimæ Bartbii membranæ, Laur. Lang. Lips. Behot. Petrens. Exc. Cantab. Taurin. Dan. Put. Petav. Rom. Aldd. Colin. Gryph. Basil. Plant. Gevart. Grasser. Lindenbr. Cruc. Amstel. Gron. Barth. Veen. et Delph. — Reg. B, *annis;* Reg. C, *armis*. A. — *Amphitryoniades*. Hercules a patre Amphitryone. — *Fractum armis*. Id est, clava occisum. — *Juvenilibus*. Quia Hercules vix decimum octavum ætatis annum attigerat, quum occidit leonem Cithærooium. Berald.

487. *Cleonæi monstri*. Leo enim Cleonæus, seu Nemeæus, ingentis erat magnitudiois : ideo *monstrum* vocat. — *Vestitur*. Pro vestiebatur. Tempus pro tempore, quod frequens non solum poetis, sed et scriptoribus. Sic supra *esse* pro *fuisse*, et infra *affore*, pro *adesse*. — *Vestitur*, quia Hercules pelle leonis Cithæronii indutus erat, quum interfecit Cleonæum, cujus postea pelle semper indutus fuit. — *Cleonæi*. Occisus est enim leo ille in Nemea silva, quæ est inter Cleonas parvum oppidum Arcadiæ, et urbem Phliuntem. Refert Plin. lib. VIII, c. 6, in Europa, tantum inter Acheloum Nestumque amnes, esse leones, sed longe viribus præstantiores iis quos Africa aot Syria gignant.

489. *Ambire laborant*. « Tantum humerorum erat spatium, ut licet extenta apri pellis, ægre tamen eos ambiret » Scholiast. priscus. Barth.

490. *Exuviæ, Calydonis honos*. Reg. B, *Exubiæ;* Reg. C, *exuviæ*. A. — *Exuviæ*. Exuviæ proprie spolia hostibus detracta. Sumitur et, ut hic, pro pelle apri, et cujusque animalis. Sic leonis exuviæ, serpentis exuviæ, pro pelle leonis, et λεβηρίδα. Intelligit vero pellem apri Calydonii, qui hic dicitur *Calydonis honos*, quia Meleager ceterique Calydooii principes hujus veoatione et cæde decorati sunt ac illustrati. Apollodor. autem, Biblioth. lib. III, tradit illos, id est, Tydeum et Polyniceen in clypeis gestasse, alterum apri, alterum leonis faciem. Ber.

491. *Defixus senior, divina oracula Phœbi*. Taurin. et unus Burmanni : *divinaque oracula;* unde

Agnoscens, monitusque datos vocalibus antris.
Obtutu gelida ora premit, lætusque per artus
Horror iit: sensit manifesto numine ductos
Affore, quos nexis ambagibus augur Apollo
Portendi generos, vultu fallente ferarum,
Ediderat: tunc sic tendens ad sidera palmas:
« Nox, quæ terrarum cælique amplexa labores
Ignea multivago transmittis sidera lapsu,

Burmannus conjectabat: *divinaque carmina*. Ceteri omnes codd. cum edd. vett. *divina oracula*. — Regg. B et C nostram præbent lectionem. A. — *Defixus*. Proprium hoc ingentis stuporis mentis. Vide Excurs. — *Divina oracula Phœbi Agnoscens*. Quibus scilicet cecinerat Apollo generos Adrasto supra v. 396, « ævo ducente... Setigerumque suem, et fulvum adventare leonem. »

492. *Vocalibus antris*. Non ipsa antra vocalia erant, sed vocalis Pythia, quæ ex iis oracula reddebat apud Delphos.

493. *Obtutu gelida ora premit*. *Obtuitu* Taurin. et unus Burmanni. — *Obtutu gelida ora premit*. Virgilius explicat, Æn. VII, 250: « Obtutu tenet ora, soloque immobilis hæret. »

494. *Horror iit*. Optimæ Barthii membranæ et Taurin. *Horror init*. — *Horror iit*: horror seu tremor corporis, timoris est et gaudii. Sed hoc loco gaudii, unde *lætus* dicitur. Timoris horror est, quem Virgilius dicit; Æn. II, 755: « Horror ubique animos, simul ipsa silentia terrent. » Gaudii, ut apud Terentium: « Totus, Parmeno, Tremo, .... postquam adspexi hanc. »

495. *Affore*. *Adesse*. Glossa scripta. Non ergo firma Servii regula in Æn. I, rei futuræ hoc verbum esse determinantis. Sic ipse Virgil. Æn. IX, 243: « ingenti cæde peracta, Affore cernetis. » Barth. — *Nexis ambagibus*. Sermone non intelligendo nisi post rem completam » Glossographus. Claudianus, XXVI, 552, de Bello Getico, « O semper tacita sortes ambage malignæ! » Virgilius, Æneid. VI, 98: « Cumæa Sibylla Horrendas canit ambages. » Barth.

496. *Vultu fallente ferarum*. Quia pellibus ferarum tecti Tydeus et Polynices, ut diximus.

497. *Tendens ad sidera palmas*. More gentibus communi adorantium. Hæc locutio frequenter Virgilio usurpatur. A.

498. *Terrarum cælique amplexa labores*. Nox enim hominibus Diisque data est ad quietem capiendam, et ad intermittendos labores, et solita ministeria, quæ per *terrarum* et *cœli labores* intelligit. — *Amplexa*. Virgilius, Æn. II, 251: « Involvens umbra magna terramque polumque. »

499. *Multivago*. Vario enim motu ducuntur sidera. — *Transmittis*. « Transire facis ab oriente in occidentem. Cursum enim suum nocte

Indulgens reparare animum, dum proximus ægris
Infundat Titan agiles animantibus ortus,
Tu mihi perplexis quæsitam erroribus ultro
Advehis alma fidem, veterisque exordia fati
Detegis : adsistas operi, tuaque omina firmes.
Semper honoratam dimensis orbibus anni
Te domus ista colet : nigri tibi, Diva, litabunt
Electa cervice greges, lustraliaque exta

in hoc hemisphærio, die faciunt in eo quod nobis subjectum est » Glossator. BARTH.

500. *Indulgens reparare.* Dixit quid sideribus præstet, quid etiam mortalibus præbeat dicit, hoc est indulgens otium, quo animus reparatur. De somno vid. Ovid. Met. XI, 623 seqq.

501. *Titan.* Sol *Titan* dictus, quia erat filius Hyperionis, qui erat e numero Titanum. — *Agiles.* Non ipsi *agiles*, sed quia agiles reddunt homines, ut redeant ad solitos labores.

502. *Tu mihi perplexis quæsitam*, etc. *Tu mihi prolixis* Lipsian. et nonnulli codd. Barthian. *quæsitam ambagibus* Taurin. « An gloss. vocis *anfractibus?* sed vide III, 615, et IV, 643. » BURM. — *Perplexis erroribus.* Quia oraculum Apollinis explicare ipse Adrastus et Amphiaraus frustra tentaverant, nec verum agnoscere potuerant : unde ipsis necesse fuerat in varios errores incidere.

503. *Exordia.* Decreta fatorum, seu oracula.

504. *Operi.* Supple, tuo. Noctu enim agnoverat, quos affore generos cecinerat Phœbus. Ideireo hoc illi attribuit, et gratias agit. — *Tuaque omina firmes.* Id est, impleas nuptiarum celebratione.

505. *Dimensis orbibus.* Finitis singulis annis anniversaria sacra nocti promittit. Ut apud Virgil. Æn. V, 53 : « Annua vota tamen. »

506. *Nigri.* Victimæ enim nigri coloris immolabantur nocti, ut et Diis inferis. Virgil. Æneid. VI, 249 : « Ipse atri velleris agnam Æneas matri Eumenidum, magnæque sorori Ense ferit. » — *Litabunt. Litare*, est proprie καλλιερεῖν, seu læta et prospera exta sacrificando habere.

507. *Electa cervice.* Multa enim cura victimæ eligebantur, ut Diis nihil nisi dignum offeretur. Pollux ait oportuisse omnibus esse membris, et artubus integras, non mutilas, non læsas, non distortas. — *Lustraliaque.* Vel pinguia, quia censores peracto lustro, opimas, pinguesque ac eximias victimas immolabant. Ob id enim, per quinquennale tempus pecora, ut devota sacrificiis nutriebantur, ait Lactantius, et ideo *pinguia.* Vel quia, ut ait Turneb. Advers. lib. VII, c. 13 : « Quod quum omnia sacra nos purgent et lustrent, extorum esu id maxime consequimur, et sacrificiorum participes sumus, a quibus impii arcentur. » Iisdem vocibus

Lacte novo perfusus edet Vulcanius ignis.
Salve prisca fides tripodum, obscurique recessus:
Deprendi, Fortuna, Deos. » Sic fatus, et ambos
Innectens manibus tecta ulterioris ad aulæ
Progreditur: canis etiamnum altaribus ignes,
Sopitum cinerem, et tepidi libamina sacri
Servabant: adolere focos, epulasque recentes

usus erat Virgil. Æn. VIII, v. 183: « Vescitur Æneas simul, et Trojana juventus Perpetui tergo bovis, et lustralibus extis. » *Lustralia exta* vocat Livius *sollemnia*, ob sollemne sacrificium.

508. *Lacte novo.* Sacrificia numinum inferorum, inter quæ censebatur et nox, et minorum Deorum lacte perfundebantur. — *Edet Vulcanius ignis.* Quia in sacrificiis partem victimæ adolebant. Ignis *Vulcanius* dictus, quod Vulcanus igni præerat.

509. *Prisca.* Ob antiquitatem oraculi Delphici. — *Tripodum.* De significatu tripodis non consentiunt scriptores. Homer. Iliad. Φ, videtur innuere vas fuisse, quod tribus pedibus sustinebatur, et haberet ansas, sive aures, quibus caperetur. Callimachus in lavacro Dianæ tripodem, sellam fuisse dicit tribus pedibus innixam, cui Pythia insidens oracula reddebat. Hellanicus vas cineribus plenum. Strabo speluncam profundissimam. Lactantius lauri speciem fuisse ait. Vide et Plutarchum in Solone. — *Obscurique recessus.* Intelligit hiatum fatidicum in templi Delphici penetralibus, super quem machina exstructa fuit, ne Pythia in eum caderet, et super quam sine periculo posset exultare, et oracula reddere: quæ machina ob tres pedes quibus innitebatur, dicta fuit tripus.

510. *Deprendi, Fortuna, Deos.* « Blanditur pro vera lectione quod VV. DD. suaserunt: *Deprendit Fortuna Deos.* » Barth. — Regg. B et C nostram habent lectionem, quam non probat Peraldus. A.

511. *Innectens manibus.* « In optimis vetustissimisque primum, dein in alteris etiam membranis nostris, clare scriptum offendimus: *In manibus nectens.* Nihil mutandum in vulgatu. » Barth. — *Manibus.* « Alterum in dextris et alterum a sinistris tenens. » Glossa perspicue prùba est. Ita apud Maronem Æneas visis incolumibus suis amicis. Æn. I, 611: « Ilionea petit dextra, lævaque Serestum. »

512. *Canis.* Albis, ut Horat. C. I, 4, 4: « Canis albicant pruinis. »

513. *Tepidi libamina sacri. Libamina.* Intelligit vinum e pateris in ignes supra aram accensos injectum: quem morem innuit Ovidius, Met. XIII, 636: « Thure dato flammis, vinoque in thura profuso. » — *Tepidi.* Hoc designat superiori die vota fuisse persoluta, si tepidæ adhuc erant libationibus aræ.

514. *Adolere focos.* Verbum proprie est sacra reddentium: quod significat votis vel supplicationibus numen auctius fieri. Ergo *adolere*,

Instaurare jubet: dictis parere ministri
Certatim accelerant: vario strepit icta tumultu
Regia: pars ostro tenues, auroque sonantes
Emunire toros, altosque inferre tapetas,
Pars teretes levare manu ac disponere mensas.
Ast alii tenebras et opacam vincere noctem
Aggressi, tendunt auratis vincula lychnis.

accumulare. Virg. Æneid. VII, 71: « Adolet dum altaria tædis. » LACT.

515. *Instaurare jubet*. Renovare, sacrificium celebrare: ut intelligamus superiore die vota Apollini persoluta, quæ nunc adventu juvenum præcipit renovari, in honorem Apollinis. LACTANT. — De verbo *instaurare*, vide Excursum.

516. *Accelerant*. *Vario strepit icta tumultu*. Taurin. *aula tumultu Regia*. — Reg. B, *adcelebrant*. A.

517. *Pars ostro tenues*. Ostrum purpuræ liquor, succus et color, unde pro ipso colore purpureo, ut hic, sumitur. Educebatur autem pretiosus ille liquor ex quodam genere conchæ, quæ *purpura* vocabatur; *murex* etiam, *conchylium*, et *ostrum* dicebatur. *Purpuræ* autem, ut ait Plinius, « florem illum, tingendis expetitum vestibus, in mediis habent faucibus. Liquoris est hic minimi in candida vena; unde pretiosus ille bibitur nigranti colore rosæ sublucens: reliquum corpus sterile: vivas capere contendunt, quia cum vita sua succum illum evomunt. » Vide Plinium, lib. IX, cap. 36 et 37. Inventio autem tingendi cum sanguine purpurarum adscribitur Tyriis, referentibus Polluce in Onomastico, Nonno Dionys. IV, et Cassiodoro Variarum, lib. I. Usus purpuræ antiquissimus, ut quæ tempore Herculis reperta fuerit. — In hunc versum et seq. videatur Excursus.

518. *Emunire toros, altosque inferre tapetas*. *Emunire toris* conjectabat Barthius; *Emunire parat* nonnulli Barthiani. *Alteque inferre* codex Put. *Aliosque inferre* solus multorum codicum jactator Grasserus. — Reg. B, *alteque inferre tapetas*; Reg. C, *altosque*. A. — *Emunire toros*. Ex veterum consuetudine, ut lectos cœnatorios sub horam cœnæ stragulis vestibus, textilibus aut purpureis, insternerent.

519. *Teretes levare manu ac disponere mensas*. *Teretes*. Ex more Romano loquitur, quibus studium rotundarum *mensarum*, quum veteres quadratis fuerint usi. Varro, libro IV de Ling. Latina: « Mensa escaria dicitur cibilla, a cibis, ea erat quadrata, ut etiam nunc in castris, post rotunda facta. » Hinc *orbes* vocant poetæ. BARTH. — *Levare manu*. Id est, lucidas reddere, ut apud Virgilium, Æn. V, 306: « Levato lucida ferro. »

521. *Tendunt auratis vincula lychnis*. Taurin. *vincla lichinis*; unius Burmanni: *vincula linghinis*. Burmannus conjectabat: *vincla lychnuchis*. — Reg. B nostram habet lectionem; Reg. C, *tendunt auratis*

His labor inserto torrere exsanguia ferro
Viscera cæsarum pecudum; his cumulare canistris
Perdomitam saxo Cererem: lætatur Adrastus
Obsequio fervere domum; jamque ipse superbis
Fulgebat stratis, solioque effultus eburno.
Parte alia juvenes siccati vulnera lymphis
Discumbunt; simul ora notis fœdata tuentur,
Inque vicem ignoscunt: tunc rex longævus Acesten

*vincula lignis.* A. — *Tendunt... lychnis.* Veteres plerumque utebantur pensilibus lucernis. De quo loco vide Excursum.

522. *Viscera cæsarum pecudum.* Scita est glossographi veteris doctrina. « Viscera pro omnibus corporis partibus dicit, exsanguia, quia carnes assatæ melius fiunt, quum priusquam verubus figantur, contunduntur, ut omnis sanguis exeat, qui induratus minus gratos facit cibos. » Barth.

523. *Canistris.* Mos videtur fuisse apud veteres, ut panis non argenteis, sed vimineis vasculis inferretur.

524. *Perdomitam saxo Cererem.* Veteribus incognitus usus moletrinarum, seu, ut nunc vocantur, molendinorum fluvialium. Utebantur saxis molisque trusatilibus ad terendum triticum. Huic operæ adhibiti primum servi, ut videre est apud Plautum et Terentium pluribus in locis. Tandem jumenta, quæ ob id Suetonius vocat *pistrinensia.* Pistrina enim vocabantur loca in quibus triticum molebatur. Tandem ævo Ciceronis repertæ molæ aquariæ. — *Cererem.* Cererem pro frugibus et pane summi omnibus notum est, quia, ut refert Plin. lib. VII, cap. 56: « Ceres frumenta invenit, quum antea glande homines vescerentur; eadem molere et conficere: ob id Dea judicata. » Pausanias in Laconicis tradit Miletam Lelegis filium in Alesia vico molam primum invenisse, ejusque usum in molendis frugibus docuisse, ac inde dictum eum vicum *Alesiam*, quasi pistrinum, aut pistorium.

526. *Solioque.* Solium hic lectum cœnatorium significat. Veteres enim epulantes toris cubabant, quod *accumbere* et *discumbere* etiam dicitur. Et hic poeta servat morem sui temporis. Homerus autem sedentes ad mensas, non accumbentes heroes facit.

527. *Siccati vulnera.* Lactantius: « Secundum Virgilium, Æn. X, 834, lota aqua vulnera siccata dixit, ut « vulnera siccabat lymphis. » Servius ad eum locum: « Siccabat aqua. » « Sed et nove et physice locutus est: nam quum aqua omnia infundantur, hic ait siccari vulnus aqua, et ratio vera est, quia fluxus sanguinis aquarum frigore continetur. » Barth.

529. *Inque vicem ignoscunt. Invicem* per tmesin. Juvenalis, Sat. VI, 311: « Inque vices equitant, ac luna teste moventur. » Lucretius, II, 1103: « Exanimatque indignos, inque merenteis. » Id est,

(Natarum hæc altrix, eadem et fidissima custos
Lecta sacrum justæ Veneri occultare pudorem)
Imperat acciri, tacitaque immurmurat aure.
Nec mora præceptis; quum protinus, utraque virgo
Arcano egressæ thalamo, mirabile visu,
Pallados armisonæ, pharetratæque ora Dianæ

et exanimat indiguos et immerentes. A.

531. *Lecta sacrum justæ Veneri occultare pudorem.* « Nihil vetustissimæ membranæ variant hoc loco, nisi quod suspicionem tamen unus codex movet, in quo clare scriptum, *Venerique.* » Barth. — *Sacrum pudorem.* Intemeratam pudicitiam, seu virginitatem. — *Justæ Veneri.* Justis et legitimis nuptiis. — *Occultare.* Id est, in secretiore aulæ parte asservare. Credebant siquidem violari quodammodo pudorem virginum ac verecundiam, si in hominum conspectum prodiissent.

532. *Tacita.* Pro tacite, seu submissa voce.

533. *Utraque virgo.* Argia et Deiphyle filiæ Adrasti, ut Thebaid. II videbitur.

534. *Arcano egressæ thalamo, mirabile visu.* Behot. *egressæ a thalamo.* « In vetustissimo exemplari *archana* inserta aspiratione semper legitur. » Barth. *Mirabile visu*, Petrens. Taurin. Burm. Behot. Dan. Put. Petav. Laur. Buslid. Lang. Lipsian. optimi Barthian. Venett. Rom. Aldd. Colin. Gryph. Basil. Plant. Lindenbrog. Cruc Grasser. Gevart. Amstel. Gronov. Barth. Veen. et Delph. *Miserabile visu*, nonnulli Barthiani, quod receperunt editores Bipontini. — Regg. B et C, *mirabile visu.* A. — *Arcano thalamo.* Hoc ex more Græcorum veterum, apud quos conclavia mulierum erant in interiore parte domus, quæ ob id *gynæconitis* appellabatur: quod simul a Parthis observatum veteribus, servatum et nunc Persis, et populis orientalibus. Hæ gynæconitides, necnon ipsæ mulieres, Arabico vocabulo *haram*, id est, vetitum ac prohibitum, appellantur. Observant etiam hunc morem nonnulli apud Europæos. Bebald.

535. *Pallados armisonæ.* Pallas Græcis, Minerva Latinis, fingitur e cerebro Jovis prognata, sapientiæ, et bonarum omnium artium Dea, inventrixque lanificii: ab Athesiensibus religiose colebatur. — *Armisonæ.* Quia repræsentabatur armata, et formidabilis ægide, hasta, et galea. — *Pharetratæque Dianæ.* Diana Latonæ ex Jove filia, nata in Delo insula cum Apolline eodem partu. Eadem existimata, quæ Luna, Proserpina, et Hecate, ut plerisque placet, ac Lucina. Hæc ob virginitatis amorem dicitur cœtus hominum refugisse, et venando silvas coluisse, paucarum virginum comitatu contenta: arcum ferebat et pharetram, inde *pharetrata* Nostro dicta: succincta semper incedens, et cothurno induta: ob hancque rationem Dea silvarum, et nemorum habebatur.

Æqua ferunt, terrore minus: nova deinde pudori
Visa virum facies; pariter pallorque, ruborque
Purpureas hausere genas; oculique verentes
Ad sanctum rediere patrem. Postquam ordine mensæ
Victa fames, signis perfectam auroque nitentem
Iasides pateram famulos ex more poposcit,
Qua Danaus libare Deis seniorque Phoroneus

536. *Terrore minus.* Id est, sine terrore. Pulchritudinem potuit dare Deæ, potestatem vero non potuit præbere mortali. Sensus talis. Quantum ad pulchritudinem Minervæ et Dianæ similes erant, quantum ad terrorem minores. — *Nova deinde pudori.* Nova facies, id est, peregrinorum, visa est pudicis virginibus; quæ propter pudorem et palluerunt, et rubuerunt. LACTANT.

538. *Purpureas hausere genas: oculique verentes. Purpureas auxere genas* conjecit Bernartius; sed nihil mutandum putat Barthius. — *Hausere genas.* Timidorum eleganter exprimit mores. Sic de Theodamante Noster, Th. X, 167: « Et trepidas incerto sanguine reddit Exhauritque genas. » Horatius, I, Od. 13, 5: « Tunc nec mens mihi nec color Certa sede manet. »

539. *Ad sanctum rediere patrem. Postquam ordine mensæ.* « Meliorem lectionem arbitrer, si codd. aliqua addicant *mensis;* sic enim non semel Maro, et magis grandior fiat locutio. » BARTH. — *Ad sanctum patrem.* Sic sanctos parentes dicit Noster, Silv. II, 1, 82, Epicedio Glanciæ: « Fas mihi sanctorum venia dixisse parentum. » Parentes enim Dii domestici. BERALD. — *Ad sanctum.* Primo patrem, post juvenes, et item patrem adspexerunt: mores expressit erubescentium: qui, si novam viderint faciem, statim suos oculos ad notam sibi personam retorquent. LACTANT. — *Ordine mensæ.* Ordinem mensæ dicit, quia cœna in plures missus dividebatur.

541. *Iasides.* Patronymicum, ab antiquis ducibus dictum, qui ante Danaum fuit, Iasi filius. Iasus et Phoroneus antiqui reges Argivorum fuere, qui primi Junoni sacrificaverunt: poposcit ergo Adrastus *ex more* pateram, qua assueverant Argivorum antiqui principes Diis libare. LACTANT.

542. *Qua Danaus libare Deis seniorque Phoroneus Assueti.* Virgil. Æn. I, 729: « Implevitque mero pateram, quam Belus et omnes A Belo soliti. » — *Danaus.* Beli filius, Ægypto profectus, Argorum regnum hoc modo obtinuit. Illo contendente de regno Argorum, cum Gelanore Agenoris filio, incertisque Argivis, utri eorum adjudicarent regnum, accidit ut lupus taurum his spectantibus adoriretur, ac occideret; quo viso Argivi regnum Danao tradiderunt: judicantes lupo Danaum, ut extraneum designari, Gelanorem vero tauro, quod est domesticum animal. — *Libare.* Est aliquid leviter degustare, strictim attingere, offerre Diis, et

Assueti : tenet hæc operum cælata figuras :
Aureus anguicomam præsecto Gorgona collo
Ales habet; jamjamque vagas, ita visus, in auras
Exsilit : illa graves oculos, languentiaque ora
Pæne movet, vivoque etiam pallescit in auro.
Hinc Phrygius fulvis venator tollitur alis :
Gargara desidunt surgenti, et Troja recedit ·

vinnm fundere in honorem Deorum. Quæ significatio est hujus loci.

543. *Hæc.* Supple, patera cælata, seu exsculpta.—*Tenet operum figuras.* Pro habet opera figurata.

544. *Præsecto Gorgona collo.* Bernartius legeudum sine ullo dubio ait *præsecto;* sed hoc habent omnes codd. cum Venett. Aldd. Colin. Gevart. Lindenbrog. Cruc. Grasser. Amstel. Gronov. Barth. Veen. et Delph. *præfecto* error est in Gryph. 2, cujns textum, hic illic correctum, recudendum curavit Bernartius. — *Aureus anguicomam præsecto Gorgona collo Ales habet.* Id est, Perseus in auro sculptus tenet manu caput præsectum Gorgonis anguicomæ. — *Anguicomam Gorgona.* Medusam designat, quæ loco crinium caput anguibus circumdatum habebat, cuique capnt Perseus amputavit. — *Ales.* Persens, ut jam diximus; ei enim proficiscenti ad expeditionem Gorgonum, Mercurius talaria sua dederat. Berald.

546, *Exsilit.* Id est, tollit se, seu tollere se videtur. Tam bene sculptus erat Perseus, ut post amputatam cervicem Medusæ evolare in aerem videretur. — *Illa.* Gorgon, seu Medusa. — *Graves.* Morituros, vel *graves* refert ad fabulam, qua caput Medusæ in saxa spectantes vertere dicebatur : major antem vis erat in oculis.

547. *Vivo.* Fulvo; qnod vivi colorem habebat, qnnm pallidus mortui habeat colorem; admiratur autem quod qnum in vivo sit picta mors, tamen pallore torpescat. Lactant.

548. *Hinc Phrygius fulvis venator tollitur alis.* Hnnc versum non, nisi in margine, babet Taurin. —*Phrygius venator.* Ganymedes Trois regis Trojæ filius, quem rapuit Juppiter in aquilam conversus, dum venaretur iu Ida monte. — *Phrygius.* Trojanus. — *Fulvis alis.* Supple, aquilæ, et hoc locu imitatus est Papinius Virgil. Æn. V, 252 : « Intextusque puer frondosa regius Ida Veloces jaculo cervos cursuque fatigat, Acer, anhelanti similis : quem præpes ab Ida Sublimem pedibus rapuit Jovis armiger uncis. Longævi palmas nequicqnam ad sidera tendunt Custodes, sævitque canum latratus iu auras. »

449. *Gargara desidunt surgenti, et Troja recedit.* Optimus Barthii codex : *ac Troja.* Pro *desidunt* Taurin. habet *descidunt;* volnit *descendunt.* Cf. Achill. II, 308. — *Gargara.* Unum e quatuor cacuminibus montis Idæ secundum Strabonem, qui tria altera vocat, Phalacra, Lecten, et Pergama. Erat etiam nrbs

Stant mœsti comites, frustraque sonantia laxant
Ora canes, umbramque petunt, et nubila latrant.
Hanc undante mero fundens, vocat ordine cunctos
Cælicolas, Phœbum ante alios; Phœbum omnis ad aras
Laude ciet comitum, famulumque, evincta pudica
Fronde, manus: cui festa dies, largoque refecti
Thure, vaporatis lucent altaribus ignes.

ejusdem nominis in Troade. — *Desidunt.* Hoc probatur ex Theoremate 57 Opticæ Euclidis: « Oculo celeriter moto, res spectatæ, procul positæ, relinqui, seu desidere videntur. » — *Surgenti.* In altum. — *Recedit.* Recedere videtur, ita judicante oculo, qui motu conspecto, se quiescere sibi visus, terram retrocedere credit. Virgilius, Æneid. III, 72: « Terræque urbesque recedunt. »

550. *Stant mœsti comites, frustraque sonantia laxant.* « In optimo libro superest veritas scriptionis Papinianæ *sonaeia*, eum interpretatione: « sonare consueta. » Barth. Pro *laxant* Nic. Heinsius ad Ovid. Trist. II, 459, legit *lassant;* quod probat P. Burmannus: et sic etiam codex Behot. — Reg. B, *frustraque sonantia lassant;* Reg. C, *laxant.* A.

551. *Umbramque.* Umbram, quam raptus Ganymedes surgendo efficiebat. Berald. — *Nubila latrant.* Allatrant; talis enim usus hujus verbi in pluribus Latii scriptoribus. *Latrare* nimirum *aliquid*, id adlatrare, latrando poscere, flagitare velut convitium. Lucret. de Nat. Rerum, initio lib. II, vs. 17 sqq.: « Nil aliud sibi Naturam latrare, nisi ut, quum Corpore sejunctus dolor absit, mente fruatur Jucundo sensu, cura semota metuque! »

552. *Hanc.* Pateram. — *Undante mero fundens.* Antiquam expressit consuetudinem libandi. De qua vide Excursum.

553. *Cælicolas vocat ordine cunctos.* Moris etiam erat pontificii in omnibus sacris, post speciales Deos, quibus sacrum fiebat, omnes Deos ex ordine invocare, ne, si quem omitterent, ultorem spreti numinis experirentur. Cujus plurima erant exempla.

554. *Evincta. Circumvincta. Coronatam* exponit glossographus noster, inquit Barthius. Est et hoc Maronianum, Æn. V, 269: « Puniceis ibant evincti tempora tæniis. » Ibid. VI, 774: « Ipse caput tonsæ foliis evinctus olivæ. » Lib. VIII, 286: « Populeis adsunt evincti tempora ramis. » — *Pudica fronde.* Id est, lauro pudica, propter Daphnen, quæ virgo permansit: fuit autem filia Penei, fluminis Thessaliæ, quam quum Apollo amaret, et illa fugeret, Deorum miseratione in laurum conversa est, quæ in tutela Apollinis esse dicitur. Lactant.

555. *Cui festa dies.* Apollini scilicet; ut Virg. Æn. II, 249: « Festa velamus fronde per urbem.

556. *Vaporatis altaribus.* Quia nunquam fere sine thureo vapore

« Forsitan, o juvenes, quæ sint ea sacra, quibusque
Præcipuum causis Phœbi obtestemur honorem,
Rex ait, exquirunt animi. Non inscia suasit
Relligio : magnis exercita cladibus olim
Plebs Argiva litant : animos advertite, pandam.
Postquam cærulei sinuosa volumina monstri,
Terrigenam Pythona, Deus septem orbibus atris
Amplexum Delphos, squamisque annosa terentem

sunt : jugem enim et perennem cultum Apollinis indicat. Barth.

557. *Forsitan, o juvenes.* Sensus talis est : credo, sanctissimi juvenes, unde nobis sint sacrorum ista sollemnia, animos vestros velle cognoscere. Lactant.

558. *Præcipuum causis Phœbi obtestemur honorem.* In optimis Barthii membranis clare scriptum est, *obtestamur.* — Reg. B, *obtestemur;* Reg. C, *obtestamur.* A. — *Præcipuum Phœbi obtestemur honorem.* Id est, obtestemur præcipue Phœbum, per hæc sacra ac sollemnia, quæ in honorem ejus facimus. Ber.

559. *Exquirunt animi.* Behot. *exquirant animi.* — Hanc lectionem Regg. B et C exhibent. A. — *Animi.* Subintellige, vestri. — *Non inscia suasit Relligio.* Non aliqua inepta superstitio, quæ caret causa. *Insciam* eleganter dixit obscuram, carentem ratione. Barth.

560. *Magnis exercita cladibus olim.* Antiquiora Thebano bello tempora fere universa ignorantur, nisi qua cladibus regionum et earum restaurationibus aut eversionibus notata sunt. Quum prima autem a diluvio hæc memoria hominum suggesserit, factum est ut primi liberatores provinciarum aut urbium divino cultu consecrati fuerint : in quorum nomina venerunt deinceps alii opitulatores, ut tot Joves, Hercules, Apollines, etc. fuerint, quot loca regum feliciorum auxilia senserunt. — *Exercita.* Exagitata, afflicta, fatigata, concussa, agitata. Usu præter hoc genus verba Latinis amato. Vide Nonium, Tract. I. Servium, Æn. III. Barth.

562. *Cærulei sinuosa volumina monstri Terrigenam Pythona.* Longum hyperbaton. — *Cærulei monstri.* Serpentes enim plerumque sunt cærulei coloris. — *Monstri.* Ob horrendam longitudinem. — *Terrigenam Pythona.* Python, serpens ingentis magnitudinis, natus in Phocide ex terræ corruptione post diluvium, ut ferunt poetæ. Hunc Junonis instinctu Latonam insequentem occidit Apollo : in cujus rei memoriam instituti ludi in honorem Apollinis in Phocide, *Pythii* appellati, et ipsa mulier, quæ Delphis oraculo Apollinis præsidebat, *Pythia* vocata, et ipse Apollo *Pythius.* Berald.

564. *Amplexum Delphos.* Tantus fingitur hic serpens, ut magnam partem montis fuerit amplexus. Claudianus, II, in Rufin. Præfat. vs. 3 : « Qui spiris tegeret montes, hauriret hiatu Flumina, sanguineis tangeret astra jubis. » Barth. —

Robora, Castaliis dum fontibus ore trisulco
Fusus hiat, nigro sitiens alimenta veneno,
Perculit, absumtis numerosa in vulnera telis,
Cyrrhæique dedit centum per jugera campi
Vix tandem explicitum, nova deinde piacula cædi
Perquirens, nostri tecta haud opulenta Crotopi

*Delphos.* Delphi, urbs Phocidis, oraculo Apollinis celeberrima, in Parnasso sita. Hujus situs describitur Justin. lib. XXIII; Heliodor. lib. II, De templo vero Delphico ac oraculo consule Pausaniam Phocicis, Strabonem, lib. IX, et Diodorum Siculum, lib. XVI. Berald.

565. *Castaliis dum fontibus ore trisulco.* Fons Castalius in Phocide, prope Parnassum montem, cujus aquæ fatidicæ erant, scriptis poetarum notissimus. Hujusce fontis, ut refert Ammianus Marcellinus, venas fatidicas obstruxisse dicitur Cæsar Adrianus, mole saxorum ingenti, veritus ne, ut ipse, præcinentibus aquis, capessendam rempublicam comperit, alii similia etiam docerentur. Sed postea Julianus has recludere cogitavit; ac statim circum humata corpora statuit eo ritu transferri, quo Athenienses insulam purgaverunt Delon. Berald. — *Ore trisulco.* Tot enim linguæ immanibus illis monstris tribuuntur. Ovidius, Met. III, 34: « Tresque vibrant linguæ; triplici stant ordine dentes. » Virg. Georg. III, 439: « Linguis micat ore trisulcis. »

566. *Sitiens alimenta veneno.* Quærens accipere alimenta, ut augeret venena: veneno enim proficit, quidquid acceperit serpens bibendum: ut supra, 91: « Sulphureas permiserat anguibus undas. » Lact.

568. *Centum per jugera.* Eleganter sane, quia serpens vivus semper se implicat: nec male tamen dixeris optimum poetam alludere ad gestum mortuorum. Sophocles: Γέροντα μόρῳ ἐκτανύσαι. Martialis, Epigramm. IX, 86: « Tu languore quidem subito fictoque laboras: Sed mea porrexit sportula, Paulle, pedes; » id est, mortua est. Bernart.

569. *Vix tandem explicitum, nova deinde piacula cædi.* Laur. Buslid. Lipsian. Lang. Dan. Put. Petav. Taurin. Barth. alii, cum edd. Aldd. Colin. Gryph. Basil. Plant. Gevart. Lindenbrog. Cruc. et Grasser. *piacula cædis;* Petrens. Behot. Barthiani, Amstel. Gronov. Barth. Veen. et Delph. *piacula cædi.* — Regg. B et C, *cædis.* A. — *Nova deinde*, etc. Alludit ad morem, quo, qui cædem fecerant, tanquam polluti expiarentur; alias in cœtus non admittebantur: et hæc expiatio fiebat aqua fluviali. Ovidius in Fastis, II, 45: « Ah nimium faciles, qui tristia crimina cædis Fluminea tolli posse putetis aqua! »

570. *Crotopi.* Hic Crotopus erat Argivorum rex, ac Apollinem cæde Pythonis pollutum expiavit: mos enim erat apud Græcos, ut qui eædem commiserant, a regibus expiarentur. Adi Pausan. lib. II, hujus regis genealogiam invenies. A

Attigit : huic primis, et pubem ineuntibus annis
Mira decore pio servabat nata penates
Intemerata toris : felix, si Delia nunquam
Furta, nec occultum Phœbo sociasset amorem!
Namque ut passa Deum Nemeæi ad fluminis undam,
Bis quinos plena quum fronte resumeret orbes

571. *Attigit : huic primis, et pubem ineuntibus annis. Contigit* optimæ Barthii membranæ. Taurin. Barth. Put. Petav. Lipsian. Laur. Lang. Buslid. et omnes Barthiani, cum Venett. Aldd. Colin. Gryph. Basil. Plant. Lindenbrog. Crue. et Gevart. *pubescentibus;* Dan. Behot. et Petrens. cum Amstel. Gronov. Barth. Veen. et Delph. *pubem ineuntibus ;* Barthius conj. *adpubescentibus;* quod displicet Burmanno. — Nostram Reg. B habet lectionem ; Reg. C, *Attigit, huic primis adpubescentibus annis.* A.

572. *Decore pio.* Ex natura venienti, non fucis aut cura decorato. — *Nata penates.* Psamaten dicit Crotopi filiam. — *Servabat.* Possidebat. Lactant.

573. *Felix, si Delia nunquam. Delia.* Apollinea, quod Apollo natus esse creditur in Delo, unde *Delius* dictus fuit. Berald.

574 *Furta. Furtum* antiqui vocabant quidquid clam factum esset: unde concubitus clandestini, et adulteria passim poetis dicuntur *furta.* Virgilius, Georg. IV, 346 : » Martisque dolos et dulcia furta. » Noster hic et Theb. IV, 695 : » Nocturnaque furta licentum Cornipedum, et cupidas Faunorum arcebo rapinas. » — *Sociasset amorem.* Græci dicunt μίγνυσθαι φιλότητι καὶ εὐνῇ.

575. *Passa Deum.* Sollemnis locutio de concubitu, et præcipue potentioris maris. Barth. — *Nemeæi ad fluminis undam.* Notat hic Lactantius morem poetarum, quo ex Diis genitos super fluminum ripas memorent esse editos, ut facilis nimirum posset esse ablutio. Virgil. Æneid. I, 617 : « Tune ille Æneas quem Dardanio Anchisæ Alma Venus Phrygii genuit Simoentis ad undam ? » Quin et notandus mos, quo mulieres lavabantur post partum. Plautus, in Amph. duob. locis moris hujus meminit, et Terentius in Andria, act. III, sc. 2, 3 : « Nunc primum fac isthæc ut lavet. » Hic autem fluvius debet esse in Argolide prope Nemeam silvam; unde illi nomen.

576. *Bis quinos plena quum fronte resumeret orbes.* Gronov. Obss. IV, 15, legit : *plena cum luce.* — *Bis quinos,* etc. Legitimum autem et ordinarium partus tempus est mensis a conceptu decimus. Id sacri et profani libri testantur. Sed menses illi decem lunares sunt, ut fuse exponit Laurentius Ramirez in Pentecontarcho. — *Plena quum fronte.* Id est, hi menses decem debent esse completi. Nota illa Virgilii, Egl. IV, 61 : » Matri longa decem tulerunt fastidia menses. » Ovidius, Fast. II, 175 : « Luna novum decies implerat cornibus orbem, Quæ fuerat virgo credita, mater erat. »

Cynthia, sidereum Latonæ fœta nepotem
Edidit: ac pœnæ metuens, neque enim ille coactis
Donasset thalamis veniam pater, avia rura
Eligit, ac natum septa inter ovilia furtim
Montivago pecoris custodi mandat alendum.
Non tibi digna, puer, generis cunabula tanti
Gramineos dedit herba toros, et vimine querno
Texta domus: clausa arbutei sub cortice libri
Membra tepent, suadetque leves cava fistula somnos,
Et pecori commune solum; sed fata nec illum
Concessere larem: viridi nam cespite terræ
Projectum temere, et patulo cælum ore trahentem

577. *Cynthia.* Luna, quæ eadem ac Diana, dicta a monte Cyntho Deli insulæ, in qua nata est. — *Latonæ.* Latona mater Apollinis. — *Nepotem.* Apollo enim, ut jam diximus, pater hujus infantis, erat Latonæ filius.

580. *Natum. Linum* nomine. Noster Theb. VI, 64: « Medio Linus intertextus acantho, Letiferique canes. » Ovidius in Ibin, 482, de canibus: « Quique Crotopiaden diripuere Linon. »

583. *Gramineos dedit herba toros, et vimine querno.* Reg. B, *sed vimine querno.* A. — *Gramineos toros.* Servius, Æneid. I: « Torus dictus est, quia veteres super herbam tortam vel sedebant, vel discumbebant. » Ut Æneid. V, 588: « Viridante toro consederat herbæ. » BARTH.

584. *Clausa arbutei.* Quasi indumenta ejus essent ex libris et arbuto. — *Arbuteis* ergo pro ligneis posuit, nam arbutus tegmen non habet. LACTANT.

585. *Leves cava fistula.* Petav. et nonnulli codd. Barthiani: *cava buccina.* — *Fistula.* Fistula enim propria pastorum. BERALD.

586. *Pecori commune solum.* Juvenal. Sat. VI, 4: « Et pecus et dominos communi clauderet umbra. » — *Sed fata nec illum.* Id est, fatorum necessitas puerum vivere nec in indigno loco permisit. LACTANT.

587. *Concessere larem; viridi nam cespite terræ.* Behot. Taur. et Burm. cum edd. Ald. Colin. Gryph. Basil. et Plant. *viridis;* Lipsian. Buslid. Lang. Laur. Dan. Put. Petav. Petreus. optimi Barthiani, Rom. Venett. Lindenbrog. Cruc. Grasser. Gevart. Amstel. Gronov. Barth. Veen. e Delph. *viridi.* — *Larem.* Lares erant Dii domestici, privati, ac domibus præsidebant, ipsisque focus sacer erat. Hinc abusive Lares pro ipsis ædibus, seu domo privata, passim poetis ac scriptoribus sumitur, ut hic. BERALD.

588. *Et patulo cælum ore trahentem.* Virgil. Georg. I, 376: « Patulis captavit naribus auras. » Idem, ibid. III, 220: scite « haustus ætherios »

Dira canum rabies, morsu depasta cruento,
Disjicit : hic vero attonitas ut nuntius aures
Matris adit, pulsi ex animo genitorque, pudorque,
Et metus : ipsa ultro sævis plangoribus amens
Tecta replet, vacuumque ferens velamine pectus
Occurrit confessa patri : nec motus, et atro
Imperat, infandum! cupientem occumbere leto.
Sero memor thalami, mœstæ solatia morti,
Phœbe, paras : monstrum infandis Acheronte sub imo

590. *Disjicit. Dissicit*, codd. Barthii meliores, Taurin. duo Burmanni, Petreus. Put. Dan. et Buslid. *Disicit* Exc. Cantab. hoc est *Disjicit*, quod habent Laur. Lipsian. Laug. Behot. Aldd. Colin. Gryph. Basil. Plaut. Gevart. Grasser. Amstel. Gronov. Barth. Veen. et Delph. *Afficit*, Petav. — Reg. B, *Dissicet;* Reg. C, *Dissicit*. A.

591. *Pulsi ex animo genitorque, pudorque, Et metus*. Effectus nimii doloris, tollere ex animo omnem rerum considerationem. Berald.

592. *Ipsa ultro sævis plangoribus amens*. Reg. B, *ultro ipsa mesus;* Reg. C, nostram lectionem. A.

593. *Tecta replet*. Ita Homerus, Virgilius, et fere omnes, in subito infortunio. Barth. — *Vacuumque ferens velamine pectus*. Mulieres enim in luctu lacerabant vestes, ac pectus denudabant. De hoc more vide Excursum.

594. *Occurrit confessa patri. Occurrit manifesta patri*, optimus Barthii codex, cum glossa : « vel *confessa*. » Idem liber, cum Dan. Behot. Put. Petav. Petrens. Taurin. Borm. *et atro;* quod receperunt Lindenbrog. Cruc. Dan. Heins. in Amstel. Gronov. Barth. Veen. et Delph. *at atro* exhibent Lipsian. Lang. Laur. Buslid. Venett. Ald. Colin. Gryph. Basil. Plant. et Gevart. Male.

595. *Cupientem occumbere leto. Cupientem*. Mors enim gratissima iis, qui gravi dolore corripiuntur. —*Leto*. « Atrum letum » immane exponit glossographus. In alio codice margini est adscriptum « Psamathen a Crotopo vivam fuisse defossam » quæ sane stupro temeratæ domus paternæ non insolens ævo fabuloso pœna fuit. Ovid. Met. IV, 238 : de Leucothee : « ille ferox... Vim tulit invitæ, dicentem; defodit alta Crudus humo; tumulumque super gravis addit arenæ. »

596. *Sero memor thalami, mœstæ solatia morti*. Reg. B, *mestæ solacia morti*. —*Sero memor thalami*. Bene *Sero*, quia post mortem ejus injuriam vindicavit : sive quod eam ulcisci magis voluerit, quam tueri. — *Solatia*. *Solatia* pro ultione posuit. Lactant.

597. *Monstrum infandis Acheronte sub imo*. Petav. *Acheronte profundo*. — *Acheronte*. Acheron fluvius inferorum. Erant et fluvii ejusdem nominis in Epiro, in Lucania, auctore Plinio; in Elide apud Strabonem; et unus ad Heracleam

Conceptum Eumenidum thalamis : cui virginis ora,
Pectoraque, æternum stridens a vertice surgit
Et ferrugineam frontem discriminat anguis.
Hæc tam dira lues nocturno squalida passu
Illabi thalamis, animasque a stirpe recentes
Abripere altricum gremiis, morsuque cruento
Devesci, et multum patrio pinguescere luctu.

Ponti, a rege Maryandinorum Acheronte sic vocatus, ut Andro Teius refert. Is postea *Soonautes* dictus a quibusdam nautis Megarensibus, qui illuc tempestatem maris evaserant, ut scribit Apollonius in Argon. BERALD.

598. *Conceptum Eumenidum thalamis.* In omnium optimis membranis hic alia lectio est *Conceptum Eumenidum specubus*. Quam lectionem ideo contemnendam non puto, inquit Barthius, quod *thalamorum* voce jam altero ante versu usus fuerit Papinius, et utatur etiam mox sequentibus.

599. *Æternum.* Irremisso stridore. Virg. de Cerbero, Æn. VI, 401: « Æternum latrans exsangues terreat umbras. »

600. *Ferrugineam.* Nigram. Sensus est : ferrugineam frontem anguis discriminat, quasi a media fronte consurgat; ut quod facit vitta in crinibus feminarum, hoc in monstri capite anguis faciat. LACT.

601. *Hæc tam dira lues.* Veteres credebant esse monstra, ut hic describuntur, quæ recens natos infantes devorarent. Hæc vocabantur *lemures*, *striges*, *lamiæ*. Romani instituerant sacra in honorem cujusdam Deæ Carnæ, ad averruncandas istas pestes. Vide Plinium, lib. XI, cap. 39; Ovid. Fast. VI, 101. Hæc superstitio adhæsit etiam Judæis. Rabbini scribunt esse nocturnum quoddam monstrum, seu Lamiam, quam *Lilit* vocant, quæ infantes rapit et occidit. Unde Judæi, maxime per Germaniam, circa lectum puerperæ, et in quatuor cubiculi partibus, in quo puerpera cubat, creta solent scribere, *Adam, Heva, Kous Lilit* : id est, Adam, Heva, foras *Lilit* : et scribunt etiam nomina angelorum trium, medicinæ et curationi hominum præfectorum, quos *Senoi*, *Sansenoi*, et *Samanglof* vocant.

602. *Animasque a stirpe recentes.* Behot. *recentis.* — Reg. C *a stirpe nocentes* habebat, sed super *no* a secunda manu *re* præbet. A. — *A stirpe recentes.* Mox natas, id est, pueriles; ut ostenderet quam rem dolor Apollinis vindicaret. LACT.

603. *Abripere altricum gremiis. Arripere*, Dan. Petav. Put. Lipsian. Laur. Lang. Behot. alii Barthiani, Venett. Aldd. Colin. Gryph. Basil. Plant. Lindenbrog. et Cruc. *Abripere*, optimæ Barthii membranæ, Buslid. Taurin. Petrens. Burm. Gevart. Grasser. Amstel. Gronov. Barth. Veen. et Delph. *Altricum a gremiis*, in optimo Barthii cod. — Reg. B, *abripere*; Reg. C, *arripere*. A.

604. *Devesci. Divesci* in optimo

Haud tulit armorum præstans animique Corœbus,
Seque ultro lectis juvenum, qui robore primi
Famam posthabita faciles extendere vita,
Obtulit : illa novos ibat populata penates
Portarum in bivio : lateri duo corpora parvum
Dependent, et jam unca manus vitalibus hæret,
Ferratique ungues tenero sub corde tepescunt.
Obvius huic, latus omne virum stipante corona,
It juvenis, ferrumque ingens sub pectore diro
Condidit : atque imas animæ mucrone corusco
Scrutatus latebras, tandem sua monstra profundo

libro scriptum est, et sic etiam Behot. — Regg. B et C, *Devesci*. A. — *Devesci*, velut depascere.

605. *Corœbus*. Nomen Herois Argivi, qui Pœnen occidit, et se pro salute civium devovit.

606. *Seque ultro lectis juvenum*. « In optimo libro ambigua scriptura est *ultor* an *ultro* legendum censeat. » Barth. — Nostram lectionem Regg. B et C habent. A.

607. *Famam posthabita faciles extendere vita*. Id est, qui erant eo animo, ut facile vitam exponerent ad extendendum suum nomen. Ut Virgilius, Æn. IX, 206 : « Est hic, est animus lucis contemptor, et istum Qui vita bene credat emi, quo tendis, honorem. »

608. *Illa novos ibat populata penates*. Petav. *illa novas ibat populata per urbes*. — Regg. B et C nostram lectionem. A. — *Novos*. Quos nondum vastaverat.

609. *Portarum in bivio*. *Portarum in dubio* unus codex. Vide Nic. Heins. ad Ovid. Heroid. Ep. XVII, 178. — *In bivio*. Bivium, aditus ex illa parte, et hinc patens. Virgil. Æneid. IX, 238 : « Locum insidiis conspeximus ipsi Qui patet in bivio portæ. » — *Parvum*. Parvorum.

610. *Dependent, et jam unca manus vitalibus hæret*. Taurin. *Dependent et adunca manus vitalibus hæsit*. — *Et jam unca manus vitalibus hæret*. Ut, ait Beraldus, viscera eorum laceraret. Horum viscera, secundum Lactantium, lacerare jam cœperat.

611. *Ferratique ungues tenero sub corde tepescunt*. « In optimo librorum *tenero*; in aliis membranis clare reperi scriptum *tepido*, quod ab ultimo verbo hujus versus descendit in nasum librariorum, nec meretur attendi. » Barth.

613. *Ferrumque ingens sub pectore diro*. Duo exemplaria Barthii secundæ notæ : *ferrumque rigens*. Dan. et Petav. *sub pectore duro*. — Regg. B et C *duro* exhibent. A.

615. *Scrutatus latebras, tandem sua monstra profundo*. Reg. C, *Scrutatus tenebras* præbebat sed super *tene* secunda manus *late* scripsit. A. — *Scrutatus latebras*. Intimum pectus dicit monstri hausisse

Reddit habere Jovi : juvat ire, et visere juxta
Liventes in morte oculos, uterique nefandam
Proluviem, et crasso squalentia pectora tabo,
Qua nostræ cecidere animæ: stupet Inacha pubes :
Magnaque post lacrimas etiamnum gaudia pallent.
Hi trabibus duris, solatia vana dolori,
Proterere exanimes artus, asprosque molares

Corœbum. Virgilius, Æneid. X, 601: « Tum latebras animæ pectus mucrone recludit. » Barth. — *Profundo Jovi*. Plutoni. Ex Homero, qui Plutonem vocat Δία καταχθόνιον, *Jovem subterraneum*. Pluto etiam Nostro vocatur lib. XI, 209: « infernus Tonans. » — Claudianus, XXXIII, de Proserpina, vers. 2: « profundæ Junonis thalamos audaci prodere cantu. » Stygius Juppiter Silio, lib. I, vs. 366: « Nunc Stygio ter bella Jovi. » Adi Nostr. edit. tom. I, pag. 50, et vide quæ adnotavimus ad hunc versum.

616. *Reddit habere*. De hac locutione vide Excursum. — *Juvat ire et visere juxta*. Imitatio Virgil. Æneid. II, 27 et seq. « Juvat ire, et Dorica castra Desertosque videre locos, litusque relictum. » A. — Quod grandiore gaudio expressit Petronius Arbiter: « Jam turba portis libera ac bello carens In vota properant: fletibus madent genæ, Mentisque pavidæ gaudium lacrimas habet. » Barth. — *Visere juxta*. Quia, vivente monstro, cominus accedere non audebant.

617. *Liventes in morte oculos*. Reg. B, *Libentis*, sed secunda manus super *b* scripsit *v*. A. — *Uteri nefandam proluviem*. Monstra enim hoc genus perpetua proluvie ventri scatere autumant auctores. Maro, Æn. III, 216, de Harpyiis: « Virginei volucrum vultus, fœdissima ventris Proluvies, etc. » Barth.

618. *Crasso squalentia pectora tabo*. Codd. Petav. et Heinsii: *liventia viscera*. Heinsius ad Sil. Ital. II, 463, et XVI, 135, legit: *liquentia viscera*, improbante Burmanno.

619. *Qua nostræ cecidere animæ: stupet Inacha pubes*. *Inacha pubes* Venett. Aldd. Colin. Gryph. Basil. Plant. et Gevart. *Inacha plebes* Petreus. Exc. Cantab. Taurin. Burm. Petav. Dan. Put. Behot. Laur. Lang. Lipsian. Buslid. Lindenbrog. Cruc. Amstel. Gronov. Barth. Veen. et Delph. — *Qua*. Pro, in qua, et refert ad *pectora* superioris versus. — *Animæ*. Infantes; liberi enim parentum animæ. — *Inacha*. Argiva, a prisco rege Inacho.

620. *Magnaque post lacrimas etiamnum gaudia pallent*. Behot. *etiam nunc gaudia*. — Sic etiam Regg. B et C habent. A. — *Pallent*. Aut propter monstrum, quia horrore sui etiam post mortem timeri cœperat: aut pallor, qui ex luctu et timore inerat hominibus, tantus fuit, ut nec post gaudia sedaretur, quæ solent immutare hominum vultus. Lactant.

622. *Proterere exanimes artus, asprosque molares*. Dan. *exanimos artus*. Buslidianus codex: *Prote-*

Deculcare genis : nequit iram explere potestas.
Illam et nocturno circum stridore volantes
Impastæ fugistis aves, rabidamque canum vim,
Oraque sicca ferunt trepidorum inhiasse luporum.
Sævior in miseros fatis ultricis ademtæ

*rere exanimos artus scaprosque molares.* Quod non sprenit Bernartius. Adi Nonium in Scapres. — Reg. B, *exanimos;* Reg. C, *exanimes.* A. — *Asprosque Molares.* Tantam duritiam ossium capitis in monstro innuit, ut incussi magni molares fracti iis fuerint, non ea ipsi fregerint. Sed potius est dentes monstro decussos trabibus dicere Papinium, contra sententiam Lactantii, id quod vidit etiam J. Barclaius. *Aspris* pro *asperis* contractio est. Maro, *Æn.* II, 379 : « Improvisum aspris veluti qui sentibus anguem Pressit humi nitens. » Barth.

623. *Deculcare genis: nequit iram explere potestas. Proculcare genis* Petav. *explere voluntas* codex Burmanni; unde ille conjectabat; *explere voluptas.* — Reg. B, *nequid,* sed. super *d* secunda manus scripsit *t;* Reg. C, *Decalcare,* præbet. A. — *Nequit iram explere potestas.* Elegantissime dictum quum majora damna præcepta sunt quam ulla possit vindicta resarcire. Furit enim sine viribus iracundia, materiam non habens sufficientem libidini nocendi. Lactantius sic : « licentia securi adspectus satiari ira non poterat; » quasi de solo adspectu loqueretur Papinius, qui jam protritiones et deculcationes extulit.

624. *Nocturno circum stridore.* Aves quæ per totam diem famem fuerant passæ, et stridebant de nocte idcirco, tamen tam fœdo monstro abstinebant.

625. *Impastæ fugistis aves.* Eleganter *impastæ* per hyperbolen. Hic ergo aut propter formam, aut propter fœtorem fugisse impastas volucres dixit. — *Rabidamque canum vim.* Fame videlicet. Ut de Cerbero Virg. *Æn.* VI, 421 : « Ille fame rabida tria guttura pandens. » Non enim de rabiosis loquitur.

626. *Ora sicca ferunt trepidorum inhiasse luporum.* Lactantius hic vel mancus vel mutus. Glossa manuscripta : « Ora jejuna ferunt homines inhiasse propter famem et non comedisse. » Mihi novo usu τὸ *inhiasse,* ut solet, posuisse Papinius videtur, quum irruere in prædam sit alioqnin luporum, non inhiare illi. Ergo fœtore victos etiam lupos sicco ore inhiasse prædæ tam abominabili antumat, nec illam tetigisse. Barth.

627. *Ultricis ademtæ. Ultricis.* Ulciscebatur enim injuriam seu offensam, quam ex morte amatæ recepisse a Crotopo credebat. — *Ademtæ.* Vetus enarrator : « Ademtus dicitur qui vitæ suæ cursu non expleto præter spem moritur. » Sane vere, et sic plurimi scriptorum. Catullus, Carm. LXVII, 20 : « totum hoc studium luctu fraterna mihi mors Abscidit, o misero frater ademte mihi! » Horatius, Carm. II, Od. IV, 10 : « ademtus Hector

Delius insurgit, summaque biverticis umbra
Parnassi residens, arcu crudelis iniquo
Pestifera arma jacit, camposque et celsa Cyclopum
Tecta, superjecto nebularum incendit amictu.
Labuntur dulces animæ : Mors fila sororum
Ense metit, captamque tenens fert manibus urbem.
Quærenti, quæ causa, duci; quis ab æthere lævus
Ignis, et in totum regnaret Sirius annum;

Tradidit festis leviora tolli Pergama Graiis. » Barth.

628. *Delius.* Apollo. — *Biverticis.* Quia Parnassus mons, ut supra diximus, not. 62, duplex habet cacumen. A.

629. *Arcu crudelis.* Non novum, iniquitatem Diis suis objicere gentiles. Sic *crimina Deorum*, *Fatorum iniquitatem*, *Pudorem Divum*, in ore multoties habent poetæ, ut et alibi nobis notatum. Apollo autem sagittas habebat, quarum jactu pestilentia populos percutiebat.

630. *Pestifera arma jacit, camposque, et celsa Cyclopum.* — Reg. B, *Cyclorum*, sed sec. man. super *r* scripsit *p*. A. — *Pestifera arma jacit.* Ex Homero Iliad. A. *μετὰ δ' ἰὸν ἧκε*, *sagittam autem emisit.* Vide descriptionem pestis apud Thucydidem. Consule et Ammianum Marcellinum cap. 19. Hippocratem de peste. — *Et celsa Cyclopum Tecta.* Argos. Vide supra vs. 251.

631. *Nebularum amictu.* Quibus scilicet crassus evadit aer, ejusque temperies mutatur : quæ una est ex præcipuis pestis causis.

632. *Labuntur dulces animæ.* Mira emphasis in sermone, si penitius attendas. Non est vulgaris ingenii talia perspicere. Barth. — *Mors fila sororum Ense metit.* Non forcipe, cum gladio singula fila incidit. Pulchre Lactantius : « Non jam pollice, non jam digitis fila rumpuntur, sed ad sæviendum instantius, ferro exsecantur. Tanta festinatio mortis fuerat! »

633. *Fert manibus.* Id est, diripit mortibus, vel populatur. Græci dicunt *ἄγειν καὶ φέρειν*. Vel in Orcum dimittit. — *Fert manibus*, hoc est, inquit Lactantius, in urbe capta dominatur.

634. *Duci.* « Regi tum temporis Argivo ; Crotopo scilicet. » Barth.

635. *Ignis, et in totum regnaret Sirius annum. Ignis an in totum* Behot. — Reg. B, nostram lectionem; Reg. C, *regnaret Sirius orbem*. A. — *Et in totum regnaret.* Caniculam intelligit, sidus, quod omnes sciunt noxium, morbos complures generans : apte itaque et decore in hac lue, toto anno dicit regnasse. Virgil. Æn. X, 273 sqq. « aut Sirius ardor : Ille sitim morbosque ferens mortalibus ægris, Nascitur, et lævo contristat lumine cælum. » Ubi non abs re erit observare *lævum lumen* pro *pernicioso* et *noxio* sumi : uti hic *lævus ignis*. Bernart. — De voce *regnaret* et de *Sirio* vide Excursum.

Idem auctor Pæan rursus jubet ire cruento
Inferias monstro juvenes, qui cæde potiti.
Fortunate animi, longumque in sæcula digne
Promeriture diem! non tu pia degener arma
Occulis, aut certæ trepidas occurrere morti.
Cominus ora ferens, Cyrrhæi in limine templi
Constitit, et sacras ita vocibus asperat iras : »
« Non missus, Thymbræe, tuos supplexve penates

636. *Auctor.* Membranæ, *Actor;* quomodo et Glossographus priscus. —*Pæan.* Pæan cognomentum Apollinis, vel ἀπὸ τοῦ παίειν, *ferire radiis*, vel ἀπὸ τοῦ παύειν, *morbos sedare.* Vel ab acclamatione ἰὼ παῖ. Scaliger, Poetic. lib. I, cap. 23. Est etiam Pæan nomen Hymni, qui in honorem ejus canebatur. Berald.

637. *Inferias. Inferiæ*, ut ait Servius, sacra mortuorum, quæ mortuis feruntur. — *Qui cæde potiti.* Id est, qui cædem perpetraverant. Berald. — Pro re magna nimirum, et summi laboris. Barth.

638. *Fortunate animi.* Exclamatio summopere alicujus felicitatem commendans. Virgil. Egl. I, 47 : « Fortunate senex, ergo tua rura manebunt. » Egl. V, 49 : « Fortunate puer, tu nunc eris alter ab illo. » Claudianus, VII, de III Cons. Honorii, 178 : « Fortunate parens, primos quum detegis ortus, Adspicis Arcadium, etc. » Barth. — *Longumque in sæcula digne Promeriture diem.* Qui enim pro patria ceciderunt, merito per gloriam vivere intelliguntur. — *Digne.* Adverbium. Berald.

639. *Non tu pia degener arma.* Unus codd. Barthii : non *turpia degener arma*. Reg. B, non *turpia degener arma* a secunda manu; Reg. C nostram lect. A. — *Pia.* Ut pro patria capta.

641. *Cominus ora.* Quum ob declinandam mortem posset se Corœbus occulere, propior tamen se Apollini furenti obtulit, de pœna securus. Lactant. — *Cyrrhæi.* Pausanias scribit Delphici. Apud Cyrrham etiam erat templum et oraculum Apollinis. Berald.

642. *Constitit, et sacras ita vocibus asperat iras.* In optimis Barthii membranis notatur alias legi : *sacris ita vocibus*, quod nolit Barthius. — *Sacras.* Vel quia numinis, cujus cultus fere ceteris omnibus sacratior : vel quia horrendum timendumque omne *sacrum* Latinis, imitatione etiam Græcorum. Claud. XXXIII, 25 : « Vos mihi sacrarum penetralia pandite rerum. » Barth.

643. *Non missus. Nec missus* Venett. Aldd. Colin. Gryph. Basil. Plant. et Grasser. *Non missus* Dan. Put. Petav. Lang. Laur. Lipsian. Buslid. Petrens. Exc. Cantab. Taurin. Burm. omnes Barthiani, Lindenbrog. Cruc. Gevart. Amstel. Gronov. Barth. Veen. et Delph. — *Non missus.* Sed ultro et sponte. — *Thymbræe.* Dii cognomenta sumunt plerumque a locis ubi colun-

Advenio : mea me pietas, et conscia virtus
Has egere vias : ego sum, qui cæde subegi,
Phœbe, tuum mortale nefas, quem nubibus atris
Et squalente die, nigra quem tabe sinistri
Quæris, inique, poli : quod si monstra effera magnis
Cara adeo Superis, jacturaque vilior orbis,
Mors hominum, et sævo tanta inclementia cælo est,
Quid meruere Argi? me me, Divum optime, solum

tur. Thymbra autem est locus prope Trojam, sic dictus a copia herbæ thymbræ : ibi templum Apollini dicatum ; unde *Thymbræus* Apollo dictus est. — *Supplexve*. Ut pœnam deprecer. — *Penates*. Penates proprie sunt hominum. Hic sumitur pro templo. BERALD.

644. *Mea me pietas*. Pietatem posuit, quia cives suos internecione monstri servaverat. — *Virtutem*. Quia non timebat interitum, aut quia virtute monstrum occiderat. LACTANT. — *Conscia virtus*. « Conscientia virtutis » Virg. Æneid. V; 455 : « Tum pudor incendit vires et conscia virtus. » BARTH.

645. *Cæde subegi*. « Magnum periculum victoria indicat. » Gl. MS. Citans insuper illud Horatii « fatali portenta labore subegit. »

646. *Tuum mortale nefas*. Innuere vult se culpa carere, si quidem nihil sanctum violaverit ; quum constet hoc monstrum fuisse mortale. LACTANT. — *Nubibus atris*. Supra, vers. 631 : « Superjecto nebularum incendit amictu. » — De hoc loco vide Excurs.

647. *Et squalente die*. Vitiosis caloribus. Temperie ablata : Hoc enim est *squalere*. Virg. Georg. I, 507 : « squalent abductis arva colonis. » *Squalidus dies*, crassus, nebulosus, ut *squalidum tempus* tenebrosum, Prudentio : « Fur ante lucem squalido Impune peccat tempore, Sed Lux, etc. » Et *solem* in eclipsi *squalere* dicit Ovidius, Met. II, 381 : « Squalidus interea genitor Phaethontis, et expers Ipse sui decoris, qualis, quum deficit orbem, Ipse solet. » — *Nigra quem tabe*. *Tabes* poetis omne venenum, infectio. De *tabido aere* pariter Virgil. Æneid. III, 137 et sqq. « subito quum tabida membris, Corrupto cæli tractu, miserandaque venit Arboribusque satisque lues, et letifer annus. » BARTH.

648. *Inique*. Injuste, quod pro aliena culpa punis innocentes.

649. *Vilior orbis*. « Alii legunt *orbi*, eaque scriptura etiam in optimo exemplarium annotatur. Res eodem redit. » BARTH. *Orbi* habent etiam Dan. Put. Petav. Taur. Behot. Lindenbrog. et Crue. *orbis* Lipsian. Lang. Laur. Buslid. Petr. Aldd. Colin. Gryph. Basil. Plant. Gevart. Amst. Gron. Barth. Veen. et Delph. *orbe* unus Burm. — Reg. B, *orbi* ; Reg. C, *orbis*. A. — *Vilior orbis*. Cui orbis jactura vilior est : id est, Diis, quibus vilius damnum sit homines perire, quam monstra.

650. *Cælo*. Adi Excursum.

651. *Divum optime*. Ironice : non

Objecisse caput fatis præstabit: an illud
Lene magis cordi, quod desolata domorum
Tecta vides? ignique datis cultoribus omnis
Lucet ager? sed quid fando tua tela manusque
Demoror? exspectaut matres, supremaque fundunt
Vota mihi : satis est : merui, ne parcere velles.
Proinde move pharetras, arcusque intende sonoros,
Insignemque animam leto demitte: sed illum

emim bene *optimum* dieeret, quem snpra iniquitatis arguit; sed propositum ejus est, magis irritare Apollinem, ne sibi parcat.

652. *Objecisse caput fatis præstabit*. Barthius, *præstabat*; et ita Exc. Cantab. unus Burm. Lang. Dan. Petav. Petrens. et Behot. — Reg. B, *præstabat*; Reg. C, *præstabit*. A.

653. *Lene magis cordi*. Seribo: *an illud, Læve, magis cordi*; nt Virgilius, Æneid. X, 275, de Sirio: « et lævo coutristat lumioe cælum. » Paullo ante: « quis ab æthere lævus Ignis. » Infra, vs. 717: « Junoniaque arva Dexter ames. » Me, inquit, unum puni, et esto Divorum vel optimus; an mavis, o læve, desolare domos innoeentes? Gron.

654. *Ignique datis cultoribus omnis Lucet ager*. Hinc discimus morem cremandi mortuornm corpora antiquiorem esse quam vnlgo statnitur.

655. *Lucet ager*. « Mioime mutanda lectio quam defendunt omnes etiam scripti codd. » Barth. — Dan. Heinsins, ad Claud. IV Cons. Honor. 53 legit: *Luget ager*; qnod citat etiam Burmann. ad Val. Flacc. II, 276. *Lucet ager* Taur. Burm. Petrens. Behot. Dan. Put. Petav. alii, cnm edd. vett. — Nostram lectionem Regg. B et C præbent. A. — *Lucet ager*. Rogis scilicet. Et notat hic morem cremandi corpora extra urbes.

656. *Exspectant matres, supremaque fundunt*. Lang. optimus codex Barthii, et Venett. *fundunt* pro *fiunt*; qnod magis Papiniauum putat Barthius. — Reg. B, *supremaque figunt*; Reg. C, *supremaque fiunt*. A. — *Exspectant matres*. Ut cesset pestis mea morte. — *Supremaque fundunt Vota mihi*. Codex Gronovii: non *fiunt*, nt impressi. Fundunt supremas preces super me, tanquam snper victima.

657. *Satis est: merui*. Hoc est, sufficit mihi, qnod talibns te provocavi convieiis, ut dignns veniæ tuæ esse non debeam.

658. *Proinde*. Maronianum dissyllabum, Æn. XI, 383: « Proinde tona eloquio. » Lucretins, de Scipione lib. III, 1048: « Ossa dedit terræ, proinde ac famul infimus esset. » Barth. — *Sonoros*. Graviter sonantes. *Sonat* enim quod leviter strepit; *sonorat* quod graviter.

659. *Insignemque animam leto demitte*. Margo ed. Barth. *dimitte* ex codd. Behot. Dan. Lang. Laur. Put. Pet. Busl. et Lips. et sic Aldd. Colin. Gryph. Basil. Plant. etc. — Regg. B et C, *dimitte*. A. — *Insignemque animam*. Artificiosa con-

Pallidus Inachiis qui desuper imminet Argis,
Dum morior, depelle globum. » Fors æqua merentes
Respicit : ardentem tenuit reverentia cædis
Latoiden, tristemque viro submissus honorem
Largitur vitæ : nostro mala nubila cælo
Diffugiunt : at tu stupefacti a limine Phœbi
Exoratus abis : inde hæc stata sacra quotannis
Sollemnes recolunt epulæ, Phœbeiaque placat
Templa novatus honos : has forte invisitis aras

cessio quæ habet quamdam correctionem. Si insignis est, non meretur ut pereat : et est apud Virgil. ista concessio, id est, « sequere Italiam ventis ; » addidit terrorem : « pete regna per undas. » LACT. — De his vide Excursum.

660. *Pallidus.* Qui pallidos Argivos efficiebat. Vel *pallidus* globus, ut supra *squalens dies.* — *Inachiis Argis.* Vide supra vs. 619.

661. *Fors æqua merentes. Sors æqua* in quibusdam codd. et sic apud veterem Glossatorem ; *Fors æqua* codd. Barthiani, Behot. Lang. Laur. Buslid. alii, cum edd. vett. — Regg. B et C, *Sors æqua.* — *Merentes.* Bene promeritos semper respicit æqua fortuna ; nam quum paratus venisset ad mortem, Apollinis favore servatus est, quia non merebatur occidi. LACTANT.

662. *Reverentia cædis.* Non enim sine pudoris jactura potuisset occidere insignem virum, ac se ultro devoventem pro salute patriæ.

663. *Latoiden.* Phœbum Latonæ filium : *Latoides* dicitur forma Græca Λητοΐδης. — *Submissus.* Flexus, sive misericordia inclinatus. — *Honorem.* I. e. præmium donatæ vitæ, quod vir fortis, qui se saluti voverat civium, non libenter accipit.

664. *Largitur vitæ. Largitur vittæ* Dan. — *Mala nubila.* Noxia, pestilentia. Horatius, Carm I, 22, 19 : « Quod latus mundi, nebulæ, malusque Juppiter urget. » BARTH.

665. *Stupefacti.* Tanto animo, ac tanto amore Corœbi in patriam.

666. *Exoratus.* Expugnatus. Vult poeta difficulter exoratum Corœbum a suis concivibus, ut mortis propositum relinqueret. — *Stata sacra.* Stata sacra sunt, quæ omnibus annis, et stato certoque tempore recurrunt : diversa ab illis, quæ *indicta* appellantur, quæ nempe vel in alia tempora rejici possunt, vel etiam omitti penitus.

667. *Sollemnes recolunt epulæ, Phœbeiaque placat. Solennes recolunt epulas* Taurin. *redeunt epulæ* Behot. *Phœbæaque* Barthius. — *Solennes recolunt epulas* Reg. B habebat, sed super *as* sec. manus *æ* scripsit, nostram lectionem Reg. C habet. A. — *Sollemnes.* Id est, quæ omnibus annis præstari debeant. — *Phœbeiaque placat Templa.* Id est, Phœbum.

668. *Templa novatus honos : has forte invisitis aras.* Codex unus Lindenbrogii : *invisitus ad aras ;* unde

Vos quæ progenies? quanquam Calydonius OEneus,
Et Parthaoniæ, dudum si certus ad aures
Clamor iit, tibi jura domus; tu pande, quis Argos
Advenias, quando hæc variis sermonibus hora est. »
Dejecit mœstos extemplo Ismenius heros
In terram vultus, taciteque ad Tydea læsum

ille conjectabat: *inistis ad aras.* — *Novatus honos.* Instaurata sacrificia. Hæc enim honos isthic indicat. Gratius Cynegetico, de sacro Vulcani: « Deus illam molliter aram Lambit, et ipse suos ubi contigit ignis honores Defugit ab sacris, rursumque reconditur antro. »

669. *Vos, quæ progenies? Vos quæ progenies* ex codd. Laur. Lang. Lipsian. et Buslid. restituit Bernartius; et ita exhibent optimæ Barthii membranæ, Petav. Taurin. Petrens. et Burm. receperunt Gevart. Grasser. Dan. Heins. in Amstel. Gronov. Barth. Veen. et Delph. *Vos quoque* Aldd. Colin. Gryph. Basil. Lindinbrog. et Cruc. — *Vos, quæ progenies?* Adrastus ubi exposuit Tydeo et Polynici originem horum sacrorum, jam sermone ad hos converso, petit ab iis, quo genere orti sint. — *Quanquam Calydonius OEneus*, etc. Sed memor Adrastus verborum Tydei, quibus se ex OEneo oriundum professus fuerat, non ultra hunc percunctari pergit: respiciens autem Polynicem, dicit ipsi: « Tu pande, quis Argos Advenias. » Reticuerat enim nomen parentum Polynices, ut supra vidimus. — *Calydonius OEneus.* OEneus enim erat Calydonius et rex Calydonis.

670. *Parthaoniæ*; Parthaon pater OEnei. *Parthaonia* regio Ætoliæ.

672. *Advenias, quando hæc variis sermonibus hora est. Evenias* optimus et vetustissimus codex Barthii a manu sec. sed *Devenias* a manu prima. Pro *hora est*, quod exhibent Petrens. Bebot. Dan. Put. Petav. Lang. Laur. Lipsian. Buslid. Taurin. et Burm. *ora* tenent Aldd. Colin. Gryph. et Basil. Mutavit Bernartius. — *Variis sermonibus.* Instituendis, supple, vel serendis.

673. *Dejecit mœstos extemplo Ismenius heros.* Dan. et optimæ Barthii membranæ: *mœstos lacrymans Ismenius*, probante Barthio. — Reg. B, *mœstos exemplo Ismenius*, sed a secunda manu *extemplo*; Reg. C, *mœstos lacrymans Ismenius.* A. — *Dejecit vultus.* Dejectio vultus signum verecundiæ. Erubuit Polynices propter parricidium patris, et incestum matris, maxime ante Tydeum, quem prior offenderat. Indoles venerandi pudoris! agnoscit crimen familiæ, erubescit, ne similis judicetur. — *Ismenius heros.* Polynices, ab Ismeno fluvio Bœotiæ sic dictus.

674. *Taciteque.* Ne notarent alii. — *Ad Tydea læsum Obliquare oculos.* Quod magis angebat Polynicem, erat, quod genus suum profiteri deberet ante hostem, quem prior læserat, et hinc necesse erat, ut dedecus suæ originis hostis sciret. Aliqui legunt *lævum*, id est, qui illi sinister accubabat.

Obliquare oculos : tum longa silentia movit :
« Non super hos Divum tibi sum quærendus honores,
Unde genus, quæ terra mihi : quis defluat ordo
Sanguinis antiqui, piget inter sacra fateri.
Sed si præcipitant miserum cognoscere curæ,
Cadmus origo patrum; tellus Mavortia Thebe;
Et genitrix Jocasta mihi : » tum motus Adrastus
Hospitiis, agnovit enim; « quid nota recondis?
Scimus, ait : nec sic aversum fama Mycenis

675. *Longa.* Cunctabatur enim pudore.

676. *Honores. Honores* pro sacris passim apud poetas. Ut paullo supra, vs. 668. Virgil. Æneid. VIII, 102 et seq. « Forte die sollemnem illo rex Arcas honorem Amphitryoniadæ magno Divisque ferebat. » Sumitur et *honor* pro hostia. Virgil. Æn. III, 118 : » Meritos aris mactavit honores, Taurum Neptuno, etc. »

677. *Quis defluat ordo Sanguinis antiqui.* Supra, vs. 226 : » Aonias fluit hic (sanguis) ab origine Thebas. »

678. *Piget inter sacra fateri.* Ex sacris id petitum est : quum enim summa cura adhiberetur, ne qua mala vox obstreperet in sacris peragendis, fierique deberent mente et voce pura, merito timebat dicere, unde genus duceret, ne prolata nomina parentum parricidii et incestus reorum sacra profanarent.

679. *Sed si præcipitant miserum cognoscere curæ.* Virgilius, Æneid. II, 10 : « Sed si tantus amor casus cognoscere nostros. »

680. *Cadmus origo patrum.* Cadmum, tanquam magis cognitum apud Græcos, nominat, quum stirpem suam ad Neptunum usque et ipsum Jovem referre posset. — *Mavortia Thebe.* Thebe hic singulari numero sumitur. Dicitur *Mavortia*, vel ob Hermionem Martis filiam, quæ nupsit Cadmo Thebarum conditori; vel ob Spartos superstites mutuæ cædi, qui editi erant dentibus draconis Marti sacri, quique una cum Cadmo Thebas incoluerunt; vel tandem ob bellicam virtutem, qua Thebani enituerunt.

681. *Et genitrix Jocasta mihi : tum motus Adrastus. Est genitrix Jocasta mihi* Barthius ex uno optimo codice manuscripto; et sic Bebot. qui habet etiam : *cum motus Adrastus.* — Reg. B, *Est genitrix Jocasta mihi : tum*; Reg. C, nost. lect. A. — *Genitrix Jocasta.* Œdipum non nominat majoribus criminibus adstrictum, ut qui incesto parricidium cumulaverat.

682. *Hospitiis, agnovit enim. Hospitiis cognovit eum* in iisdem Barthii membranis, quam scripturam ille non improbat. — *Hospitiis.* Id est, affectu, quo quis erga hospites suos moveri solet.

683. *Nec sic aversum fama Mycenis.* « Plerique codd. et scriptura Lactant. habent *adversum*; sed vera est et optimo nostro probata lectio

Volvit iter: regnum, et furias, oculosque pudentes
Novit, et Arctois si quis de solibus horret,
Quique bibit Gangen, aut nigrum occasibus intrat
Oceanum, et si quos incerto litore Syrtes

*aversum.* » BARTH. — Reg. B, *aversum;* Reg. C, *adversum*. A. — *Nec sic aversum fama Mycenis Volvit iter*. Virgilium imitatur Æneid. I, 568, « Nec tam aversus equos Tyria Sol jungit ab urbe. » — *Mycenis*. Hic pro Argis, ob viciniam harum urbium.

684. *Regnum, et furias, oculosque pudentes*, etc. Franciscus Guyetus expungit hunc versum et tres sequentes, cum prima voce quinti, tanquam adulterinos, et supposititios. Nescio qua ratione, nisi forte dicat, non esse probabile Adrastum, quem poeta, semper decori observantissimus, depingit ut virum gravem ac sapientem, hæc dixisse: non enim esse sapientis ac gravis viri, objicere ad os aliquid alteri, unde ille dolere ac erubescere possit: præsertim vero quum supra Polynices de industria et pudore nomen patris reticuerit propter infamiam, avum nominasse contentus. Sed tamen hi versus non videntur alieni ab ingenio Statii, continentque optimum sensum. Et potest dici Adrastum non in animo habere Polynicem offendere, quem jam generum destinaverat, sed tantum horrorem scelerum inculcare velle, ac malos frustra sperare latere posse, sed, quidquid faciant, flagitia eorum in omnium cognitionem oraque ventura. Ceterum his versibus designat poeta quatuor orbis partes, Septemtrionem per *Arctoos soles*, Orientem per *Gangen* Indiæ fluvium, Occidentem per *Oceanum nigrum occasibus*, Meridiem denique per *Syrtes* adjacentes Africæ, quæ tota ad meridiem spectat. — *Regnum*. I. e. quomodo regnum adeptus fuerit OEdipus. — *Furias*. Hoc designat cædem patris, et incestum cum matre. — *Oculosque pudentes*. Id est, quomodo oculos sibi eruerit ipse OEdipus, lucem perosus.

685. *Arctois si quis de solibus horret*. In vetustissimo libro de solibus una perpetua vox clare comparet. BARTH. — *Arctois si quis*, etc. Quum enim Sol obliquissimis, ideoque invalidis radiis istas regiones attingat tantum, auget potius frigus per antiperistasin, ut dicunt philosophi, quam depellit: unde eleganter dicit populos septemtrionales horrere de solibus Arctois, seu septemtrionalibus. Summo enim frigore horremus ac tremimus.

686. *Quique bibit Gangen*. Ganges fluvius Indiæ celeberrimus: vocatur adhuc quoque *Ganga*, vel *Pen jab* Persice, id est, quinque aquæ, a quinque fluviis in eum influentibus. — *Aut nigrum occasibus intrat Oceanum*. Oceanus est mare ambiens totam terram: credebant autem Veteres solem, et omnia astra mergi in Oceanum occidentalem, unde vocat *nigrum* seu obscurum *occasibus*. — *Nigrum*. Quia demerso sole in Oceanum nox venit.

687. *Et si quos incerto litore Syr-*

Destituunt: ne perge queri, casusque priorum
Annumerare tibi: nostro quoque sanguine multum
Erravit pietas; nec culpa nepotibus obstat.
Tu modo dissimilis rebus mereare secundis
Excusare tuos: sed jam temone supino
Languet Hyperboreæ glacialis portitor Ursæ.

*tes.* Syrtes duæ sunt prope Africæ Leptim in Mari Mediterraneo, major et minor, suntque sinus periculosi, propter fluctus et arenas refluentes, importuosi ac navigantibus infesti. — *Incerto litore.* Nam, ut canit Lucan. Phars. IX, 303 et seq. « Syrtes, vel primam mundo natura figuram Quum daret, in dubio pelagi terræque reliquit. » Est enim hic incerto sinu mare vadosum, alternis fluxus atque refluxus vicibus dubium, terræ ac maris mira inæqualitate. Lucanus, ibid. 305 et sqq. « Nam neque subsedit penitus, quo stagna profundi Acciperet, nec se defendit ab æquore tellus, Ambigua sed lege loci jacet invia sedes: Æquora fracta vadis, abruptaque terra profundo. Et post multa sonant projecti litora fluctus. »

688. *Destituunt.* Quia subito refluit mare, et sic incauti nautæ pereunt. Eodem verbo usus Curtius, lib. IV, cap. 7, nost. edit. tom. I, pag. 259, de Nasamonibus loquens, « qui obsident litora Syrtibus vicina, et æstu destituta navigia notis sibi vadis occupant. » — *Casusque priorum.* Id est, patris matrisque.

689. *Nostro quoque sanguine multum Erravit pietas.* Adrastus enim genere paterno orinudus erat ab Æolo, cujus filius Athamas Learchum filium sagittis confixit, alterumque filium Phryxum Jovi immolare voluit. Pero autem avia Adrasti paterna, per Chloridem matrem suam Amphionis et Niobes Tantalo genitæ filiam, originem maternam ad Tantalum referebat. Notum vero omnibus, Tantali, Pelopisque posteros omni genere scelerum contaminatos fuisse, pietatemque omnibus pæne violatam. Nam parentes liberos, liberi parentes, uxor maritum, maritus uxorem, frater fratrem, affines affinitate junctos interfecerunt; pater liberos comedit; demum affinem patruelis, glorem levir, filiam pater stupravit: unde *Pelopeia domus*, pro sæva et impia, proverbii loco usurpata est. Berald.

691. *Tu modo.* Ut non sis criminosus. — *Mereare secundis.* Sensus: enitendum tibi est, ut factis tuis non solum parentibus videare dissimilis, sed etiam illos facias innocentes. Lactant.

692. *Temone supino.* Quia currum solutis equis erecto temone supinabant.

693. *Languet.* Id est, fulgor ejus remittitur, seu albescit: adventu enim diei solisve astra albescunt, seu sensim apparere desinunt. — *Hyperboreæ Ursæ.* Ursa dicitur *Hyperborea*, ab Hyperboreis populis ultra aquilonem, in extremo mundi

Fundite vina focis, servatoremque parentum
Latoiden votis iterumque iterumque canamus. »
« Phœbe parens, seu te Lyciæ Pataræa nivosis
Exercent dumeta jugis; seu rore pudico
Castaliæ flavos amor est tibi mergere crines;
Seu Trojam Tymbræus habes, ubi fama volentem

cardiue septemtrionem versus sitis; de quibus vide Plinium, lib. IV, cap. 10, aliosque Geographos. — *Glacialis portitor.* Portitor proprie ille dicitur, qui traducit homines, vel velut navigio, ad ulteriorem fluminis vel lacus vel stagni ripam aut litus. Hic qui aliquid portat. Et per portitorem Ursæ intelligi credo, ex adjuncto temone, Plaustrum, seu Græcis ἄμαξαν, quo nomine, teste Arato, ut jam diximus, utramque Ursam, et majorem et minorem, Græci vocabant. — *Glacialis.* Quod tractus septemtrionalis perpetuis frigoribus ac glacie rigeat. Lactantius per *portitorem* Ophiuchum intelligit; intelligi potest etiam Bootes.

694. *Fundite vina focis.* Ritus observatus ab antiquis, ut post epulas etiam vinum funderent in honorem Deorum, hymnumque, quo gratias agerent, canerent; ut facit hic Adrastus. — *Servatoremque parentum.* « Qui servavit eos per Corœbum a clade quam immiserat. » Glossographus. Haud dubie denotat illam ipsam fabulam propter quam anniversaria festa instituta modo Adrastus ipsemet dixit.

696. *Seu te Lyciæ Pataræa*, etc. Imitatur Horatium poeta, Carm. III, 4, 63 et sqq. « Qui rore puro Castaliæ lavit Crines solutos; qui Lyciæ tenet Dumeta, natalemque silvam, Delius et Patareus Apollo. » — *Lyciæ.* Lycia regio Asiæ Minoris, inter Pamphyliam et Cariam sita. — *Pataræa.* A Patara urbe Lyciæ, Apollinis templo et oraculo celebri, ubi veteres credebant Apollinem per sex menses dare responsa, Servio auctore. BERALD.

697. *Exercent.* Venantem scilicet. — *Rore pudico.* Quia Castalia virgo fugiens Apollinem in hunc fontem se injecit, ab eaque Castalius postea dictus est.

698. *Castaliæ flavos amor est tibi mergere crines.* Petrens. *te mergere;* unde Jortinus conj. legendum *demergere* aut *immergere.* — *Flavos amor est tibi mergere crines.* Hoc agere Phœbum, ut nitido semper vertice esset, opinabantur Veteres. Capillos semper amatis fluviis abluere dicebant. Horat. Carm. IV, 6, 26: « Doctor argutæ fidicen Thaliæ, Phœbe, qui Xanto lavis amne crines. » BARTH.

699. *Thymbræus.* Vide supra vs. 643. — *Ubi fama volentem*, etc. Tangit fabulam, qua dicuntur Neptunus et Apollo de Laomedonte construendos muros Trojanos certa mercede conduxisse. Locus fabulæ datus, quod Laomedon destinatam ad sacra Neptuno et Apollini facienda pecuniam, imminentibus Mysiis, ad murorum exstructionem transtulit.

Ingratis Phrygios humeris subiisse molares;
Seu juvat Ægæum feriens Latonius umbra
Cynthus, et assiduam pelago non quærere Delon;
Tela tibi, longeque feros lentandus in hostes
Arcus; et ætherii dono cessere parentes

700. *Ingratis.* Non quod Apollo operam suam haud libenter locaret; dicit enim superiori versu *volentem;* sed quod promissa mercede frustratus est. — *Phrygios molares.* Virgilius, Æneid. XI, 131, « Saxaque subvectare humeris Trojana juvabit. » Ubi *saxa Trojana* sunt Statio *Phrygii molares.* Bea.

701. *Ægæum.* Supple mare. Ægeum autem mare est illa pars Maris Mediterranei, prope Græciam, quæ Europam ab Asia dividit, et multas habet insulas inter Hellespontum et Tenedum. Quidam tradont hoc nomen sortitum esse, vel ab Ægeo Thesei patre, qui illuc se præcipitasse dicitur, vel a Gigante Ægæone scopulis Maris Ægæi a Neptuno alligato. Strabo scribit, hoc nomen traxisse ab Ægæo oppido in Eubœa. Plin. vero lib. IV, cap. 11, hæc habet : « Ægæo Mari nomen dedit scopulus inter Tenedum et Chiom, verius quam insula Æx nomine a specie capræ, quæ ita Græcis appellatur. Cernunt eum a dextra parte Andrum navigantes ab Achaia, dirum ac pestiferum. » Solinus eadem dicit cap. 17. Hoc mare hodie *Archipelago* vocatur, Turcis *Mare Album.* — *Latonius Cynthus.* Cynthus mons Deli insulæ, in quo Latona dicitur peperisse Apollinem et Dianam; unde *Latonius* dicitur : hujus tanta est altitudo, ait hic Noster, ut umbram in Ægæum Mare longe extendat.

702. *Et assiduam pelago non quærere Delon.* Hoc loquendi modo, vult poeta insulam Delon nullam exhibituram amplius molestiam investigantibus, quum non erret ac vagetur per mare, ut antea : dicitur enim Apollo fixisse errantem Delon, et alligasse proximis insulis Myeono, et Gyaro, ut canit Virgil. Æneid. III, 75, « Quam pius Arcitenens oras et litora circum Errantem, Gyaro celsa Myconoque revinxit, Immotamque coli dedit, et contemnere ventos. » — *Delon.* Delos insula maris Ægæi notissima, Cycladum media, templo Apollinis et mercatu celebrata : quæ diu fluctuata, ut proditur, sola motum terræ non sensit ad M. Varronis ætatem : Mutianus prodidit bis concussam. Hanc Aristoteles ita appellatam prodidit, quoniam repente apparuit enata. Æglosthenes Cynthiam, alii Ortygiam, Asteriam, Lagiam, Chlamydiam, Cynethum, Pyrpilem, igne ibi primum reperto. Cingitur quinque mill. passuum; assurgit Cyntho monte. Vide Plinium. Apud se tamen genitos Apollinem et Dianam, non Delo, ut vulgus credebat, memorant Ephesii apud Tacitum Annal. III, et Strabonem lib. XIV.

703. *Tela tibi.* Supple, mittenda. — *Lentandus.* Flectendus. Ut Virgilius, Æneid. III, 384 : « Lentandus remus in unda. »

704. *Arcus, et ætherei dono ces-

Æternum florere genas: tu doctus iniquas
Parcarum prænosse manus; fatumque quod ultra est;
Et summo placitura Jovi; quis letifer annus;
Bella quibus populis; mutent quæ sceptra Cometæ.
Tu Phryga submittis citharæ: tu matris honori
Terrigenam Tityon Stygiis extendis arenis.

*sere parentes.* Hæc est grammaticorum veterum, Laetantii, Glossographi, recentium interpretum, omniumque librorum scriptorum manu typisque, constans lectio. Barthius tamen germanam putat: *ætherei dono cessere parentis.* — Reg. B, *Argus* habebat, sed super *g* sec. manus scripsit *c*; nostram lect. Reg. C præbet. A. — *Ætherei dono cessere parentes Æternum florere genas.* Id est, ætherei parentes, seu Juppiter et Latona, tibi munere concesserunt, ut genæ tuæ æternum florerent, id est, sicut ait Statius, Silvar. III, 4, 65, ut « Nulla genas lanugo nitentes Carperet, et pulchræ fuscaret gratia formæ. » Et hoc dicit, quia Apollo exprimebatur imberbis: unde jocus Dionysii Siciliæ tyranni, qui quum Epidauri barbam auream Æsculapio demi jussisset, affirmavit, non convenire patrem Apollinem imberbem, ipsum vero barbatum conspici.

705. *Tu doctus iniquas Parcarum prænosse manus.* Hoc dicit, quia Apollo divinationi præesse Veteribus credebatur. — *Iniquas.* Quia earum opera hominibus moriendum est.

706. *Fatumque quod ultra.* Hoc est, res futuras, quæ post hoc præsens, debent evenire.

707. *Et summo placitura Jovi.* Non enim eveniunt res futuræ, nisi quia Jovi id placet, ipsique hoc decretum est. — *Annus letifer.* Qui morbos, famem, et pestem, quibus populi moriuntur, affert.

708. *Mutent quæ sceptra Cometæ.* Behot. *qui mutent sceptra Cometæ;* Taurin. *quæ mutent;* utrumque contra legem cæsuræ. Nonnulli: *sceptra Cometes,* ut malit Barthius. — Regg. B et C, *quæ mutent sceptra cometæ.* A. — *Mutent quæ sceptra Cometæ.* Veteres credebant nunquam cometas impune apparere; ac denunciare aut mortem principum, aut bella, aut mutationem regnorum. Injustis regnis ultores dat Valerius Flacc. VI, 608, « Acer ut autumni canis, iratoque vocati Ab Jove fatales ad regna injusta Cometæ. »

709. *Tu Phryga submittis citharæ: tu matris honori.* Taurin. et Burm. *honore;* ceteri codd. cum editt. vett. *honori,* probante Barthio. — *Phryga submittis citharæ.* Intelligit Marsyam Phrygem Hyagnidis tibicinis filium, qui cum Apolline in certamen musicum descendere ausus fuit: ab eo vero victus et exuviis corporis exutus, in fluvium sui nominis mutatus est.

710. *Terrigenam Tityon Stygiis extendis arenis.* Tityos Jovis filius ex Elata Orchomeni filia, quam a se gravidam Juppiter in terram occultavit metu Junonis: ibi hæc Tityon peperit, unde *Terrigena* di-

Te viridis Python, Thebanaque mater ovantem
Horruit in pharetris : ultrix tibi torva Megæra
Jejunum Phlegyam subter cava saxa jacentem
Æterno premit accubitu, dapibusque profanis
Instimulat : sed mixta famem fastidia vincunt.
Adsis o memor hospitii, Junoniaque arva
Dexter ames ; seu te roseum Titana vocari

ctus est. Grandis vero factus Tityos vim Latonæ inferre ausus est; idcirco ab Apolline sagittis fuit confixus, et detrusus apud Inferos; ubi in pœnam criminis per novem jugera extenditur, et visceribus effossis pascit vulturem, aliis serpentem, fibris semper renascentibus, ut supplicium ejus æternum foret. Adi Virgilium qui mire hoc totum expressit Æneid. VI, 595 et sqq.

711. *Te viridis Python.* Hoc supra enarrat poeta. Dicit *viridem*, quem supra *cæruleum* vocavit. Serpentium enim alii virides sunt, alii cærulei : plerumque tamen colorem terræ, qua occultantur, habent. — *Thebana mater.* Designat Nioben Tantali filiam, et uxorem Amphionis regis Thebarum, quæ quum multam sobolem ac pulcherrimam haberet, animo elata, Latonam contemnere, ac ei se præferre non dubitavit; unde Dea irata omnes Niobes liberos sagittis Dianæ et Apollinis interficiendos curavit. Vide Ovid. Met. VI, 273 et seqq.

712. *Horruit* in *pharetris : ultrix tibi torva Megæra.* Quum in Gronovii editionem vitio typothetico irrepsisset, *Megæræ;* et qui eam iteravere Venetiis an. 1676, et Veenhusius, inter librariorum mancipia nomen non ignobile, religioni duxere quidquam in melius mutare, licet in erratis moniti. Optimi codicis lectionem, *in pharetras*, probat Barthius.

713. *Jejunum Phlegyam.* Phlegyas filius Ixionis, et rex Lapitharum, vel, ut alii, filius Martis, Delphis Apollinis templum incendit : quapropter in Inferos detrusus, in pœnam assidua fame torquetur : ipsi enim ad mensam accumbenti assidet una Megæra, ingeritque horrendos cibos, a quibus abstinet, fastidio, quod ex iis habet, famem suam vincente. Val. Flacc. Argonaut. II, 192 et sqq. « Inferni qualis sub nocte barathri Accubat attonitum Phlegyan et Thesea juxta Tisiphone, sævasque dapes et pocula libat, Tormenti genus, et nigris amplectitur hydris. » Unde *Jejunus* dicitur.

716. *Adsis.* Behot. *Assis.* — Reg. C, *Assis.* — *Memor hospitii.* Hoc dicit propter Crotopum regem Argorum, qui Apollinem benigne hospitio receperat, post Pythonis cædem, eumque expiaverat, ut vidimus supra.

717. *Dexter.* Id est, propitius. Noster, Silv. V, 1, 71, Abascantii in Prisc. Pietat. « Sed meliore via dextros tua vota marito Promeruere Deos. » — *Seu te roseum Titana vocari Gentis Achæmeniæ ritu.* Apollo, qui et Sol, pro diversis nationibus

Gentis Achæmeniæ ritu; seu præstat Osirim
Frugiferum, seu Persei sub rupibus antri
Indignata sequi torquentem cornua Mitram. »

varia habebat nomina. Apud Achæmenios, ut vult noster, vocabatur Roseus Titan, quæ tamen vocabula potius redolent Græcam originem, quam Persicam, nec in ullo alio auctore sic apud Persas appellatum solem memini me legisse.

718. *Gentis Achæmeniæ ritu, seu præstat Osirim.* *Gentis Achemeniæ* in Behot.; *Gentis Achimeniæ* in uno Barth. et edd. vett. Barthius legi jussit: *seu te Roseum Titana vocari Gentis Achæorum.*—Reg. B, *Gentis Achemeniæ;* Reg. C, *Achimeniæ.* A.—Achæmenii erant Persiæ populi auctore Stephano, hoc nomen sortiti ab Achæmene antiquo rege. Posset etiam hic intelligi peculiaris familia regum, teste Herodoto; gens enim et populum et familiam significat, quæ proprio sibi ritu colebat solem. Cujus vocis, Achæmeniæ scilicet, Scaliger etymologiam deducit ab Omano seu Amano: Omanus vero, seu Amanus, Sol erat apud Persas, ut Anaitis Luna, quæ cum Venere et Diana confunditur. Quin et *Hamanim* Hebraice sunt πυραιθεῖα, de quibus sacra scriptura.—*Seu præstat Osirim Frugiferum.* Tradit enim ex Diodoro Siculo Eusebius in op. de præparatione Evangelica, Ægyptios primos hominum, motus ordinemque cælestium corporum observasse, Solem et Lunam Deos putasse, solem quidem Osirim, lunam vero Isidem vocasse, a proprietate quadam inditis ipsis nominibus. Alii tamen contendunt Ægyptios sub hoc nomine Nilum coluisse. Osiris autem secundum fabulas fuit Jovis ex Niobe Phorone prognata filius, qui avo successit in regnum Argorum: cupiditate autem gloriæ adipiscendæ ductus, Ægialo fratri regno Argorum tradito, ipse in Ægyptum navigavit. Subacta vero regione, ac Iside Inachi filia uxore ducta, ibi fixit sedes suas: et quum ille Ægyptios multas artes, ut agriculturam, modumque colendæ vitis, aliasque docuisset, illa vero literas, Ægyptii memores tot beneficiorum eis post mortem divinos honores reddiderunt. Quum autem Osiris subito disparuisset (occisus enim clam fuerat a Sitiphone Ægyptio, vel a Typhone fratre, ut alii tradunt) Isis, mutata veste tonsisque capillis, non finem illius quærendi fecit, donec tandem ejus corpus in multas partes laceratum invenit apud Phialam, inventumque humari curavit in insula Abato. Quumque non multo post bos eximia specie in Ægypto visus fuisset, Ægyptii eum putarunt esse Osirim, colueruntque ut Deum, et Apim nuncupaverunt.

719-720. *Seu Persei sub rupibus antri Indignata sequi torquentem cornua Mitram.* Ordo constructionis: «Seu præstat appellari Mitram torquentem cornua indignata sequi.» De quibus videatur hujus libri Excursus.

# EXCURSUS[1]

## AD

## LIBRUM PRIMUM THEBAIDOS.*

* THEBAIS. Bellorum omnium quæ inter Græcos priscis temporibus fuere, si Trojanum excipias, celeberrimum semper habitum Thebanum illud, inter Œdipi filios, mirabili nescio magis, an miserabili exitu gestum, ante Christi natalem annis circiter M. CC. XXXVI, ante primam Olympiadem CCCC LVII, ante Urbem conditam CCCC LXXXI. Fugitivam certe ejus memoriam retrahere conati præstantissimi quique viri, qua inter Græcos, qua Latinos. Ipse poeta Princeps in hac cura, testis Pausanias, qui signate Bœoticis: Ἐποιήθη δὲ ἐς τὸν πόλεμον τοῦτον καὶ ἔπη Θηβαΐς· τὰ δὲ ἔπη ταῦτα Καλαῖνος ἀφικόμενος αὐτῶν ἐς μνήμην, ἔφησεν Ὅμηρον τὸν ποιήσαντα εἶναι. Καλαίνῳ δὲ πολλοί τε καὶ ἄξιοι λόγου κατὰ ταῦτα ἔγνωσαν. Ἐγὼ δὲ τὴν ποίησιν ταύτην μετά γε Ἰλιάδα καὶ τὰ ἔπη τὰ ἐς Ὀδυσσέα ἐπαινῶ μάλιστα. Operam etiam, et quidem largam, heroico versu contulit Antimachus: cui rei fidem facit vel unus Athenæus, qui ejus Thebaidem compluries citat, et ille idem Pausanias, qui in Arcadicis ex ea Arionem Adrasti describit, versibus suo loco transcribendis. Nec defuere officio Latini. Ponticus sane cum laude sudavit in hoc circo: auctor mihi affirmandi Propertius, apud quem lego I, 7, et sqq.:

> Dum tibi Cadmeæ dicuntur, Pontice, Thebæ,
> Armaque fraternæ tristia militiæ;
> Atque, ita sim felix, primo contendis Homero,
> Sint modo fata tuis mollia carminibus,
> Nos, ut consuemus, etc.

Attium quoque Tragœdum admovisse manum videre licet ex veterum scriptorum reliquiis, et fractis quasi membris quæ apud Nonium. Et hi quidem quasi Primipili inter eos, qui caliginem quam huic bello objicere potuisset temporis injuria, ingenii radiis dispellere voluerunt; sed hoc tantum: nihil enim ex Musæo hoc ædificio reliquum præter rudera, quæ nihilominus, ut ruta et cæsa ex avita hereditate, haud immerito doctos delectant: exstant tamen adhuc et ad nos pervenere, liceat huc alludere, Hastatorum quorumdam et Principum scripta, signate Æschyli

1. EXCURSUM vocavimus notas ampliores, quas ad calcem hujus libri numeris versuum præfixis signatas rejecimus. ED.

Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις, quam elegantissime, stilo ad veteres Tragicos Latinos quam proxime accedente, vulgavit Q. Sept. Florens Christianus. Teritur etiam omnium manibus ignoti poetæ, sed alti, Dii boni! et magni, Thebais: vulgus eam Senecæ juniori tribuit; at non ego; nec ullus ex iis, fidenter dico, » queis esse Corculis datum est: » non meridie clarior lux quam principem hanc locum inter Latinas, atque haud scio an etiam Græcas Tragœdias tenere; qui eam cum sociis in veri judicii trutina componet, pepo non homo, nisi ab altiore suspicetur aura: strictim interim rem tangit, et ea quæ ex illa habemus initium vix adumbrant, adeo non finem. Quo magis debemus Papinii nostri scriptis, in quibus feliciter præstatur utrumque, maculas quum plures, sæculi illins elegantia, quo literas scire barbaries erat, excusorum denique negligentia, contraxisse video: sed et in iis eluendis non inutiliter laborasse me « sperat quidem animus, quo eveniat Diis in manu est. » Tu fave benivole Lector, et donec melius quid alius adferat, fruere his nostris. Ego initio facem tibi præferam satis claram, et ex Diodori Siculi Hist. IV libro caput adscribam: potiorem Statiani argumenti partem, summamque totius operis carptim et quasi saltuatim complectens.

« Laius Thebanorum rex ducta uxore Jocasta Creontis filia, quum diu improlis esset, consuluit oraculum de liberorum procreatione. Responsum dante Pythia, ipsi non conducere prolem habere, nam qui ex eo prodituras esset filius patrem occideret, et domum omnem infortuniis impleret, neglecto oraculo, genuit nihilominus filium, et infantem exposuit, trajiciens pedes ejus ferro: unde et Œdipus postea cognominatus est. Sumtum puerum famuli exponere quidem noluerunt, dederunt autem Polybi uxori, quæ non poterat gignere liberos. Deinde quum puer jam vir factus esset, Deum de infante exposito consulere statuit Laius. Œdipus quoque a quodam de expositione certior factus, et ipse Pythiam qui veri parentes forent rogatum proficiscebatur. Quum ambo apud Phocidem invicem obviam facti essent, Laiusque illum via decedere superbius jussisset, Œdipus ira percitus Laium occidit inscius parentem esse. Eo tempore fabulantur Sphingem beluam biformem venisse Thebas, proposuisseque ænigma si quis solveret: ac multos ab ea imperitos solvendi interemtos: solventi præmium Jocastæ connubium et Thebanorum regnum propositum esse; nullus excepto Œdipo ænigma solvere potuit. Id erat ejusmodi a Sphinge propositum: « Quid esset idem bipes, tripes, quadrupes? » Ceteris addubitantibus, Œdipus ait hominem esse, qui infans quadrupes esset, auctus ætate bipes, jam senior factus tripes, ut qui baculo ob imbecillitatem sustentaretur. Tum Sphinx juxta oraculum seipsam ex loco excelso præcipitavit. Œdipus matrem ignotam uxorem sumsit, quatuorque ex ea genuit liberos, duos filios, Eteoclem et Polynicem, duas vero filias, Antigonem et Ismenem. Filii quum ad ætatem venissent, domestica impietate cognita, Œdipum coegerunt ob dedecus non egredi domum. Ipsi, sumto regno, invicem pacti sunt, ut singuli alternis annis imperarent; Eteocli, quia major esset, primus imperii annus cederet. Is, acto anno, renuit regnum tradere.

Polynices vero ex fœdere id petiit, nec impetrato, Argos ad Adrastum regem confugit. Hoc tempore Tydeum aiunt Œnei filium cum in Calydone Alcastum, Lieotheumque nepotes occidisset, ex Ætolia et ipsum aufugisse Argos. His duobus Adrastus benigne susceptis, quodam responso motus utrique filias uxores junxit, Polynici Argian, Delphylen Tydeo. Adolescentes quum a rege probarentur, magnaque ex eorum virtutis exspectatio esset, is gratificans ambos in patriam promisit se reducturum: verum quum censeret primum debere Polynicem restitui, ad Eteoclem misit Tydeum, de reditu acturum; aiuntque eum quinquaginta viros, quos Eteocles in insidiis posuerat, omnes interfecisse, et præter opinionem salvum rediisse. Adrastum, quum hæc audisset, ea quæ ad bellum spectarent præparasse: adscivit autem ad belli societatem Capaneum, Hippomedontem, Parthenopæum Atalantæ Schœneidos filium. Suadebant amici Polynicis, ut ad bellum Amphiaraus vates duceretur! at is quum ex scientia vaticinandi prævideret, si ei bello affore se periturum, idque propterea recusaret, ferunt Polynicem aureum torquem a Minerva Harmoniæ datum, Amphiarai uxori, quo belli societatem viro persuaderet, donasse. Eo tempore Amphiaraus Adrastusque de regno dissidentes pepigerunt ad Eriphylem Amphiarai conjugem, Adrasti autem sororem, omne dissensionum judicium referre. Illa pro Adrasto sententiam tulit, adjiciens ut belli Thebis inferendi socius Amphiaraus adjutorque esset. Amphiaraus existimans se ab uxore proditum, consensit ad bellum ire, sed Alcmeoni filio mandata dedit, ut post suum obitum Eriphylem perimeret. Quod patris mandatum postea exsecutus, facinoris conscientia in insaniam versus est. Adrastus, Polynices, ac Tydeus, ad bellum ituri, quatuor elegerunt duces, Amphiaraum, Capaneum, Hippomedonta, et Parthenopæum, qui omnes cum magno exercitu adversus Thebas profecti sunt. Post deinde Eteocles et Polynices sese mutuo interfecerunt: Capaneus magno impetu scalis murum ascendens mortem oppetiit. Amphiaraus in terræ hiatum cum curru delatus, nunquam postea visus est. Eodem modo reliqui duces omnes, præter Adrastum, multique præterea mortales occubuerunt, quorum sepeliendorum facultas a Thebanis cum denegata esset, insepultos relinquens Adrastus, Argos rediit. Ceterum quum nullus eos sepelire auderet, soli Athenienses, qui ceteros benignitate anteibant, omnes qui in Cadmea ceciderant, sepeliverunt. »

Hæc de belli hujus causa, progressu, ac fine, tradidit Diodorus: cujus sententiam Pausanias non solum labefactare, sed qua Homeri testimonio, qua rationibus evertere conatur: verba ejus hæc sunt in Bœoticis: « Laius autem quum regnum teneret, et uxorem haberet Jocastam, oraculum ei redditum Delphis a filio, si quis ei ex Jocasta nasceretur, interitum sibi imminere: quare recens natum Œdipum exposuit. At ille quum adolevisset, et patrem occidit, et matrem ipsam uxorem duxit: filios vero ex ea nullos omnino genuisse ego arbitror; testimonio mihi sunt qui in Odyssea leguntur Homeri versus:

Vidi etiam Œdipodis matrem formosam Epicastem,

Quæ fœdo imprudens temeravit crimine vitam,
Gnati juncta toro: genitorem occiderat ille,
Mox facinus visum est superis abolere nefandum.

Qui enim ejus flagitii fama statim potuisset aboleri, si quatuor fuissent ex Jocasta liberi suscepti? verum Eurygenæa illos Hyperphantis filia peperit: quod is qui carmina illa condidit, quæ OEdipodia nominant, declarat. Onasias etiam Platæensibus, tristem demisso vultu, ob filiorum dimicationem pinxit Eurygenæam. Polynices, vivente adhuc et imperante OEdipo, Thebis discessit, ne diris, quibus ipsos pater devoverat, esset obnoxius. Quum autem Argos confugisset, et jam filiam ei nuptum dedisset Adrastus, Eteoclis fratris accersitu, post OEdipi mortem Thebas reversus est: orto vero cum fratre dissidio, iterum exulavit, fretusque soceri opibus, dum regnum conatur recipere, exercitum quidem perdidit; congressi vero ex provocationa singulari certamine fratres, ambo mutuis confecti vulneribus ciciderunt. »

Ita Pausanias, Ita Diodorus: a quibus rursus in Οἰδίπους Suidas, sive ille quem more suo exscribit, in diversam plane abiit sententiam: in nonnullis cum utroque conveniens, in pluribus ex diametro dissentiens: adeo ut extra limitem extraque oleas, quod dicitur, non iturum me crediderim, si et Historiolam quam ille tradit etiam huc transcripsero. Est autem talis: « Laius Thebanorum rex uxorem habuit Jocastam, ex qua nata ei proles OEdipus. Eo nato oraculum pater accepit, quod propriæ matri puer ille misceretur; et jussit eum abjici in montem, et ligna circumplecti pedes: quem quum invenisset agricola nomine Melobus, educavit, et OEdipoda dixit, quia tumefactos haberet pedes a ligno quod appellatur *Cuspus*. Vir autem factus latrocinia exercuit. Quo tempore ea, quæ Sphinx dicitur, apparuit mulier deformis et ferina: abjecto enim viro, et manu congregata, et loco occupato difficili aditu, prætereuntes necabat. OEdipus igitur grave aliquid meditans, socium se dedit ejus latrocinio, et tempore idoneo quale voluerat observato, hasta eam interemit et qui cum ipsa. At Thebani admirati appellarunt eum regem. Laius igitur indignatus, bellum iis intulit, et lapide percussus in caput interiit. Jocasta autem metuens a regno excidere, induxit OEdipodem, et declaravit regem, et facta est ejus uxor, ignara quod mater esset. Habuit ex ea filios duos Eteoclem et Polynicem: ac postea quum didicisset Jocasta filium suum esse, indicium fecit OEdipodi: qui audiens clavos accepit, eosque defigens in oculis, obiit, relinquens regnum duobus filiis, qui imperarunt circiter annum, et tum inimicitia suborta, invicem bellarunt. Et premebatur ab Eteocle Polynices, qui Argos abiens duxit filiam regis Adrasti, et copiis factis adversus Thebas, ibi singulari certamine congressus Eteocli, occidit eum, et ipse ab eo occisus: socii autem domuitionem fecerunt. »

Hæc illi. Quis verius? non ego id dicam: tantum moneo, a Diodoro Sophoclem, Euripidem, Lysimachum Alexandrinum, Senecam Juniorem, nobilem etiam illum auctorem Thebaidos, scriptorum deinque omne vulgus stare: plane ut ex formula Senatoria, « hæc pars adhuc

major esse videatur, » præsertim accedente non Pedario Senatore, sed Consulari Papinio nostro. Bernart.

12. *Quod sævæ Junonis opus, cui sumserit arcum.* Juno, dum videret a Jove Semelen diligi, in aniculam versa decoratam, dolum meditans Semeles limen ingressa est, cui ita locuta est: « Si te, ut perhibent, integre amat Juppiter, hoc ab eo impetra, ut talis ad te veniat, qualis Junoni solet videri; » quæ inducta Jovem rogavit: qui quum negaret et diceret adspectum Dei nullo modo posse ferre mortalem, tandem promisit tali se habitu ad eam esse venturum, quali ad Junonem consuevit: ille quum venisset cum fulmine, Semele sustinere non potuit, et obiit. Juppiter vero aperto ejus velocissime utero Liberum patrem diffisso femori abdidisse dicitur, ut expletis novem mensibus legitime nasceretur. — *Cui sumpserit*, etc. Leucothoe, quæ Io, Liberi patris nutrix fuisse dicitur. Hujus marito Athamanti talem furorem Juno immisit, ut filios suos vellet occidere, sperans quod Liberum patrem invenire posset, et simili sorte perimeret. Qui Athamas unum filium suum Learchum arcu vel sagittis exstinxit. Vide supra, not. 13, hujus tom. pag. 8.

28. *Tuis alte radiantem crinibus arcum.* Intelligit coronam igneam, radios longe projicientem, qua solem caput cinctum habere fingunt poetæ: et alludit ad insanum veterum morem, quo imagines ac statuas imperatorum ornabant insignibus, quæ propria erant Deorum, ut fulminibus, astris, et præsertim radiis, seu radiata corona. Suet. Aug. cap. 94, 9: « Atque etiam sequenti nocte statim videre visus est filium mortali specie ampliorem, cum fulmine ac sceptro, exuviisque Jovis Maximi, ac radiata corona. » Ad principes translatum nummi probant, in quibus tam Augustum, quam alios radiato capite videre licet. Hæc autem erat quasi præludia futuræ consecrationis. — *Radiantem crinibus arcum.* Circulum in quo sol suos cursus explet: quia veluti arcus videtur, quod sol ab oriente nascens usque in occidentalem partem desinit.

36. *Tumulisque carentia regum funera.* Cadavera, quomodo sæpissime Papinius, Thebaid. III, 130: « Magna parens juvenum, gemini tunc funeris, Ide. » Ibid. VII, 214:

> Non tamen aut patrio respersus sanguine Pentheus
> Aut matrem scelerasse toris, aut crimine fratres
> Progenuisse reus, lacero tua lustra replevit
> Funere.

Ibid. IX, 8: « profanatum Menelappi funus acerbo Vulnere. » Ibid. X, 7:

> Illic arma, et equos, ibant quibus ante superbi,
> Funeraque orba rogis, neglectaque membra relinquunt.

Ibid. eodem, 741: « Et proculcantes moderantum funera currus. » Ibid. XI, 594: « Duc, ait, ad natos, patremque recentibus oro Injice funeribus. » Ibid. XII, 266: « Tu mihi pande vias, tuaque ipse ad funera

deduc. » Silius Italicus, II, 647 : « Funera mutato revocabat nomine mater; » Virg. Æn. IX, 491, « quæ nunc funus lacerum tellus habet? » Rusticus Elpidius, poeta christianus singulari eruditione : « quin mortua funus Ossa trahens, verbi sanum virtute, reversis Viribus, exsiluit. » Septiminus, ita enim ex membranis appellandus is scriptor; lib. IV, de Bello Trojano : « viso Hectoris funere cuncti cives, sociique accurrentes fletum tollunt. » Barth.

55. *Manibusque cruentis pulsat inane solum*. Lactantius, ut diximus supra, inania tartara interpretatur. Bernartius cum applausu Joh. Barclaii, quod sit sine anima : sed *inane solum* sunt vacui oculorum loci. *Solum*, omne cujusvis rei fundamentum. Cicero, in Bruto, cap. 74 : « Solum quidem, inquit ille, et quasi fundamentum oratoris vides, locutionem Latinam et emendatam. » Virgil. in Æn. VII, 111, de orbibus crusti, vel placentæ quadris :

.... adorea liba per herbam
Subjiciunt epulis, sic Juppiter ipse monebat,
Et cereale solum pomis agrestibus augent.

Ubi Servius : « Solum omne dicitur quod aliquid sustinet. Unde supra, Æn. V, 199, de mari ait : « vastis tremit ictibus ærea puppis, Subtrahiturque solum. » Sic nunc paniceas mensas, id est, epularum sustentaculum, solum vocavit. » Ovidius, in Metam. I, 71 : « Astra tenent cæleste solum; » decentius multo quam Sidonius « cæli pavimentum sidera » dixit. Quare temeraria et ridicula est hominis docti inter ceteras similes reprehensio, vitio vertentis Ovidio hoc vocabulum, quod *solum* brutorum pedibus calcetur, Advers. lib. LVIII, cap. 10. Doctior Apuleius qui imitatus est in Floridis : « Aquila enimvero, evecta alis istud spatium, qua pluitur et ningitur, ultra quod cacumen nec fulmini nec fulguri locus est, in ipso, ut ita dixerim, solo ætheris et fastigio hiemis. » Labeo lib. LXV, de Adqu. Rer. Dom. « Insula, quæ non ipsi alveo fluminis cohæret, sed virgultis, aut alia qualibet levi materia ita sustinetur in flumine, ut solum ejus non tangat. » Palladius, in Augusto Tit. VIII, « Mundum vas æneum vel plumbeum interius unctum inversum ponatur in solo ipsius fossionis. » Gronov.

64. *Trifidæque in Phocidos arce*. Quis unquam legit Laium occisum in arce? aut in ædificio ingenti, quod hic e Pausania fabricant Bernartius et Barclaius? Via fuit publica, sed angustior. Ergo recte MSS. *trifidæque in Phocidos arcto*. Apollodorus : Κόρινθον μὲν ἀπέλιπεν· ἐφ' ἅρματος δὲ διὰ τῆς Φωκίδος φερόμενος συντυγχάνει κατά τινα στενὴν ὁδὸν ἐφ' ἅρματος ὀχουμένῳ Λαΐῳ. Sidon. de Cyro, Carm. IX, 31 : « Cæsis millibus ante quum ducentis In vallis Scythicæ coactus arctum Orbatæ ad Tomyris veniret utrem. » Sic autem et legit Lactantius, ad lib. VII, v. 344 : « Phocida quæ civitas tres habet vias, quæ se post multa spatia in unam jungunt plateam : » ut ipse in primo : « trifidæque in Phocidos arcto Longævum implicui regem. » Gronov.

65. *Longævum implicui regem, secuique trementis Ora senis.* Locutio Papiniana, infirmitatem occisi, roburque occisoris indicans. Laium ultra cæterorum tradita senem facit, augendo, ut omnia solet, sceleri. Hyginus vero etiam immissis equis pedem OEdipi oppressisse autumat; Fabula LXVII: « Obviam ei OEdipus venit, quem satellites quum viam Regi dare juberent, neglexit. Rex equos immisit, et rota pedem ejus oppressit. » Et Seneca provocantem et superbum Regem stipite a filio interemtum scribit. Act. IV OEdipi, 768 et seqq.

Redit memoria tenue per vestigium
Cecidisse nostri stipitis pulsu obvium
Datumque Diti, quum prior juvenem senex
Curru superbus pelleret, Thebis procul,
Phocæa trifidas regio qua scindit vias.

Cujus ultima verba nomen loci alludunt.

68. *Lamentabile matris Connubium.* Sane vero imperio naturæ et communi humanitatis consuetudine: at fuere gentes, quæ jungerent matres filiis, ut Persæ, quorum antistites tali conjugio oportebat prodire. Catullus, Carm. LXXXVIII, 1 et seqq.

Nascatur Magus ex Gelli matrisque nefando
  Conjugio, et discat Persicum haruspicium.
Nam Magus ex matre et gnato gignatur oportet,
  Si vera est Persarum impia relligio,
Gnatus ut accepto veneretur carmine divos
  Omentum in flamma pingue liquefaciens.

Lucanus, Parthorum Reges, ita nasci autumat, Phar. VIII, 404 et seqq.

.... jacuere sorores
In fratrum thalamis, sacrataque pignora matres:
Damnat apud gentes sceleris non sponte peracti
OEdipodionias infelix fabula Thebas:
Parthorum dominus quoties sic sanguine mixto
Nascitur Arsacides? cui fas implere parentem,
Quid rear esse nefas?

71. *Digitis cedentibus.* Fibulas de Jocastæ vestimentis extractas usurpasse fodiendis oculis scripsit Sophocles: at de digitis Seneca, OEdip. act. V, 961 et seqq.

.... Gemuit, et dirum fremens
Manus in ora torsit: at contra truces
Oculi steterunt, et suam intenti manum
Ultro insequuntur: vulneri occurrunt suo,
Scrutatur avidus manibus uncis lumina,
Radice ab ima funditus vulsos simul
Evolvit orbes: hæret in vacuo manus,
Et fixa penitus unguibus lacerat cavos
Alte recessus luminum, et inanes sinus.

*Digitis* autem *oculos alienos* fodere, extrema defensio, patet ex Plauti

non uno loco. Suetonius, Domitiano, cap. 17: «Puer qui interfuit cædi, hoc amplius narrabat, Domitianum, arrepto deductoque Stephano, colluctatum diu, modo ferrum extorquere, modo, quanquam laniatis digitis, oculos effodere conatum.»

100. *Maleæ de valle.* Promontorium quod non sine periculo prætervavigatur. Noster, Thebaid. II, 32 et seqq.

Est locus Inachiæ, dixerunt Tænaia gentes,
Qua formidatum Maleæ spumantis in auras
It caput, et nullos admittit culmine visus.

Idem, ibid. X, 537 et seqq.

Qualiter aut Malean, aut alta Ceraunia supra
Cessantes in nube sedent, nigrisque leguntur
Collibus, et subitæ saliunt in vela procellæ.

Propertius, lib. III, Eleg. 19, ad Cynthiam, vs. 5 et seqq.

Flamma per incensas citius sedetur aristas,
Fluminaque ad fontis sint reditura caput;
Et placidum Syrtes portum, et bona litora nautis
Præbeat hospitio sæva Malea suo.

105. *Per nubila Phœbes Atraeia rubet arte labor.* Tangit signate veterum errorem, qui Lunam magico carmine cælo devocari, ruboreque præ verecundia suffundi credidere, adeoque ne veneficarum verba exaudire posset, æris tinnitu obstrepebant. Plutarchus in Paullo Æmilio: «Repente vero Luna, quum plena et sublimis esset, facta est obscura: lumineque deficiente multiplicibus mutatis coloribus evanuit. Romanis, sicut est apud eos consuetudo, æris tinnitu lumen revocantibus, ignesque multos et faces et tædas in cælum protendentibus, nihil simile fecerunt Macedones: sed timor et trepidatio multa universum habuit exercitum.»

Noster Thebaid. VI, 685 et seqq.

Sic cadit, attonitis quoties avellitur astris,
Solis opaca soror: procul auxiliantia gentes
Æra crepant, frustraque timent; at Thessala victrix
Ridet anhelantes, audito carmine, bigas.

Seneca, Hippolyto, 788 et seqq.

Et nuper rubuit; nullaque lucidis
Nubes sordidior vultibus obstitit.
At nos sollicīti lumine turbido,
Tractam Thessalicis carminibus rati,
Tinnitus dedimus; tu fueras labor.

Adhæsit hæc superstitio etiam Christianis, adeo ut Divo Maximino causam dederit serio populum increpandi Homilia quæ inter Divi Ambrosii exstat XXXII: «Quum ante dies plerosque, inquit, de vestra avaritiæ

cupiditate pulsarim, ipsa die circa vesperam tanta vociferatio populi exstitit, ut irreligiositas ejus penetraret ad cælum. Quod quum requirerem, quid sibi clamor hic vellet? dixerunt mihi quod laboranti Lunæ vestra vociferatio subveniret, et defectum ejus suis clamoribus adjuvaret. Risi equidem, et miratus sum vanitatem; quod quasi devoti Christiani Deo ferebatis auxilium, clamabatis enim ne tacentibus vobis perderet elementum; tanquam infirmus et imbecillis, nisi vestris adjuvaretur vocibus, non posset luminaria defendere quæ creavit. » Et infra: « Hoc est plane quod ait Salomon. *Stultus sicut Luna mutatur:* mutaris enim sicut Luna, dum stultus et insipiens ad motum ejus, qui Christianus fueras, incipis esse sacrilegus: sacrilegium enim creatori committitur, dum imbecillitas adscribitur creaturæ. Sed dicet aliquis, Luna igitur non laborat? laborat plane; negare non possumus, sed laborat cum cæteris creaturis, sicut ait Apostolus, dicens: *Quia omnis creatura ingemiscit et parturit usque adhuc.* (Et infra:) *Quoniam et ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis.* Liberabitur, inquit, a servitute: vides ergo quoniam Luna non laborat carminibus, sed laborat obsequiis, non laborat periculis, sed laborat officiis. » Hæc ille, et plura in eamdem sententiam pie et christiane: sed nec omnes etiam inter Veteres in stulta hac persuasione. Primus Anaxagoras, ut scribit Laertius in ejus vita, causam defectus Lunæ aperuit, sed superstitionem ex hominum mente evellere non potuit: vetus poeta egregie eam explosit priscis his versibus:

Non illam, ut populi credunt, nigrantibus antris
Infernas ululans mulier prædira sub umbras
Detrahit altivago e speculo, nec carmine victa,
Vel rore....
Vincibilemque petit clamorem, quippe per æthram,
Qua citimus limes dispescit turbida puris,
Inviolata meat: sed vasto corpore tellus,
Quæ medium tenet ima polum, dum lumina fratris
Detinet umbriferis metis, tum sidere casso,
Pallescit teres umbra rotæ: dum transeat axem
Aggerei velox tumuli, speculoque rosanti
Fraternas reparet per cælum libera flammas.

BERNART.

144. *Et nondum crasso laquearia fulva metallo, Montibus aut alte,* etc.

Et nondum crasso laquearia fulta metallo,
Montibus aut late Graiis effulta nitebant
Atria, congestos satis explicitura clientes.

Deformata hæc, sed tamen ope veteris membranæ haud difficulter sic emaculantur:

Et nondum crasso laquearia fulva metallo,
Montibus aut alte Graiis effulta nitebant
Atria, congestos vis explicitura clientes.

In primo versu τὸ *fulta* quid absurditatis habeat, nemo non videt: in secundo, de marmore agit, quod ex Græcia ad columnas conficiendas, et

domus suas ornandas Romani petere consuerant, quod *alte* fulcire vult atria, altis videlicet columnis. Tibullus, Eleg. III, 3, 13 et seq.

Quidve domus prodest Phrygiis innixa columnis,
Tænare, sive tuis, sive, Cariste, tuis?

Propertius, lib. III, Eleg. 2, ad Cynthiam, vs. 12 et seq.

Quod non Tænariis domus est mihi fulta columnis,
Nec camera auratas inter eburna trabes.

Juvenalis, Sat. XIV, 89 et seq.

.... alta parabat
Culmina villarum, Græcis longeque petitis
Marmoribus, vincens Fortunæ atque Herculis ædem.

In tertio versu, more suo Græcis tribuit morem Romanis usitatum, qui talis, quod clientes ad potentiorum atria mane confluere solent, salutandi gratia. Virgilius, Georg. II, 462:

« Mane salutantum totis vomit ædibus undam. »

Martialis, Epigr. IV, 8, 1, et seq.

Prima salutantes atque altera continet hora,
Exercet raucos tertia causidicos.

Juvenalis, Sat. V, 31: « Tota salutatrix jam turba peregerit orbem. » Horatius, Serm. I, Sat. 6, 101: « Nam mihi continuo major quærenda foret res, Atque salutandi plures. » Tacitus, Hist. II, 92, de Cæcina et Valente: « Dum ambitu, comitatu et immensis salutantium agminibus contendunt. » Sueton. Aug. cap. 27, 6: « Et Q. Gallium prætorem in officio salutationis tabellas duplices veste tectas tenentem. » Idem, Claudio, cap. 25, 2: « Milites domos Senatorias salutandi causa ingredi etiam patrum decreto prohibuit. » Salutatio autem hæc non in interiore domus parte, sed in atrio fiebat. Ovidius ex Ponto, I, Epist. 7, 23 sqq.

Nec tamen irrumpo, quo non licet ire; satisque est,
Atria si nobis non patuisse negas:
Utque tibi fuerit mecum nihil amplius, uno
Nempe salutaris, quam prius, ore minus.

Allusit uti solet scite Seneca, de Benef. VI, cap. 32: « In pectore amicus, non in atrio quæritur. » Quo loco multa adfert, quæ ad explicationem hujus ritus faciunt et coertionem, tu, si operæ tibi, eum adi.

145. *Montibus Graiis.* Id est, columnis marmoreis ex montibus Græciæ excisis. Ita Nostro Silv. IV, 2, 27, *mons Libys*, in Epulo Domitiani, idem ac *Libycus silex* in Epithalamio Stellæ, Silv. I, 2, 148. Claudian. XVII, Cons. Mallii, vs. 310: « Consumant totos spectacula montes. » Id est, totorum montium feras: unde *Mons*, hic et similibus locis, sumitur pro quacumque ejus parte, aut pro quocumque quod est in monte. Ex quibus constat quid intelligat Statius in Equo Domitiani, Silv. I, 1, 80: « Tu tardum in fœdera montem Longo marte domas. » Id est, Dacos, qui in monte sedes habebant, ut jam diximus supra, vs. 20.

148. ***Ferri statione gementes.*** **Statio Latinis non unam rem notat.** Una notione cohortem militum denotat, quæ ante fores palatii excubabat. Exempla hæc in texto habes, et passim apud Tacitum et Suetonium, signate in Nerone, cap. 47 : « Ut comperit stationem militum recessisse, prosiluit e lecto, » tantique momenti hæc statio, ut inter præcipua insignia Principatus haberetur. Idem Suetonius, Tiberio, cap. 24 : « Principatum quamvis neque occupare confestim, neque agere dubitasset, et statione militum, hoc est, vi ac specie dominationis assumta. » Secundo significat cohortem, quæ per provincias contra latrones collocabatur. Tertullian. Apologetico : « Latronibus investigandis per omnes provincias sortitur statio militaris. » Modestinus, I. C. L. III, de Re militari : « Qui stationis munus reliquit, plus quam emansor est. » Suetonius, Tiberio, cap. 37 : « In primis tuendæ pacis a grassaturis ac latrociniis, seditionumque licentia, curam habuit. Stationes militum per Italiam solito frequentiores disposuit. » Recte *frequentiores*, nam jam antea disposuerat Augustus. Idem, Augusto, cap. 32 : « Grassatores, dispositis per opportuna loca stationibus, inhibuit. » Tertio milites significat, in castris, vel urbe excubantes. Tacit. Annal. I, 25 : « Postquam vallum introiit, portas stationibus firmans. » Nost. Theb. XII, 355 : « Ut paullum immisso cessit statio horrida somno. » Hinc *stationem agere*, pro *excubare*. Tacit. Histor. I, 29 : « Igitur consultantibus placuit pertentari animum cohortis, quæ in palatio stationem agebat. » Quarto notat *Officinam*. Suetonius, Nerone, cap. 37, 2 : « Quod tabernas tres de domo sua circa forum civitatibus, ad stationem locasset. » Seneca, de Beat. Vit. : « Altum quiddam est virtus, excelsum et regale, invictum, infatigabile : voluptas humile, servile, imbecillum, caducum ; statio ejus fornices sunt et popinæ. » Scite vero *fornices* ait, nam *fornices* idem quod *lupanaria*. Petronius, Sat. c. 7 : « Tarde immo jam sero intellexi me in fornicem esse deductum : execratus itaque aniculæ insidias, operui caput, et per medium lupanar fugere, cœpi in aliam partem : » unde clarum, quid Horatius sibi velit, dum Serm. lib. I, Sat. 2, 30, ait : « Contra, alius nullam, nisi olenti in fornice stantem. » Lux hinc Suetonio, Julio, cap. 49 : « Et Bithynicum fornicem dicunt. » Intelligunt *enim περιφραστικῶς* meretricem. Sed ad rem. *Stationem pro officina* posuit I, C. Ulpianus, lib. XV, D. de Injuriis : « Proinde si quis ad domum tuam venerit te absente, convicium factum esse dicitur, idem etsi ad stationem vel tabernam ventum sit, probari oportere. » Ita enim omnino legendum, non ut nuper viri docti supposuerunt, ignorantia hujus notionis : « Iidem etsi ad statuas, » receptam omnibus sæculis lectionem ejicientes, quam præter loca quæ adduximus Glossæ veteres diserte firmant : nam *Officina στασιών* inter alia reddunt, id est, *stationem* : et signate Plinius junior, Epist. I, 13, ad Senecionem : « Plerique in stationibus sedent, tempusque audiendis fabulis conterunt. » Quinto, quod omnino etiam notandum, *Statio pro jejunio* sumitur. Isidorus, lib. VI : « Jejunium autem et statio dicitur. » Tertullianus, ad Uxorem, lib. XI,

cap. 4 : « Ut si statio facienda est, maritus de die condicat ad balneas. » Idem, de Corona militis, cap. 11 : « Jam et stationis aliis magis faciet quam Christo. » Denique apud mediæ ætatis scriptores *Statio* pro *munere* seu *officio* passim sumitur. Lampridius, Commodo : « Jam in his artifex quæ stationis imperatoriæ non erant, ut calices fingeret, saltaret, cantaret, etc. » Capitolin. vero : « Primus Cæsar est dictus, et in eadem statione constitutus periit. » Imo et Suetonius in hac significatione usurpavit, Claudio, cap. 38 : « Quod aliter evasurus, perventurusque ad susceptam stationem non fuerit, » id est, ad imperium, reliquæ notiones vulgatæ sunt; excipimus eam quæ ex Val. Maxim. lib. II, cap. 1, 9, eruitur; ad quem te remittimus.

149. *Mero committere gemmas, Atque aurum violare cibis.* Inversio ob versum, *gemmis enim merum committere, et cibos auro violare*, dicendum erat, etsi hoc satis Satiricum. De *poculis gemmeis* nota res, et notata doctis ad Senecam de Provident. cap. 3, hicque Lactantio. Regia autem supellex et fercula gemmatis vasis ponebat. Ausonius, Epigram. VIII, 2, Exhortatio ad modestiam, 2 et seq.

> Fercula gemmatis quum poneret horrida vasis,
> Et misceret opes pauperiemque simul.

Immo tota supellex gemmis erat facta. Seneca, Epist. 90 : « Non est quod te nimis laudes, si contemseris aureos lectos, et gemmeam supellectilem : quæ est enim virtus, supervacua contemnere? » Lampridius, Heliogabalo : « Habuit gemmata vehicula, et aurata, contemtis argentatis et eboratis et æratis. » Et obvia seges talium. Quid vero Papinius, si vidisset ejusdem monstrosi Romanorum Principis gemmeas Matellas, et auro exceptum ventris onus? Et id tamen eodem ævo in urbanis moribus notat Martialis.

163. *Suffecere odio.* Scribe cum MS. *Odiis*, agnoscente etiam Lactantio : « Declamatio, inquit, quæ significat eas causas movisse odia, quæ restringere debuissent. » Et sic malunt poetarum filii. Claudian. VIII, de IV Cons. Honorii, vs. 115, « Odiis idem, qui terminus armis. » Turnus moriturus, Virgil. Æneid. XII, 938 : « Ulterius ne tende odiis. » Idem Virg. Æn. XI, 122 : « semperque odiis et crimine Drances Infensus Juveni Turno. » Lucanus, II, 145, et sqq.

> Tunc data libertas odiis, resolutaque legum
> Frenis ira ruit; non uni cuncta dabantur,
> Sed fecit sibi quisque nefas.

188. *Quas gerit ore minas.* « Vultu crudelitatem fatetur. » Glossographus. Notum autem « secreta animi proditorem vultum enuntiare, » quod ait Latinus Pacatus. Pessimi ævi non malus auctor Wolbero in Canticum Canticorum, cap. 2, « Plerumque et ipsa vultus et habitus ostensio vox quædam mentis est, et, ut quidam dicit, sæpe tacens vocem verbaque vultus habet; » Juvenalis, Satira IX, 18 et seq.

Deprendas animi tormenta latentis in ægro
Corpore, deprendas et gaudia; sumit utrumque
Inde habitum facies.

Ovid. Art. Amat. II, 378: « in vultu pignora mentis habet. » Noster, Silv. I, 1, 16: « juvat ora tueri Mixta notis belli, placidamque gerentia pacem. » Cassiodorus, lib. VIII, Epist. 14: « Affuit mandatis regalibus eloquens et decorus Orator: tales enim decet esse aulicos viros, ut Naturæ bona iudicio frontis appareant. Si cui animus est tranquillus, eum serenissimus commendat adspectus. » Rutilius, de Reditu suo Itinerarium, I, 545 et sqq.

Nec magis efficiet similem pictura colorem,
Quam quæ de meritis mixta figura venit
Adspicienda procul certo prudentia vultu,
Formaque justitiæ suspicienda micat.

200. *Effusa sub omni.* Glossographus vetus septemtrionem isthic sibi imaginatus est. Latere dicas ulcus occultius, sine libris antiquissimo antiquioribus non facile eruendum. Sed omnino nulla difficultas inest. Dicit « locum esse medium cæli, unde omnia pari spatio videri possint. » Phrasis est Papiniana, illud Ovidii de domo Famæ exprimens, Metam. XII, 39 et sqq. quamvis ille non de cælo loquatur:

Orbe locus medio est, inter terrasque, fretumque,
Cælestesque plagas, triplicis confinia mundi;
Unde, quod est usquam, quamvis regionibus absit,
Inspicitur, penetratque cavas vox omnis ad aures.

« Terra sub omni die effusa, » est omnem terram et pontum, ceu clara meridie, illic semper cerni. *Omnis dies*, totus, merus. Ovidium exprimit et Theb. IX, 642: « interior cæli qua semita lucet, Dis tantum, et cunctas juxta videt ardua terras. » Unde ista clara sunt.

210. *Florentes.* Florem ignis, luminis, lucis, sæpius poetæ agnoscunt. Lucretius, I, 896 et sqq.

At sæpe in magnis fit montibus, inquis, ut altis
Arboribus vicina cacumina summa terantur
Inter se, validis facere id cogentibus Austris
Donec fulserunt flammæ fulgore coorto.

Idem, IV, 452: « Bina lucernarum florentia lumina flammis. » Accius, vs. 678: « Ære atque ferro fervere igni, insignibus Florere. » Pulchro Marius Victor, Geneseos, lib. I, 98 et sqq.

Astraque distinctis cælum pingentia zonis
Floribus æthereis varios vibrare colores
Cærula Nox stupuit.

219. *Falso rectore.* Phaethonte, cujus officii non erat Diem pro Sole ducere. *Falsus Rector*, supposititius. Sic *falsus olor* Juppiter, ejus forma, Theb. X, 504 et seq.

Te nemus Œbalium, te lubrica ripa Lacænæ
Virginis, et falso gurges cantatus olore
Flebit.

*Falsus* idem in tauri specie, rapiens Europam, Theb. XI, 214 et seq.

. . . Sidonios ex quo per litora raptor
Turbasti thyasos, dignatus virgine nostra
Terga premi, et placidas falsum mugire per undas!

Valerius Flaccus, VIII, 266: « neque enim fugit æquora raptor Juppiter, aut falsi sequimur vestigia tauri. »

230. *Reticenda Deorum Crimina.* Jovi scilicet narranti ista. Recte Amphibolon observavit Lactant. vide supra, pag. 48 et 49, non enim caret hoc effatum sarcasmo satirico in ipsos Deos, Papiniano judicio: quem non cautissime personarum et temporum res agere multis exemplis declarari potest. *Deorum crimina*, quæ Diis exprobrari possint, et divinitati ipsi parum facere deprehendantur, quæ suas res agens Juppiter silentio suadet prætereunda. Claudian. VII, de III Cons. Honorii 65 et seq.

Proh crimen Superum! Longi proh dedecus ævi!
Barbarus Hesperias exsul possederat urbes!

Martialis Epigr. X, 61, 1 et seq.:

Hic festinata requiescit Erotion umbra
Crimine quam fati sexta peremit hiems.

Papinius, Achilleid. II, 331: « indecores, fatorum crimina, cultus. » Lucanus, Pharsal. VIII, v. 605: « nunquam Superum caritura pudore Fabula. » Phædrus, lib. II, Epilog. vs. 18: « Donec Fortunam criminis pudeat sui. » Vide Nost. Edit. tom. I, pag. 488. Claudianus, V, in Rufinum, lib. II, 421: « Criminibusne tuis eredis, Fortuna, mederi? » Idem, XVIII, in Eutropium, lib. I, 9 et 10:

Heu terræ cælique pudor! trabeata per urbes
Ostentatur anus, titulumque effeminat anni.

Melius tamen intelligas impietatem hominum in Deos, eujus exempla ut caveantur, eam reticendam dicit Juppiter.

244. *Superis adjuncta sinistris.* Per connubium filiæ. *Jungi* enim addi, per talia familiæ dicuntur nubentes ducentibus. Papinius, Achilleid. I, 655: « quid defles magno nurus addita ponto? » Virgil. de Turno, Æn. VII, vers. 57: « quem regia conjux Adjungi generum miro properabat amore. » Martianus Capella, de Nuptiis Philologiæ et Mercurii, lib. II, 1 et sqq.

Beata virgo tantis
Quæ siderum choreis
Thalamum capis jugalem,
Ac sic favente mundo
Nurus adderis Tonanti.

Claudianus, XXI, de Laudib. Stilich. lib. I, 78: « Et gener Augustis, olim socer ipse futurus Accedis. » BARTH.

265. *Et ærisoni lugentia flumina Nili.* Tenebricosæ fabulæ lucem dat Pausanias Bœoticis: « His consimilia de Phœnice a quodam homine audivi: Ægyptios Isidi festos dies celebrare, qua anni parte lugeri ab ea Osirim dicunt: ac per illos sane dies incipere Nilum excrescere, quo fit, ut incolarum turba dictitet, augeri Nilum atque impleri, lateque ex eo arva irrigari Isidis lacrimis. » Apte ad posteriorem partem; at cur *ærisoni?* propter sistra, quorum frequens in Isidis sacris usus. Apuleius: « æreis et argenteis, immo vero aureis etiam sistris argutum tinnitum constrepentes. » Juvenal. Sat. XIII, 92 et seq.

> Decernat, quodcunque volet, de corpore nostro
> Isis, et irato feriat mea lumina sistro.

Propertius, lib. III, Eleg. 11, vs. 41 et sqq. de Cleopatra:

> Ausa Jovi nostro latrantem opponere Anubin,
> Et Tiberim Nili cogere ferre minas.
> Romanamque tubam, crepitanti pellere sistro.

Venerabiles autem et quasi sacros fuisse sistrum pulsantes, vel unus Ovidius firmat, ex Ponto, lib. I, Epist. I, 37 et seq.

> Ecquis ita est audax, ut limine cogat abire,
> Jactantem Pharia tinnula sistra manu?

Risit eleganter stultitiam Seneca philosophus, quem omnino vide. Erat autem sistrum, ut in marmoribus antiquis videre licet, crepitaculum, cujus per angustam laminam in modum baltei recurvatam trajectæ medio paucæ ungulæ, crispante brachio tergeminos ictus, reddunt argutum sonum.

270. *Emendare sat est?* Quæ, inquit, tempora sufficient, ubi excuties crimina patrum avorumque, ut ea in nepotibus vindices? Locutio, ut diximus supra, est Maroniana, Eclog. VII, 39: « Sinum lactis, et hæc te liba, Priape, quotannis Exspectare sat est. » Idem, Æn. II, 103: « Si omnes uno ordine habetis Achivos, Idque audire sat est, jamdudum sumite pœnas. » Idem, Æneid. IX, vs. 195: « Nam mihi facti fama sat est. » Voculam *sat* simpliciter eo sensu ponere solet Valerius Flaccus, locis notandis, ne patiantur violentiam correctorum. Argonaut. VIII, 392 et sqq.

> An vero, ut thalamis raptisque indulgeat annus
> Conjugiis? Id tempus enim: sat vellera Graiis;
> Et posse oblata componere virgine bellum.

Idem, eod. supra, vs. 191 et seqq.

> . . . . Sint age tanti
> Æsonide, quæcunque moræ; quam sæva subire
> Saxa iterum; quam Cyaneos perrumpere montes

Sat mihi; non totis Argo redit ecce corymbis.

Hac vocula sæpissime utitur Propertius; sic lib. II, Eleg. 29, 30: « Non ego tam facilis, sat erit mihi cognitus unus. »

272. *Sicanos longe relegens Alpheus amores.* Pisas intelligit, cui lucus Olympii Jovis finitimus: designat hoc oppidum per Alpheum, quia ille Pisas lambit. Seneca Tragicus, Thyest. vs. 130 et seq.

Quem tangit gelido flumine lucidus
Alpheus, stadio notus Olympico.

Papinius, Silv. I, 2, 203 et seqq. Epithalam. Stellæ et Violant.

.... tumidæ sic transfuga Pisæ
Amnis in externos longe flammatus amores,
Flumina demerso trahit intemerata canali;
Donec Sicanios tandem prolatus anhelo
Ore bibat fontes.

Et hinc est, quod per Alpheum, ludus Olympicus sæpius intelligatur: adi Homerum Iliad. *Λ*, Virgilium Georg. III, Pindarum et Silium. Quæ de Alphei et Arethusæ amoribus poetæ vulgarunt, omnes sciunt. Vide quæ supra diximus hujusce tom. pag. 54, not. 272; et VOLTAIRE in Henriados cantu IX, 269 sq. Ed.

273. *Arcades hic tua delubra nefastis Imposuere locis.* Non tamen Arcades dicarunt templum hoc Jovi, sed Elei, ut tradit Pausanias, Eliac. I. Verum finitimi erant Arcades, Diagone fluvio a Meridie in Alpheum influente contra Lymnanthum montem, Pisæum agrum ab Arcadia dividente. Et hoc licentia, poetis familiari, sumendi unum populum pro altero. Et forte hoc dicit Noster, quia Arcades etiam ejectus Eleis auctoritatem ludos Olympicos celebrandi sibi vindicarunt, ut videre est apud Pausaniam, Eliac. II. Unde restituti Elei has omnes Olympiadas, nimirum quartam et centesimam, quam Arcades, et has quas Pisæi celebrarunt, *Anolympias* vocarunt, ac in fastos suos non retulerunt. Vide Pausaniam ibidem. Forsan hic mentionem fecit Arcadum Juno, quia Juppiter quibusdam natus et educatus in Arcadia proditur.

278. *Placet Ida nocens.* Intelligit hic, inquit Beraldus, Idam Phrygiæ montem, non Cretæ. Nocens vero, vel ob Paridis judicium in hoc monte: Virg. Æn. I, 26 et seq., « Manet alta mente repostum Judicium Paridis, spretæque injuria formæ, » vel potius ob raptum Ganymedis in eodem monte. Virgil. ibid. vs. 27, « Et genus invisum, et rapti Ganymedis honores. » De quibus Ovid. Fastor. VI, 43 et seq.

Causa duplex iræ: rapto Ganymede dolebam;
Forma quoque Idæo judice victa mea est.

289. *Nostri reverentia ponderis.* Voce *Ponderis* sic sæpius, et gravitatis præcipuæ potestate utitur Noster. At nec semel Virgilium ita posuisse existimo. Horatius, de Art. Poet. vs. 260: « In scenam missus magno

cum pondere versus. » Propertius apud lib. III, Eleg. 7, 43 et seqq.

Quod si contentus patrio bove verteret agros,
Verbaque duxisset pondus habere mea,
Viveret ante suos dulcis conviva Penates.

Valerius Flaccus, Argonaut. I, 39: « fictis dat vultum et pondera verbis. » Lucretius pro angore, mœstitia, cura perpetua animi pondus accepit; de Rerum Nat. III, 1066 et sqq.

Si possent homines, proinde ac sentire videntur,
Pondus inesse animo, quod se gravitate fatiget,
Et, quibus id fiat caosis, cognoscere; et unde
Tanta mali tanquam moles in pectore constet,
Haud ita vitam agerent.

291. *Obtestor, mansurum et non revocabile verum.* Sonum carminis etiam hic corruptum correctoribus dicas: clare enim primæ notæ membranæ referunt: « Mausurum obtestor et non revocabile verbum. » Quod utique ob non intellectam syllabæ rationem exscriptorum vulgus mutavit. — *Mansurus* æternum designat. Virgil. Æn. III, 86: « Da propriam Thymbræe domum! da mœnia fessis, Et genus, et mansuram urbem! » — *Non revocabile verum.* Oraculum: ἁπλῶς enim illud *veri* voce continetur poetis; Claudianus XXVI, de Bello Getico, vs. 552 et sqq.

O semper tacita sortes ambage malignæ,
Eventuque patens et nescia vatibus ipsis
Veri sera fides!

Lucanus, Phars. VI, 599: « vel numina torque, Vel tu parce Deis, et Manibus exprime verum. » Virgilius, Æn. X, 630:

Nunc manet insontem gravis exitus; aut ego veri
Vana feror: quod ut o potius formidine falsa
Ludar; et in melius tua, qui potes, orsa reflectas!

Hoc est, oraculis falsis lusa, vel dedita.

297, 298. *Nondum Ulterior Lethes accepit ripa, profundi Lege Erebi.* Hujus illud perpetuum est epitheton. Sic *profunda Juno* apud Claudianum XXXIII, de Raptu Proserp., lib. I, 2. Noster in hocce libro, infra, vs. 615: « sua dona profundo Reddit habere Jovi. » Lucanus, Phars. I, 455: « Erebi sedes, Ditisque profundi Pallida regna petunt. » *Profunda* nox in Papinio, Theb. VIII, 143: « vidi ipse profundæ Noctis iter. » Valerius Flaccus, Argonautic. VII, 401: « qualesve profundum Per chaos occurrunt cæcæ sine vocibus umbræ. »

302. *Certo reliqua ordine ducam. Ordinem* dicit administrationem et deductionem fati, quod quum semel esset fixum, deductio ejus Deorum ordinationi transcribebatur. Sic *fata* immobili constitutioni adscribit Lucanus, Naturæ rerum arbitrium eorum dans, Phars. II, 7 et sqq.

Sive parens rerum, quum primum informia regna,

Materiamque rudem, flamma cedente, recepit,
Fisit in æternum causas; qua cuncta coercet,
Se quoque lege tenens, et sæcula jussa ferentem
Fatorum immoto divisit limite mundum.

Ordinem Jovi Valerius Flaccus, pari negotio, Argonaut. I, 530 et sqq.

. . . . amborum gemuit Saturnia questus:
Tum genitor: vetera hæc nobis et condita pergunt
Ordine cuncta suo, rerumque a principe cursu
Fixa manent; neque enim terris tum sanguis in ullis
Noster erat, quum fata darem; justique facultas
Hic mihi, quum varios struerem per secula reges.

— *Ducam*. Imitatio Virgilianæ Junonis, Æn. VII, 560: « Cede locis; ego, si qua super fortuna laborum est, Ipsa regam. » Valerius Flaccus eodem ævo et ad eumdem Domitianum scribens, Veneris ad Famam sermone, Argon. II, 134: « hinc rabidas dolor undique matres Instimulet: mox ipsa adero, ducamque paratas. » *Ducere* est fatorum verbum. Seneca philosophus, « Ducunt volentem fata, nolentem trahunt. » Tertullianus de Jona, v. 82, « si sic tua dextra ducit; » Sermone nautarum ad Deum. Et pertinet ad continuationem rerum; Lucan. Phars. I, 670: « duc, Roma, malorum Continuam seriem, cladenque in tempora multa Extrahe.

305. *Obnubitque comas, et temperat astra galero. Obnubitque comas*, Pulchre Lactantius, ne aeri videlicet, aut terræ damnum daret, vim igneam capitis obnubere, et *astra*, id est, suam igneam naturam, temperare velo exponit. Sane et alioquin Mercurio *aquarum moderatio* adscribitur. Lucanus, Phars. X, 207 et sqq.

Sub Jove temperies, et numquam turbidus aer.
At fecunda Venus cunctarum semina rerum
Possidet; immensæ Cyllenius arbiter undæ est.

Et mox *aquarum dominum* vocat, eodem lib. vs. 214, « quæ quum dominus percussit aquarum Igne superjecto, tunc Nilus fonte soluto Exit. » — *Astra*, Calorem; quem et *sidera* sæpe denotant. Sic eam vocem frigoribus opponit Claudian. VIII, 30, de IV Cons. Honorii, « Quid rigor æternus cæli, quid sidera prosunt. » — *Galero*. *Pileum pastorale* exponunt glossæ veteres Isidoro collatæ, nimirum lato margine ob umbram, unde *Umbellam* appellarunt alii. Albricus, de Imaginibus Deorum: « Galerum quoque, seu umbellam capite portabat. » Quomodo Hispanis hodie omne capitis latum tegumentum *sombrero* dicitur. E junco sumptam olim materiam tradit auctor modo dictarum glossarum; *e pellibus hostiarum* Isidorus lib. XIX, Orig. cap. 30. *Galerium* dicens, quomodo tertio genere *galerum* dictum Frontoni auctor est Servius ad Æn. VII. Propritim autem *viaticum* hunc *pileum Mercurio* adscriptum. Claudianus, XXXIII, de Raptu Proserp. I, 78: « Cyllenius adstitit ales, Somniferam quatiens virgam, tectusque galero. » Quia ejus præcipue inter omnes Deos munus *tranare aerem*. Quem locum isti Papiniano

olim contulit Gisbertus Longolius, non indoctis Scholiis in Plautinam Amphitruonem: qualibus si totum Plautum illustrasset, multa citra ambitionem occupasset, quum magna ea nostris Criticis promulgavisset. Prudentius, lib. I, in Symm. de Mercurio vs. 16 et sqq.

Artificem scelerum simplex mirata vetustas
Supra hominem coluit, simulans per nubila ferri,
Aligerisque leves pedibus transcurrere ventos.

308. *Exsangues umbras.* « Id est, non corporeas. » Vita hominis et animantium in *sanguine* eorum, etiam Divinis literis contestantibus. Virgilius, Æneid. VI, 401: « Æternum latrans exsangues terreat umbras. » *Osseam formam* dixit Ovidius, quod *corpus* sine *vita* extra ossa vix fingi possit, nisi medicamentis adhibitis, natura autem ossa longe ultra carnem, sanguinem, nervosque conservet: in Ibin, vs. 143 et sqq.

Tum quoque, quum vacuas fuero dilapsus in auras
Exanimis mores oderit umbra tuos.
Tum quoque factorum veniam memor umbra tuorum,
Insequar et vultus ossea larva tuos.

309. *Tenuique exceptus inhorruit aura.* Elegantissima rei repræsentatio. Sane τὸ *inhorrere* unum puto ex singularis gratiæ et rei vocabulis, quorum non paucis lingua Latina ipsam Græcam, aliasque omnes transit, suavem concussionem cum leni sibilo et sensus pæne fugientem denotans. Ita et alii hac usi, nemo tamen Papinio hoc loci felicius. Horatius, Carm. I, Od. 23, 5 et sqq.

Nam seu mobilibus veris inhorruit
Adventus foliis; seu virides rubum
Dimovere lacertæ.

Virgilius, Georg. I, 414: « Spicea jam campis quum messis inhorruit. »
In Codice scripto glossa est *inhorruit:* « leviter insonuit alis ab aere repercussis. » In alio: « insonuit clangore alarum. » Grandissima alioquin ejusdem verbi significatio, ut quum mare velut speciatim id sibi vindicat, quum tumor ejus it in tempestatem. Cicero, de Oratore ex veteri poeta: « Sed ea transferri oportet, quæ aut clariorem faciunt rem, ut illa omnia: inhorrescit mare, Tenebræ conduplicantur, noctisque et nimbum occæcat nigror. » Virgil. Æneid. III, 195: « et inhorruit unda tenebris; » quem versum dilexit, ut repeteret lib. V, 11:

Olli cæruleus supra caput adstitit imber,
Noctem hiememque ferens, et inhorruit unda tenebris.

Petronius, « Dum hæc taliaque jactamus, inhorruit mare, nubesque undique adductæ obruere diem tenebris. » Varro, Epistol. ad C. Cæsarem: « interea prope ad occidentem Solem horrescit mare. »

313. *Œdipodionides furto deserta pererrat.* Causam clandestinæ pervagationis Lactantius assignat: « Exsulem enim, inquit, non licebat nisi

furtiio eos fines attingere, quibus erat expulsus. » Sed propiorem Enarrator vetus posuisse videtur, *furtim;* » occulte : timens insidias fratris et ejus.latrones. » Sic enim Papinius infra, v. 369, » Pulsat metus undique, et undique frater. » Dici non potest quam plerumque penitam mentem Papinii hic Glossographus dextre eruat. *Deserta Thebani regni* non sunt ignota. *Aulidem* Bœotiæ locum saxosum agnoscit Strab. lib. IX. Cui loco vicioum iter idem agnoscit quod Thebis Argos deferat, quod et ivit iste Polynices. Ab eodem post montaoa memorantur plauitiem includentia. *Aulidem* suo tempore oon multos homines incoluisse; sed qui incoluerint, figulos plerosqoe foisse memorat Pausanias, lib. itidem IX, quem vide. Barth.

320. *Nunc queritur ceu tarda fugæ dispendia.* Duplex, ut diximos ad ootam hujus versos, potest esse sensus, ex duplici significatione vocis *dispendium :* significat enim damnum et obliqoam viam. Prima significatione, queritur Polynices, et damnum fecisse eredidit, quod tamdiu fastus fratris sui tulerit privatus in ejus aula; nec prius Thebas reliquerit. Secunda significatione, queritur de obliquis viis, ut si tardarent fugam soam, exitomque suum e Bœotia : fugisse enim coostat e soperioribos, qunm sibi timeret a fratre; et infra vs. 369 dicitur : « Pulsat metos uodique, etc. » Coactus igitur foerat capere obliquas vias ac incognitas, ne ipsum attingere et iuvenire possent, si quos frater mitteret, qui ipsum insequerentur. Lucanus, lib. VIII, 1 et sq.

> Jam super Herculeas fauces, nemorosaque Tempe,
> Hæmoniæ deserta petens dispendia silvæ;

de lougo nimirum circuitu Pompeianæ fugæ ab acie Pharsalica loqueus. Ibidem vs. 4, « Incerta fogæ vestigia turbat, Incertasque errore vias. » *Dispendium* vero hic oppouitur *compendio.* Noster, Theb. II, 496 et sq.

> Fert via per dumos propior, qua calle latenti
> Præcelerant, densæque legunt compendia silvæ.

Beraldo.

322. *Spes anxia mentem Extrahit.* Id est, suspendit, subducit, subtrahit. Ut Thebaid. III, 575 : » Bissenos premit ora dies, populumque Ducesque Extrahit incertis. » Valerius Flaccus, Argon. I, 278 : « Thracius hic ooctem dulei testudine vates Extrahit. » Lucanus, Phars. IV, 200 : « Juoctoque cubili Extrahit insomues bellorum fabula noctes. » Cicero, Familiar. Epist. lib. I, 4 : » sententia Voleatii, res ab adversariis nostris extracta est variis calumniis. » Barth.

328. *Ogygiis ululata furoribus antra. Bacchi festis.* Glossa MS. Notoria omnia, quam ut iodigeant enarratiouibus. *Ululata antra;* quibus sæpe inululatum. Claudianus, VIII, de IV Cons. Hon. v. 140 : » ululata verendis Aula puerperiis. » Idem, XXXIII, de Raptu Proserp. I, 205 : « ululatibus Ide Bacchator. » Virgilius, Æn. IV, 609 : » Nocturnisque Hecate triviis ululata per urbes. » Vide quæ ad hunc versum adnotavit

noster Maronis peritissimus interpres. Valerius Flaccus, Argonaut. IV, 608: « ululataque tellus Intremit. » Proprium autem Baccharum fecere poetæ; unde Juvenalis, Sat. VI, 314 et sqq.

> Nota Bonæ secreta Deæ, quum tibia lumbos
> Incitat, et cornu pariter vinoque feruntur
> Attonitæ, crinemque rotant, ululantque Priapi
> Mænades;

De libidinantibus Romanis mulieribus. Et *Bacchei ululatus*, Ovid. Met. XI, 17: « Tympanaque, plaususque et Bacchei ululatus. » Commune vero tam lætis quam infortunatis rebus hoc verbum. Ut in Claudiani modo propositis verbis. Lucanus de Scæva, Phars. VI, 260 et seq.

> Non tu bellorum spoliis ornare Tonantis
> Templa potes, non tu lætis ululare triumphis.

334. *Mitemque Corinthum*. Corinthus urbs Achaiæ celeberrima, fere in medio Isthmo, ab illa cognominato, sita; ab Ortu Saronicum, ab Occasu Crissæum sinum, qui et Corinthiacus dicitur, habens; duobus inclyta portubus, quorum Lechæum Ionio, Cenchreæ imminent Ægæo mari, unde et *bimarem* Corinthum poetæ appellant. Hæc urbs a Mummio Achaico tandem eversa fuit et incensa. *Mitem* vocat Papinius ob suavem et salubrem aeris temperiem. Sic in Silvar. lib. I, 1, 102, ob eamdem rationem *mitis Taras* Equo Domitiani, et ad Menecratem: « Dilectaque mitis Terra Dicarcheæ. » Tantis hæc urbs affluebat voluptatibus opibusque, ut inde natum proverbium: « Non cuivis homini contingit adire Corinthum. » Hor. Epist. I, 17, 36. Ephyre prius vocabatur; hodie, *Corintho*, vel *Corantho*.

336. *Surgens confinia Phœbi*. Hoc sic explicat Macrobius in Somnium Scipionis lib. I, « Luna, postquam a Sole discedens novata est, secundo fere die circa Occasum videtur, et quasi vicina Soli, quem nuper reliquit: postquam ille demersus est, ipsa cæli marginem tenet antecedenti superoccidens; tertio die tardius occidit, quam secundo: et ita quotidie longius ab Occasu recedit: ut septimo die, circa Solis occasum, in medio cælo ipsa videatur: post alios vero septem, quum ille mergit, hæc oritur: adeo media parte mensis dimidium cælum, id est, unum hemisphærium, ab Occasu in Orientem recedendo metitur. Rursus post septem alios circa Solis Occasum latentis hemisphærii verticem tenet: et hujus rei indicium est, quod medio noctis exoritur. Postremo, totidem diebus exemptis, Solem denuo comprehendit, et vicinus videtur ortus amborum, quamdiu Soli succedens rursus movetur, et rursus recedens, paullatim semper in Orientem regrediendo, relinquat Occasum. » Berald.

358. *Pulverulenta flumina*. Etiam hoc Papinianum: nullum enim flumen pulverulentum dixerim. Non hæret utique, sed immergitur aquæ pulvis, si nimius eam exsiccat. *Pulverulenta* dicuntur corpora pulvere

conspersa. Propertius de virginibus Laconicis, lib. III, Eleg. 14, 7: « Pulverulentaque ad extremas stat femina metas. » Virgilius, Æn. IV, 155: « agmina cervi pulverulenta fuga glomerant. » Lucretius, lib. V, 741, « Pulverulenta Ceres, et Etesia flabra Aquilonum. » Martial. l. III, Epigr. v, 8, ad Librum, « vel si pulverulentus eas. » Idem, lib. XII, Epigr, II, ad sua Carmina:

> Quæ modo litoreos ibatis carmina Pyrgos,
> Ite Sacra, jam non pulverulenta via est

Etsi enim transiri ob tenuitatem fluvius, aut rivus aliquando possit, non tamen ei ideo conveniunt, quæ de terrestri via commode et ex ejus natura perhibentur.

370. *Hiberno deprensus navita ponto. Hibernum pontum* cum Lactantio *tempestuosum* exponunt Glossæ scriptæ minus antiqui exemplaris. Sic hibernare mare dicitur quum sævit. Persius, Sat. VI, 7: « hibernatque meum mare. » *Deprehendi* in ea re usitatum poetis. Catullus, Carm. XXV, 12 et seq.

> Et insolenter æstues, velut minuta magno
> Deprensa navis in mari, vesaniente vento.

Virgilius, Georg. IV, 421, « Deprensis olim statio tutissima nautis. » Æn. V, 52, « Argolicove mari deprensus. » Sed ibi alia res est. Lucretius, lib. VI, vers. 427:

> .... Freta circum
> Fervescunt graviter spirantibus incita flabris:
> Et quæcunque in eo tum sunt deprensa tumultu
> Navigia, in summum veniunt vexata periclum.

*Captam* navim eleganter Valerius Flaccus dicit lib. IV, 268: « spumanti qualis in alto Pleiade capta ratis. » Barth.

383. *Celsæ Junonia templa Prosymnæ.* Nihil hic sani vetustate nimia corrasæ et in frustilla dependentes membranæ. Prosymnam urbem cum Strabone agnoscit Lactantius, regionem faciunt Pausanias et Stephanus, ut ad Geographum notatum maximo Casaubono. Litem decidere debemus, ut ex Papinio utramque asseramus: si enim μοῖρα τοῦ Ἄργους, secundum Stephanum, utique Regionis pars, aut æstimetur, *Argos* enim et regionem et illam nobilem civitatem notat, et ita *celsam* dixit Papinius hic, et lib. IV, 44: ubi civitatem Argivorum Lactantius iterum appellat. Barth.

390. *Tranquillæ medio de limite vitæ.* Erudita simul et elegantia sunt, inquit Barthius, quæ margo hic præstantissimi exemplaris docet: « Hominis ætas ultra centesimum annum non æstimatur, neque longius vivere posse dicunt Ægyptii, ratione cordis, quod ulterius non durat. Adrastum ergo dicit ultra quinquagesimum annum provecta ætate senibus jam adscriptum, duas tantum filias habuisse: tranquilla autem vita post annum quadragesimum quintum est; ibi enim omnes affe-

ctus ducuntur in quietem, nec libido, nec iracundia animum jam vincunt. » Quæ sane ex vero sunt. Innuere tamen simul Papinium existimo tranquillitatis per omnem vitam studiosum fuisse Adrastum, qualis et in bello ardentissimo ubique proponitur, similis *Gotefrido Bullionio*, quem tot victoriarum compotem nunquam tranquillitatem sævitiæ submisisse autumant ejus ætatis scriptores, et novitii adfingunt, præcipue italica poesis *Torquati Tassi*.

440. *Istas in usque manus.* Id est, violentiam istam, qua, si est inter vos disceptatio, eam in regia vi manuum componere audetis. *Manus*, ut supra diximus, vis ipsa, effectio rei, potestas, exactio, opus, ars. Virg. Æneid. VI, 683, de Anchise:

Lustrabat studio recolens, omnemque suorum
Forte recensebat numerum, carosque nepotes,
Fataque, fortunasque virum, moresque, manusque.

Euthymius, Prolegomenis in Psalterium: « *Manus* accipiuntur pro virtute factitia, quæ vitam ac conservationem nostram, quasi organum, sibi ipsi consonam ac bene dispositam reddat. » Cicer. in Verr. II, 10: « Comites illi tui delecti, manus erant tuæ: præfecti, scribæ, medici, accensi, aruspices, præcones, manus erant tuæ. » Pedo, in Obitum Mæcenatis; v. 14, « tu Cæsaris almi Dextera, Romanæ tu vigil urbis eras. » *Manus* sunt nobis servi necessarii: Salvianus, lib. III, « tam necessariæ sunt nobis quædam domesticorum operum necessitudines, ut his quasi oculis, interdum autem quasi manibus utamur. » *Manus fidei*, potestas: Victor Uticensis, lib. III, « Linteamina violenter imposita per fila consciderunt, atque in latrinas fœdaque loca manu fidei projecerunt. » *Manus*, tutela, Scholiastes Germanici, in Delphino: « Neptunus Delphino maximos honores in Mari tribuit, quem et astris intulit, at in manu sua habere instituit. » *Manus*, potentia: Venus apud Ovidium, Met. V, 365: « natumque amplexa volucrem, Arma, manusque meæ, mea, nate, potentia, dixit. » *Manus*, opera: Gregorius Magnus, lib. IX, Moral. cap. 28, « Per Manus quid aliud quam opera designantur? » *Manus artificium*, Opus Memorabile: Petronius, Satirico: « Nam et Zeuxidos manus vidi, et Protogenis rudimenta cum ipsius naturæ Veritate certantia. » *Manus* ingenii dicitur Aratori, lib. II, « ut fusis animantur vultibus æra, Ingeniique manus promittunt vivere cautes. » Vitruvius, lib. II, cap. 8, « In summa arce media Martis fanum habens statuam Colossi, quam ἀκρόλιθον dicunt, nobili manu Telochairis factam. » Plin. de Pictura lib. XXXV, cap. 4: « Post Pacuvium non est tractata honestis manibus, nisi forte quis Turpilium velit referre. » Eodem, cap. 10, « Zeuxidos manu Romæ Helena est et Marsyas. » Ibidem. « Aliam pro ea Nero principatu suo restituit, Dorothei manu. » Denuo; « ejusdem arbitrantur manu esse et in Antonii templo Herculem aversum. » Id est summo artificio, aut virtute, ut in illo Maronis, Æn. XI, 16: « manibusque meis Mezentius hic est. »

461. *Sed quid ego?* Abruptio sermonis nulli scriptorum familiarior quam nostro: cæteri enim majore parsimonia usi. Exempla non congero: ponam tamen aliqua, ut meminero, Thebaid. XI, 165 et seqq.

> Ille ego sum, qui te pacem et pia jura rogantem
> Infelis (utinamque aliis datus urbibus) hospes,
> Extorrem patria, regnoque; sed exige tandem
> Supplicia.

Ita collocanda secundi versus distinctio inclusiva; docte enim una voce utrinsque hospitis infelicitatem commemorat. Theb. lib. VIII, 60: « Me quoque: sed duræ melior violentia legis. » Eodem, 507, » genus huic: sed mitto agnoscere, quando Tu diversa foves. » Theb. III, 87: » Te superis, fratrique: et jam media orsa loquentis Abstulerat plenum capulo latus. » Ibid. XI, 305: « Nec mihi difficilis præsens vindicta: sed arma, Arma prius famuli. »

470. *Pariter coeant animorum in pignora dextræ.* Mos hic vulgatus: at Scythis, Armeniis, et in ea ora gentibus sollemne, in sanciendis privatim publiceque amicitiis et fœderibus, non dextras solum implicare, sed pollices inter se vincire, nodoque perstringere: mox ubi sanguis in artus extremos se effuderit, levi ictu cruorem elicere atque invicem lambere. Adi Tacitum, Annal. XII, Lucianum in Toxari, Melam lib. II, cap. 1. Valer. Max. lib. IX, et Tertull. Apolog.

491. *Defixus senior.* » attonitus: defigi enim dicitur qui stupet omnibus sensibus. » Scholia Margiuis in Cod. veteri. Valer. Flacc. Argonaut. VI, 534: » Hac tunc attonitos facie defixerat hostes. » Idem, lib. VII, 82: « Mæsta stabat defixus in ira. » Arnobius, lib. VII: « Partes inter utrasque debere hæsitare, defigi, nec reperire quid faciant. » Præcipue ad sensum oculorum pertinet hoc verbum. Lucanus, Phars. VI, 657 et seqq.

> Ut pavidos juvenis comites, ipsumque trementem
> Conspicit, exanimi defixum lumina vultu,
> Ponite, ait, trepida conceptos mente timores.

Horatius, Epist. I, 6, 13 et seq.

> Si, quidquid vidit melius pejusve sua spe,
> Defixis oculis, animoque et corpore torpet?

515. *Instaurare jubet.* Ad res mensarum usitatum hoc poetis verbum. Claudianus, XXXVI, de Raptu Proserpinæ, lib. III, 215: » Nostra rudis gaudere malis, et nectare largo Instaurare dapes. » Virgilius, Æn. VII, 146: » Certatim instaurant epulas. » Idem, Æn. VIII, 283: » Instaurant epulas, et mensæ grata secundæ Dona ferunt. » Valer. Flacc. Argon. V, 691: » instaurat mensas, pacemque reducit. »

517 et 518. *Pars austro tenues, auroque sonantes Emunire toros, al-*

*tosque inferre tapetas.* Mira locutio, mirus verborum ordo, ait Barthius, et rei ipsius confusio; mira omnia, si earent mendo. Fateor non habere me, neque satisfacere mihi pro Papinianis hæc verba : quid enim *Ostro tenues tori?* Sententia esse debet, purpura et auro instratos toros fuisse, quomodo heroum convivia et triclinia construunt poetæ, ut Græcos taceam, Latini : Valerius Flaccus, Argon. II, 650 et sqq.

> .... simul hospita pandi
> Tecta jubet, templisque sacros largitur honores.
> Stant gemmis auroque tori, mensæque paratu
> Regifico, centumque pares primæva ministri
> Corpora; pars epulas manibus, pars aurea gestant
> Pocula.

Lucanus, Phars. X, 122 et sqq.

> Fulget gemma toris, et Jaspide fulva supellex:
> Strata micant, Tyrio quorum pars maxima succo
> Cocta diu, virus non uno duxit aheno;
> Pars auro plumata nitet; pars ignea cocco;

Silius Italicus, Punic. XI, 271 et sqq.

> Regifice exstructis celebrant convivia mensis.
> Ipse, Deum cultu et sacro dignatus honore,
> Præcipuis multoque procul splendentibus ostro
> Accipitur sublime toris : non una ministri
> Turba gregis : posuisse dapes his addita cura,
> His adolere focos, his ordine pocula ferre.

Confer sequentia apud hos omnes, et patrem eorum Homerum, cum nostri descriptione, videbis omnia habere plana Papinium cum illis, hic vero solum obhærere tantæ facundiæ, tantique Spiritus os poeticum. Quid addita verba perdemus? una est litera quæ confundit hic omnia, antiqua tamen omnino macula. Scribe *toris*, clara ibunt omnia.

> .... Vario strepit icta tumultu
> Regia : pars ostro tenues auroque sonantes
> Emunire toris, altosque inferre tapetas;

Tapetas auro sonantes et ostro *tenues* (suspecta vox, de qua statim) *emunire alios toris*, alios parietibus celsos affigere : *emunire tapetas toris* effercire est, et poetice *toris injicere* et *circummunire toros* iisdem. Clara res et non refutabilis emendatio. *Auro sonantes tapetas*, bracteas ejus et crepitantia fila indicant, qua de re ex Sidonio, Corippo, et aliis majorum gentium scriptoribus late alibi. Sed quid faciemus voci *tenues?* eam nequaquam mendi absolvimus : non enim tam de subtilibus hic (*et quomodo ostrum tales fecerit?*) tapetibus sermo est, quam de fulgentibus, ignitis, ardentibus, quibus verbis purpurea velamina commendare poetarum filii consueverunt; ut aurum nempe juxta cocci fulgorem splendeat : sic pulchre Lucanus modo adscriptis verbis *pars ignea cocco*. Ad quam faciem hic aliquid corruptum existimem : non ignarus tamen possa et *tenuissima texta* purpura tincta commendari, nec nul-

libi commendata inveniri. Huic vero sermoni talia convenire id est quod abnuerim: inconcussam tamen vocem relinquo, ut sit aliis libris aut ingeniis locus adnitendi quanquam non difficilis sit emendatio. Paris rei non inelegans descriptio apud Benedictum Paullinum, lib. III, Martin.

> Stipant subjectas regalia fercula mensas,
> Dives in excelsis splendescit purpura fulcris,
> Mollia puniceo mutantur serica foco,
> Et rutilant docte ductis sine vellere pensis,
> Liminibus distenta tremunt aulæa superbis,
> Notat et in foribus velorum mobile claustrum, etc.

— *Emunire Toros, altosque inferre tapetas.* Ad morem veterum, ut diximus supra, quo receptum ut lectos cœnatorios, sub horam cœnæ, stragulis vestibus textilibus, aut purpureis, insternerent. Virgil. Æneid. I, vs. 700: « stratoque super discumbitur ostro. » Horatius, Serm. II, Satir. 6, 101 et sqq.

> .... Quum ponit uterque
> In locuplete domo vestigia: rubro ubi cocco
> Tincta super lectos canderet vestis eburnos,
> Multaque de magna superessent fercula cœna;

Seneca, in Thyeste, Act. V, 909 et seq.

> Resupinus ipse purpura atque auro incubat
> Vino gravatum fulciens læva caput.

Ab hac mente capio Plautum, Bacchides, act. IV, sc. 4, 103 et seq.

> Cum amica sua uterque accubitum eatis: ita negotium est.
> Atque ibidem, ubi nunc sunt lecti strati, potetis cito;

et Suetonium, Octavio cap. 73: « Ne toro quidem cubuisse aiunt, nisi humili et modice instrato. » Bernart.

521. *Tendunt auratis vincula lychnis.* Candelabrorum, priscis in cœnis, nullus usus: noctis tenebras lucernis pensilibus dispellebant. Claudianus, X, de Nuptiis Honorii et Mariæ, vs. 206 et sqq.

> .... Alii, funalibus ordine ductis,
> Plurima venturæ suspendite lumina nocti:
> Hi nostra nitidos postes obducere myrto
> Contendant.

Quem locum Claudiani sic illustrat D. *Artaud*, nost. edit. tom. I, p. 354: « Gesnerus animadvertit *funalia*, h. l. non esse stuppeos cera obductos, nec candelabra, πολύμυξα, seu lychnuchos (ut forte apud Ovid. Met. XII, 246 sqq.), sed funes seu catenas, certo ordine, lineis directis, incurvis, circularibus ductas, a quibus penderent lampades. Hoc ex *ductis* et *suspendite* probare conatur. Confirmari hoc potest ex Stat. Theb. I, 521, et S. Paullin. Nat. Felic. apud Gonsalium ad Petron. 30:

> In ligno mentitur ebur, tectoque superne
> Pendentes lychni spiris retinentur ahenis,

Et medio in vacuo laxis vaga lumina nutant
Funibus, undantes flammas levis aura fatigat.

*Funalia* etiam funes esse probavit Gesnerus ex Liv. XLII, 65. Sed et candelabra *ordine ducta* dici possunt, quæ funibus seu catenis ductis suspensa sunt. « Isidor. XX, 10: « funalia erant candelabra, exstantes stimulos habentia, quibus funiculi cera vel hujusmodi alimento luminis obliti figebantur. » Eadem fere habet Servius ad Virgil. Æneid. I, 726: « Dependent lychni laquearibus aureis Incensi: et noctem flammis funalia vincunt. » Describit etiam pulchre Prudentius, Cathemer. Hymn. ad incensum cerei Paschalis, vs. 145, sqq.

Pendent mobilibus lumina funibus,
Quæ suffixa micant per laquearia,
Et de languidulis fota natatibus
Lucem perspicuo flamma jacit vitro
Credas stelligeram desuper aream
Ornatam geminis stare trionibus,
Et qua Phosphoreum temo regit jugum
Passim purpureos spargier Hesperos.

Cæterum quod diximus, lucernas pensiles semper fuisse, non rigide verum: scribente Lucret. lib. II, 24 et sqq.

Si non aurea sunt juvenum simulacra per ædes,
Lampades igniferas manibus retinentia dextris,
Lumina nocturnis epulis ut suppeditentur.

552. *Hanc undante mero fundens, vocat ordine cunctos Cælicolas.* Ad priscum libandi ritum dixit: nihil enim in Veteribus frequentius, quam in honorem Dei alicujus vini aliquid effundere, vel in mensam, vel in ignem, vel terram, vel aquam, pro re præsenti: de mensa hic habes, et apud Virgilium Æneid. I, 736 et sqq.

Dixit, et in mensam laticum libavit honorem,
Primaque, libato, summo tenus attigit ore.
Tum Bitiæ dedit increpitans: ille impiger hausit
Spumantem pateram, et pleno se proluit auro:
Post alii proceres.

de Igne, Papinius noster hoc eodem libro, 694: « Fundite vina focis; » de Terra, Maro lib. V, 78: « duo rite mero libans carchesia Baccho Fundit humi; » de Mari, Ovid. Metam. XI, 247:

Inde Deos pelagi, vino super æquora fuso,
Et pecoris fibris, et fumo thuris adorat.

Ab hoc more Lena apud Plautum Curculione, act. I, sc. 2, 31 et sqq.

Venus, de paullo paullulum hoc tibi dabo,
Haud lubenter: nam tibi amantes propinantes,
Vinum potantes dant omnes: mihi haud sæpe
Eveniunt tales hæreditates:

respicit libationem hanc multibiba anus, sed paullulum, ad honorem Veneris, se effusuram ait, quo ventriculus largius madefiat. Pertinet

huc elegans Papinii locus, Silvar. III, 2, 23 et sqq. Propemp. Metii Celeris:

> Prima salutavit Capreas, et margine dextro
> Sparsit Tyrrhenæ Mareotica vina Minervæ!

Usitatum vero, in hac libatione ut capiti coronas imponerent, etiam in mensa, Virgilius, Æneid. VII, 133 et sqq.

> Nunc pateras libate Jovi, precibusque vocate
> Anchisen genitorem, et vina reponite mensis.
> Sic deinde effatus, frondenti tempora ramo
> Implicat.

Idem, Æneid. VIII, 274 et sqq.

> Cingite fronde comas, et pocula porgite dextris;
> Communemque vocate Deum, et date vina volentes.
> Dixerat: Herculea bicolor quum populus umbra
> Velavitque comas, foliisque innexa pependit,
> Et sacer implevit dextram scyphus: ocius omnes
> In mensam læti libant.

Quod operæ duxi monere, ne cum viris doctis erres, qui coronam in mensa sumere, ebriorum tantum fuisse volunt, quia ebrii cum corona, passim in Comœdiis introducuntur, et Plaut. Amphitr. III, 4, 16, signate Mercurium producit, dicentem: « Capiam coronam mihi in caput, assimulabo me esse ebrium; » cui compar est Senecæ locus, Medea, 69 et sq.

> Huc incede gradu marcidus ebrio
> Præcingens roseo tempora vinculo.

Tu non universe hæc accipienda jam didicisti: illud etiam dignum nota, certe illi qui scriptores veteres vult intelligere, in conviviis passim receptum, non e potu modo, sed et e cibis aliquid libare, et in focum ea ipsa libamenta deferre, sedem scilicet Larium. Silius Italicus, VII, 182 et sqq.

> Distinxit dulces epulas, nulloque cruore
> Polluta castus mensa cerealia dona
> Attulit, ac primum Vestæ decerpsit honorem
> Undique, et in mediam jecit libamina flammam.

In patella poni et deferri solent hæc libamina.

593. *Vacuumque ferens velamine pectus. Scissis vestimentis* indicio luctus: mos omnium gentium. Claudianus, XXXVI, de Raptu Proserpinæ, lib. III, 149 et seq.

> Non exspectato respectu cladis, amictus
> Conscidit, et fractas cum crine avellit aristas.

Philippus Presbyter in cap. 1 Hiobi: « in vestimento conscisso significatio est luctus. » *Persarum* morem docet lib. III, Herodotus: *Hebræorum* multis sacræ literæ: *Romanorum* Dio lib. XL; Herodianus, lib. I. Ea de causa *luctus* Idolon *scissis vestimentis* inducit Papinius noster, Theb. III, 125 et seq. « stat sanguineo discissus amictu Luctus atrox,

cæsoque invitat pectore matres.» Claudianus, III, in Rufinum, lib. I, 33: »scisso mœrens velamine Luctus.» Silius Italicus, de Scipione, lib. XIII, 389: «duris quanquam non cedere suetus, Pulsato lacerat violenter pectore amictus.» Idem, lib. XVI, 436: «in se versus ab ira, Auratam medio discindit pectore vestem.» Propertius, Eleg. III, 15, 23 et seq.

Sola tamen, quæcunque aderant in corpore vires,
Regales manicas rupit utraque manu.

Nec *Christianis* ignotus hic mos, ex Hebræorum nimirum usu. Arator, lib. II, Hist. Apostol. »Paullus ad hæc tunicam rumpit festinus, aperta Sic prohibens ratione viros.» Sedulius, lib. V, vs. 270: »ritu plangentis alumni Sancia discisso nudavit pectora velo.»

616. *Reddit habere.* Græcanicus infinitivi usus, Apuleio frequens; uti sunt, *accedo decerpere; — canes immittuntur invadere bestias; — consectatur arripere; — denunciant dedere.* Virgilius; Cir. 172, «Sæpe redit patrios adscendere prodita muros.» Claudianus, XXIV, de Cons. Stilich. lib. III, 286 sqq.

....cervi currum subiere jugales,
Quos decus esse Deæ primi sub limine cæli
Roscida fecundis concepit Luna cavernis.

Virgilius, Æn. IX, 362: »ille suo moriens dat habere nepoti.» Claudianus, XXVI, 82: »patrii numen juraverat Istri Non nisi calcatis loricam ponere Rostris.» Noster Achilleid. I, 134: »sub inania natum Tartara, et ad Stygios iterum fero mergere fontes.» Claudian. XXXV, de Raptu Proserp. lib. II, 31: «levibus projecerat auris Indociles errare comas.» Horatius, Carm. I, Ode 2, 7 et seq.

Omne quum Proteus pecus egit altos
Visere montes;

Martialis, Epigr. IV, 78, 5: «Non oculos, sed ventrem pascere veni.» Valer. Flacc. Argon. IV, 407 et seq.

Ast Erebi virgo ditem volat æthere Memphim
Præcipere, et Pharia venientem pellere terra

635. *Regnaret.* Quod alioquin tantum solet Centrum cæli Sole tenente; superatis Sideribus quæ noxiam vim ejus temperare, et obsistere pestifero calori solent. Eruditius hæc dicta, quam quivis de vulgo perspiciat. Scholiastes Germanicus: »Seirius stella est in medio cæli centro, ad quam quum Sol accesserit, duplicatur calor ipsius, et languore afficiuntur corpora humana; Seirium autem stellam vocatam putant, propter flammæ candorem. Latini illam caniculam vocant, unde et dies Caniculares dicuntur; quia quandiu Sol in illa est, pestifera est; sed pro qualitate adjacentium temperatur, nam aut vincitur, aut morbosis utitur viribus; hinc est, quod, quum certo tempore oritur, non semper est noxia.» Hæc iste. *Candorem* dicit, eminentiam fulgoris, quo enim

flamma candidior et albæ similior, eo lucnlentior. Hyginus in Poetico Astronomico : « Seirion appellant propter flammæ candorem, quod ajusmodi sit ut præter cæteras lucere videatur : itaque quo magis eam cognoscerent, Seirion appellasse. » BARTH.

646. *Tuum mortale nefas.* Mira locutio. *Nefas Superum*, *crimen Superum*, clamant poetæ, quum rem indignissimam devociferantur. *Mortale* Papinius addit pro *mortifero*, hominibus noxio. Sed scitiorem interpretationem auggerit Lactantius, nefas peremtum fuisse mortale, hoc est, nemini se deorum fecisse injuriam, rem sceleratam et tot mortalibus noxiam debitæ morti tradendo. Sensus sit qualis in illo Maroniano, Æn. X, 901 : « Nullum in cæde nefas. » Illudat igitur Apollini, qui nefas in re mortali ponat, debitum tantum æternis violatis. *Nefas*, Piaculum. Pariter omnino Ovidius in pestilentia Æginensi *mortale malum* pestilentiam eam dixit, Met. VII, 525:

> Dum visum mortale malum, tantæque latebat
> Causa nocens cladis, pugnatum est arte medendi.

650. *Sævo tanta inclementia cælo est. Cælo*, Superis cælum habitantibus. Frequens posterioribus Græcis, Latinis, etiam optimi ævi, locutio. Papinius infra, Theb. II, 600: « quum toto nequicquam obsessus Olympo Tot queritur cessare manus. » Hoc est, quum omnibus Numinibus; omnes enim divos uno nomine *Domus* ipsorum censebant. Petronius, « Nemo cælum putat, nemo jusjurandum servat. » Hoc est, Deos esse omnino credit, et ita loquitur Augustinus, de gestis Pelagii, c. 25, « At nunc si Pelagius Deum cogitat, gratius accipiet literas nostras. » Manilius, Astronom. V, 18, « Araque Divorum, cui votum solvit Olympus. » Hoc est, quantum eo Deorum continebatur. Idem, IV, 935, « Augusto crescit sub Principe cælum. » Hoc est, numerus Deorum augetur. Claudianus, XXVIII, 351 et sqq.

> Nunc quoque præsidium Latio non deesset Olympi,
> Deficeret si nostra manus : sed providus Æther
> Noluit humano titulos auferre labori.

Usurparunt Christiani poetæ : ut Sedulius, lib. V, 11, « Quid apertius est Patre teste, Cælo assertore, etc. » Unde traductum ævo medio. Tortarius :

> Certat defunctum disperdere, perdere vivum
> Quem voluit, sed non potuit, cælum quia juvit.

Acceperunt Idiotismi hodierni Hispanus, Italus, Gallus. BARTH.

659. *Insignemque animam leto demitte.* Sollemne optimæ mentis poetis quum de morte aut ejus periculo per virtutem sermo est, *Animorum obitum* inducere, nihil nempe faciente corpore ad illustrem excessum talem. Virgilius, Æn. IX, 661 at sqq.

> Ergo avidum pugnæ dictis ac numine Phœbi
> Ascanium prohibent, ipsi in certamina rursus

Succedunt, animasque in aperta pericula mittunt.

Idem, Æn. XI, 24: « egregias animas, quæ sanguine nobis Hanc patriam peperere suo. » Lucanus, Phars. III, 751: « letum præcedere nati Festinantem animam morti non credidit uni. » Valer. Flaccus, Argon. VIII, 274: « Quinquaginta animæ me scilicet, unaque mersa Sufficiet, placare ratis? » Idem, lib. II, 483: « hoc sortes, hoc corniger imperat Hammon, Virgineam damnare animam. »

666. *Stata sacra.* « In dies certos constituta et redeuntia. » Glossa optimi Codicis *Constituta* exponit. Lucanus, Phars. X, 239 et sqq.

> . . . Zephyros quoque vana vetustas
> His adscripsit aquis, quorum stata tempora flatus,
> Continuique dies, et in aere longa potestas.

Pulchre hic Lactantius, « Constituta, quæ differri nefas sit. » Sic status dies antiquis. Arnobius, lib. I, « Quid si statis temporibus rerum vicissitudines fiunt. » Idem lib. V, « Vel quæ statis fiunt temporibus ac diebus; vel quæ in abdito tradunt gentes, moris proprii perpetuitate servata. »

678. *Piget inter sacra fateri.* « Ne piacula narrentur inter Deorum laudes » Glossographus: qui idem notat *piget* pro *pudet* positum. Abstinebant autem obscœnis, turpibusque narrationibus in festis rebus diebusque. Ovidius, Fast. I, 71 et seq.

> Prospera lux oritur: linguis animisque favete;
> Nunc dicenda bono sunt bona verba die.

Claudianus, XXVI, de Bello Getico, v. 205 et seq.

> Mandemusne Noti flabris, quoscunque timores
> Pertulimus, festæ doleant ne tristibus aures?

Horatius, Carm. III, Od. 14, 10 et sqq.

> . . . . Vos o pueri, et puellæ
> Jam virum expertæ, male nominatis
> Parcite verbis.

Urbe nimirum sacrificiis lætitiæque vacante ob reditum victoris Augusti Vospiscus Aureliano: « Hilaribus, quibus omnia festa et fieri debere scimus et dici. »

719 et 720. *Seu Persei sub rupibus antri Indignata sequi torquentem cornua Mitram.* Constat enim apud omnes scriptores, si unum Strabonem excipias, Persas credidisse unum solum Deum, et hunc esse solem, Mitramque vocasse. Certe illa vox *Mitra* seu *Miter* supremum ac summum significat apud hodiernos Persas: erat autem hujus Dei simulacrum vultu leonis, cum tiara prisci habitus, utraque manu cornua reluctantis tauri, unde *indignata sequi* Nostro, comprimens; et Persæ

illud colebant in antro quodam Persidis, auctore Lactantio veteri Papinii interprete ad hunc locum; qui hujusce rei rationem, seu Mythologiam, hic fuse ac prolixe explicat. Meminit et Mitræ Martianus Capella lib. II, 22 et seqq.

Vel quia dissolvis nocturna admissa, et Isæum
Te Serapim Nilus, Memphis veneratur Osirim,
Dissona sacra Mitram ditemque ferumque Typhonem,
Atys pulcher item, curvi et puer almus aratri.

Meminit et Tertullianus, lib. I, adversus Marcionem, et libr. de Præscriptionibus, et de Corona Militis, et S. Hieronymus Ep. ad Lætam. Qui plura desiderat, consulat Macrobium, Suidam, Curtium, Procopium et Strabonem.



# PUBLII PAPINII STATII

# THEBAIDOS

## LIBER SECUNDUS.

## ARGUMENTUM

### CARMINIBUS DESCRIPTUM. *

At Maia genitus superas remeabat ad auras,
Excitusque Erebo jam sævus Laius ibat,
Tiresiæ cultum in somnis mentitus et ora,
Armari in fratrem crudelem Eteocla perurget:
Perfossumque senis jugulum faciemque recludit.
Moxque suas thalamis natas sociavit Adrastus,
Deipylen Tydei, Argian Polynicis amati.
Sed cupidus regni fortem Cadmeius heros
Tydea legatum mittit, qui fœdera fratrem
Posceret imperii: ille suæ non immemor iræ,
Quinquaginta viros legatum obsidere jussit,
Quos stravit telis victor, patriamque revisit.

* Hujus libri Argumentum quod supra legitur, præbent optimæ Barthii membranæ, alii Codd. ejusdem, Pul. unus Behot. Lactantius, aliique Glossographi, cum edd. Rom. Veneti. Lindenbrog. Cruc. — Nullum Regg. B et C exhibent Argumentum. A.

2. *Excitusque Erebo jam sævus*, etc. Barthii membranæ optimæ: *jam serviens.*

4. *Armari*, etc. Alii, *dirum Eteocla*. Idem liber: *crudelem Eteocla*; et sic legi recte jussit Barthius.

8. *Sed cupidus. Hinc cupidus* eædem membranæ, quod probat Barthius; alius codex ejusdem: *Set cupidus.*

9—10. *Qui fœdera fratrem Posceret imperii.* Liber optimus: *qui fœdere fratrem Posceret imperium.* Ultimus versus non comparet in membranis Barthii; sed ejus vicem supplet alius longe melior, ait Barthius, scilicet: *Ille omnes perimit sine Mæone. Pallada laudat.*

# PUBLII PAPINII STATII

# THEBAIDOS

## LIBER SECUNDUS.

### ARGUMENTUM.

Mercurius jussu Jovis extractum Inferis Laium noctu Thebas perducit; 1—65. Laius induto Tiresiæ vatis Thebani vultu, sumtisque ejus insignibus, Eteocli dormienti in somnis apparet; 66—101. Nuptias Polynicis ei nuntiat : illum apparatus facere, quibus ipsum aggrediatur, et solio regio deturbet : mentem Deorum esse, ut ipse regnum Thebanum retineat, et fratrem illud repetentem armis repellat; 102—119. Quibus dictis, falsus Tiresias se prodit avum Laium, et patens vulnus, quo perierat, detegit; 120—124. Horrenda hac imagine Eteocles excitatus, acrioribus odiis in fratrem accenditur; 125—140. Interim Adrastus, non dubitans, quin Polynices et Tydeus essent ii, quos fata ipsi generos destinabant, filias illis despondet, Polynici Argian, Tydeo Deipylen, seque eos in patriam reducturum, ac in solio paterno collocaturum promittit; 141—200. Nuptiæ magnifice celebrantur ; 201—248. Quædam prodigia lætitiam publicam turbant : nec mirum ; Argia celebre illud et exitiosum monile Harmoniæ gerebat; 249—305. Vix peractis nuptiarum sollemnibus, Polynices desiderio obtinendi regni flagrans, Adrastum et Tydeum convenit, cum eis de modis quibus illud adipisceretur deliberaturus : diu consultant : tandem fidem fratris tentare placuit, et legatum mittere, qui regnum repetat; 306—369. Tydeus legatione sus-

cepta Thebas pervenit, et ab Eteocle verbis asperis regnum reposcit; 370—409. Eteocles ferocius respondet, se principatum conservaturum, quem et fortuna, et ætatis privilegium sibi dederant; 410—450. Tydeus irritatus minas jactat, se recuperaturos armis, quod jure non poterant, ac præceps aula egreditur; 451—481. Eteocles lectissimam quinquaginta juvenum manum via breviore Tydeum antecedere jubet, faucesque angustas, qua ei transeundum erat, insidere, ac eum obtruncare; 482—526. Tydeus singulari corporis robore et animi magnitudine fundit omnes et interficit, uno excepto, cui pepercit, ut turpis et ignavæ expeditionis eventum Eteocli referret; 527—680. Tydeus victoria elatus, redire Thebas, seque regi ac civibus consternatis ostentare, animo proponebat; Minerva flagrantem retinet, monens secundis in rebus fortunæ moderandum; 681—703. Meritas igitur Deæ grates de suo patrocinio persoluturus, superbum tropæum ex armis spoliisque jacentium in ejus honorem erigit: et hymno, quo laudes illius celebrabat, cantato, eique promissis in urbe Pleurone magnificis templis, Argos revertitur; 704—743.

---

INTEREA gelidis Maia satus aliger umbris
Jussa gerens magni remeat Jovis: undique pigræ
Ire vetant nubes, et turbidus implicat aer:

1. *Interea gelidis.* Reditum Mercurii ab Inferis poeta describit impeditum, quia nulla re volatus ejus adjuvari poterat crassioris poli aere tardante. — *Umbris.* Jovis enim peculiaris ad Inferos nuntius Mercurius, quod ei munus assignavit, quum ab Apolline jam vaticinia et auream virgam accepisset. Apollodorus, lib. III, *Ζεὺς δ' αὐτὸν κήρυκα ἑαυτοῦ καὶ θεῶν ὑποχθονίων τίθησι.*

2. *Jussa gerens magni Jovis.* Jussus enim fuerat Mercurius, ut vidimus libro superiori, descendere in Inferos, extractumque Laium perducere ad Eteoclem, eum mandatis, ut regnum repetenti fratri non restitueret. — *Pigræ.* Quia ob spissitudinem non movebantur.

3. *Nubes.* Inferi habebant suum aerem, sed caliginosum, suas nubes, suos amnes, lucos, regiones, etc. — *Turbidus.* Apud Inferos enim aer turbidus densusque.

**Nec Zephyri rapuere gradum, sed fœda silentis**
**Aura poli. Styx inde novem circumflua campis,**
**Hinc objecta vias torrentum incendia cludunt.**
**Pone senex trepida succedit Laius umbra**
Vulnere tardus adhuc; capulo nam largius illi
Transabiit costas cognatis ictibus ensis
Impius, et primas Furiarum pertulit iras.
It tamen, et medica firmat vestigia virga.

4. *Nec Zephyri rapuere gradum.* Vid. Excurs. A. — *Zephyri.* Venti, qui vere flare incipiunt, Favonii Latinis dicti. Hic pro quibuslibet ventis sumuntur. — *Silentis.* Poetæ vocant Inferos, *silentia Lethes regna, loca silentia.*

5. *Poli.* Polus hic aerem significat. — *Styx inde novem circumflua campis.* Imitatio Virgil. Georg. IV, 480: « Et novies Styx circumfusa coercet. »

6. *Hinc objecta.* Aditum Inferorum ex omnium Elementorum concursu factis obstaculis communiri ait. *Fœdum aerem* modo nominavit, per terram transeundum antro obscuro et inexplicabili. Objici flumina novenis ait gyris circumfluentia. Adjicit *igneos torrentes*, ut horrenda magis non possint fieri munimenta. — *Torrentum incendia.* Pro, torrentes accensi; et intelligit Phlegethontem, seu Pyriphlegethontem Inferorum fluvium, qui volvit fluctus ardentes. Virg. Æn. VI, 550 et seq.: « Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis Tartareus Phlegethon, torquetque sonantia saxa. »

7. *Trepida.* Vel quia senex, vel quia nesciebat ad quos usus evocabatur ex Inferis, vel quia accedebat locum in quo interfectus fuerat.

8. *Vulnere tardus adhuc; capulo nam largius illi.* Lectionem incertam faciunt expositiones Lactantii, quibus *capulotenus* exponendum proponitur, et vero etiam exponitur: sed vulgata est in omnibus libris. Barth. — De his *Vulnere tardus adhuc*, vid. Excurs.

9. *Transabiit costas cognatis ictibus ensis.* Reg. B, *transabiit animam*; Reg. C, nost. lect. A. — *Cognatis ictibus.* Quod a proprio filio inflictis.

10. *Impius.* Eadem ratione, quia a filio adactus. — *Et primas Furiarum pertulit iras.* Refert Lactantius τὸ *pertulit* ad Laium; quasi Laius regeret τὸ *pertulit*; et explicat: « Exordium furoris filii pater pertulit primus, etc. » Sed referri debet ad τὸ *ensis*, qui *pertulit* Laio *primas iras Furiarum* filii sui.

11. *Et medica firmat vestigia virga.* Virg. Æn. III, 659: « Trunca manum pinus regit, et vestigia firmat. » Lucan. lib. IV, 41: « Dum labat, et fixo firmat vestigia pilo. » Emendat autem Goyetus *media* vel *modica*: nam quod hic Lactantius de caduceo Mercurii intelligit, ipsi non placet. *Medica* tamen sumi posset pro adjutrici, vel sustentatrici, si dici potest, latiori verbi *mederi* significato.

Tum steriles luci, possessaque Manibus arva,
Et ferrugineum nemus adstupet, ipsaque tellus
Miratur patuisse retro, nec livida tabes
Invidiæ, functis quanquam et jam lumine cassis,
Defuit: unus ubi ante alios, cui læva voluntas
Semper, et ad Superos hinc est gravis exitus, ævi

12. *Steriles luci.* Apud Inferos credibile est nihil gigni, quia illæ sunt habitationes vita functorum: et si quid gigneretur necesse esset imaginari alios inferos, quo post mortem istud recederet. GLOSS.

13. *Et Ferrugineum nemus.* Horridum. Vide Excurs.

14. *Miratur patuisse retro.* Novitatem; quum introeuntibus solis pateat, deesse ipsum iter redeuntibus: ut Virgilius, Æneid. VI, 126 et seqq. « Facilis descensus Averno: Sed revocare gradum superasque evadere ad auras, Hoc opus, hic labor est. »

15. *Functis quanquam et jam lumine cassis.* Venett. Rom. Aldd. Colin. Plant. et Gevart. *quanquam functis et lumine cassis;* Dan. Put. Petav. et Behot. *functis quanquam et lumine cassis;* et sic edidit Lindenbrog. Lectionem nostram testantur optimæ Barthii membranæ, Taurin. Petr. et Regg. B et C. A. — *Lumine cassis.* Lumine privatis, id est, mortuis. Virgil. Æneid. II, 85: « Nunc cassum lumine lugent. »

16, 17. *Unus ubi ante alios...*, *et ad Superos hinc est gravis exitus*, *ævi.* « Perperam hæc difficilia putat Bernartius; neque capere potuit Joannes Barclaius. » BARTH. Sam. Petitus Miscellan. lib. III, cap. 12 legit; *cui læva voluntas Semper* (*et ad Superos hinc est gravis exitus*), *ævi*, etc. Taurin. Burmann. Cantab. Petrens. Barthiani, Venett. Aldd. Colin. Plant. Gevart. Grasser. multique alii *et ad Superos* (*hinc et gravis exitus ævi*), etc. Lectio nostra est ex emendatione Gronovii. — Reg. B, *unus ibi ante alios.... hinc et gravis exitus ævi;* Reg. C, *unus ibi ante oculos cui leva volutas* habebat, sed a secunda manu nunc *alios cui leva voluptas.* A. — *Et ad Superos hinc est gravis exitus, ævi.* Hic locus omnium interpretum ingenia exercuit: quorum sententias referre nimis longum esset. Samuel Petitus Miscel. lib. III, cap. 12 scopum solus mihi attigisse visus est. Primo conjungit τὸ *ævi* cum τῷ *malis* versus sequentis: deinde parenthesi includit has voces (*et ad Superos hinc est gravis exitus*), et dicit inter mortuos unum fuisse, qui dum vivebat, solebat insultare malis τῶν συγχρόνων, id est, quod appellat poeta *insultare malis ævi*, et ægrescere, si quid læti illis accideret; atque hinc erat, quod graviter ferebat Laium ad Superos redire, quod Papinius dixit *et ad Superos hinc est gravis exitus.* Laii exitus misero illi gravis erat propter innatam invidiam, et sua certe oratione expressa sequentibus versibus testatur hic invidus ægrescere se lætis Laii rebus, et malis gaudere: « Heu dulces visure polos, solemque relictum, Et virides terras et puros fontibus amnes;

Insultare malis, rebusque ægrescere lætis :
« Vade, ait, o felix, quoscunque vocaris in usus,
Seu Jovis imperio, seu major adegit Erinnys
Ire diem contra, seu te furiata sacerdos
Thessalis arcano jubet emigrare sepulcro,
Heu dulces visure polos, solemque relictum,
Et virides terras, et puros fontibus amnes;
Tristior has iterum tamen intrature tenebras. »
Illos ut cæco recubans in limine sensit
Cerberus, atque omnes capitum surrexit hiatus;

Tristior has iterum tamen intrature tenebras. » BERALD.

18. *Rebusque ægrescere*. I. e. de aliorum felicitate torqueri : nam quum malis pasceretur alienis, prosperitate tabescebat. LACTANT. — Cf. quæ de Invidia vividissimis coloribus descripserunt Ovid. Met. II, 768, et inter Epicos nostri Pindi gloria, VOLTAIRE, *Henriade, chant VII*, vs 146, sqq. ED.

19. *Quoscunque vocaris in usus*. In quæcunque obsequia vel remedia excitus vocaris.

20. *Major Erinnys*. Id est, « Eumenidum antiqoissima, » ut dicit Noster Theb. VII, 477 : non enim Furiæ uno eodemque partu editæ : nec τὸ *major* hic de potentia supra alias intelligendum est, sed de ætate.

21. *Diem contra*. Adi Excursum.

22. *Thessalis arcano jubet emigrare sepulcro*. Sagæ enim νεκρομαντείᾳ mortuos ex Inferis evocare creditæ. — *Thessalis*. Quia Thessalæ mulieres infamia magiæ exercendæ flagrabant.

23. *Heu*. Interjectio dolentis, seu invidentis alienis bonis.

24. *Et virides terras, et puros fontibus amnes*. Nonnulli legere malint : *Et virides terras, purosque e fontibus amnes;* sed vulgatam testantur omnes codd. et edd. vett. et Regg. B et C. A. — *Et virides terras, et puros fontibus amnes*. Quia apud Inferos steriles terræ, et cœnosi seu turbidi fluvii.

25. *Tristior has iterum*. « Consolatio invidi, quod lætitiam brevem sequetur argumentum tristitiæ. » Glossographus. Observandus est sonus carminis, rem ingratam stridore literarum præpingens. Tales in hoc auctore multi, nec hactenus observati, versus.

26. *Cæco recubans in limine*. Adi Excursum ad calcem hujus lib.

27. *Cerberus*. Cerberus canis triceps, quem ad Inferorum portam excubare Veteres credebant : unde janitor Inferorum dicitur. — *Capitum*. Tria enim capita habebat Cerberus : Hesiodus ei quinquaginta tribuit capita ; alii centum ; unde Horatio *Centiceps*, carmin. II, Od. 13, 34. — *Hiatus*. Et ad ipsius canis capita referendum est, et ad serpentium, quæ caput ejus muniebant : pro villis enim angues e capite ejus pendebant. BERALD.

Sævus et intranti populo : jam nigra tumebat
Colla minax, jam sparsa solo turbaverat ossa,
Ni Deus horrentem Lethæo vimine mulcens
Ferrea tergemino domuisset lumina somno.
 Est locus Inachiæ, dixerunt Tænara gentes,
Qua formidatum Maleæ spumantis in auras
It caput, et nullos admittit culmine visus.
Stat sublimis apex, ventosque imbresque serenus

28, 29. *Sævus et intranti populo : jam nigra tumebat Colla minax*, etc. Unus Behot. hoc ordine : *jam colla tumebat Nigra minax.* — *Sævus et intranti populo.* Ut exprimeret feritatem in exeuntes, addidit, *Sævus et intranti populo :* nam intrantes adulari solet. — *Sparsa solo turbaverat.* Id est, sparsa fecerat, hypallage : et boc irascentis est. Virgil. Æneid. VIII, 297 : « Ossa super recubans. » Gigantum scilicet ossa insepultorum ; fingitur enim Cerberus cadaveribus pasci. Lactant.

30, 31. *Ni Deus horrentem Lethæo*, etc. Gronov. in Obss. lib. II, cap. 1, legit : *Ni Deus horrentem divino vimine mulcens Languida tergemino*, etc. — *Lethæo.* Bene *Lethæo*, quia somnum conciliando oblivionem rerum indueit : Λήθη enim Græcis *oblivio.* — *Ferrea tergemino.* Propter trina lumina trium capitum, quasi tot illi somnos immiserit, quot capita luminibus armarentur.

32. *Est locus Inachiæ, dixerunt Tænara gentes.* « Distinguenda hæc sunt ita : *Est locus, Inachiæ dixerunt Tænara gentes*, etiam in euriosorum hominum editionibus male aeeepta : quos tamen tam claræ rei Aldina aliæque (sc. Gryph. Colin. Basil. Lindenbrog. et Cruc.), ipsis fere contemtæ, editiones monere debebant. » Barth. — Nostram interpunctionem dant Gevartius, qui primus mutavit, Grasser. Dan. Heins. Gronov. Veen. et Delph. — *Est locus.* Descriptio hic Tænari, qua aditus ad Inferos patebat, ac Maleæ promontorii. — *Inachiæ.* Hic Lacænæ : quia Tænarus erat in Laconia, non in Argolide. Adi Excurs. ad calcem hujus lib. Ed.

33. *Qua formidatum Maleæ spumantis in auras.* Reg. B *ad auras*, sed super *ad* a secunda manu *in* ; Reg. C nost. lect. A. — *Formidatum.* Ob naufragia ibi frequentia. — *Maleæ.* Malea promontorium Laconiæ naufragiis infame. Vide Theb. I, not. 100, et Excursum ad calcem ejusdem libri, pag. 128.

34. *It caput.* Reg. B, *Id caput*, sed super *d* a sec. manu *t* ; Reg. C nost. lect. præbet. A. — *Et nullos admittit culmine visus.* Ob altitudinem scilicet.

35. *Stat sublimis.... imbresque serenus.* Reg. B, *imbresque serenos.* — *Stat sublimis apex.* Guyetus hunc versum et sequentem suppositios judicat, licet optimi sint. — *Apex.* Maleæ scil. — *Serenus.* Quia nubes exsuperat, et infra se de-

Despicit, et tantum fessis insiditur astris.
Illic exhausti posuere cubilia venti :
Fulminibusque iter est : medium cava nubila montis
Insumsere latus : summos nec præpetis alæ
Plausus adit colles, nec rauca tonitrua pulsant.
Ast ubi prona dies, longos super æquora fines
Exigit, atque ingens medio natat umbra profundo.
Interiore sinu frangentia litora curvat

36. *Et tantum fessis insiditur astris.* Hanc lect. Reg. B, sed Reg. C, *arvis*, et a secunda manu *astris.* A. — *Et tantum fessis insiditur astris.* Vult tantam esse hujusce promontorii altitudinem, ut super hnc astra cursu fatigata sedem capiant, ut requiescant.

37. *Illic exhausti posuere cubilia venti.* — Hic et tres sequentes versus desiderantur in Dan. Put. Behot. aliisque nonnullis codd. ideoque diversis characteribus edidere Lindenbr. et Cruceus : illos tamen exhibent Taurin. Petrens. Burm. Buslid. Lang. Laur. Lipsian. alii Grasseriani, optimæ Barthii membranæ, duo alii Barth. cum edd. Venett. Aldd. Colin. Gryph. Basil. Plant Grasser. Gevart. Amst. Gronov. Barth. Veen. et Delph. Papinianos prorsus putat Barthius, sed aliter ordinandos, hoc modo : 43, 44, 37, 38, 39, 40, 41, 42, 45, etc. — Reg. B, hos quatuor versus ad marginem a secunda manu, Reg. C non habet. A. — *Illic exhausti posuere cubilia venti.* Tanta altitudo est, ut venti, ubi illo pervenerint, considant ac exhauriantur.

38. *Fulminibusque iter est.* Quia, inquit Beraldus, fulmina edita loca ut plurimum petunt.

39. *Insumsere latus. Insidere latus* Taurin. voluit, *Insedere.* « Inepte aliqui ex nostris codd. *Insedere*, quum id verbum jam sit positum vs. 36. » Barth.

41. *Ast ubi prona dies, longos super æquora fines.* « *Atque ubi* in optimis et fidelissimis membranis : in aliis et vulgo *Ast ubi*, quod præ illo ideo adspernamur, quod narrationem diducat sejungatque magis quam deceat. » Barth. *Longos fines* Barthio suspectum ; nihil tamen mutant Codd. — *Ast ubi*, etc. Similis locus Silv. II, 2, 48 : « Quum jam fessa dies, et in æquora montis opaci Umbra cadit, vitreoque natant prætoria ponto. » — *Longos fines.* Longas umbras : appetente enim nocte umbræ longissimæ.

43. *Interiore sinu frangentia litora curvat.* Barthius conj. *frangens sua littora.* Hunc vero et sequentem versum collocat post vs. 36. Vide supra ad vs. 37. — *Frangentia.* Supple, fluctus illisos. Vel passive potest usurpari, id est, fracta, ab illisis scilicet fluctibus : quod frequens optimis scriptoribus. Sic Livio « res eorum auxit, » pro aucta est. Velleio « tempestas sedavit, » pro sedata est. Catoni « iræ leniunt, » pro leniuntur.

Tænaros, expositos non audax scandere fluctus.
Illic Ægæo Neptunus gurgite fessos
In portum deducit equos : prior haurit arenas
Ungula; postremi solvuntur in æquora pisces.
Hoc, ut fama, loco pallentes devius umbras
Trames agit, nigrique Jovis vacua atria ditat
Mortibus : Arcadii perhibent si vera coloni,
Stridor ibi, et gemitus pœnarum, atroque tumultu

44. *Tænaros, expositos non audax scandere fluctus.* Optimæ Barthii membranæ, *Tænarus expositos non audens;* et sic etiam Buslid. Laur. et edd. vett. *Tænaros expositos non audax* Petrens. Behot. alii; quam lectionem probat N. Heins. ad Ovid. Met. II, 406. Vide Burm. ad Ovid. Art. I, 608, *audens* præterea exhibent codd. Burm. *audax* Dan. Petav. Put. Lipsian. et Lang. *ausus* Taurin. et nonnulli codd. Linden. — Reg. B nost. lect. Reg. C, *non audens.* A. — *Expositos non audax scandere fluctus.* Quia scilicet dum ad Tænarum alliduntur fluctus, altissime adscendunt.

45. *Illic Ægæo Neptunus gurgite fessos.* Reg. B, *Illic Ægeon Neptunus,* etc. Reg. C nost. lect. A. — *Illic Ægæo Neptunus,* etc. Hoc dicit, quia in loco illo erat templum Neptuni ἀσφαλίου, id est, *tutelaris,* quod illi erectum erat, ut tutela sua protegeret nautas prænavigantes Maleam; nam ad hoc promontorium periculosa erat navigatio, ut jam diximus lib. I, not. 100 et Excurs. ad calcem ejusdem lib.

46. *In portum deducit equos : prior haurit arenas.* Regg. B et C, *harenas.* — *In portum deducit equos.* Currum tribuunt poetæ Neptuno tractum equis, quorum priores partes erant equinæ, posteriores solvebantur in caudam piscis : Hippocampi vocabantur. — *Haurit.* Hic *haurire* significat fodere, eademque est significatio, quæ hoc loco « latus haurit apertum, » id est, perforat.

47. *Postremi solvuntur in æquora pisces.* Optimus liber Barthii et Taurin. *in æquore.* — *Postremi pisces.* Id est, posteriores pedes, qui desinebant in caudam piscis.

48. *Hoc, ut fama, loco pallentes devius umbras Trames agit.* In Tænaro enim erat ingens specus, cujus vastus hiatus, teterrimus odor, auditi ingentes strepitus locum poetis dedere fingendi patere hic aditum ad Inferos. — *Devius.* Quod sit vivis devius.

49. *Trames agit, nigrique Jovis vacua atria ditat. Limes agit* optimæ Barthii membranæ; quod ille non improbat. Put. et Dan. *atria ditant.* — *Nigrique Jovis.* Plutonis. Vide Excursum.

50. *Mortibus : Arcadii perhibent si vera coloni. Manibus* pro *Mortibus* Glossator priscus. — *Arcadii coloni.* Ex hoc loco discimus Tænarum inhabitari ab Arcadibus : nisi Arcadii hic positi pro Peloponnesiis, seu potius Laconibus, qui Arcadibus finitimi erant.

51. *Gemitus pœnarum.* Quas

Fervet ager : sæpe Eumenidum vocesque, manusque,
In medium sonuere diem, letique triformis
Janitor agricolas campis auditus abegit.
Hac et tunc fusca volucer Deus obsitus umbra
Exsilit ad Superos, infernaque nubila vultu
Discutit, et vivis afflatibus ora serenat.
Inde per Arcturum, mediæque silentia Lunæ

apud Inferos nocentes persolvunt. — *Atro*. Quia tumultus, qui fit apud Inferos, auditur in illo loco : *atro* ergo, quasi infernali. Adi Excursum, ad calcem hujus libri.

52. *Vocesque, manusque*. *Manus*, quod flagellis personant, dum noxios cædunt; *voces*, secundum Maronem, qui ait, Æneid. VI, 572 : « vocat agmina sæva sororum. »

53. *Sonuere*. Quum incutiuntur. — *Letique*. Hic *letum*, seu mors significat Inferos. — *Triformis Janitor*. Cerberus, quia habebat tria capita.

54. *Agricolas campis*. Quasi juxta habitantes terrore suo fugavit agricolas.

55. *Hac et tunc fusca volucer Deus*. *Hac et tum* Behot. — *Volucer Deus*. Scilicet Mercurius.

56. *Infernaque nubila*, etc. Ut astrum nimirum excellenti splendore, et corpus divinæ perpetuæque lucis consors, in quo hærere nulla infernalium mortaliumque locorum obfuscatio possit.

57. *Vivis afflatibus*. Id est, afflatu vitalis auræ. — *Ora serenat*. Ut lætitia animi in vultu appareat. Ausonius *serenatam frontem* pariter dixit ad Gratianum : « Come serenatam duplici diademate frontem. »

58. *Inde per Arcturum*. Hunc locum sic interpretatur Jan. Parrhasius Ep. I. Evolavit, inquit, Mercurius a spiraculo Ditis, ipsoque Tænaro circiter secundam vigiliam, nocte scilicet intempesta. Bootes enim, inter cujus crura micat Arcturus, stella primæ magnitudinis (eum Manilius in pectore Bootæ, Theon in medio cingulo collocat), sub easdem noctis horas incipit apparere, et ante crepusculum matutinum desinit. Qui suspicantur iter a Mercurio factum per *arcticum circulum* (sub quo Crates Tartarum statuit), indeque per Lunæ globum (quem *silentem* a Papinio dictum volunt, eo quod umbrarum silentium sedes est, aut quod infimus orbis lunæ gravissimo sono movetur, ut est apud Ciceronem), obscuritatem in re clara affectant. Ut enim verum sit in luna esse sedes alias, fluviosque et quæcunque in terra sunt (ut Anaxagoras opinatus est, et Achilles Arati interpres refert), ipse Mercurius ex instituto terræ propius volat, ut Æneid. IV, 252 et sqq. cecinit poeta : « Hic primum paribus nitens Cyllenius alis Constitit : hinc toto præceps se corpore ad undas Misit; avi similis, quæ circum litora, circum Piscosos scopulos, humilis volat æquora juxta. » Ac, ut novo exemplo nunc demum Mercurius *arva*

Arva super, populosque meat. Sopor obvius illi
Noctis agebat equos, trepidusque assurgit honori
Numinis, et recto decedit limite cæli.
Inferior volat umbra Deo, præreptaque noscit
Sidera, principiumque sui; jamque ardua Cyrrhæ,
Pollutamque suo despectat Phocida busto.

*super populosque* lunæ volet, umbra certe Laii agere tam sublimem cursum non debet, ut orbem Lunæ piorum umbris assignatum transgressa, divina atque æterna, præsertim diversissime a destinato cursu, dira contagione polluat. Hactenus Parrbasius. — *Mediæ silentia Lunæ*. Mediam noctem et intempestam designat, quia tunc omnia silent, sive taceut. Ex quo, Orpheo luna ἡσυχίᾳ χαίρουσα, id est, *silentio gaudens*, dicitur. Et Varro Macrobiusque ac Censorinus hinc appellatum *conticinium* doceut. De his vide Excursum.

59. *Arva super populosque meat. Sopor obvius illi*. Nonnulli codd. *populosque volat*. — *Sopor obvius illi Noctis agebat equos*. Fabulantur poetæ somnum, seu soporem, ducere rhedam noctis, seu Lunæ.

61. *Numinis, et recto decedit limite cæli*. Tangit morem, quo apud Romanos privati, minoresque magistratus majoribus assurgerent, et de via decederent. De hoc more vide Excursum.

62. *Inferior volat umbra Deo, præreptaque noscit*.—*Inferior meat* Put. et opt. Barthii membranæ, in quibus etiam: *prereptaque nescit*. — Regg. B et C *inferior meat*. A. — *Umbra*. Laii. *Præreptaque noscit Sidera*. Non enim naturæ lege, sed ferro vita privatus fuerat.

63. *Principiumque sui: jamque ardua Cyrrhæ*. « Omnes optimæ mediæque notæ libri veteres *sui* agnuscunt, quibus consentientibus nulla nos necessitas contrarie cogit. » Barth. *Sui* habent etiam Put. Behot. Petreus. Taurin. Burm. et Buslid. cum edd. Gevart. Gron. Veen. et Delph. *suum* Petav. Ven. Aldd. Basil. Cruc. et Regg. B et C. A. — *Principium sui*. Tangit autem opinionem quorumdam Stoicorum, qui animum originem habere ex cælo, ex æterno illo igne, e siderum natura crediderunt. Seneca ad Helviam cap. 6: « Animus, si primam ejus originem adspexeris, non est ex terreno gravique concretus corpore: ex illo cælesti spiritu descendit. » Quin ab ipso Deo originem habere arbitrati sunt. Horatius, Serm. II, Sat. 2, 79: « Atque adfligit humo divinæ particulam auræ. » — *Cyrrhæ*. Cyrrha urbs Phocidis, et navale Delphorum.

64. *Pollutamque*. Illam tangit historiam: quum Deus scilicet Mercurius somnum caperet, quidam, cujus nomen fabulæ tenent, dormienti teteudit insidias, qui conata peregisset, nisi eum filia Palæstra excitavisset: qui, quum odio terræ migrasset ad cælum, creditus est obiisse: quo facto injuriosam meruit sepulturam. Sed melius de Laio creditur, qui quum ad Polybum hos-

Ventum erat ad Thebas: gemuit prope limina nati
Laius, et notos cunctatur inire penates.
Ut vero excelsis suamet juga nixa columnis
Vidit, et infectos etiamnum sanguine currus,
Pæne retro turbatus abit; nec summa Tonantis
Jussa, nec Arcadiæ retinent spiramina virgæ.
Et tunc forte dies noto signata Tonantis
Fulmine, prærupti quum te, tener Evie, partus
Transmisere patri: Tyriis ea causa colonis
Insomnem ludo certatim educere noctem

pitem Phocidis pergeret, occisus a filio est. — *Despectat Phocida.* De jugo Cyrrhæ vidit bustum suum, quod fuerat in Phocide. Cyrrha Bœotiæ planities est, in quo campo Apollini lustrum datur. Phocis ergo in Bœotia est. — *Busto.* Bustum proprie significat locum in quo corpus alicujus crematum fuit: significat et sepulcrum.

66. *Et notos cunctatur inire penates.* Reg. B, *Et notos cunctatus inire poenatos;* Reg. C, nost. lect. A.

67. *Ut vero excelsis suamet juga nixa columnis.* Behot. *Excelsis sedem et juga.*

68. *Infectos etiamnum sanguine currus.* In codice Behot. *etiam nunc,* quam lectionem Reg. C præbet. A. — *Infectos etiamnum sanguine currus.* Supple, suo; quia occisus fuit, dum curru veheretur per Phocidem.

69. *Pæne retro turbatus abit: nec summa Tonantis.* Taurin. *tunc summa.* — *Pæne retro.* Quia, ait Lactantius, ut fama est, umbra timet quæ passa est.

70. *Arcadiæ virgæ.* Caducei Mercurii Arcadis.

71. *Et tunc forte dies,* etc. Dicit Thebanos, die præcedente noctem, qua Thebas pervenerunt Mercurius et Laius, celebrasse festum in honorem natalis Bacchi. — *Noto signata Tonantis Fulmine.* Tangit fabulam, qua dicitur Semele arsisse fulmine Jovis, cujus proprium epitheton *Tonans.*

72. *Fulmine, prærupti quum te, tener Evie, partus.* In uno codice Barthii *prærepti.* In optimis membranis ejusdem; *tener Euchie.* — Reg. B, *prærupti quum tener Evhie partus,* et *te* a secunda manu inter *quum* et *tener;* Reg. C, *Euchie.* A. — *Prærupti quum te, tener Evie, partus Transmisere patri.* Respicit fabulam, qua dicitur Bacchus extractus ex utero conflagrantis matris Semeles, et insertus in femur Jovis, ut legitimos menses expleret. — *Evie.* Bacchus, *Evan* et *Evius* dictus, quod in ejus sacris hæc vox *Evoe* crebro clamaretur a Bacchantibus. — *Patri.* Jovi. De Evio vide Excursum.

73. *Tyriis colonis.* Thebanis, qui Tyriorum colonia erant.

74. *Insomnem ludo certatim educere noctem.* Nonnulli codd. *certatim ducere.* — *Insomnem ludo.* Notat Bernartius poetam tangere hic

Suaserat; effusi passim per tecta, per agros,
Serta inter, vacuosque mero crateras anhelum
Proflabant sub luce Deum : tum plurima buxus,
Æraque taurinos sonitu vincentia pulsus.
Ipse etiam gaudens nemorosa per avia sanas
Impulerat matres Baccho meliore Cithæron.
  Qualia per Rhodopen rapido convivia cœtu
Bistones, aut mediæ ponunt convallibus Ossæ.
Illis semianimum pecus, excussæque leonum

non dubie morem priscum, quo pervigilia fiebant in honorem Deorum. De quo loco vide Excursum.

76, 77. *Serta inter.... anhelum Proflabant sub luce Deum : tum plurima buxus. Perflabant* Taurin. improbante Burmanno. — *Serta inter*, Serta et coronas adhibitas fuisse in conviviis notum ex Scriptoribus. — *Anhelum Proflabant sub luce Deum.* Imitatio Virgiliana Æn. IX, 326 : « toto proflabat pectore somnum. » Et dicit *anhelum*, quia ebrii, ut mero stomachum plenum ac gravem habent, non liberam, quum dormiunt, respirationem ducunt, et spiritum difficulter trahunt ; hinc anhelant. — *Deum.* Somnum, vel Bacchum, seu vinum. Bacchus enim pro vino sumitur, ut omnes sciunt. Sic Theb. V, 209, « altaque in mole tapetum Efflantem somno crescentia vina. » — *Buxus.* Tibiæ ex buxo. Tibiarum enim usus in sacris Bacchi. Theb. VII, 171, « Et ad inspirata rotari Buxa. »

78. *Æraque.* Cymbala ærea, quorum et usus in Orgiis. Theb. V, 730 : « Tergaque et æra Dei motas crepuere per auras. » — *Taurinos pulsus.* Tympana ex corio taurino confecta. De his vide Excursum.

80. *Baccho meliore Cithæron.* Cithæron mons Bœotiæ, in quo Orgia Bacchi celebrari solita. Dicit *Baccho meliore*, quia tunc temporis Bacchus non amplius impellebat Bacchantes, furore immisso, ad perpetrandas cædes, ut quum Agave in hoc monte filium Pentheum discerpsit.

81. *Qualia per Rhodopen rapido convivia cœtu.* Putean. *rabido.* — Quod habet Reg. B; Reg. C, *rapido.* A. — *Rhodopen.* Rhodope mons Thraciæ.

82. *Bistones, aut mediæ ponunt convallibus Ossæ.* In optimo manuscripto Barthii legebatur : *convallibus Ee*, cui *Ossæ* suprascriptum. — Nost. lect. Reg. B, Reg. C, *osse.* A. — *Bistones.* Thraces a rege Bistone sic dicti : erant etiam Bistones, gens Thracia. — *Ossæ.* Ossa mons in Thessalia sede Centaurorum notissimus. Hic poeta in Thracia collocare videtur. Forsan est mons ejusdem nominis in Thracia, de quo tamen silent Scriptores et Geographi.

83. *Illis semianimum pecus.* Reg. B *Illis* habebat, sed a secunda manu *Illic* suprascriptum. A.

Ore dapes, et lacte novo domuisse cruorem
Luxus : at Ogygii si quando afflavit Iacchi
Sævus odor, tunc saxa manu, tunc pocula pulchrum
Spargere, et immerito sociorum sanguine fuso
Instaurare diem, festasque reponere mensas.
Nox ea, quum tacita volucer Cyllenius aura
Regis Echionii stratis adlapsus, ubi ingens
Fuderat Assyriis exstructa tapetibus alto

84. *Lacte novo domuisse cruorem.* Put. *domuisse furorem*, quam lect. etiam Reg. B præbet. A. — *Domuisse cruorem.* Id est, carnes cruentas : nam semianimum pecus, et extractas ore leonum dapes comedebant Thraces.

85. *Luxus : at Ogygii si quando afflavit Iacchi.* Aldd. Colin. Gryph. et Basil. et *Ogygii.* Non fugiet vitium attentum Lectorem : Lipsian. Lang. Laur. et Buslid. *ab Ogygii;* ego ausim præstare verum esse, *at Ogygii.* » Bern. *at Ogygii* habent Petrens. Taurin. Behot. alii codd. cum edd. Lindenbrog. Cruc. Gevart. etc.—*Ogygii.* Thebani. — *Iacchi.* Iacchus cognomentum Bacchi ἀπὸ τοῦ ἰάχω, *clamo, ululo* : quod Orgia Bacchi magnis clamoribus ac ululatibus perstreperent. Virgilius; Ecl. VII, 61 : « Populus Alcidæ gratissima, vitis Iaccho. » Hic pro vino sumitur, ut apud eumdem Virgilium Ecl. VI, 15, « Inflatum hesterno venas, ut semper, Iaccho. »

86. *Sævus odor.* Quia odor vini eos ad mutuas cædes excitat. — *Tunc saxa manu.* Thraces vinolentiæ deditos fuisse observant scriptores, et ubi vino incaluerant, solitos procurrere ad arma et in mutuas cædes prorumpere, ut hic notatur. Et Horatius, Carm. I, Od. 27, 1 et sqq. « Natis in usum lætitiæ scyphis Pugnare, Thracum est : tollite barbarum Morem, verecundumque Bacchum Sanguineis prohibete rixis. » Vide et Platonem de Legibus, lib. I.

89. *Nox ea, quum tacita volucer Cyllenius aura.* Heinsius legebat : *tacita volucer Cyllenius hora*, ut nos docuit Burmannus. — *Nox ea.* Id est, nox talis erat apud Thebanos, qualis est apud Thraces, dum in Rhodope convivia agunt. — *Volucer Cyllenius.* Mercurius, a Cyllene monte Arcadiæ sic dictus, in quo eum peperit mater Maia. — *Volucer.* Ob talaria, ut jam diximus. — De quibus vid. Excursum.

90. *Regis Echionii.* Eteoclis, *Echionii* vocati ab Echione, qui post Cadmum tenuit Thebanum imperium.

91. *Assyriis tapetibus.* Tapetes enim optimi ex Assyria et Babylone afferebantur. Notum est Babylonis artificium in stragulis tapetibus, et id genus aliis, ex Plinio, lib. VIII, c. 48. Hinc *pictura Babylonica* Apuleio Florid. II, dicitur, ob diversos colores illis operibus intexi solitos. Assyria autem regio Asiæ Majoris, quam Ptolemæus ab Ortu Mediæ parte finit, ab Occasu, Mesopotamia, a Se-

Membra toro : pro! gnara nihil mortalia fati
Corda sui! capit ille dapes, habet ille soporem.
Tunc senior quæ jussus agit, neu falsa videri
Noctis imago queat, longævi vatis opacos
Tiresiæ vultus, vocemque, et vellera nota
Induitur; mansere comæ, propexaque mento
Canities, pallorque suus; sed falsa cucurrit
Infula per crines, glaucæque innexus olivæ

ptemtrione, parte Minoris Armeniæ, juxta Niphatem montem. Plinius vero lib. V, cap. 12. Assyriam facit Syriæ partem, quæ postea vocata fuit Adiabene. Strabo autem longius Assyriam extendit, eo nomine comprehendens Babyloniam, et maximam circumjacentium regionum partem. Græci et Latini scriptores confuderunt Assyriam Syriamque, Assyrios Syriosque, ut videre est apud Herodotum, Justinum, et Ciceronem multis in locis.

92. *Pro! gnara nihil mortalia fati Corda sui!* Exclamatio similis huic apud Virgilium, Æn. X, 501, « Nescia mens hominum fati, sortisque futuræ! »

93. *Capit ille dapes.* Si sciret imminentia sibi mala, non tam secure dormiret, aut cibum caperet. — *Ille;* scilicet, Eteocles.

94. *Senior quæ jussus agit.* « Quæ a Jove illi per Mercurium erant injuncta. » Vetus Enarrator. Barth.

96. *Tiresiæ.* Reg. B, *Teresiæ.* A. — *Tiresiæ.* Tiresias Thebanus vates, Everi filius, excæcatus fuit a Junone ob rationem ab Ovidio allatam Met. III, 230 et sqq. vaticinii autem munere, et longa vita donatus a Jove. Callim. vero in Lavacro Palladis, Nonnus Dionys. V, et Propertius lib. IV. El. 19, tradunt Tiresiam oculis privatum a Pallade, quam nudam viderat, pœnas incustoditi visus dedisse, ab eademque munere divinandi donatum. Adi Excurs. — *Et vellera nota.* Intelligit vittas laneas albas, coccineis intextas, utrimque ab infula dependentes, quas vates gestare solebant.

97. *Mansere comæ.* Suæ, Laii scilicet. — *Propexaque mento Canities, pallorque suus.* Hæc enim erant Laio communia cum Tiresia, quia senex etiam erat; ideo retenta a Laio, non assumta: indutæ solum vittæ, et infula, vultusque, ac cæcitas Tiresiæ. — *Falsa.* Id est, non sua. Hæc enim Laius Tiresiam simulabat.

98. *Canities.* « In uno, non tamen optimo, exemplari scriptum offendi, *Cæsaries;* quod improbum non est, etsi nescio quo modo invectum ei libro, cui parum alioquin tribuo. Ita de pariter prolixa barba Ovid. Metam. XV, 655, de Æsculapio : « baculumque tenens agreste sinistra, Cæsariem longæ dextra deducere barbæ Visus. » Placet. » Barth.

99. *Infula.* Homero στέμμα, pro-

Vittarum provenit honos; dehinc tangere ramo
Pectora, et has visus Fatorum expromere voces :
« Non somni tibi tempus iners, qui nocte sub alta
Germani secure jaces : ingentia dudum
Acta vocant, rerumque graves, ignave, paratus.
Tu veluti, magnum si jam tollentibus Austris
Ionium nigra jaceat sub nube magister,
Immemor armorum, versantisque æquora clavi
Cunctaris; jamque ille novis, scit fama, superbus

prie velamentum capitis sacerdotalis, vittas habens laneas utrimque dependentes. Erant et regum infulæ. Ita Justinus, lib. XI, c. 10, « Tunc proficiscitur (Alexander) in Syriam : ubi et obvios cum infulis multos Orientis reges babuit. » Ita et Pollio in Gallienis duobus, c. 10, « Odenatus rex obtinuit totius Orientis imperium, quod se fortibus factis dignum tantæ majestatis infulis declaravit. » Nimirum, quia regum persona sacra erat. Erant etiam Magistratuum, ut apud Spartianum in Adriano cap. 6, *Turbo* dicitur « ornatus infulis Pannoniæ, » hoc est, titulo præfecturæ Pannoniæ. Seneca Cons. ad Helv. « Vir constans miserias infularum loco habet. » — *Glaucæque innexus olivæ Vittarum provenit honos.* Vittis enim augurum ramus olivæ innectebatur.

100. *Dehinc tangere ramo*. Behot. *dein tangere ramo.*

101. *Pectora.* Eteoclis, ut illum expergefaceret.

102. *Non somni tibi tempus iners, qui nocte sub alta.* « Melior omnino et Papinio dignior optimarum membranarum scriptura, per interrogationis sarcasmum ignaviam tyranno exprobans : *Nunc somni tibi tempus, iners?* Et mox : *quid nocte sub alta Germani secure jaces?* Mirum tot ab aliis collatos codd. Bernartio, Lindenbrogio, Behotio, quartum, cum Argentinensi Editione (Gevart.) non ausim dicere, et hic et alibi tantopere in errores vulgares, et ubi detecti sunt, manifestos, conspirare. » Barth.

103. *Secure.* Vell. lib. II, c. 118 : « Nemo celerius opprimitur, quam qui nihil timet : et frequentissimum initium est calamitatis, securitas. »

104. *Paratus.* Qui faciendi sunt.

105. *Tu veluti, magnum si jam.* « *Tu, veluti magnum.* Sic recte collocatur distinctio in Lindenbrogiana ed. quam perperam alteri versus voci subjungunt Lugdunenses antiquæ, Aldd. Gevart. Bern. » Barth. — *Tu veluti, magnum.* Hyperbaton est. Id est, tu cunctaris, ita quietem agens, ut gubernator dormiens ventis mare versantibus. — *Austris.* Auster ventus meridionalis. Hic Austri sumuntur pro quibuslibet ventis.

107. *Armorum.* Supple nauticorum. — *Versantisque æquora clavi.* Id est, gubernaculi.

108. *Jamque ille novis, scit fama,*

Connubiis, viresque parat, quis regna capessat,
Quis neget: inque sua senium sibi destinat aula.
Dant animos socer augurio fatalis Adrastus,
Dotalesque Argi: nec non in fœdera vitæ
Pollutus placuit fraterno sanguine Tydeus.
Hinc tumor, et longus fratri promitteris exsul.
Ipse Deum genitor tibi me miseratus ab alto
Mittit; habe Thebas, cæcumque cupidine regni,

*superbus*. Edd. vett. Aldd. Colin. Plant. Lindenbrog. Crue. Gevart. et Grasser. cum nonnullis codd. manuscriptis; *novis* (*sic fama*) *superbit*; Gronovius ex suis codd. edidit; *scit fama*, et ex errore typothetæ *superbus*, quod cum Daum. Barth. et Veen. retinent Editores Bipontini; corrigit vero Gronovius in Obss. lib. II, 13, *novis* (*scit fama*) *superbit*. Non ausim tamen mutare. Codd. Put. Petav. Dan. Behot. etc. *superbit*. Vide Nic. Heinsium in Advers. lib. II, c. 7, pag. 259. — *Novis* (*sic fama*) *superbit*. Scripti: *scit fama*; neque aliter legit Lactantius, qui explicat: « Fama de eo loquitur: vel, notum est quod dico omnibus. » Eodemque modo e scriptis reposuimus Theb. V, 456, *scit cura Deum*, i. e. testor Deos omnia curantes, vel siquidem curant. Ubi vitium idem vulgo. Theb. VIII, 103: « scit judicis urna Dictæi. » Achill. I, 12: « Scit Dircæus ager. » Virg. Æn. XI, 260: « scit triste Minervæ Sidus, et Euboicæ cautes, ultorque Caphareus. » Sic sæpe Tertullianus. In Apolog. « Scit M. Æmilius de Deo suo Alburno. » Tale est Propertii: « Dixerit Ascanius. » GRONOV. — Reg. B, *ille novis, scit fama, superbit*; Reg. C, *ille novis, sic fama superbit*. A.

110. *Quis neget: inque sua senium sibi destinat aula*. Petrens. Taur. Burm. optimæ Barth. membranæ, Exc. Cantab. Behot. Dan. Put. Petav. Aldd. Colin. Gryph. Lindenbrog. et Cruc. *inque tua*; et sic correxit Nic. Heinsius in Advers. l. l. *inque sua* tamen exhibent Venet. Rom. Bern. et alii. — Regg. B et C, *inque tua*. A. — *Quis neget*. Postea, quum semel illud ceperit. — *Sua*. Id est, ad se solum pertinente: regnum enim nunquam redditurus est.

111. *Augurio fatalis*. Ob responsum oraculi, quod acceperat Adrastus. Vide superior. lib.

112. *Dotalesque Argi*. Quia Argi obvenire debebant Polynici, ex parte Argiæ uxoris.

113. *Fraterno sanguine*. Superiori libro visus est Tydeus fratrem suum interfecisse.

114. *Et longus fratri promitteris exsul*. Stimulat hoc modo Eteoclem, ut non restituat regnum fratri secundum pacta: si quidem frater illi non redditurus erat. — *Longus exsul*. Similis loquendi modus in Lucr. Etrusci, Silv. III, 3, 78: « et longo transmittit habere nepoti. » Id est, promitteris fratri, ut longo tempore exsul futurus sis.

116. *Mittit: habe Thebas*. Venett.

Ausurumque eadem germanum expelle; nec ultra
Fraternos inhiantem obitus sine fidere cœptis
Fraudibus, aut Cadmo dominas inferre Mycenas. »
  Dixit, et abscedens, etenim jam pallida turbant
Sidera lucis equi, ramos ac vellera fronti
Deripuit, confessus avum, dirique nepotis
Incubuit stratis : jugulum mox cæde patentem

Rom. Aldd. Colin. Basil. et Plant. *habet;* Fr. Modius, Epist. 52 correxit, *habe;* et sic Petrens. Taurin. Cant. Dan. Behot. alii. — *Mittit habet*, etc. Præeuntibus quippe libris et sententia, indubitanter lego : *mittit, habe Thebas*. Ipse Juppiter, inquit, ad te me misit, habeas, tu tibi Thebas, ejice fratrem, qui cupidine regnandi excæcatus, si tu cessaveris, te ejiciet. Bernart.

117. *Ausurumque eadem*. Quæ nunc audere tibi persuadeo, i. e. retinere imperium.

118. *Fraternos inhiantem obitus sine fidere cœptis*. Optimæ Barthii membranæ : *inhiantem habitus;* quod illi placet. Pro *fidere* ed. Gronovii operarum lapsu *sidere;* et hoc retinet. ed. Veenhusii, qua pejor nunquam edita; etiam Bipontina, quæ non omnino immunis est ab erroribus typographicis. Wakefieldus in Silv. Crit. P. IV, p. 136 legit : *nec ultra F. i. obitus diffidere cœptis*, etc. — Reg. B, *inhiantem obitus sine fidere ceptis* habebat, nunc a sec. manu *fœdere* supra *fidere;* Reg. C nost. lect. A.

119. *Fraudibus, aut Cadmo dominas*, etc. Reg. B a secunda manu *fratrib.* supra *fraudibus*. — *Cadmo*. Id est, Thebis quarum conditor Cadmus. — *Mycenas*. Mycenæ urbs Laconiæ, quæ erat sub imperio Adrasti; et Mycenas posuit pro Argis ob vicinitatem duarum urbium, et quia eidem fere semper principi paruerunt. Homerus semper distinguit Argos et Mycenas, recentiores vero eamdem esse dixerunt, ut ait Scholiastes Sophoclis initio Electræ.

120. *Abscedens, etenim jam*, etc. Non enim lucente die mortuorum umbris errare permissum erat. Virgilius Æn. V, 738 et sqq. « Jamque vale : torquet medios nox humida cursus, Et me sævus equis Oriens afflavit anhelis. Dixerat, et tenues fugit, ceu fumus, in auras. » — *Pallida*. Quia adventu solis albescunt sidera, fulgoremque amittunt.

121. *Sidera lucis equi, ramos ac vellera fronti*. Petrens. *Sidera solis equi*. — *Ramos ac vellera*. Supra enim vidimus, Laium sumsisse ramos olivæ et vittas laneas, ut Tiresiæ similis videretur.

122. *Deripuit*. Taurin. et Burm. *Diripuit;* et sic etiam Aldd. Colin. Gryph. Basil. et Plant. — Reg. B, *Deripivit;* Reg. C, *Deripuit*. A. — *Confessus avum*. Non amplius simulat Tiresiam, sed se prodit avum. — *Nepotis*. Eteoclis.

123. *Jugulum mox cæde patentem*. Superiori lib. vs. 65, « Secuique trementis Ora senis. » — *Cæde*.

Nudat, et uudanti perfundit vulnere somnum.
  Illi rupta quies; attollit membra, toroque
Erigitur plenus monstris, vanumque cruorem
Excutiens, simul horret avum, fratremque requirit.
Qualis ubi audito venantum murmure tigris
Horruit in maculas, somnosque excussit inertes;
Bella cupit, laxatque genas, et temperat ungues;
Mox ruit in turmas, natisque alimenta cruentis

I. e., vulnere, quo cædes perpetrata.

124. *Nudat, et undanti perfundit vulnere somnum.* Behot. *perfudit sanguine somnum*, « *vulnere* pro *sanguine* posuit. » *Schol.* Alius Scholiastes, uti et marg. cod. Bormaon. *sanguine* tuetor. P. Burm. ad Val. Flacc. uostram lectionem stabilit. — Reg. B oostram lect.; Reg. C, *perfudit vulnere somnum.* A. — *Vulnere somnum. Vulnere* pro sanguine posuit : non somnum perfundere, sed Etcoclem ipsum dormientem : vulnere ergo suo, id est Laii sanguine, Eteoclem perfodit, ut eum pollutum sceleribus imbueret. Lactant. — « *Vulnus* pro sanguine positum notant Scholiastæ uostri cum Lactantio. Lactantium quidem, inquit Barthius, mendosum puto, qui oon attendere possit *somnum* perfnndi scite dici, non ipsum hominem, qoum res omnis sit imaginaria, nec Eteoclis quopiam corpus perfuodatur. « Tum transcribit Lactant. notam, et sic pergit : « Non mendosus est, ut video, sed parum sapidos hic Grammaticus, non intelligens acumen rei, quum omnis phantastice agatur, ita et describi. Glossographos alios noster : *visus est sanguine perfudisse somniantem.* Aliter vero ille Apuleii Aristomenes, uec imaginario lotio perfusus. Sunt vero hæc adsimilata Torno ab Alecto in bellum ipsi internecivum instigato per somnum, Virg. Æneid. VII. »

125. *Illi rupta quies.* Legi jussit Beroartius *Illi rapta quies.* — Reg. B et C nost. lect. præbent. A.

126. *Monstris.* Malis visis, malas res portendentibus, quæ excutere tam facile animus oon potest. — *Vanumque cruorem.* Se perfosum enim sanguine vaoe crediderat.

127. *Fratremque requirit.* Ut vindictam sumat de eo.

129. *In maculas.* Cruceus legit in *maculis*, et dicit Papininm more suo respexisse ad illud magni magistri Virg. Æn. V, 37, « Horridus in maculis et pelle Libystidis ursæ : » tametsi vulgo ibi legatur *jaculis.* — *Maculæ* enim non hic, quibus tigris variatum corpus habet : sed intelligenda retia, uti et Varro l. II, c. 11, « Septum totum grandibus maculis tegitur, ne eo involare aquila possit, neve ex eo evolare anas. » Aut certe foramina retis, uti accepit Cicer. Verr. VII, « Reticulumque ad nares sibi admovebat, tenoissimo lino, minutis maculis, plenum rosæ. » Inde Gallica vox *Maille.*

131. *Alimenta cruentis.* Ita libri cæteri : at in ono illo singularis sapieotiæ libro diserte scriptum est

Spirantem fert ore virum : sic excitus ira
Ductor, iu absentem consumit prælia fratrem.
Et jam Mygdoniis elata cubilibus alto
Impulerat cælo gelidas Aurora tenebras,
Rorantes excussa comas, multumque sequenti
Sole rubens : illi roseus per nubila seras
Advertit flammas, alienumque æthera tardo
Lucifer exit equo, donec pater igneus orbem

*cruento*. Id quod concinnins esse nemo, puto, inficiabitur. Sic *profundum* os in eadem re eidem belluæ adscribit Claudianus XXXVI, de Raptu Proserp. III, 267. Barth.

133. *Ductor*. Eteocles. *In absentem consumit prælia fratrem*. Sic Petrou. Arbiter, de Mutat. reipub. rom. vs. 228, « absentem votis interficit hostem. » Vide ad Poet. Lat. Minores, nostræ editionis tom. II, pag. 110. En. — De hoc loco videatur Excursus.

134. *Et jam Mygdoniis elata cubilibus alto*. — Reg. B, *Mygdonis*; Reg. C nost. lect. A. — *Mygdoniis*. Id est, Phrygiis. Mygdonia enim erat regio Phrygiæ, sic vocata a Mygdonibus Macedoniæ populis, qui in Asiam Miuorem illuc transvecti, ibi sedes posueraut. Dicit *Mygdoniis*, seu Phrygiis, quia Aurora nupserat Tithono Phrygio Laomedontis fratri.

135. *Impulerat cælo*. *Expulerat cælo* codex Leodensis Bernartii; ita quoque margo optimi codicis Barthiani. Regg. B et C nost. lect. A.

136. *Rorantes*. Ros enim nocte plerumque cadit. Cicero de Divin. lib. I, cap. 8, « Quum primum gelidos rores Aurora remittit. »

137. *Rubens*. Circa dilnculum euim rubet cælum. — *Seras flammas*. Hoc est, Auroræ flammas, Lucifer serus. Sive ad comparationem dixit cæterorum siderum ; quiu Lucifer sen Stella veneris serius omnibus astris ac planetis occultatur radiis solis.

138. *Advertit flammas*. « Omnino laudo veterem codicem nostrum, qui clara varietate scripturæ et rei præfert : *Obvertit flammas*, cnm Glossa : « Contra illam se vertit; *alienum*, id est diuruum, jam a Sole possessum. » Barth. *Avertit flammas* Taurin. Vide Drakenb. ad Sil. Italic. IV, 88. — *Alienum*. Quia jam a sole tuuc solo possidetur, non amplins a cæteris astris. Nam verso cælo ad adventum auroræ, quum cætera siut apnd antipodas, Lucifer solus apud nos iuveuitnr, hoc est, alieuum æthera, qui est diei, quod cælum stellis nocte concessum est, ergo Lucifer officio suo nocte nou fungitur, quum eum oriri coustet prope lucis adventum : hinc alieno æthere videtur exorieus. Lact. — *Tardo*. Quia, ut diximus, serins occultatnr radiis solis.

139. *Lucifer exit equo*. Noster eodem lib. vers. 731, « Achelons Echinadas exit. » Idem Theb. VI,

Impleat, atque ipsi radios vetet esse sorori.
Quum senior Talaonides, nec longa morati
Dircæusque gradum pariterque Acheloius heros
Corripuere toris; illos post verbera fessos,
Exceptamque hiemem cornu perfuderat omni
Somnus: at Inachio tenuis sub pectore regi
Tracta quies, dum mente Deos inceptaque versat
Hospitia, et quæ sint generis adscita repertis

802, « Venientem eludit et exit, Sponte rueus. » Fulgentius Astronomico: « Metam sol eminus exit. » Sic et alii passim.—*Equo.* Poetæ singulis planetis dant unicum equum, Soli quadrigam, Lunæ bigam. — *Pater igneus.* Sol, fons luminis. — *Orbem Impleat.* Id est, edueat se totum supra Horizontem.

140. *Sorori.* Lunæ. Quia Helios et Selene, id est, Sol et Luna, erant Hyperionis filii: vel quia Apollo, qui idem ac Sol, et Diana, quæ eadem ac Luna, filii erant Jovis et Latonæ. BERALD.

141. *Talaonides.* Adrastus Talai filius. Quidam scripti habent, *Talaionides.* Quod melius. Homerus Iliad. B. Υἱὸς Ταλαϊονίδαο ἄνακτος, *Filius Talaionidæ regis.* — Reg. B, *Talaionides;* Reg. C, *Talaonides.* A. — *Longa.* Hellenismus, pro longum.

142. *Dircæusque gradum pariterque Acheloius heros. Dircæus que gradu* unus Behot. recentiore atramento. — Reg. B, *Dircheusque gradum*, Reg. C supra *heros* scriptum *Tydeus.* A. — *Dircæus.* Thebanus, Polynices, a Dirce fonte Bœotiæ. — *Acheloius heros.* Tydeus, sic dictus ab Acheloo fluvio Ætoliæ.

143. *Corripuere.* Causa cur tardius Tydeus et Polynices a somno surrexerint, Adrastus vero celerius. LACTANT.

144. *Cornu perfuderat omni Somnus.* Somnus enim depingitur tenens cornu plenum sopore, quod spargit supra terram.

145. *At Inachio tenuis sub pectore regi.* Behot. *sub pectora.* Vide Burmann. ad Val. Flac. VI, 603. — *Inachio regi.* Adrasto sic dicto vel ab Inacho primo rege Argorum, vel ab Inacho fluvio Argolidis. Et notanda hic elegantia poetæ, qui tres duces fluviorum cognominibus designavit: Dircæum, Polynicem; Acheloium, Tydeum; Inachium, Adrastum. LACTANT.

146. *Tracta quies. Fracta quies* Taurin. Burm. et Behot. Scholiast. explicat: « Non perennis, sed interrupta; » quæ ad *Fracta* spectant. *Tracta quies* Petrens. Cantab. Petav. Laur. Lipsian. Buslid. alii cum edd. omnibus. Vide Broukhus. ad Propert. I, 14, 9. — *Dum mente Deos.* Id est, oracula, seu responsa Deorum.

147. *Quæ sint generis adscita repertis.* Unus Behot. *generis adsuta repertis;* unus Barth. *generis ascita reperti.* — *Generis repertis.* Agnoverat enim Polynicem et Tydeum eos esse, quos sibi generos portendebant fata.

Fata movet: postquam mediis in sedibus aulæ
Congressi, inque vicem dextras junxere, locumque
Quo serere arcanas aptum, atque evolvere curas,
Insidunt; prior his dubios compellat Adrastus:
« Egregii juvenum, quos non sine numine regnis
Invexit nox dextra meis, quibus ipse per imbres
Fulminibus mixtos, intempestumque Tonantem
Has meus usque domos vestigia fecit Apollo;
Non equidem obscurum vobis, plebique Pelasgæ

148. *Mediis in sedibus aulæ.* Penetralibus, quo nemo irrumpere auderet. Ea Virgilius indicat, Æn. II, 484: « Apparent Priami et veterum penetralia regum. »

149. *Inque vicem dextras junxere.* Ad fidem sanciendam futuri fœderis ac futuræ amicitiæ.

150. *Quo serere arcanas aptum, atque evolvere curas.* Unus Behot. *aptumque evolvere*; et sic etiam codex Burmann. Taurin habet: *actumque revolvere.* Burmanno arridet τὸ *revolvere.* Conf. Ovid. Met. X, 355; Virg. Æn. X, 58. Sed illi magis placet: *aptumque evolvere curas.* — *Arcanas aptum.* Venerunt ad locum aptum, et secretum fabulis vel curis: nam ideo, quod in secretis locis curæ publicæ disserantur, ad hoc electa loca *curias* nominavit antiquitas.

153. *Invexit nox dextra meis*, etc. « In præstantissimo libro claris literis scriptum est: *nox dextra*, cum inenarrabili nobis quidem glossæ facinore; « i. e. prospicia. » An dexteram *prosperam* intelligendam voluit? Hæreo, clare enim scribitur. Et ita Leod. liber Bernartii. » Barth. — Voluit sane *propitia*. A. — Taurin. Burm. Behot. Petav. Petr. Cantab. alii, cum edd. vett. *nox atra*, quod sequentia firmant. — *Nox atra meis.* Non damno. Arridet tamen magis quod in Langii libro est, *nox dextra*. Bernart.

154. *Tonantem.* Jovem, cujus proprium epitheton Tonans, sumi pro aere omnibus notum est.

155. *Apollo.* Acceptum vult Apollini; quod Polynices et Tydeus Argos venerint.

156. *Pelasgæ.* Argivæ: nam tota Peloponnesus Pelasgia antiquitus appellata, auctore Plinio, a Pelasgo primo Arcadum rege, qui homines ab immiti et fera vita traduxit ad molliorem et humaniorem: unde Pelasgi, idem qui Argivi et Arcades. Hi Peloponneso expulsi in Hæmoniam, quæ Thessalia vocata est postea, migrarunt ducibus Achæo, Phthio, et Pelasgo: unde sexta ætate a Curetibus et Lelegibus, qui deinde Ætoli ac Locri appellati sunt, fugati, pars in Cretam abierunt; pars in Cycladas insulas; alii Hestiotidem ad Olympi et Ossæ radices; alii Bœotiam, Phocidem, et Eubœam; Asiam et Hellesponti oram ac Lesbum occuparunt alii. Complures in Saturniam, quæ est Italia, trajecerunt; seque indige-

Esse reor, quantis connubia nostra procorum
Turba petant studiis; geminæ mihi namque, nepotum
Læta fides, æquo pubescunt sidere natæ.
Quantus honos, quantusque pudor, ne credite patri,
Et super hesternas licuit cognoscere mensas.
Has tumidi solio, et late dominantibus armis
Optavere viri (longum enumerare Pharæos
OEbaliosque duces), et Achæa per oppida matres,

nis miscuerunt. Athenas etiam venerunt, ut colligimus ex Thucydide. Vide Strabonem lib. V, et Dionysium Halicarnassæum lib. I.

157. *Esse reor. Esse rear* Dan. et unus Behot. *conubia nostra* optimæ Barthii membranæ; quam lectionem Regg. B et C exhibent. A. — *Nostra*. Seu nostrarum filiarum.

158. *Turba petant studiis.* Taur. Burm. Petav. unus Behot. Lipsian. et Buslid. cum Aldd. Colin. Basil. Plant. Lindenbr. Gevart. et Grass. *petat;* alter Behot. nonnulli Barth. Petrens. et membranæ Gronovii, *petant;* quod habent edd. recent. — *Turba petant studiis.* Sic Theb. lib. I, 561, « Plebs Argiva litant; » lib. VI, 262 : « Bellatrix sedere cohors; » et 651, « mox turba ruunt; » lib. VII, 238, « subeunt Tegeæa juventus; » et eodem, vers. 806, « sibi quisque cavent. » Ut quidem MSS. Achill. I, « hilaris sedere juventus. » Gronov.

159. *Læta fides.* Ordo : Argia et Deipyle geminæ mihi natæ pubescunt; nepotum læta fides. — *Æquo pubescunt sidere natæ.* Ita Theb. IV, 761 : « Sic hoc tibi sidere dextro Crescat onus. »

160. *Quantus honos, quantusque pudor, ne credite patri.* Melior videtur vet. cod. lectio : nec *credite;* nervosius enim rem semovet. Barth. — *Honos.* Hic pulchritudinem significat. Virgilius Æneid. I, 591, « Et lætos oculis afflarat honores. — *Ne credite patri.* Ne laudare magis videretur, quam verum dicere, fidem suam voluit ipsis testibus approbare.

162. *Has tumidi solio, et late dominantibus armis.* Taurin. unus Behot. Lipsian. Buslid. Lang. alii, *arvis* pro *armis.* « Inepti libri qui hic mutant, non noster. » Barth. Vide Nic. Heins. ad Ovid. Fast. II, 195. — Reg. B, *armis*, ad margin. *arvis;* Reg. C, *arvis.* A. — *Has tumidi solio.* Hæc artificiose, ne videatur eos inopia procerum destinasse generos, ait se multos rejecisse et honore præstantes.

163. *Pharæos.* Hi duces vocantur a Pharis, quod Laconiæ est oppidum, Homero Pharin, Lacedæmoniis Pharæ appellatum, non a Pharo Ægyptia. Fuerunt et duæ aliæ Pharæ, una in Messenia, altera in Achaia.

164. *OEbaliosque duces, et Achæa per oppida matres.* Male, hæc affecta arbitror : libri tamen nihil mutant. Bern. — *OEbalios.* OEbalii sunt Lacones, sic dicti ab OEbalo rege, qui suum nomen dedit exiguæ parti Laconiæ, quæ ab eo

Spem generis, nec plura tuus despexerat OEneus
Fœdera, Pisæisque socer metuendus habenis.
Sed mihi nec Sparta genitos, nec ab Elide missos
Jungere fas generos : vobis hic sanguis, et aulæ
Cura meæ, longo promittitur ordine fati.
Di bene, quod tales stirpemque animosque venitis,
Ut responsa juvent : hic duræ tempore noctis

OEbalia dicta est. — *Et Achæa per oppida matres.* Nihil affectum, inquit Gronovius, modo bene distinguas : *viri, longum enumerare Pharæos, OEbaliosque duces, et Achæa per oppida matres :* et viri, et matres per urbes Achæas, pro filiis nempe, optavere illas vel sponsas, vel nurus, per quas genus suum propagarent. — *Achæa per oppida.* Vide Theb. I, not. ad vs. 448.

165. *OEneus.* Reg. B, *OEneos.* A. — *OEneus.* Hic Tydei pater, cujus Dejanira filia a multis in conjugium exoptata procis : pro qua Hercules et Achelous Ætoliæ amnis certasse dicuntur. Dejaniram ergo, OEnei et Æthesiæ filiam, uno tempore in conjugium petebant Hercules et Achelous, acceptaque lege ab OEneo, ut, qui virtute superasset, Dejaniram duceret, congressi, in certamine quum superaretur Achelous ab Hercule, per diversas mutatus est figuras. OEneus Tydei pater : ideo ait *tuus.* LACTANT.

166. *Pisæisque socer metuendus habenis.* OEnomaum intelligit, qui hac lege, ut jam diximus, currebat cum procis filiæ suæ Hippodamiæ, ut victum certa mors maneret, victor vero Hippodamiam in virtutis præmium duceret uxorem : unde *metuendum* vocat.

167. *Sed mihi nec Sparta. Sed mihi sed Sparta* edd. Gron. Veen. et Barth. unde nescio, nisi error sit in Gronoviana. *Sed mihi nec Sparta* Petrens. Cantab. Behot. Petav. Lipsian. Buslid. alii, cum Venett. Aldd. Basil. Gevart. Grasser. Lindenbrog. et Delph. — *Sparta.* Urbs nobilissima Laconiæ caput. Vide superiori lib. o. ad vs. 262. — *Elide.* Elis, provincia et urbs Peloponnesi, notissima et ludorum claritate, et delubro Olympii Jovis, fastos Græciæ complexo.

168. *Vobis hic sanguis.* Behot. *et sanguis.* — *Hic sanguis.* Hæ meæ natæ.

169. *Cura meæ. Jura,* pro *Cura,* lapsus est operarum in ed. Gronoviana ; hinc invasit alias tres Veen. Delph. et, quod magis mirandum, Bip. quamvis correxerat Gronovius in Erratis. — *Promittitur.* « Vobis spondent responsa Deorum Regni mei successionem et conjugium filiarum. » Gloss. MS. *Promittere* est fatorum simul et sponsaliorum verbum.

170. *Quod tales stirpemque animosque.* Hellenismus, et subintelligenda particula κατά. — *Tales.* Sic fortes et nobiles.

171. *Ut responsa juvent : hic duræ tempore noctis.* Reg. B, *Duræ tempora noctis,* Reg. C nost. lect. A. — *Ut responsa juvent.* Ut me

Partus honos : hæc illa venit post verbera merces.
Audierant; fixosque oculos per mutua paullum
Ora tenent, visique inter sese ordine fandi
Cedere : sed cunctis Tydeus audentior actis
Incipit : « O quam te parcum in præconia famæ
Mens agitat matura tuæ, quantumque ferentem

delectet tales generos Apollinis responso meruisse. — *Duræ noctis.* Cujus nimirum injuria coacti fuerant recipere se Argos.

172. *Hæc illa venit post verbera merces.* « Magis heroicum et virile est in rem præsentem quod noster codex præfert: *post vulnera merces.* Ita Papinius ipsemet lib. I, 474. » Barth. — *Post verbera.* Intelligit rixam ortam inter Tydeum et Polynicem ad portam aulæ suæ, in qua rixa multos ictus pugni et calcis sibi invicem inflixerant. Berald.

173. *Fixosque oculos per mutua.* Unus Behot. exhibet *animos* et suprascriptum alio stilo, *oculos.* — *fixosque oculos per mutua paullum.* Adspicit alterum alter, ambo attoniti rei novitate, et honoris gratia se mutuo priore locutione dignantes.

174. *Ora tenent*, *visique inter sese ordine fandi.* Edd. vett. *visisque inter sese.* « Corruptus literula locus sententiæ facit noctem : quam facile dispelles, si ut reposui, legas, *visique inter sese*, nec dubium quin Papinius ita scripserit. » Bern. — Reg. B, *visi inter sese nefandi*, habebat, sed a secunda manu inter *sese* et *nefandi* suprascriptum *ordi*, quæ sic præbent *sese ordine fandi;* Reg. C nost. lect. A. — *Ora tenent*, tota mente intenti. Virgil. Æneid. II, 1 : « conticuere omnes, intentique ora tenebant. »

175. *Sed cunctis Tydeus audentior actis. Tydeus audacior* Taurin. Burm. et Behot. Vide Burman. ad Ovid. Art. Am. I, 608. — Reg. B, nost. lect. Reg. C, *Tydeus audacior.* — *Sed cunctis Tydeus audentior actis.* Talis ubique depingitur. Hunc, inquit Barthius, Polynici robore animoque semper præfert Papinius.

176. *O quam te parcum.* Ordo : O quam te parcum agitat mens matura in præconia famæ tuæ ! Hoc est pudore nimio plurimum tuis laudibus detrahis. Lactant.

177. *Quantumque ferentem Fortunam virtute domas.* A vento secundante sumta metaphora. Similis apud Senecam, Ep. 22 : « Nec instare Fortunæ ferenti. » Noster, Silv. V, 1, 119 Pietat. Abascantii : « tenor idem animo, moresque modesti, Fortuna crescente, manent. » Paullus Consul apud Livium, lib. XLV, c. 8, in exhortatione ad suos post victum et captum Perseum regem Macedoniæ : « Exemplum insigne cernitis mutationis rerum humanarum. Vobis hoc præcipue dico, juvenes : ideo in secundis rebus nihil in quemquam superbe ac violenter consulere decet, nec præsenti credere fortunæ, quum, quid vesper ferat, incertum sit. Is demum vir erit, cujus animum nec prospera flatu suo efferet, nec adversa infrin-

Fortunam virtute domas! cui cedat Adrastus
Imperiis? quis te solio Sicyonis avitæ
Excitum infrenos componere legibus Argos
Nesciat? atque utinam his manibus permittere gentes,
Juppiter æque, velis, quas Doricus alligat undis

get. » Et Aristoteles negat Ethic. I, facile esse, sine virtute, ferre, ut decet, res secundas : quia, ut ait Niobe apud Libanium, *res secundæ sæpius corrumpunt mentem*. Et Liv. lib. IV, cap. 35, « Magnos animos magnis honoribus fieri. » Et Virgil. Æneid. X, 502 : « Nec servare modum, rebus sublata secundis. » — *Fortunam virtute domas*. Id est, superes Fortunam virtute. Adi not. 46 in Carm. V, lib. V, Silv. nost. edit. tom. I, pag. 693.

178. *Cui cedat Adrastus*. Margo edit. Barth. *cedit Adrastus*. Quam lect. præbet Reg. C; Reg. B nostram. A.

179. *Sicyonis avitæ*. Sicyon caput modicæ regionis in Achaia Peloponnesi, Sicyoniæ dictæ, in qua primum regnasse ferunt Adrastum, et ex ea rogatum ab Argivis transtulisse regiam Argos, ut rudes Argivorum mores naturæ suæ lenitate mansuefaceret. — *Avitæ*. Quia regnum Sicyonis a majoribus acceperat Adrastus, per Lysianassam matrem, quæ ex regibus Sicyonis originem ducebat. Vide Pausaniam in Corinthiacis. In hac urbe regnatum fuisse mille circiter annis testis est Apollodorus, et Castor in excerptis Euseb. et ex iis Chronicon Eusebianum : hoc est sub regibus 967 vel 969 : sub sacerdotibus tribus et trigiuta vixisse. Pausanias vero in Corinthiacis postremum regnasse Zeuxippum tradit, eoque mortuo Agamemnonem Sicyoniam rem ad Mycenæos transtulisse. De Sicyoniis vide Excursum.

181. *His manibus*. Adrasti scilicet : optat enim hoc versu et duobus sequentibus Adrasto totius mundi imperium : isthmus enim Peloponnesios cum cæteris Græcis alligat : separat autem ab iisdem alterno margine, utroque videlicet litore, reliquas gentes orbis terrarum.

182. *Quas Doricus alligat undis*. Reg. B, *quas Dóricus alligat intus*; Reg. C nost. lect. A. — *Quas Doricus alligat undis Isthmos*. De Isthmo vide quæ diximus supra lib. I, not. 120, pag. 31 huj. tom. — *Doricus*. A Doriensibus, Doridis regionis Malliaco sinui adjacentis populis : Dores enim seu Dorienses hac regione profecti, ducibus Heraclidis seu Herculis posteris, Peloponnesum, pulsis Pelopidis, occupaverunt; quod accidit 80 annis post Trojanum excidium. Teutaverant quidem Heraclidæ reditum in Peloponnesum post mortem Eurysthei, sed repulsi, cæso Hyllo Herculis filio, ausis exciderant. Vocat itaque Poeta Isthmum *Doricum*, non quod jam Dores Peloponnesum occupavissent, sed quia post centum annos hanc regionem obtinuerunt. — *Alligat undis*. Isthmus enim undique mari circumscribitur, nisi qua jungitur Helladi, seu Græciæ.

Isthmos, et alterno quas margine submovet infra:
Non fugeret diras lux intercisa Mycenas,
Sæva nec Eleæ gemerent certamina valles,
Eumenidesque aliis aliæ sub regibus, et quæ
Tu potior, Thebane, queri: nos vero volentes,
Expositique animis. » Sic interfatus, et alter

183. *Et alterno quas margine submovet infra.* Intelligit supra gentes quæ intra Isthmum comprehendebantur, nunc designat has regiones, quas Isthmus utraque ora submovet, id est, reliquam Græciam. Et forsan Poeta habuit ante oculos hos versus Ovidii, Met. VI, 419: « Quæque urbes aliæ bimari clauduntur ab isthmo, Exteriusque sitæ bimari spectantur ab isthmo. »

184. *Non fugeret diras lux intercisa Mycenas.* Id est, si tu Adrastus regnasses in tota Græcia, non sol interruptus fugisset diras Mycenas: et tangit fabulam, qua sol dicitur refugisse in sua vestigia, ne videret convivium in quo Atreus Thyesti fratri filios epulandos apposuerat. Sed veritatis hoc est, ut dicit Hyginus, Atreum apud Mycenas primum solis eclipsim observasse: cui invidens frater, ex urbe discessit. Vide ad notam 325 lib. I, pag. 63, huj. tom. ubi hunc versum adduximus, quæ de hac locutione *lux intercisa* diximus. A.

185. *Sæva nec Eleæ gemerent certamina valles.* Alludit ad fabulam qua dicitur Œnomaus procos filiæ suæ Hippodamiæ victos certamine curru occidisse. — *Eleæ.* Quia stadium Œnomai erat in Elide. Vide supra, lib. I, not. 275, hujus tom. p. 55.

186. *Eumenidesque aliis aliæ sub regibus.* Reg. B, *Eumenidesque aliæ aliis sub regibus*, Reg. C nost. lect. A. — *Eumenidesque aliis*, etc. Non gemerent Furiæ sub his et illis aliis Græciæ regibus. Videlicet ipsæ furiæ non satis esse indicantur tot Regulorum insaniis. Lassari dicit dæmonas malos ipsosmet tot incestis, parricidiis, cædibus, dolis, quorum tragicum theatrum fuit isto tempore Græcia. Barth.

187. *Tu potior, Thebane, queri.* *Tu potis es, Thebane* Taurin. Burman. et unus Behot. *Tu potis Thebane* alter Behot. — Reg. B nost. lect. præbet, quam exhibebat etiam Reg. C, sed nunc a sec. man. supra *potior* scriptum *potis es.* A. — *Tu potior, Thebane, queri.* Id est, nec essent ea, de quibus tu potiori jure quereris, o Thebane: mens vero totius loci est: Nec crimina committerentur sub aliis regibus, nec tibi denegaretur regnum, o Thebane: floreret enim virtus sub Adrasti imperio, et jus suum unicuique tribueretur. — *Nos vero volentes.* Adi Excursum.

188. *Sic interfatus, et alter.* Glossographus: « Pro se pauca interlocutus, de more militari, plura et cætera Polinici et Adrasto relinquens. » Verbo utitur et Theb. VII, 290: « Dixerat, et paullum virgo interfata docenti. » — *Alter.* Polynices, scilicet.

Subjicit : « Anne aliquis soceros accedere tales
Abnuat? exsulibus quanquam patriaque fugatis
Nondum læta Venus, tamen omnis corde resedit
Tristitia, affixique animo cessere dolores.
Nec minus hæc læti trahimus solatia, quam si
Præcipiti convulsa Noto, prospectet amicam
Puppis humum : juvat ingressos felicia regni
Omina, quod superest fati vitæque laborum
Fortuna transire tua. » Nec plura morati,
Consurgunt, dictis impensius aggerat omne
Promissum Inachius pater, auxilioque futurum
Et patriis spondet reduces inducere regnis.
Ergo alacres Argi, fuso rumore per urbem
Advenisse duci generos, primisque Hymenæis

190. *Exsulibus quanquam patriaque fugatis Nondum læta Venus.* Exsulibus cuim ac extorribus nihil dulce potest esse. — *Læta Venus.* Quia vota suut ista felicium.

191. *Omuis corde resedit Tristitia.* « Velut tempestas, iuquit Barthius, quum pacatur cælum; abinde cuim est trauslatio. »

193. *Nec minus.... trahimus solatia.* Reg. B, *solacia;* Reg. C, *solatia.* A. — *Trahimus solatia.* Nobis assumimus, in nos attrahimus. Ductum a rebus quæ halitu aut potu attrahuntur. Barth.

194. *Præcipiti convulsa*, etc. Comparatio adumbrata ex Homerica Odyss. 4.

195. *Juvat ingressos felicia regni Omina.* Pro, juvat ingressos felicibus ominibus regnum tuum.

196. *Vitæque laborum.* Vitæ ipsins, quæ quum sine labore nunquam sit, *labores* pro illa usurpare receptum est. Sic *labor ævi*, etc.

197. *Fortuna sua.* Sub tutela fortunæ tuæ : enitendum est enim miseris, ut adjungautur felicibus : nam sperare possunt eorum patrocinio se adversam fortunam superaturos. Et videtur Poeta illud Lucani ante oculos habuisse, VIII, 487 : « fatis accede, Deisque, Et cole felices. »

199. *Inachius pater.* « Pater, id est, socer. » Gloss. MS. quia parentis locum *socer* obtinet.

200. *Et patriis spondet reduces inducere regnis.* Taurin. *reduces reducere.* — *Et patriis.... regnis.* Idem tradit Apollodorus lib. III.

201. *Alacres Argi.* Famam ait munus suum implere, ut intra aulam conclusa per urbem statim notescerent. Alacritatem populi uotat, cui omnia facta boni Regis placeut, quod sæpissime experti, facile intelligimus. A.

202. *Advenisse duci generos.* Unus Behot. *adventasse*, et pro v. l. *advenisse.* — *Primisque Hymenæis.*

Egregiam Argian, nec formæ laude secundam
Deipylen, tumida jam virginitate jugari,
Gaudia mente parant: socias it Fama per urbes,
Finitimisque agitatur agris; procul usque Lycæos
Partheniosque super saltus, Ephyræaque rura.
Nec minus Ogygias eadem Dea turbida Thebas
Insilit, et totis perfundit mœnia pennis,

Sic Theb. III, 691: « Ex quo primus Hymen. » Silius Ital. III, 64 et seq. « Virgineis juvenem tædis, primoque hymenæo Imbuerat conjux, memorique tenebat amore. » Ubi *primus* dicitur sine respectu ad secundas nuptias. Et *Hymenæus* hic sumitur pro nuptiis: Hymen enim seu Hymenæus nuptiis præsidet. vide etiam quæ ad vs. 73, lib. XVII, Sil. Ital. adnotavimus. Ed.

204. *Deipylen, tumida jam virginitate jugari. Deiphilen* Aldd. Colin. Plaut. Gevart. Amstel. Gronov. Barth. Delph. et alii. Scribendum *Deipylen;* nam Græcis Δηϊπύλη est; et sic correxit Gronovius in Erratis: male tamen Editores Bipontini, *Deiphylen*, quod erat mutandum. — Reg. B, *Deipylen;* Reg. C, *Deiphilen.* A. — *Tumida jam virginitate.* Prudentius contra Symmach. lib. II, « Quum thalamis habilis tumuit vigor. » Virginibus enim in plena pubertate corpus intumescit, præsertim pectus et mammæ, hinc *tumida virginitas.* Turn. lib. XXV, cap. ult. — *Jugari.* Tradi in conjugium: Exprimit, de more, ista Maroniana, Æneid. I, 345: « Cui pater intactam dederat, primisque jugarat Ominibus » sed simpliciter *jugari* posuit Papinius pro *Nubere.*

205. *Gaudia mente.* Id est, dum votis Deos exagitant, videntur parare quod gaudeant: ordo ergo, alacres Argi gaudia mente parant. Lactant. — *It fama per urbes.* Nuptialis rumor, nemine nempe non favente, latissime spargitur. Claudianus, XIV, 37: « Hæc vox per populos, per mare transeat: Formosus Mariam ducit Honorius. » Sic conjunctionem Didonis et Æneæ fama undique propalat. Virg. Æn. IV, 173: « magnas it Fama per urbes. »

206. *Finitimisque agitatur agris. Finitimis agitatur* optimæ Barthii membranæ, Taurin. et Bebot. — *Lycæos Partheniosque.* Montes Arcadiæ: et in Lycæo templum est Panos, in quo natus asseritur. Unde Virg. Æneid. VIII, 344, « Panos de more Lycæi. » Famam ergo ait in hæc loca penetrasse.

207. *Ephyræaque rura.* Corinthia; Corinthus enim prius Ephyre dicebatur. Berald. — Corinthiorum regioni confinia extrema posuit. Corynthus namque a mari Arcadiam, a terra Peloponnesum claudit. Lactant.

208. *Ogygias.* Ab Ogyge, vel conditore Thebarum, vel rege Bœotiæ. — *Dea turbida.* Fama, quæ turbas excitat, terroremque fert.

209. *Insilit, .... perfundit mœnia pennis. Insilit et totis* Lipsian. et Venett. *perfudit* Taurin. — Reg. B, *Insilit, hæc totis perfundit mœ-*

Labdaciumque ducem præmissæ consona nocti
Territat, hospitia, et thalamos, et fœdera regni,
Permixtumque genus: quæ tanta licentia monstro?
Quis furor est? jam bella canit; diffuderat Argos
Exspectata dies: læto regalia cœtu
Atria complentur, species est cernere avorum

*nia pinnis;* Reg. C, *Insilit, hæc totis.... pennis.* A. — *Totis pennis.* Fama enim alas habet. Vide hujus descriptionem Æneid. IV, 174 et sqq. et Ovidii Met. XII, 43 et sqq. et quæ adnotavimus ad vers. 16, Carm. IV, Silv. lib. V; nost. edit. tom. I, pag. 680.

210. *Labdaciumque.... consona nocti.* « In optimo libro est *noctis;* quod repudiandum tamen purior illa locutio evincit. » Barth. — *Labdacium.* Eteoclem: patronymicum ab avo Œdipi, hujus proavo. — *Consona nocti.* Convenientia, ut nihil a somniis discreparent. Conveniens ergo cum somno præcedentis noctis, qua a Laio in Tiresiæ effigiem mutato, Eteocles fuerat admonitus: vel ipsa fama consona præmissæ nocti, id est, quæ nuper exacta est, qua Laius avus futura visus est commonere. Consona inter convenientem famam cum præmissis Laii, qui ait superius vs. 112: « Dant animos socer augurio fatalis Adrastus Dotalesque Argi. »

212. *Permixtumque genus.* Connubio et affinitate. — *Monstro.* Famæ. Sic Virgilius de Fama, Æn. IV, 181: « Monstrum horrendum, ingens, etc. »

213. *Jam bella canit.* Nisi Eteocles regnum sponte redderet, rumor erat Polynicem, fretum auxilio soceri, illud armis repetiturum. — *Jam bella.* Quæ nulla tamen adhuc erant: nemo enim sciebat an cessurus esset annum suum Polynici Eteocles, an secus. Timor autem hominum facile talia comminiscitur conjecturis ex ipsa trepidatione suntis. Pulchre Claud. XXVI, de Bel. Get. 262: « Malus interpres rerum metus omne trahebat Augurium pejore via. » Vide not. ad hunc versum, nost. edit. tom. II, pag. 64.

215. *Species est cernere avorum.* Tangit hic morem Romanorum: in atriis enim majorum imagines collocabant. Virgil Æneid. VII, 178 et sqq. « Quin etiam veterum effigies ex ordine avorum Antiqua e cedro. » Plinius, lib. XXXV, c. 2: « Aliter, inquit, apud majores in atriis hæ imagines erant, quæ spectarentur, non signa externorum artificum, nec æra, nec marmora: expressi cera vultus singulis disponebantur armariis, ut essent imagines, quæ comitarentur gentilitia funera; semperque defuncto aliquo, totus aderat familiæ ejus, qui unquam fuerat, populus: stemmata vero lineis discurrebant ad imagines pictas. Tablina codicibus implebantur, et monumentis rerum in magistratu gestarum. » Porro ejusmodi majorum imagines cum titulis suis in prima parte ædium collocabantur, ut posteri eorum

Cominus, et vivis certantia vultibus æra.
Tantum ausæ perferre manus! pater ipse bicornis
In lævum prona nixus sedet Inachus urna.
Hunc tegit Iasiusque senex, placidusque Phoroneus,
Et bellator Abas, indignatusque Tonantem

virtutes non solum legerent, sed etiam sequerentur ac imitarentur, ut tradit Valerius Maximus. Non autem omnibus imaginem sui ponere licebat, sed iis tantum qui magistratus curules gesserant: quales fuerunt ædiles curules, prætores, censores, et consules.

216. *Cominus.* Reg. B, *Comminus*, Reg. C, nost. Lect. A. — *Et vivis certantia vultibus æra.* Virgil. Æneid. VI, 849, « vivos ducent de marmore vultus. » Bernartius in Omissis ultimam vocem *æra* reformat in *ora*, ex Lipsio, qui negat ullam in atriis fieri *æris* mentionem. Sed certe locum hunc non examinavit eruditus interpres. Mox enim describitur Inachus bicornis sedens et nixus prona urna. Atqui id absurdum est dicere de imaginibus illis cereis, quæ nimirum vultus duntaxat exprimebant, ut ex Plinio constat, loco supra laudato: quumque idem scribat alias circa limina fuisse imagines ex solidiore materia, idque ex Virgilio supra, quid vetat in atriis collocare statuas ex *ære*, quo nihil fere perennius, aut ad memoriam posteritatis aptius? Firmat autem lectionem hanc, *æra*, Ovid. F. VI, 363, « Vidimus ornatos, ærata per atria, picta Veste, triumphales occubuisse senes. » Sed correxit etiam Lipsius, et legit *cerata*. Vide cum Elect. I, cap. 29, ubi morem hunc, quem taugit hic Papinius, fuse explicat. — Reg. B, *æra;* Reg. C, *æra* et ad margin. alio stilo *æreas imagines*. A.

217, 218. *Tantum ausæ perferre manus.* Hanc scripturam agnoscit Lactantius; agnoscit etiam præstans ille codex, glossam adjiciens: « Tantum studuerunt efficere manus artificum. » Barth. Ita quoque Petr. Taurin. Burm. et nonnulli. *Proferre* Put. Cruc. et alii, et sic scribendum docet Markland. ad Silv. V. 3, 132. *Præferre* Dan. et Buslid. — Regg. B et C, *perferre;* Reg. B, *bicorni* exhibet. A. — *Ausæ. Audaces* pictores, sculptoresque, ac cognatæ artes, operaque eorum *improba* et *audacia* dicuntur, utpote naturæ æmula. — *Pater ipse bicornis.... Inachus urna.* Inachus, primus rex Argorum, in flumen sui nominis mutatus dicitur. Repræsentabantur autem fluvii tauriformes (unde *bicornis*), et innixi urnis emittentibus aquam. Virgilius, Æn. VII, 792: « Cælataque amnem fundens pater Inachus urna. »

219. *Iasius.* Iasus Triopæ filius, rex Argorum. Vide Pausaniam Corinthiacis. — *Placidusque Phoroneus.* De Phoroneo, vide lib. I, 252. Dicitur *placidus*, quod feros, ut notavimus, hominum mores mansuefecerit, et dispersos coegerit in unius urbis jus.

220. *Abas.* Abas Lyncei filius, rex duodecimus Argorum. Dicitur *bellator*, quia fuit vir fortis et solertis ingenii, et ab eo reges Argorum

Acrisius, nudoque ferens caput ense Corœbus,
Torvaque jam Danai facinus meditantis imago :
Exin mille duces; foribus quum immissa superbis
Unda fremit vulgi; procerum manus omnis, et alto
Quis propior de rege gradus, stant ordine primi :
Interior sacris calet, et sonat aula tumultu
Femineo : casta matres cinxere corona

Abantiadæ dicti sunt : pater fuit Prœti et Acrisii. — *Indignatusque Tonantem Acrisius*. Acrisius, rex Argorum, Abanti patri successit. Dicitur *indignatus Tonantem*, quod ubi rescivit Danaen filiam peperisse ex Jove filium, illam in arcam inclusit cum puero, arcamque in mare projecit. Nota fabula Danaes.

221. *Nudoque ferens caput*. Vel suum altius ferens, vel illius quod occiderat monstri. Ut seipsum interficeret, si ab Apolline læderetur. Sane monstri caput ferre non potuit, quia tale cadaver fuerit, ut nec aves illud tangerent, ut descripsit Noster in fin. lib. superioris. Barth. — *Corœbus*. Hic est, qui, ne Argi pestilentia laborarent, Apollini se perimendum obtulit, et veniam meruit. Lactant.

222. *Torvaque jam Danai facinus meditantis imago*. Danaus hic, pulso Gelanore Agenoris filio, Argorum imperium obtinuit. Monitus vero ab oraculo se a fratris filio interfectum iri, procuravit nuptias suarum filiarum cum filiis sui fratris Ægypti: totidem enim filiæ erant Danao, quot filii fratri: filiabusque præscripsit, ut prima nocte sponsos occiderent : quod et illæ fecerunt; sola Hypermnestra Lynceo pepercit, qui postea Danaum occidit. — *Torva*. Ut qui jam meditabatur tantum scelus. — Adi Excurs. et ibi invenies quæ de his narrat Lactantius. A.

223. *Exin mille duces; foribus quum immissa superbis*. *Exhinc mille duces; foribus commissa superbis* Taurin. et Behot. 1, a manu secunda; *Exin mille duces; foribusque immissa superbis* Behot. Burm. Aldd. Colin. et Basil. quod probat Burmannus; ita etiam Heinsius ad Claud. XV, 138. *Exin mille duces; foribus cum immissa* Dan. Put. Petav. et cæteri. — Reg. B nost. lect. Reg. C, *foribus commissa superbis*.

224. *Unda fremit vulgi*. Imitatus est Virgil. Georg. II, 462 : « Mane salutantum totis vomit ædibus undam. »

225. *Quis propior de rege gradus*. Illi qui propiore gradu seu sanguinis seu dignitatis regem attingunt.

227. *Casta matres cinxere corona*. Behott. 1, 2, Taurin. et Dan. *casta matrum*; sed in vetustiore Behot. pro v. l. *casta matres*. — Reg. B nost. lect. Reg. C, *casta matrum*. A. — *Matres cinxere corona*. *Corona* hic eodem sensu sumitur, quo superiori libro, vers. 612 : « latus omne virum stipante corona, » pro turba et circulo circumstantium matronarum Argivarum. Mos enim novis nuptiis adesse matronas. Claudianus, XXXV, 322 et seq. de

Argolides : pars virginibus circum undique fusæ
Fœdera conciliant nova, solanturque timorem.
Ibant insignes vultuque habituque verendo
Candida purpureum fusæ super ora ruborem,
Dejectæque genas : tacite subit ille supremus
Virginitatis amor, primæque modestia culpæ

nnptiis Proserpinæ : « Reginam easto cinxerunt agmine matres Elysiæ, teueroque levant sermone timores, etc. » Quidam per *coronam* hic intelligunt serta et coronas, quibus novæ nuptæ caput ornabatur. Sertorum ac coronarum nsns etiam in nuptiis. Theocritns Epithalamio Helenes : *Primæ tibi coronam ex humi nascente Loto plectentes.* Claudianus de nuptiis Honorii et Mariæ, vs. 202 et seq. « Tu festas, Hymenæe, faces ; tn, Gratia, flores Elige, tu geminas, Concordia, necte coronas. »

228. *Argolides. Argolicas* in quibusdam ; sed vide Nic. Heins. ad Ovid. tom. I, p. 45. — *Argolides.* Sic Ovidio. *Argolis Alcmene* Met. IX, 276 et 313, et *Argolides puppes* Remedio Amoris, 735, et Nostro in omnibus locis præterquam in Theb. IV, 207 : « Argolicasque habitu præstabo maritas. » Ubi etiam *Argolidas* legendum est. Beralo. — Regg. B et C nost. lect. A. — *Pars virginibus circum.* Repetendum *virgines.* Casta aliæ matres corona cinxere virgines, aliæ undique circumfunduntnr, nt nuptiarum bona commendent, et puellarum timorem eximant. Barth.

229. *Fœdera conciliant nova.* Taurin. *conciliant sacra.* — *Solanturque timorem.* Hunc locum imitatus Claudiauus loco supra citato ; quem adire si velis, invenies, nost. edit. tom. II, pag. 246, notam in hanc locutionem.

230. *Vultuque habituque verendo.* Behott. 1, 2, *habitu vultuque verendo.* — *Ibant.* Mire gravitatem incessus spondæis repræsentat. Pariter eadem versus initiali voce, quæ magistra fuit hujns loci Papin. Virgil. Æn. V, 269 : « Ibant purpureis evincti tempora tæniis. »

231. *Candida purpureum fusæ super ora ruborem.* « Hæc est verissima lectio, quam et optimi codicum repræsentant. » Barth. Ita quoquoque Lipsian. Laur. Petrens. Burman. Gronov. et alii. *Pudorem* exhibent Behott. 1, 2, Lang. Buslid. Dan. Taurin. Petav. et Put. quod receperunt Lindenbrog. et Cruc. — Regg. B et C, *pudorem* habent. A.

232. *Dejectæque genas : tacite subit ille supremus.* Laur. Lipsian. Behott. 1, 2, Dan. Put. alii, cum Aldd. Colin. Lindenbrog. et Cruc. *tacitæ* ; Barth. in Advers. lib. XXV, cap. 18, scribi jussit *tacite ;* et sic in edd. Grasser. Gevart. Gronov. et Delph. quod testantur etiam Cant. Petrens. et Taurin. — Regg. B et C, nost. lect. Reg. C supra *subit* scriptum *illas.* A. — *Dejectæque genas.* Sic, Epithalamio Stellæ, de Violantilla dicit Noster, Silv. I, 2, 12 : « Lumina demissam, et dulci probitate rubentem. »

233. *Primæque modestia culpæ.* In optimis Barthii membranis hic

Confundit vultus : tunc ora rigantur honestis
Imbribus, et teneros lacrimæ juvere parentes.
Non secus ac supero pariter si cardine lapsæ
Pallas et asperior Phœbi soror, utraque telis,
Utraque torva genis, flavoque in vertice nodo,
Illa suas Cyntho comites agat, hæc Aracyntho :
Tunc, si fas oculis, non unquam longa tuendo

error est insignitus; clare enim præferunt : *molestia culpæ*. Quod quidem nulli bono est. *Modestiam* pro verecundia et tenero metu posuit, plane virginibus apte loquens. *Modestia* est castigatio cupiditatis, indulgentiæ opposita, ut docet Tertullianus, Exhort. ad Castitatem, 9. — Pulchre Lactantius : « culpam putant amissionem virginitatis. » Noster, Achill. II, 273 : « primæ puerilis fabula culpæ. »

234. *Honestis imbribus*. Ob honorem erumpentibus, non ob dolorem aut condolentiam. *Imbres* pro densioribus lacrimis ubique occurrunt, suntque ex antiquissimis Hebræorum canticis, puto, desumti. A.

235. *Et Teneros lacrimæ juvere parentes*. « Somniavimus olim (Advers. lib. XXII, cap. 22) *memores* hic rescribendum; sed spernenda non est adolescentis nostra conjectura : *lacrimæ juvere pavores;* quæ sane esset elegans sententia et lectio. » Barth. Vide Adv. lib. XXV, cap. 18. — *Et teneros lacrimæ juvere parentes*. Quia lacrimæ erant signum ingenui pudoris.

236. *Si cardine lapsæ*. « Non descendentes, ut mortales : sed lapsæ ut cælestes. » Scholia prisca. *Lapsus* volatum denotat. Virgil. Æn. III, 225 : « At subitæ horrifico lapsu de montibus adsunt Harpyiæ. » Inde numinum descensus. Valerius Flacc. Argonaut. I, 91 : « Accepere Deæ, celerique per aera lapsu Diversas petiere vias. »

237. *Asperior Phœbi soror*. Diana. — *Asperior*. Fratre scilicet, quia ille mites excoluit artes, ut musicam, et medicinam : illa vero duriores et asperiores, ut venationem. — *Telis*. Id est, armis.

238. *Utraque torva genis*. Aliquid enim torvi habebant in vultu hæ Deæ, quod contraxerant ex exercitationibus, quibus deditæ erant : Pallas enim bello operam dabat ac præsidebat; Diana vero venationi, quæ species est belli.

239. *Illa suas Cyntho comites agat, hæc Aracyntho*. Optimæ Barthii membranæ : *Chinto c. a. h. Arachinto*. — Reg. B, nost. lect.; in Reg. C hic versus et sequens deerant, sed nunc alio stilo adscripti. A. — *Cyntho comites*. Cynthus mons Deli, Dianæ sacer, unde *Cynthia* Diana dicta est. — *Aracyntho*. Aracynthus mons Atticæ, sacer Minervæ. Unde Virgil. dicitur Ecl. II, 24, « Actæus Aracynthus. »

240. *Tunc, si fas oculis, non unquam longa tuendo*. Ald. 2, Colin. et Basil. *nonnunquam*. « Non dubito quin hæc commentitia sit lectio, ac omnino rescribendum :

Expedias, cui major honos, cui gratior, aut plus
De Jove, mutatosque velint transumere cultus,
Et Pallas deceat pharetras, et Delia cristas.
Certant lætitia, Superosque in vota fatigant
Inachidæ, quæ cuique domus, sacrique facultas.
Hi fibris, animaque litant, hi cespite nudo:
Nec minus auditi, si mens accepta meretur

*non unquam.* » Bern. At si inspexisset Ald. 1, vidisset *nonunq̄*; unde error ortus est; *non unquam* exhibeut omnes codd. cum edd. Plant. Gevart. Grass. Amstel. et rcecott. et Regg. B et C. A. — *Si fas oculis.* Supple, Deas cernere. Mortalibus *enim* adspicere cælites non concessuio est. — *Non longa tuendo.* Id est, quamvis diu *intuearis.*

241. *Honos.* Jam observavimus *honorem* Nostro snmi quandoque pro pulcbritudine, ut supra, vs. 160: « Quaotus honos, quantusque pudor. »

242. *De Jove, mutatosque velint transumere cultus.* Put. Pctav. alii cum Venett. Aldd. Gevart. Lindeobrog. et Cruc. *mutatosque velit*; Petrens. Caotab. Behott. 1, 2, Dan. cum Amstel. Gronov. et receott. *mutatosque velint*; quod probat Burmannus. — *Mutatosque velit transumere.* Omnino bene optimæ membranæ, *velint.* Omissio est voculæ *si*: si *velint.* De ambabus enim puellaribus Deabus loqoitur insimul. Habuerunt eam veram scripturam et Lindcbrog. et Bebotiani libri. Barth. — *De Jove.* Utraque eoim erat filia Jovis. — *Mutatosque velint transumere cultus.* Addeodum *si*, et si velint, etc. Id est, si permntarent babitos iosigniaque.

243. *Et Pallas deceat pharetras.* « Stupide in ooonullis exemplaribus scriptis: *Et Pallas doceat.* » Barth. — *Et Pallas deceat pharetras.* Hypallage, id est, Pharetræ decerent Palladem. Pharetra autem erat eum arcu insigne Dianæ: sicut galea, cui crista apponitur, lancea, et ægis erant insignia Palladis. — *Delia.* Diaua a Delo insula, in qua nata cst.

244. *In vota fatigant.* Noster etiam, Silv. V, 1, 72, Pietatc Abascantii: « dnm nocte dieque fatigas Numina. » Et Horat. I, Od. 2, 26: « prece, qua fatigent Virgines saoctæ minus audieutem Carmina Vestam. » Id est, diu invocant.

245. *Inachidæ, quæ cuique domus, sacrique facultas.* Io optimo libro cst *sacrisque*, scd perperam. Barth. — *Inachidæ.* Argivi. — *Quæ cuique domus, sacrique facultas.* Id est, unusquisque pro viribus sacra faciebat.

246. *Animaque.* Id est, vivis hostiis, victimisqne. — *Cespite nudo. Farre*, quod idcirco *pium* vocat Virgilius, Æneid. V, 745.

247. *Nec minus auditi, si mens accepta meretur.* Stolta omoino lectio, licet mnlti eam libri defendant. Quid eoim mirum audiri eos, qui mentem suam probant Superis? At optimæ membranæ, conditionem omnem seponentes: *sic mens*

Thure Deos, fractisque obtendunt limina silvis.
Ecce metu subito, Lachesis sic dira jubebat,
Impulsæ mentes; excussaque gaudia patris,
Et turbata dies: innuptam lumine adibant

*accepta meretur.* » Barth. — Reg. B, *si mens accepta merentur.* Reg. C, nost. lect. alio calamo super *accepta* scriptum *deis.* A. — *nec minus auditi.* Sensus: Nec minus auditi sunt illi, qui thure Deos placant, quam illi qui hostias immolabant. Victimarum enim loco sola etiam bona conscientia Diis litatur. Sicut Pers. II, 73: « Compositum jus fasque animi, sanctosque recessus Mentis, et incoctum generoso pectus honesto! » De hoc vide Exc.

248. *Fractisque obtendunt limina silvis.* Burmanni codex: *lumina.* — *Fractisque obtendunt limina silvis.* Ex more veteri, quo in omni publica privataque lætitia receptum, qua templa, qua januas ædium, ornari tam floribus quam ramis. Exempla passim obvia. Ad lucem Papinii nostri, Juvenalis, Satir. VI, vs. 227: « Ornatas paullo ante fores, pendentia linquit Vela domus, et adhuc virides in limine ramos. » Catullus in Nuptiis Pelei, 293: « Vestibulum ut molli velatum fronde vireret. » Bernart.

249. *Lachesis sic dira jubebat.* « Omnino *dura* scribendum, ut edidit Lindenbrogius, et noster codex confirmant. » Barth. *dura* habent etiam Dan. Petav. et Put. *dira* Behott. 1, 2, Petrens. Gevart. Amst. Gronov. Delph. et alii. — Regg. B et C, *dura.* A. — *Lachesis.* Una e Parcis: unam pro omnibus posuit.

250. *Impulsæ mentes; excussaque gaudia patris.* Put. Petav. optimæ Barthii membranæ, ejusdem duo alii, Busl. Lang. Gruc. Gevart. et Grasser. *gaudia vulgi*; quod minime contemnendum putat Barth. *gaudia patris* Petrens. Burm. Taurin. Behot. 1, Lips. Amstel. Gron. et Delph. *gaudia patrum* Behot. 2, et alius Barthianus; *gaudia patri* Nic. Heinsius ad Sil. Ital. II, 592. — Reg. B, *exussaque gaudia patri;* Reg. C, *excussaque gaudia vulgi.* A. — *Impulsæ mentes.* « Vi concussæ. » Gloss. Virg. Æn. X, 68: « Italiam fatis petiit auctoribus, esto, Cassandræ impulsus furiis. »

251. *Innuptam lumine adibant.* Taurin. Buslid. Petav. Put. Behott. 1, 2, Aldd. Gruc. nonnulli *limine;* Petrens. Lang. Cantab. omnes Barthiani, Gevart. Grasser. Amstel. Gronov. et recentt. *lumine*, probante Burmanno, cujus codex exhibet: *innuptæ limina adibant Pallados;* quod tamen versus non admittit. — *Innuptam limine.* Audi Langii scriptum librum: *innuptam lumine.* Plane id germanum est. Respicit faces nuptiales; nam paucis versibus interjectis inquit: « Præmissasque faces, festum nubentibus ignem, Obruit. » Bernart. — *Lumine adibant.* Quidam codices, *limine*, habent. Sed melius *lumine.* Colebantur enim numina luminibus accensis ritu usitato, præsertim Pallas et Diana, quibus virgines nupturæ initiabantur. *Lumine* ergo adibant Pallada, facibus nempe nuptialibus. Sed et vulgari genere

Pallada; Munychiis cui non Argiva per urbes
Posthabita est Larissa jugis : hic more parentum
Iasides, thalamis ubi casta adolesceret ætas,
Virgineas libare comas, primosque solebant
Excusare toros : celsam subeuntibus arcem
In gradibus summi delapsum culmine templi

luminum Dea coli poterat extra nuptias. Noster infra : « Actæas tibi rite faces, et ab arbore casta Nectent purpureas niveo discrimine vittas. » Berald. — Reg. B, *limine;* Reg. C, *lumine.* A.

252. *Munychiis cui non Argiva per urbes. Monichiis* Petrens. Cantab. Dan. Petav. et Behot. 1, 2, et sic etiam legebat Lactantius, vetus Scholiastes; *Monychiis* Taurin. et Burman. et ita ex codd. legi jussit Nic. Heinsius ad Ovid. Metam. II, 709, ubi vide Burmannum. Conf. Juvenal. Sat. II, 254, et Kœnig. ad Pers. Sat. I, 4, Stephanus Byzantinus utrumque Μουνυχία et Μουνυχία agnoscit. *Munichiis* edd. vett. — Reg. B, *Monychiis;* Reg. C, *Monichiis* exhib. A. — *Munychiis.* I. e. Atticis : Munychia enim erat tumulus in Cherronesi formam curvatus, a quo murus quadraginta stadiorum longitudine extendebatur, Athenas cum Piræo, duobusque aliis portubus conjungens. Athenis etiam religiose culta Pallas.

253. *Posthabita est Larissa jugis : hic more parentum. Huic more parentum* legendum putavit Jortinus in Obss. Misc. tom. I, p. 197. — Regg. B et C, nost. lect. A. — *Larissa.* Arx Argorum, in qua Minerva habebat templum. Vide Pausaniam in Corinthiacis.

254. *Iasides, thalamis ubi casta adolesceret ætas.* Idem Jortinus vellet etiam : *ubi justa adolesceret.* Taurin. *adoleverat.* — Regg. B et C, nost. lect. A. — *Iasides.* Argivæ, ab antiquo Argorum rege Iaso, de quo supra, lib. I, 541, huj. tom. pag. 95.

255. *Virgineas libare comas.* Ut milites arma sua Diis militaribus suspendebant, sic virgines comas etiam Deæ virgini, cujus in tutela prius fuerant, libabant. Sic etiam, Fortunæ Virginali, ornatus virginales, puellæ, quæ ad mulierum nomen ibant.

256. *Excusare thoros.* Lactant. « In templo Minervæ solebant virgines nupturæ placare Deam, quæ sit fautrix virginitatis, quod necessitate et lege naturali nubere cogebantur. »

257. *In gradibus summi delapsum culmine templi.* Dan. Put. et Petav. *delapsus,* ut edidere Lindenbrog. et Cruc. *delapsum* in aliis codd. et edd. vett. — Reg. B, *delapsus;* Reg. C, nost. lect. A. — *Summi templi.* Templis figebantur *Heroum clypei,* ad perpetuam rerum gestarum memoriam. Hor. I, Od. 28 : « habentque Tartara Panthoiden iterum Orco Demissum ; quamvis clypeo Trojana refixo Tempora testatus. » Euphorbi enim clypeum detraxerat Pythagoras summo Templi poste, se eumdem sub ejus

Arcados Euippi spolium cadit æreus orbis;
Præmissasque faces, festum nubentibus ignem,
Obruit, eque adytis simul exaudita remotis
Nondum ausos firmare gradum tuba terruit ingens.
In regem conversi omnes formidine prima,
Mox audisse negant: cunctos tamen omina rerum
Dira movent, variisque metum sermonibus augent.

persona illuc Trojanis temporibus fixisse memorans. Res pervulgata.

258. *Arcados Euippi spolium cadit æreus orbis. Euhippi* Dan. Put. Petav. Lindenbr. Cruc. et Gevart. *Enhippi* Ald. 1, *Euripi* Taur. Burmann. Behott. 1, 2, Lanr. Ald. 2, Colin. Gryph. et Bas. *Euripi* codd. Barthiani, *Euchippi* Lipsian. et Buslid. *Euippi* Amstel. Gronov. et Delph. — Reg. B, *Heuippi;* Reg. C, *Euhippi* exhibent. A. — *Arcados Euippi.* « *Euippus*, inquit Lactantius, rex Argivorum miræ felicitatis fuit, cujus clypeum, qui apud Argos rem fortiter gessisset, accipiebat, ut illo per urbem incedens honestaretur. » Sed quum Euippus ille Lactantii nec a Pausania, nec ab Eusebio, numeretur inter reges Argivorum, et hic dicatur *Arcas*, verisimilius est, clypeum illum, de quo hic agitur, detractum fuisse Enippo illi Arcadi a quodam rege Argivorum, et in culmine templi, ut spolium hostis positum.

259. *Præmissasque faces, festum nubentibus ignem.* Quia tædis accensis deducebantur novæ sponsæ ad templum.

260. *Eque adytis simul exaudita remotis.* Vide Excursum ad calcem hujus libri.

261. *Nondum ausos firmare gradum tuba terruit ingens.* Burmanni codex: *conferre gradum.* — *Nondum ausos firmare gradum tuba terruit.* Titubaverant enim ipsis gradus formidine, propter primum ac dirum omen extinctarum tædarum a clypeo lapso Euippi. — *Tuba.* Tuba clangor. Et clangor tubæ portendebat bellum: tubarum enim clangorem, ut et crepitum armorum, ac sonitum tympanorum referunt auctores inter præsagia belli. Vide Valerium Maximum I, 6, de Prodigiis.

262. *In regem conversi omnes formidine prima.* « Ad regem novitate rei perculsi vultus vertebant, ab eo auxilium sperantes, si quæ subita clades incubuisset post prodigia. Quum ea nihil damni sequeretur, obliviscuntur statim portentorum. » Schol.

263. *Mox audisse negant. Mox rediisse* Lactant. in comment. — *Mox audisse negant.* More aulicorum, qui adulantes regibus negant se audivisse, quæ sciunt haud grata iis fore. — Ut homines, ait Lactantius; suspicionem sedarent, more vulgi potentibus blandientes audisse se negant, quæ constabant gaudiis obfutura.

264. *Dira movent. Dira monent* in quibusdam scriptis. Behott. 1, 2, *terroribus*, et pru v. l. *sermonibus.*

Nec mirum : nam tu infaustos donante marito
Ornatus Argia geris, dirumque monile
Harmonies : longa est series, sed nota malorum
Prosequar, unde novis tam sæva potentia donis.
Lemnius hæc, ut prisca fides, Mavortia longum
Furta dolens, capto postquam nihil obstat amori
Pœna, nec ultrices castigavere catenæ,

265. *Nec mirum : nam tu infaustos donante marito.* In iisdem codd. *nam tum infaustos.* Quam lect. præbet etiam, Reg. B; Reg. C, nostram. A.—*Donante marito.* Sponso Polynice qui monile illud sibi suisque omnibus fatale Thebis proficiscens secum exportarat. A.

266. *Ornatus Argia geris.* Dicit non esse admirandum, quod adversum omen acciderit : siquidem Argia uxor Polynicis funestum monile acceperit, et repetit originem hujus muneris, quod à Vulcano Veneri fabricatum fuisse dicitur, et deinde Harmiones fuit, postremo reginarum omnium, quæ Thebis vixerunt, quas istius monilis omine dicit infeliciter deperiisse.

267. *Harmonies. Hermiones* Taurin. Burm. unus Behot. alii; *Hermionæ* alter Behot. *Armione* Dan. *Harmoniæ* Barth. Vide Munker. ad Hygini Fab. VI. — *Harmonies.* Plerique libri turbant hoc nomen, ut et qui Papinium illustrare annisi, præter doctissimum Barclaium. Veram scripturam servat magnus et bonus ille noster. *Harmonia* est, Martis et Veneris proles, Cadmi conjux, qui conjugi monile hoc, Vulcani opus, dono dedit. Barth. — Reg. B, *Harmonies;* Reg. C, *Hermione* exhibent. A.

268. *Prosequar, unde novis tam sæva potentia donis. Persequar* Taurin. Burm. Pro *tam sæva*, in Behot. *sit tanta.* — *Novis donis.* Glossographus, id est *magnis* : sed *nova* dona hic monstrosa sunt, et inauditæ catenus malignitatis.

269. *Lemnius hæc, ut prisca fides, Mavortia longum. Lemnius est* unus Behot. *longum* omnes codd. Barthii, uterque Behot. Dan. Put. alii, et sic edidere Lindenbr. Cruc. Grasser. Gevart. Dan. Heins. in Amstel. Gronov. et recentt. *longa* Aldd. Colin. et Basil. improbante Barthio. — *Lèmnius.* Vulcanus. Dictus fuit *Lemnius*, quod dejectus de cælo decidit in Lemnum insulam ; vel quod officinam in ea insula haberet : erat enim faber Deorum.

270. *Furta dolens, capto postquam nihil obstat amori.* Reg. B, *capto postquam nil obstat amori ;* Reg. C, *Furta dolens postquam nihil obstat amori*, habebat, sed nunc a sec. manu suprascriptum *capto* exhibet. A. — *Furta.* Adulteria. *Capto amori.* Id est, captis amantibus Veneri et Marti.

271. *Ultrices catenæ.* Vulcanus, quum uxorem Venerem in adulterio cum Marte deprehendisset, lectum, in quo jacebant, subtilissimis catenis cinxit, nudosque, uti erant, Diis deridendos exposuit :

Harmonies dotale decus sub luce jugali
Struxerat : hoc, docti quanquam majora, laborant
Cyclopes, notique operum Thelchines amica
Certatim juvere manu, sed plurimus ipsi
Sudor : ibi arcano florentes igne smaragdos
Cingit, et infaustas percussum adamanta figuras,

hocque modo sibi factam injuriam vindicasse credidit.

272. *Harmonies dotale decus. Armonie* Dan. *Hermionæ* uterque Behot. *Harmoniæ* Barth. Vide supra ad v. 267. Hunc vero locum Barth. ita distinxit : *Lemnius hæc*, etc. *Struxerat. Hoc (docti quanquam majora) laborant Cyclopes; notique*, etc. — Reg. B, *Harmonies*; Reg. C, *Hermione*. A. — *Harmonies dotale decus.* Poetæ fabulantur nuptias Cadmi et Harmonies celebratas fuisse in cælo, et omnes Deos munera sua novis sponsis dedisse; Vulcanum autem hoc monile donasse. — *Sub luce jugali.* Die nuptiarum, ait Lactantius.

273. *Struxerat.* Ut rem magni operis. — *Docti.* Quanquam majora docti sunt facere, tamen hoc laboriose fecerunt.

274. *Cyclopes, notique operum Thelchines. Telchines* Taurin. et Burm. et sic Nic. Heinsius in Advers. lib. II, cap. 4, p. 232, hanc etiam lect. Regg. B et C, exhibent. A. — *Cyclopes.* Ministri Vulcani, ut jam diximus. Vide Theb. I, 458. — *Thelchines.* Thelchines alii filius Minervæ et Solis faciunt : alii Saturni et Aliopes, Rhodumque insulam tenuisse ferunt. Quidam tradunt tres fuisse, fratresque, invidos ac maleficos; qui quum vicinorum agros proventu fertiles viderent, eos consperserunt aquis Stygis, ut infœcundos redderent : dicuntur etiam adspectu solo omnia effascinare soliti. Alii confundunt eos cum Curetibus ac Dactylis Idæis, summosque fuisse artifices dicunt, veneficiorum vero famam ab æmulis fuisse dispersam. Strabo, l. VIII. — *Amica manu.* Quod significat, omnem artem operamque huic operi impendisse.

275. *Certatim.* « Nullo operam remittente, omnibus æque occupatis, demto Vulcano, qui moderabatur opus, et ipse plurimum laborabat. » Enarrator Priscus, et Glossographus.

276. *Arcano florentes igne smaragdos.* Smaragdus, gemma, qua acies oculorum recreatur, quaque nihil viridius. — *Arcano...* Quia, ut inquit Plinius, sensim radiant; quem vide lib. XXXVII, cap. 5. Adi lib. I, not. 210, ubi adtulimus hunc versum, et quæ de hac locutione diximus ad calcem ejusdem libri, p. 133. Cf. etiam Poet. Lat. Min. nost. Edit. t. IV, p. 400. En.

277. *Cingit, et infaustas percussum adamanta figuras. Jungit, et infaustæ percussum adamanta figuræ* legit Heinsius loco modo citato; conj. etiam *Vincit*, vel *Stringit*. Burmannus, *Cogit.* — *Et infaustas percussum adamanta figuras.* Adamas gemmæ species. Vide Plinium

Gorgoneosque orbes, Siculaque incude relictos
Fulminis extremi cineres, viridumque draconum
Lucentes a fronte jubas : hic flebile germen
Hesperidum, et dirum Phryxæi velleris aurum.
Tum varias pestes, raptumque interplicat atro
Tisiphones de crine ducem, et quæ pessima Ceston

lib. XXXVII, cap. 4. — *Infaustas percussam figuras.* Ἀρχαϊκῶς, pro, percussum infaustis figuris.

278. *Gorgoneos orbes.* Tale erat caput Gorgonis, seu Medusæ, ut homines hoc viso statim in lapides converterentur : maxima autem vis inerat oculis. — *Sicula incude.* Quia Cyclopes fulminum fabricatores officinam habebant in Sicilia.

279. *Fulminis extremi cineres. Fulminis hesterni cineres* Heiosius ibidem. — *Fulminis extremi cineres.* Vult Poeta cineres absoluto fulmine relictos in Siciliæ incude immixtos fuisse huic monili.

280. *Lucentes a fronte jubas.* Adi Excursum ad calcem huj. lib. — *Hic flebile germen.* In Æthiopia speciosissimum pomarium Atlanti fuit, in quo nascebantur mala aurea, quæ Hesperides custodiebant, Ægle, Arctusa, Hesperie, et draco pervigil (acceperat autem responsum, ut ea quandoque ex Jove genitus raperet); nihilominus tamen fides responsi explicata est : missusque est ab Euristeo rege Hercules Jovis filius, qui ea mala abstulit, occiso pervigili Dracone. Diximus Poetam omnia contulisse quæ gratiam facerent et timorem : ideo etiam aurum vult infame fuisse, quo monile compositum est, ut jure confirmet malum fuisse. Lact. De hoc loco vide Excurs. ad calc.

281. *Et dirum Phryxæi velleris aurum.* Phryxus et Helle insania a Libero objecta quum in silva errarent, Nebula mater eorum dicitur venisse, et arietem vellere aureo insignitum exhibuisse : in quo prædictos filios suos jussit adscendere, et in Colchos ad regem OEtam transire, ibique arietem immolare : qui quum ex præcepto matris adscendissent, illos in pelagus detulit. Helle lapsa nomen ponto dedit. Phryxus matris præcepto parens arietem immolavit, pellemque auream Martis templo dicavit, quam Jason, Æsonis filius, cum Argonautis dicitur petiisse. Hunc OEta rex libens recepit, filiamque ei dedit uxorem. Et quum ex ea liberos suscepisset, veritus est OEta ne se regno dejiceret, quod ei responsum ex prodigiis fuerat, ut ab advena Æoli progenie mortem caveret, Phryxum interfecit. At filii ejus ratem adscenderunt, ut ad avum Athamantem transirent : quos naufragos Æson excepit.

282. *Interplicat atro.* Uterque Bebot. *interplicat auro.*

283. *Tisiphones. Thisiphonis* edd. vett. — *Tisiphones de crine ducem.* Jam diximus Furias habuisse pro capillitio serpentes. — *Tisiphones.* Tisiphone una ex Furiis. — *Quæ pessima Ceston.* Etiam vim illam

Vis probat : hæc circum spumis Lunaribus ungit
Callidus, atque hilari perfundit cuncta veneno.
Non hoc Pasithea blandarum prima sororum,
Non decor, Idaliusque puer, sed Luctus, et Iræ,
Et Dolor, et tota pressit Discordia dextra.
Prima fides operi, Cadmum comitata jacentem
Harmonie versis in sibila dira querelis;

monili permiscuit, quæ vix Ceston probat: id est, cujus sit potestatis ostendit. *Ceston* enim cingulum dicitur Veneris, quo utitur ad honestas nuptias: et quando virgo Cadmo nupserat Harmonie, ideo hoc junxit; nam ad turpes nuptias Venus dicitur non venire. Ideo *incestum* dicitur, quod sacrato illo Veneris cingulo non fuerit vinctum.

284. *Hæc circum spumis Lunaribus ungit*. Credebant Veteres a veneficis herbas legentibus lunam avocari de cælo, eamque cogi spumare in herbas, et salivam quamdam suam spargere, ut ejus salivæ spuma venenatius earum esset virus, et efficacius: quod tetigit Valer. Flacc. lib. VI, 447: « Quamvis Atracio lunam spumare veneno Sciret. » Quem versum jam attulimus ad not. 106, lib. I, huj. tom. p. 27. Apuleius Miles. lib. I, « Lunam despumari, Stellas evelli, diem tolli, noctem teneri. »

285. *Atque hilari perfundit cuncta veneno*. Burmannus conjectabat: *atque hyali perfundit;* Taur. *hilari perfudit*. — *Atque hilari perfundit cuncta veneno*. Ut illud monile simul et delectabile esset, ac gratum; intus autem noxium ac pestiferum. Eo enim artificio illud conflaverat Vulcanus, ut gratiam splendoremque conferendo placeret, suique desiderium moveret: miscendo autem noxias res ac pestiferas, occultam vim nocendi haberet.

286. *Pasithea*. Una et præcipua Gratiarum. Tres esse Gratias putabant Veteres Jovis et Harmonies filias, et Veneris comites. Harum nomina vulgo Pasithea, Aglaie, et Euphrosine. Vide Excurs.

287, 288. *Non decor, Idaliusque puer, sed Luctus, et Iræ*. *Non Decus* codex Burmanni. *Decor* majuscula *D* scribi malit Jortinus nostras in Misc. Obss. Ita jam Barthius accepit vocem *Decor;* sic scribi quoque jussit hanc vocem Janus Broukhusius ad Tibull. IV, 2, 8. — *Idaliusque puer*. Amor seu Cupido, filius Veneris, sic dictus ab Idalio nemore, et monte Cypri Veneri sacro. — *Luctus*, *Iræ*, *Dolor*, et *Discordia*. Majusculis primis literis, quasi hæc Numina forent, seu personæ, quæ Vulcanum in fabricando hoc monili adjuvissent.

289, 290, 291. *Prima fides operi.... Harmonie.... querelis;... pectore campos*. *Hermiona* Behot. 1; *Hermione* Behot. 2. — Reg. B, *Harmonia versis.... quærillis;* Reg. C, *Hermione versis*, etc. A. — *Cadmum comitata jacentem Harmonie versis in sibila dira querelis; Illyricos longo sulcavit pectore campos.*

Illyricos longo sulcavit pectore campos.
Improba mox Semele, vix dona nocentia collo
Induit, et fallax intravit limina Juno.
Teque etiam, infelix, perhibent, Jocasta, decorum
Possedisse nefas: vultus hac laude colebas,

Tangit fabulam, qua ferunt Cadmum et Harmonien uxorem, regno pulsos, confugisse in Illyricum, et ibi tandem in serpentes utrosque mutatos fuisse. Locus fabulæ datus, quod Cadmus et Harmonie, regno expulsi, commigrarunt in Illyricum apud Enchelenses, qui postea duce Cadmo Illyricos subegerunt, ac vicerunt: qua victoria Cadmus regnum Illyriorum adeptus est. Et quia Enchelenses hoc nomen traxerant ab ἐγχέλυων seu *anguillis*, finxerunt poetæ Cadmum, cum uxore, in serpentem mutatum fuisse. Lucan. III, 189: « Encheliæ, versi testantes funera Cadmi. » — *Versis querelis*. Quod ejecta fuisset una cum viro e regno. — *Illyricos campos*. Illyricum seu Illyris Europæ regio in ora maris Adriatici, Italiæ opposita. Hujus termini non ab omnibus iisdem finibus comprehenduntur:. Plinius enim hanc inter Arsiam et Titium fluvios constringit. Ptolemæus vero eam ab Istria usque ad Macedoniæ fines secundum maris litora protendit; mediterranea ejus ad Pannones et Mœsiam superiorem expandit. Mela majorem facit; totam enim oram Maris Adriatici a Tergesto ad Cerauniosusque montes Illyriis adscribit. Sed adhuc majores fines Illyrico dat Appianus Alexandrinus; Illyriosque ait Græcos existimare hos omnes, qui supra Macedoniam et Thraciam a Chaonibus et Thesprotis ad fluvium Istrum sedes habent; hancque esse Illyrici totius longitudinem vero ex Macedonia et Thraciæ montibus ad Pæones usque, et Ionium Mare, Alpiumque objecta protendi. Hodie Illyricum completitur Sclavoniam, Croatiam, Bosniam, et Dalmatiam. — *Longo pectore*. Serpentes enim fere, præter caput et caudam, solo pectore constant.

292. *Improba mox Semele vix*, etc. Reg. B, *Improba mox Semel vix*, etc. Reg. C, nost. lect. — Vide Exc. ad calcem hujus lib. A.

293. *Fallax*. Quia sumsit formam Beroes nutricis Semeles, eamque sic fefellit, illique persuasit, a Jove petere, ut ad se veniret cum omnibus insignibus suæ majestatis. Vide not. 12 ad calcem lib. I, Thebaid. huj. tom. p. 125.

294. *Teque etiam, infelix, perhibent, Jocasta, decorum*. Dan. Petav. omnes codd. Barthiani, alii, cum edd. Lindenbrog. Cruc. Gev. Amstel. Gronov. et recentt. *decorum*; Behott. 1, 2, Lang. Laur. Aldd. Basil. et Plant. *deorum*. « Citra controversiam omnem vera est lectio, *decorum*, asserta jam olim etiam Francisco Modio Novantiq. Lect. Epist. 52. » Barth. — *Jocasta*. Mater et uxor Œdipi. — *Infelix*. Ob rationem notam omnibus.

295. *Vultus hac laude colebas*. « Dixerim *clade* (pro *laude*) scriptum Papinio, si incerta esset le-

Heu quibus, heu placitura toris! post longior ordo.
Tum donis Argia nitet, vilesque sororis
Ornatus sacro præculta supervenit auro.
Viderat hoc conjux perituri vatis, et aras
Ante omnes, epulasque trucem secreta coquebat
Invidiam, sævis detur si quando potiri
Cultibus, heu nihil auguriis adjuta propinquis.

etio. » BARTH. — Reg. B, *vultus ac laude colebas*; Reg. C, nost. lect. A. — *Vultus hac laude colebas*. Glossa MS. id est, *speculo*. Eam saoe noo capio, et illom magistrnm aliter omoino legisse autumo: uimirum *Luce* aot tali aliqoa voce. Laodcm vero dixit, quia cultus tam splendidus ab omnibus laudabatur. BARTH.

296. *Heu quibus, heu placitura toris!* «Iocestis scilicet OEdipi filiis.» Gl. MS. — *Post longior ordo*. Quam longus vero, quom Jocastæ filius Polynices, maritus Argiæ eoojugi hoc, superstite etiamoum Jocasta, dooaverit, cojus mentio mox sequitur. Noo dissimulanda Poetæ properantia, oec video quomodo excusabilis: quæcunque eoim facinora hojos mooilis intertexas, oequaquam longior exibit tamen a Jocasta ad nurum, qoam fuit ab abavia aut tritavia ad illam: oportet oamque hanc etiam Cadmi posteris adnomerare. Alioquin Polynicis patri OEdipo genitor fuit Laius, Laio Labdacos, Labdaco Polydorus, Polydoro demum Cadmos. Vide Apollon. et Pausaniam, lib. IX. BARTH.

297. *Tum donis.... vilesque sororis*. *Tunc donis* codd. Handii, quem vide, si ejus editio unquam publicata fuerit. Unus Behot. *vilesque sorores*. — *Tum donis Argia nitet*. « Dooum ubiqoe vocat istod monile ob Vulcani donationem, qoi id primum Veoeris filiæ contulit. » Schol. Vetus.

298. *Sacro*. Execrabili, ut apud Virg. Æneid. III, 57: « Auri sacra fames! »

299. *Viderat hoc conjux*. Regg. B et C, *conjunx*. A. — *Conjux perituri vatis*. Eriphyle uxor Amphiarai vatis, qui in hoc bello Thebano periturus erat, ut videbimus infra. — *Aras ante omnes*. Quia apud antiquos ante aras numinum celebrabant jura nuptiarum: et est ordo: Ante aras et epulas ouptiarum.

300. *Ante omnes epulasque trucem secreta coquebat*. *Ante ignis epulas* Can. *coquebant* Put. — Reg. B, *Ante omnis epulas... coquebant*; nost. lect. Reg, C præbet. A.

301. *Invidiam*. *Invidia* hic nimiam cupiditatem significat, ut apud nos *envie*. — *Sævis*. Quia hi cultus exitio toti suæ domui fuerunt.

302. *Auguriis adjuta propinquis*. *Propinquis*, sive quia aoguris oxor est: vel his prodigiis quæ paullo ante clypei casu cootigerant: nihil proderat, inquit, quod augurem habebat maritum; oam infausta cupit. Secundum illum Virgilii locum, Æneid. lib. IX, 328: « Sed non auguro putuit depellere pestem. » Cf. oost. Ed. t. IV, p. 33. ED.

Quos optat gemitus! quantas cupit impia clades!
Digna quidem, sed quid miseri decepta mariti
Arma? quid insontes nati meruere furores?
  Postquam regales epulas, et gaudia vulgi
Bisseni clusere dies, Ismenius heros
Respicere ad Thebas, jamque et sua quærere regna;
Quippe animum subit illa dies, qua, sorte benigna
Fratris, Echionia steterat privatus in aula:
Respiciens descisse Deos, trepidoque tumultu

303. *Quantas cupit impia clades!* Exc. Cant. et Petreus. *inscia clades.* — *Clades.* Mariti mortem, furorem filii, interitum suum.

304. *Decepta mariti Arma.* Bene *decepta*, quia Eriphyle prodidit Amphiaraum latentem.

305. *Quid insontes nati meruere furores.* « Omnino scribendum cum optimo libro, qui raro non veritatem vel servat, vel indicat, *insontis nati.* » Barth. — *Insontes furores.* Quia mandante patre, et jussu ejus, matrem occiderat: ut enim se proditum ab uxore animadvertit Amphiaraus, in mandatis dedit Alcmæoni filio, ut accepto primo suæ mortis nuntio (in hoc enim bello se periturum arte sua præviderat) matrem occideret: quod Alcmæon executus est, « facto pius et sceleratus eodem. »

307. *Bisseni clusere dies. Bisseni clausere dies* unus Behot. — Reg. B nost. lect. Reg. C, *Bisseni clausere dies*, *Hismenius heros.* A. — *Ismenius heros.* Polynices, qui a fluvio Thebano nomen accepit, quem Poeta fluvium frequenter appellat.

308. *Respicere ad Thebas, jamque et sua quærere regna.* Laur. Lang. Lipsian. Buslid. Petav. Aldd. Colin. Cruc. Gevart. et alii *et jam sua*; optimæ Barthii membranæ, Behott. 1, 2, Dan. Petrens. Burm. cum Gronov. et recent. *jamque et sua.* « Nostri codicis lectionem videtur agnoscere Lactantii interpretatio, quanquam τὸ κείμενον ibi duplici *jam* sit corruptum; nisi si legas: *Respicere ad Thebas jam jam et sua quærere regna.* » Barth. — *Jam sua.* Quia annus fraterni imperii jam elapsus erat.

309. *Quippe animum subit illa dies.* « Et de sua miseria in exsilium euntis, et de fratris splendore, qui solus tam diu jam imperaret in communi hæreditate memoriam fatigat. Schol. Prisc.

310. *Echionia.... in aula.* I. e. Thebana.

311. *Respiciens descisse Deos.* » Verbum *Respiciens* neutiquam dubito mendosum esse, quum positum sit tertio abhinc versu in eodem prorsus negotio. Membranæ nullæ juvant, nec nos quidquam concutimus, tam elaboratum vatem aliquando dormitare potuisse non ignari. Nullo opere scripsisset, *Suspirans.* » Barth. *Respiciens discesse Deos* Tollius ex codice MS. ad Au-

Dilapsos comites, nudum latus omne, fugamque
Fortunæ : namque una soror producere tristes
Exsulis ausa vias : etiam hanc in limine primo
Liquerat, et magna lacrimas incluserat ira.
Tunc quos excedens hilares, quis cultus iniqui
Præcipuus ducis, et profugo quos ipse notarat
Ingemuisse sibi, per noctem, ac luce sub omni
Digerit : exedere animum dolor iraque demens,
Et, qua non gravior mortalibus addita cura,

son. p. 270. Taurin. *desisse;* Burm. *decesse;* et in marg. *discessit.* Dan. Heiusius vero ad Claud. Eutrop. II, 526, lectionem nostram tuetur. — Reg. B, *Respiciens descisse Deos;* Reg. C, *discesse Deos.* A. — *Descisse Deos.* Quasi Dii non innocentes, sed potentes et feliciores sequantur. Lucanus, Phars. II, 728 : « Lassa triumphis Descivit fortuna tuis. » Virgilius, Æneid. II, 351 et seq. : « Excessere omnes adytis arisque relictis Di, quibus imperium hoc steterat. »

312. *Dilapsos comites.* Ut fit in mutatione fortunæ. — *Nudum latus omne.* Ab amicis desertum : quum enim spem fuit Polynicem regnare posse, tunc multi stipabant latus ejus; sed ubi fortuna ad fratrem descivit, ab omnibus desertus fuit. — De manente et cadente fortuna pulchre Petronius, ad mentem Nostri : « Quum Fortuna manet vultum, servatis amici; Quum recidit, turpi vertitis ora fuga. »

313. *Namque una soror producere tristes.* In quibusdam Codd. *tristis.* Vide Hand. ad Silv. I, 2, 276. — Reg. B, *tristis;* Reg. C, *tristes.* A. — *Una soror.* Antigone : sed non perstitit in hoc proposito; deseruit enim illum, ut primum regia discessit. Berald.

314. *Etiam hanc in limine primo.* « Ne plane non solus abiret, amovisse carissimam etiam sororem dicitur. » Scholia. Sed res aliter habet : innuit enim tyranno imperio Eteoclis veritam etiam sororem extra limen comitari in exsilium annuum profugientem fratrem. Hic dicendum fuerat : « etiam ab illa relictus in primo limine fuerat; » nam aliam sententiam minime admittunt illæ ira inclusæ lacrimæ.

316. *Quos excedens hilares.* Cogitat discessu suo qui gavisi sunt, qui doluerunt, omnia inquit hæc in animo revolvebat, et fratris cultum, et quos sibi profugo gemuisse prospexerat : ergo si aliquibus potuit exsilium displicere, revertentem tanto magis poterunt adjuvare. Lactant.

318. *Per noctem ac luce sub omni.* Nullo non tempore et regnandi, et despectus suos ulciscendi, item amicis se suis muniendi cupiditate æstuabat : hoc est quod Noster, libro I, 314 et sqq. dixit.

320. *Qua non gravior mortalibus addita cura.* Optimæ Barthii mem-

Spes, ubi longa venit : talem sub pectore nubem
Consilio volvens, Dircen, Cadmique negatas
Apparat ire domos : veluti dux taurus, amata
Valle carens, pulsum solito quem gramine victor
Jussit ab erepta longe mugire juvenca :

branæ et Put. *addita curis;* et sic legit P. Burmannus ad Ovid. Epist. II, 9. — Reg. B, *addita curis;* Reg. C, nost. lect. A. — *Qua non gravior*, etc. Hunc versum supra adduximus ad illustrandum vs. 323, libri I; quæ notata invenies ad pag. 63 hujusce tomi.

321. *Spes, ubi longa venit.* Nullum enim est gravius tormentum quam spes quæ longa expectatione differtur. Sallust. Jugurth. cap. 64: « animo cupienti nihil satis festinatur. » Spem enim curarum omnium constat esse postremam. Ed. — *Nubem.* Cogitationum multitudinem, quæ mentem mole sua obruunt. — Confusum variarum cogitationum æstuo, nunc hinc, nunc illinc obvolitantes anxietates animi : qualem *nubis* nomine sæpe tradunt scriptores. *Sic nubila livoris* leguntur apud Nemesianum Ecl. I, *nubes timoris* Claud. Bello Getico, vers. 41, *nubes* omnem confusam tumultuantemque copiam denotant. Sic *nubes telorum*, *jaculorum*, infinitis scriptoribus.

322. *Consilio volvens.* « Non dubito mendosa esse hæc verba : *Consilio volvens.* Legas *evolvens*, omnia erunt parata. Tamen apprime durum obscurumque sit hoc loco. Sed meo animo scripsit ornatissimus vates : *talem sub pectore nubem Consilio solvens*, etc. quæ est ipsa rei veritas. » Barth. — Regg. B et C, *Consilii volvens* præbent. A. — *Dircen*, Dirce fons Bœotiæ, per quem hic intelligenda Bœotia; de quo vide notam 38 lib. I, huj. tom. p. 14. Ed. — *Cadmique negatas.* Non incommodus hic sensus, accedente explanatione vetere, quam modo posuimus. At in optimo illo et grandibus literis exarato libro disertissime scriptum invenio NEGANDAS cum interpretatiuncula, *sciebat negandas*, ei ire tamen eo desiderabat, ut ita bello ante tempus, aut vi potius quam ex pacti justitia Rex Thebanorum fieret. Hæc vero omnino veritas est; et dedit hanc mentem ex Euripide Polynici Papinius, cujus Phœnissas legens videbis nequaquam sine armis voluisse regnum in se transferri Polynicem. Barth.

323. *Apparat ire domos.* Cadmi domos, Thebas quæ primum Cadmea dicebatur. — *Veluti dux taurus, amata.* Dan. Heinsius ad Claud. Bel. Get. 410, legit : *veluti cum taurus avita Valle*, etc. — *Dux taurus.* « Quondam dux, nunc pulsus a victore. » Schol.

324. *Valle carens, pulsum solito quem gramine victor.* Behot. *pulsis solido.* — *Valle carens.* « Gramine et valle montana et campestria pascua intelligenda » monet idem Scholiastes modo citatus. Similitudo aut comparatio videtur ex his Lucani, Phars. II, 601 et sqq. « Pulsus ut armentis primo certamine Taurus Silvarum secreta petit : vacuosque, etc.

325. *Jussit ab erepta longe mu-*

Quum profugo placuere tori, cervixque recepto
Sanguine magna redit, fractæque in pectora vires:
Bella cupit, saltusque, et capta armenta reposcit,
Jam pede, jam cornu melior; pavet ipse reversum
Victor, et attoniti vix agnovere magistri.
Non alias tacita juvenis Theumesius iras
Mente acuit; sed fida vias, arcanaque conjux

*gire juvenca*. Dan. Heinsius l. c. legit, *longum mugire*. — Reg. B, *ab erepta longe mugire* habebat, sed nunc verbum *mugire* fere erasum est, et suprascriptum alio stilo *migrare*; Reg. C, *Jussit ab arrepta longe*, etc. A.

326. *Recepto sanguine*. Id est, inquit Lactantius, recepta virtute; Lucanus, lib. II, 338: « *Dum sanguis inerat:* dum vix materna peregi. » Lucanus producit syllabam posteriorem vocis *sanguis*, ut et alibi, ut et nonnulli poetæ; sed vitiose hæc verba *dum vix materna peregi* Lactantio exhibentur ad hunc Nostri locum. A.

327. *Sanguine magna redit, fractæque in pectora vires*. Bernartius malit: *fractoque in pectore*; Dan. et Put. *fractæque in pectora quercus*, cum gloss. « Id est viret. » Taurin. *in corpore vires*; Burm. *in pectore vires*. Duo Lindenbrogii, duoque Gronovii optimi MSS. habent: *fractæque in pectora quercus*. Quæ lectio confirmari potest ex Virgilio Æneid. XII, 104 et seq., qui loquens de Tauro: « atque irasci in cornua tentat Arboris obnixus trunco, ventosque lacessit Ictibus. » Similia habet et Lucanus, II, 603: « Exsul in adversis explorat cornua truncis. » Ex his enim locis Virgilii et Lucani petita et adumbrata hæc Papinii comparatio. Sane pascua sunt in saltibus: non mirum igitur illic obvias arbores, aut affligendo, aut quassando, expertum esse suas vires taurum. — Reg. B, *Fractæque in pectora quercus*, sed a secunda manu super *quercus* scriptum *vires*; Reg. C nost. lect. exhibet. A.

328. *Bella cupit, saltusque, et capta armenta reposcit*. Jortinus malit: *et rapta armenta*; sic etiam codex Barthii, quod ille probat. Codex Burmanni: *pastusque et capta*. — Regg. B et C nost. lect. A. — *Saltusque et capta armenta*. Persistit in expressione verborum Lucani. BARTH.

330. *Attoniti vix agnoscere magistri*. Expressit illa Maronis, Æn. XII, 717 et sqq. « pavidi cessere magistri: Stat pecus omne metu mutum, mussantque juvencæ, Quis pecori imperitet, quem tota armenta sequantur. » Vide ad hunc locum notata, nost. Ed. t. IV, 362.

331. *Non alias tacita juvenis Theumesius iras*. *Non alias juvenis tacita* optimus Barthii codex; quod recipiendum ille putat. — Reg. B, *Non alias tacite juvenis*; Reg. C nost. lect. A. — *Juvenis Theumesius*. Polynices, a Themeso monte Bœotiæ.

332. *Mente acuit; sed fida vias, arcanaque conjux*. *Mente coquit* conj. Nic. Heins. in Advers. l. IV, cap. 3, 578. — Regg. B et C, *conjunx* exhibent. A.

Senserat : utque toris primo complexa jacebat
Auroræ pallore virum, « Quos callide motus,
Quamve fugam moliris? ait, nil transit amantes.
Sentio, pervigiles acuunt suspiria questus,
Nunquam in pace sopor : quoties hæc ora natare
Fletibus, et magnas latrantia pectora curas
Admota deprendo manu! nil fœdere rupto,
Connubiisve super moveor, viduaque juventa;
(Etsi crudus amor, nec dum post flammea toti

333. *Senserat*. Argia dispositiones mariti senserat, primo ortu auroræ complexa virum.

334. *Auroræ pallore*. Exortus enim diei pallet seu albescit primo, mox rubet fulgore solis. — *Quos callide*. Non perfide, ut Virgilius, credebat enim conjugi, neque ipsius fugam sed iter sentit. Acerbior in fugiturum Ænean Didonis invectio, quam tamen adspiciunt ista.

335. *Fugam*. Iter animo conceptum. — *Nil transit amantes*. Virgilius, Æneid. IV, 296 : « Quis fallere possit amantem ! »

336. *Sentio*. « Non licet scire, tamen sentire possum. » Schol.

337. *Nunquam in pace sopor : quoties hæc ora natare*. Behot. *quotiens*. Quam lectionem Regg. B et C præbent. A. — *In pace sopor*. Id est, dormiens semper inquietaris curis : aut hoc dicit, quod noctu quum solent homines in quiete esse, tu pervigilas, nec admittis soporem : pacem enim hic proprie nocturnam quietem asseruit. LACT.

338. *Et magnas latrantia pectora curas*. Uterque Behott. Lipsian. Laur. Buslid. et Lang. *et magna jactantia*, ut in Aldd. Colin. Basil. et Plant. *et magnas latrantia* Dan. Put. Petav. Lindenbr. Cruc. Amst. Gronov. et recentt. *et magnas jactantia* Gevart. et sic Burmann. et Taurin. Vide Heinsium ad Ovid. Trist. II, 459. — Regg. B et C nost lect. A. — *Et magnas latrantia*, etc. Homerus : Κραδίη δέ οἱ ἔνδον ὑλάκτει, *cor ei intus latrabat*. Quod imitatus Ennius : « Auimns in pectore latrat. » Alii codices habent *jactantia*, id est, ex magnis curis tumultuantia. Adi Excursum.

339, 340. *Nil fœdere rupto, Connubiisve super moveor, viduaque juventa*. Oratorie omnino. Dicit se suum commodnm nullatenus respicere, sed mariti. — *Connubiisve super moveor*. Virgil. Æneid. X, 42, « Nil super imperio moveor. » — *Viduaque juventa*. Quod me deseris in tam juvenili ætate.

341. *Crudus amor*. Recens, immaturus, necdum temporis longinquitate firmatus : ergo talis est ordo : Etsi necdum primis nuptiis calefactus est torus mariti, nec temporis prolixioris accessibus fervescit; adeo pauci dies sunt, ex quo sunt nuptiæ celebratæ. LACT. — *Post flammea*. Hoc est, primo nuptiarum die; flammeum siquidem vestimenti genus, quod puellæ

Intepuere tori;) tua me, properabo fateri,
Angit amata salus: tune incomitatus, inermis
Regna petes? poterisque tuis decedere Thebis,
Si neget? atque illum solers deprendere semper
Fama duces, tumidum narrat, raptoque superbum,
Difficilemque tibi: necdum consumserat annum.
Me quoque nunc vates, nunc exta minantia Divos,

nubeuti ponebatur in capite. Festus: « Flammeo amicitur nubens, ominis boni causa, quod eo assidue utebatur flaminica, id est, flamiuis uxor (an non subolet glossema?) cui non licebat facere divertium. » Juveualis de muliere quæ a marito diverterat, Sat. VI, 225: « Permutatque domos et flammea couterit. » Bernart.

343. *Angit amata salus.* Sic ait ut vincat: quia propter suum commodum nil suadet, sed asserit se angi causa mariti, et hoc totum quod ad cautelam mariti proficit, sibi putat acquiri. — *Inermis.* Aut facultatibus quæ desunt, aut armatorum multitudine destitutus. Lactant.

344. *Regna petes? poterisque tuis decedere Thebis.* Petrens. *excedere Thebis;* et pro v. l. *discedere;* codex Burmauui, *descendere;* quod et Behotius agnoscit; Thebæ enim iu collibus sitæ, *poterisne tuis* malit Burmaunus. — Regg. B et C, *Regna petis .... decedere Thebis* exhibent. A. — *Poterisque tuis decedere Thebis, Si neget?* Id est, pereundum tibi est insidiis fratris, si tibi uegare regnum constituerit: timebit enim ne, si te sinat discedere, bellum sibi inferas, reguumque eripias.

345. *Solers deprendere Fama duces.* Quum omnia facta principum, eorumque interior vita omnium oculis pateat, facili coujectura percipi potest, quibus moribus, quave indole prædíti sint. Pulcherrima gnome: ad quam respexit Seneca de Clementia lib. I, cap 8: « Alia conditio est eorum, qui iu turba, quam non excedunt, latent; quorum et virtutes ut appareant, diu luctautur, et vitia tenebras habent: vestra facta, (Neroni loquitur) dictaque rumor excipit, et ideo nullis magis curandum est, qualem famam habeant, quam qui qualemcumque meruerint, magnam habituri sunt. »

346. *Fama duces, tumidum narrat, raptoque superbum. Fama ducem* unus Behot. *regnóque superbum* optimæ Barthii membranæ.

347. *Difficilemque tibi: necdum cousumserat annum.* Behot. ne *dum consumserat.* « Probo lectionem optimi exemplaris, quam etiam in aliis inventam docent doctissimi viri: nec *dum consumserit.* » Ita Barthius, qui ex antiqua glossa conj. *Difficilemque tibi cum nec dum insumserat annum.* Lipsian. Bernartii: nec *dum cōsumpserit.* — *Difficilemque tibi*, etc. Si tibi difficilis et infestus erat, nondum elapso anno imperii, quid putas nunc moliturum, quum eum torqueat uecessitas deponendi imperii?

348. *Exta minantia Divos.* Sci-

Aut avium lapsus, aut turbida noctis imago
Territat : ah, memini, nunquam mihi falsa per umbras
Juno venit : quo tendis iter? ni conscius ardor
Ducit, et ad Thebas melior socer. » Hic breve tandem
Risit Echionius juvenis, tenerumque dolorem
Conjugis amplexu solatur, et oscula mœstis
Tempestiva genis posuit, lacrimasque repressit :

licet, quæ Deos minantur iratos.

350. *Ah, memini, nunquam mihi falsa per umbras.* Nonnulli codd. *ha memini;* et sic edidit Lindenbr. ex Put. Dan. et Petav. *ah memini* Behott. Petrens. Taurin. alii. *numquid mihi* Taurin. — Reg. B, *Terret et ah memini;* Reg. C nost. lect. A. — *Nunquam mihi falsa per umbras.* Hoc dicit, quia Juno Argis præsidebat, et ideo non vellet decipere, quos in tutelam suam suscepit.

351. *Quo tendis iter? ni conscius ardor.* Unus Behot. *iter nisi conscius;* unus Barth. *iter ñ conscius;* Taurin. *iter inconscius;* Laur. Lang. Lipsian. Buslid. Petav. Aldd. alii et Gevart. *iter quo conscius;* Petrens. Exc. Cant. alter Behot. Dan. Put. Gronov. etc. *iter ni conscius.* — *Ni conscius ardor.* Alicujus scilicet amicæ. Invidiose, ut mulier : credit enim Polynicem aliquam Thebis amicam reliquisse, cujus amore Thebas revocaretur; et mulierem more hic est scopus orationis. Frustra alias causas adducit, quæ ipsam non respiciunt, quamvis illa sola causa esset, quam conabatur dissimulare : quæ tandem, ipsa quasi invita, in fine orationis, mira arte Poetæ erumpit. Hinc est, quod Polynices subrisit, videns, hanc tandem fateri id, quod illam angeret.

352. *Melior socer.* « Ut videatur tibi, quia sit in tua patria. » Gloss. MS. — *Breve.* « Nec diu, nec magnum. » Schol. prisca. — Breve hic, pro paullulum. Hinc *adbreve* pro paullisper dixit Suetonius, Tiberio cap. 68. Berald.

353. *Risit Echionius juvenis, tenerumque dolorem.* Taurin. *tenerumque pudorem;* et sic Behot. pro v. l. — *Echionius.* Thebanus, ab Echione, qui una cum Cadmo Thebas condidit. — *Tenerum dolorem.* Quia vel minima etiam præsumta suspicione alterius amoris in conjugibus, læduntur animi mulierum. — Risit Polynices, quod objecit illi amorem alterius conjugis, more et levitate muliebri. Quoniam semper familiare uxoribus est, suspicari maritos suos aliarum mulierum illecebris detineri. Docet autem Poeta objectis falsis criminibus ridendum potius, quam dolendum.

354. *Conjugis amplexu solatur.* *Conjugis amplexus,* optimus Barthii liber, et alius ejusdem.

355. *Tempestiva genis posuit.* Taurin. *genis ponit.* — *Tempestiva.* Ad tollendam omnem suspicionem ex animo conjugis. — *Lacrimasque repressit.* Supple, ejus.

« Solve metus animo, dabitur, mihi crede, merentum
Consiliis tranquilla dies : te fortior annis
Nondum cura decet : sciat hæc Saturnius olim
Fata parens, oculosque polo dimittere si quos
Justitia, et rectum terris defendere curat.
Fors aderit lux illa tibi, qua mœnia cernes
Conjugis, et geminas ibis regina per urbes. »
Sic ait, et caro raptim se limine profert.

356. *Solve metus.... merentum. Merentum.* Omnes libri sic et nobis et aliis compositi. Ego tamen mendi suspectam habeo hanc vocem, si quam aliam hoc libro. Expositio Lactantiana est : « Eorum consiliis, qui merentur imparia gubernare, dabitur mihi Regnum. » Sequentia mendosa sunt : « Desiste, inquit, de mœrore modo esse sollicita. Bene sic cœpit, quia uxor hoc se solum timere dixerat, quod pro ipso faceret. » Scribe : « Desiste de mœrore, nolito esse sollicita. » Utcunque autem satisfacit hæc interpretatio. Conspirant huic expositioni Commentatores nostri, quorum maximus *merentum Deorum* exponit : unde aggravatur suspicio, et valde fallor aut *Deorum Consiliis* scripsit Papinius. Vel certe *meorum*, quod potius putem, ut suos etiam conjugi suæ magnos faciat. Barth. — *Merentum.* Id est, eorum qui jus suum prosequuntur.

357. *Consiliis tranquilla dies.* Barthii ed. in marg. ex codice manuscripto : *tranquilla quies.* — *Te fortior annis Nondum cura decet.* Blande et ingeniose animo puellari eximit curas magnarum suarum rerum : non in totum eas vetando, sed in maturiores annos, quum jam maritalium ditionum futura sit regina, ævo par regiis rebus. Ita Ascanium alloquitur Apollo, Æn. IX, 656 : « Cætera parce puer bello. » Id est, dum puer adhuc es.

358. *Saturnius.* Juppiter Saturni filius.

359. *Dimittere si quos.* Locus ex Virgil. adumbratus Æn. I, 603, « Si qua pios respectant numina, si quid Usquam justitia est. » Mavult vero Bernartius : *dimittire si qua*, ut sensus sit : Jovem hæc vindicaturum, si qua in cœlo justitia.

361. *Fors aderit lux illa tibi.* Sic sæpissime *dies* pro re ipsa vocetur, Martialis de Adventu Cæsaris Traj., lib. X, Epigr. VI, 3 et seq. « Quando erit ille dies, quo campus, et arbor, et omnis Lucebit Latia culta fenestra nuru? » Nec mirum, optatorum enim seu votorum successus et adimpletio jucundiora facit ipsa tempora : ut apud Horatium Carm. IV, Od. 5, 5 et sqq. : « Lucem redde tuæ, Dux bone, patriæ : Instar veris enim vultus ubi tuus Adfulsit, populo gratior it dies, Et soles melius nitent. » — *Mœnia Conjugis.* Thebas.

362. *Ibis regina per urbes.* Adi Excursum. — *Geminas per urbes.* Scilicet, Argos et Thebas.

Tydea jam socium cœptis, jam pectore fido
Æquantem curas, tantus post jurgia mentes
Vinxit amor, socerumque affatur tristis Adrastum.
Fit mora consilio : quum, multa moventibus, una
Jam potior cunctis sedit sententia, fratris
Prætentare fidem, tutosque in regna precando
Explorare aditus : audax ea munera Tydeus
Sponte subit : necnon et te, fortissime gentis
Ætolum, multum lacrimis conata morari
Deipyle, sed jussa patris, tutique regressus

364. *Tydea jam socium.* « Noverat antea in omnes casus societatem Tydei sibi non defuturam : jam socium, jam confœderatum. » Sch.

365. *Æquantem curas.* Tanquam proprias sibi. *Æquat rem* qui parem sibi adsciscit. Virgilius, Æn. VI, v. 474 : « conjux ubi pristinus illi Respondet curis, æquatque Sychæus amorem. »

367. *Fit mora consilio : quum, multa moventibus. Fit mora concilio* codex Barthii, *tum multa* codex Burmanni. — *Fit mora consilio.* Id est, diu habito tractatu cunctati sunt, ut multum cogitantibus placeret una sententia : i. e. utrum bello an legatis peteret regnum Polynices. Lactant.

368. *Jam potior cunctis.* Verba, *Jam potior cunctis*, parenthesi includit Barthius. *Nam potior* Taurin. et Burm. — Reg. B nost. lect. Reg. C, *Jam potior cunctis fratris sententia sedit.* A. — *Potior cunctis.* Id est, melior omnibus sententia placuit, Eteoclis fidem legatione tentare.

369. *Prætentare fidem. Pertentare fidem* Lang. Laur. Busl. Dan. et nonnulli. *Prætentare fidem* omnes codd. Barthii, Taurin. Petrens. Cantab. Burm. et alii, et sic ex scriptis codd. legit Dan. Heinsius ad Claud. Rufin. II, 477. — Regg. B et C *Pertemptare fidem.* A.

370. *Explorare aditus.* In optimo Barthii codice varietas lectionis adnotatur : « vel *munia.* » — *Audax Tydeus.* Supra, vers. 175, dixit : « cunctis audentior actis. » — *Ea munera.* Legationis scilicet.

371. *Et te.* Ut Argian ante diximus Polynicem monuisse, ne ipse ad Thebas et fratrem iret, sic Deipyle Tydeum precatur, ne ad communem hostem in alienam potestatem temere procederet.

372. *Ætolum, multum... conata morari.* Dan. Put. Petav. alii, et Gevart. *morari est.* Vocula *est* abest optimo Barthii libro, conspirantibus duobus aliis ejusdem, totidem Behottianis. — *Ætolum.* Ætolorum. Tydeus enim erat Ætolus. Ætolia autem regio Græciæ, Epiro, Acarnaniæ, et Locris contermina.

373. *Deipyle... tutique regressus. Deiphile* in quibusdam. Vide ad vs. 204, ita *Hipsiphile* pro *Hipsipyle.* Vide Munker. ad Hygini Fab. LXIX. — Reg. B *Deipile*; Reg. C

Legato, justæque preces vicere sororis.
Jamque emensus iter silvis ac litore durum,
Qua Lernea palus, ambustaque sontibus alte
Intepet Hydra vadis, et qua vix carmine raro
Longa sonat Nemee, nondum pastoribus ausis;
Qua latus Eoos Ephyres quod vergit ad Euros,

*Deiphile.* — *Deipyle.* Uxor Tydei. — *Tutique regressus Legato.* Sacrosanctum est enim legationis munus, ut etiam inter hostium tela incolumis versetur, ait Cicero.

374. *Justæque preces.* « Deipyle tandem concessit precibus Argiæ Sororis, ut non ipse Polynices, sed Tydeus pro eo iret, et regnum Polynici reposceret. » Hæc Scholiorum veterum. Verius est de Tydeo, quam de Deipyle hæc dici, quippe qui ambiguus animi fingatur amore Conjugis novellæ retinente, ad iter instigante Polynicis commodo. Res magni momenti non est, et rectius ceperit qui utrumque ceperit. BART.

375. *Jamque emensus iter silvis ac litore durum. Jamque remensus iter* Taurin. et sic Theb. III, 324. Vide Virg. Æn. III, 143.

376. *Qua Lernea palus, ambustaque sontibus alte.* Lernæ jam supra, lib. I, n. 360, huj. tom. p. 70, meminimus, et Hydræ in hac palude occisæ ab Hercule.

377. *Intepet Hydra vadis, et qua vix carmine raro.* Vetus Scholiastes: et *quamvis carmine raro.* — *Intepet Hydra vadis.* Hic enim in Lernea palude Hydram Hercules igni perdomuit, damnis capitum et vulneribus pullulantem. *Intepuit* ideo, quia quum ferro vinci non posset, vulneribus est ignis admotus: tepet ergo adhuc quasi flamma victrice. — *Quamvis carmine.* Sensus: Quamvis Nemeæum leonem constet Herculis virtute prostratum, tamen prioris metu periculi interrupit pastorum timidas cantilenas. — *Vadis sontibus.* Ob mala quæ vicinis inferebat Hydra.

378. *Longa sonat Nemee, nondum pastoribus ausis.* « Grandis distinctio τῷ *ausis* postponenda, ne pendere videatur sententia, quum verbum quodammodo pendeat. Id neglexerunt Bernartius et Gevartius. » BARTH. — *Longa Nemee.* « In longitudinem prolixior, quam latitudinem. » Schol.

379. *Qua latus Eoos Ephyres quod vergit ad Euros.* Behott. *quod vertit ad Euros;* codex Burmanni: *Qua latus Ephireo Eoos se vertit in Euros;* unde legit: *Qua latus Eoos Ephyres emergit in Euros,* vel: *Qua latus Eoos Ephyres se vertit in Euros;* vel: *Et latus Eoos Ephyres qua vergit ad Euros. Vergere, mergere, vertere* passim sibi invicem substituuntur. Vide Gron. Obss. lib. II, cap. 7. — Reg. B nost. lect. Reg. C, *Qua latus Eoos Zephiros quod vergit ad Euros.* A. — *Qua latus.... Sisypheique sedent portus.* Intelligit Cenchreas portum Corinthi, quæ prius Ephyre vocabatur, ut jam diximus Excurs. 334, hujus tom. pag. 141. Ille portus Sisypheus dicitur a Sisypho Corinthiorum rege,

Sisypheique sedent portus; irataque terræ
Curva Palæmonio secluditur unda Lechæo.
Hinc prætervectus Nisum, et te, mitis Eleusin,
Lævus habet: jamque arva gradu Theumesia, et arces
Intrat Agenoreas; ibi durum Eteoclea cernit
Sublimem solio, septumque horrentibus armis.
Jura ferus populo trans legem, ac tempora regni,

qui Palæmonis cadaver repertum in litore, honorifice sepelivit, ac in ejus honorem ludos Isthmicos instituit. — *Euros.* Eurus, ventus orientalis. et bene, quia Cenchreæ spectant ad Orientem. — *Eoos.* Orientales.

380. *Sisypheique sedent portus; irataque terræ. Sisyphiique* uterque Bebot. et sic etiam legit Heinsius in Advers. p. 237, ubi pro *irataque* conj. *intrataque.* — *Terræ.* Isthmo, cui *irata* dicitur unda, quia Isthmus prohibet, quo minus Ionium et Ægæum mare misceantur: unde aqua hinc atque hinc terram allatrat, ut ait Plinius.

381. *Palæmonio secluditur unda Lechæo.* Olim legebatur: *unda Lycæo.* Lectio nostra debetur Hermolao Barbaro, quem vide ad Plin. lib. IV, cap. 4, et hinc recepta in Aldd. Colin. et cæteris, eamque testantur multi codd. — *Palæmonio Lechæo.* Lechæum, alter portus Corinthi ad Occidentem spectans. Cf. Silv. IV, 3, 59, ad quem vers. illustrandum, hunc locum adduxit Markland. Vid. nost. Edit. t. I, p. 450. — *Palæmonio.* A Palæmone, in cujus honorem ludi Isthmici instituti, ut diximus sup. vs. 379.

382. *Hinc prætervectus Nisum, et te, mitis Eleusin. Eleusi* Taurin. *Eleusis* Aldd. Colin. et alii. *Eleusin* meliores Gronovii codd. cum binis Behott. et Petrens. Vide Heinsium ad Ovid. Epist. IV, 67. — *Nisum.* Id est, Megaram, in qua Nisus regnavit. Quidam notant montem Megaridis, in quo sepultus fuit Nisus. — *Mitis Eleusin.* Eleusis, seu Eleusin, oppidum Atticæ, in quo Ceres religiose colebatur: hinc sacra Eleusinia. — *Mitis.* Vel ob Cererem, quæ, invento frugum usu, mores hominum antea feros mitigavit; vel quia sacris Eleusiniis interesse non poterant, nisi qui se integros vitæ scelerisque puros esse scirent.

383. *Lævus habet: jamque.... Theumesia et arces.* Reg. B, *Lævus abit; jamque*, etc. Reg. C nost. lect. A. — *Arva Theumesia.* Bœotia, a Theumeso monte Bœotiæ. — *Arces Agenoreas.* Thebas, a Cadmo conditore Agenoris filio.

384. *Eteoclea cernit. Etheoclia* Behott. *Etheoclea* nonnulli codd. et edd. vett. *dirum Etheoclea* Petrens.

386. *Jura ferus populo trans legem, ac tempora regni. Jura ferens* Dan. Put. Petav. Lindenbrog et Cruc. *Jura ferus* Lipsian. Laur. Buslid. uterque Behot. omnes Barthiani, Petrens. Aldd. et alii. *Et tempora* Behott. — *Trans legem, ac tempora regni.* Nam annus, quo

Jam fratris de parte dabat: sedet omne paratus
In facinus, queriturque fidem tam sero reposci.
Constitit in mediis: ramus manifestat olivæ
Legatum; causasque viæ nomenque rogatus
Edidit: utque rudis fandi, pronusque calori
Semper erat, justis miscens tamen aspera, cœpit:
« Si tibi plana fides, et dicti cura maneret
Fœderis, ad fratrem completo justius anno

Eteocles regnaverat, effluxerat jam, et is, quo regnare debebat frater Polynices, jam venerat.

387. *Jam fratris de parte dabat.* Aldd. Colin. Basil. et Plant. *dabas;* Lang. Laur. omnes Barthiani, Lindenbrog. et alii, *dabat.* Ita quoque Modius Novantiq. LII.

388. *Queriturque fidem tam sero reposci.* Optimæ Barthii membranæ: *queritur jam sero regna reposci.* — *Queriturque fidem tam sero reposci.* Ita paratus est ad omne facinus, ut etiam queratur, occasionem fidei fallendæ tamdiu dilatam fuisse.

389. *Constitit in mediis: ramus manifestat olivæ. Constitit in medio ramo manifestus* in iisdem; *Constitit in medio ramo manifestat* Taurin. Barthius conjectabat: *Constitit in mediis, ramo confessus olivæ Legatum.* Alius Barthii cod. *manifesta.* — *Constitit in mediis.* Supple Tydeus. *Constitit* autem *in mediis*, noto Græcismo. Homerus, Iliad. E: Ἷζε δ' ἄρ' ἐν μέσσοισι. Atque ita ille sæpe. — *Ramus manifestat olivæ Legatum.* Oliva enim erat symbolum et insigne pacis, et proprium gestamen legatorum.

390. *Causasque viæ nomenque rogatus.* Taurin. *causamque viæ.*

392. *Justis miscens tamen aspera.* Optimus Barthii codex *justo miscens.* — *Justis miscens tamen.* Non blanda locutus est, quæ possent persuadere, sed aspera quæ magis ad iram accenderent: et ostendit Tydeum virum fortem militiæ magis quam eloquentiæ operam tribuisse.

393. *Si tibi plana fides, et dicti cura maneret. Si tibi plena* Petrens. Petav. Lang. Laur. Aldd. Colin. Gevart. Lindenbrog. et nonnulli. *Si tibi plana* uterque Behott. Put. Dan. Cantab. Burm. Amstel. Gronov. Barth. et cæteri. *Atque icti cura* Gudius in suis in Phædr. Notis ad I, 31. Vide Senec. Phœniss. 282, *si dicti cura* Put. Petav. Lang. Laur. et Gevart. etc. *et dicti cura* optimæ Barthii membranæ, uterque Behot. Taurin. Petrens. Dan. alii codd. cum Amstel. Gronov. Barth. Veen. et Delph. Vide Nic. Heinsium ad Ovid. Heroid. Epist. XII, 39, qui et loca ex Nostro laudat. — *Si tibi plana.* Quia, ait Lactantius, ut supra edoctum est, hoc juraverant fratres, ut annis singulis imperium gubernarent: ergo queritur, quod contra legem, aut sacramentum, germano negaret regnum.

394. *Completo justius anno.* Tu qui tanto tempore felix ante ger-

Legatos hinc ire fuit; teque ordine certo
Fortunam exuere, et lætum discedere regno;
Ut vagus ille diu, passusque haud digna per urbes
Ignotas, pactæ tandem succederet aulæ.
Sed quia dulcis amor regni, blandumque potestas,
Posceris : astriferum velox jam circulus orbem
Torsit, et amissæ redierunt montibus umbræ,

manum tuum fuisti, si fidem servare velles, debebas completo tempore, rebus omissis omnibus, ultro ad eum mittere, ut vicarium ex anno ipsi debito regnum susciperet.

396. *Fortunam exuere*, et *lætum discedere regno. Descendere* Petav. Dan. optimæ Barthii membranæ, margo Behot. 2, Aldd. Colin. et nonnulli. *Discedere;* Petrens. Taur. Put. Behott. 1, 2, alii, cum edd. Amstel. Gronov. Barth. et Delph. — Reg. B, *descendere;* Reg. C, *discedere* exhibent. A. — *Fortunam exuere*. Tanquam vestem. Quo pertinet sententia Apuleii « non magnam sed concinnam esse optandam fortunam, ut longior ne gressus velut prolixior tunica impediat. »

397. *Ut vagus ille diu, passusque haud digna per urbes*. Taurin. *passus haud digna*.

398. *Pactæ tandem succederet aulæ*. In uno codice Barthii *patriæ tandem*. — *Pactæ succederet aulæ*. Hoc est, inter vos partitæ, quam ex pacto debitam jam accipere debebat.

399. *Sed quia dulcis amor regni*. Ex mente vero Eteoclis, cui minime decebat ita blandiri, et nefariam cupiditatem augere. Excusatio quidem a generali vitio juvat, ut sic pulchre notat Lactantius : « Ignoscimus tibi quod cupiditate regnandi minime imperium exuisti; nam hoc vitium commune est omnium : generalia enim vitia veniam facile promerentur. Lucan. Phars. V, 260 : *Quidquid multis peccatur, inultum est*. » Tamen prudens orator tale quid non dixisset; adde quod tantumdem per hunc sermonem de fratre sperare cogit Eteoclem. Sed *Tydeus* loquitur non *Ulysses*.

400. *Astriferum velox jam circulus orbem*. Optimus codex ejusdem, Taurin. et Behott. *jam velox*. Behott. *annum* pro *orbem*. — Reg. B, *jam velox circulus orbem;* Reg. C nost. lect. A.

401. *Amissæ redierunt montibus umbræ*. Burmanni codex : et *admissæ*. — Codex MS. Lipsii habet *redierunt vallibus umbræ*. Unde Bernartius : Valles habent umbras, montes jaciunt. Sed sanus est locus. Redeunt enim umbræ montibus, quum sole redeunte eas jacere incipiunt, quas illo absente amisisse dici potest, quum non jacerent. Cæterum ex conversione temporum, jam annum elapsum significare vult. BERALD. — *Umbræ*, inquit Markland. ad Silv. II, 3, 55, nost. edit. tom. I, pag. 227, sunt folia et comæ, ut Theb. II, 401, quod non recte capiens Bernartius, ex

Ex quo frater inops, ignota per oppida tristes
Exsul agit casus; et te jam tempus aperto
Sub Jove ferre dies, terrenaque frigora membris
Ducere, et externos submissum ambire penates.
Pone modum lætis : satis auro dives, et ostro
Conspicuus, tenuem germani pauperis annum
Risisti : moneo regnorum gaudia temet
Dedoceas, patiensque fugæ mereare reverti. »
Dixerat : ast illi tacito sub pectore dudum
Ignea corda fremunt; jacto velut aspera saxo
Cominus erigitur serpens, cui subter inanes

Lipsii codice male substitnit *redierunt* vallibus *umbræ:* qui enim, ait, *umbræ* iu *montibus?* Dicam tibi ex Virg. Georg. I, 342 : « Tuuc somui dulces densæque iu montibus umbræ; » ad quæ notat Serv. *quia tunc incipiunt arbores frondescere.* » En.

403. *Exsul agit casus; et te jam tempus aperto.* Uterque Behott. Lang. Laur. Buslid. Aldd. Basil. et Plant. *apertos;* Lipsiau. Dau. Put. omnes Barthiani, Petrens. Lindenbrog. et alii cum Grouov. Barth. nostram lect. testautur. — Reg. B, *aperto;* Reg. C, *apertos* exhibent. A. — *Exsul agit casus.* Hypallage, pro, casibus agitur. — *Aperto sub Jove.* Id est, sub undo aere. Juppiter enim pro aere sumitur. Horat. I, Od. 1, 25 : « Manet sub Jove frigido Venator. »

406. *Pone modum lætis : satis auro dives, et ostro.* Tauriu. Burm. optimus Barthii, Behott. alii : *satis ostro dives et auro;* Petrens. Lang. Laur. et cæteri *satis auro dives et ostro.* — Reg. B, *satis ostro dives et auro;* Reg. C, nost. lect. De hoc loco vide Excursum ad calcem. A.

407. *Conspicuus.* « Fastnm hominis magnifice se gerentis irridet. » Schol. vetus. Sane non inepte : parnm antem abest quin inepte Papinius sibi coutrarietur, qui in Eteocle hic omnia aguoscit, quæ regno Thebano ob pauperiem loci et temporum prorsus demit, Thebaib. I, 144 et seqq. Barth.

408. *Moneo regnorum gaudia temet Dedoceas.* Rem difficillimam Eteocli suadebat Tydeus.

409. *Patiensque fugæ mereare reverti.* Id est, si bene nteris exsilio tuo, pacificeque iu eo te gesseris, diguior reverteris ad imperium : signum enim erit te æquo animo adversam tulisse fortunam : quod siue magna virtute fieri nou potest.

410. *Illi.* Eteocli. — *Tacito sub pectore.* « Non sponte tacebat, sed ut totum virus in cor congregaret, tempus dabat peroranti. » Schol. MS. Barth.

411. *Jacto velut aspera saxo.* In optimo Barthii codice : *velud.* — Reg. B, *corda frement* habebat, sed a sec. mau. u supra e præbet. A.

412. *Cui subter inanes Longa si-*

Longa sitis latebras, totosque agitata per artus,
Convocat in fauces et squamea colla venenum:
« Cognita si dubiis fratris mihi jurgia signis
Ante forent, nec claræ odiorum arcana paterent,
Sufficeret vel sola fides, qua torvus, et illum
Mente gerens, ceu septa novus jam mœnia laxet
Fossor, et hostiles inimicent classica turmas,

*tis latebras.* Quæ diu latebris suis subterraneis occlusa asperiorem sitim contraxit: tunc enim et acrior anguis, et nocentius venenum. Noster Theb. V, 521: « siccique nocens furit igne veneni. »

413. *Totosque agitata per artus.* Reg. B, *totum agitata*, etc... Reg. C, nost. lect. A.

414. *Convocat in fauces.* Virus ex omnibus artubus colligit in fauces; et in fauces proprie, quia et hic contrario (id est, hosti) ejecturus est venena verborum. Lact.

415. *Cognita si dubiis*, etc. Id est, si dubia fuissent signa, quibus conjicere potuissem mentem jurgandi, quam habet frater.

416. *Nec claræ odiorum arcana paterent.* « Est omnino veritas in libro scripto: *nec clare odiorum arcana perirent.* Tot cæteri, ut tantillam rem, neglexerunt. Ego vero non parum ad claritatem rei facere autumo. » Barth.

417. *Sufficeret vel sola fides, qua torvus, et illum. Sufficeret tua sola fides* optimus Barthii, supra scripto voci *tua*, « *vel illius.* » Pro *qua*, quod servant Dan. Petav. Taurin. Petrens. Exc. Cant. et Burm. cum edd. Amstel. Gronov. Barth. et Delph. *quam* exhibent optimæ Barthii membranæ, Behott. 1, 2. Lang. et cæteri: *quam servo sed illum* Pul. — Hanc lectionem Reg. B præbet, Reg. C nostram. A. — *Sufficeret vel sola fides. Fides*, ut et Græce *πίστις*, probatio, argumentum fidem faciens. De hoc loco vide Excurs.

418. *Mente gerens, ceu septa novus jam mœnia laxet. Mente geris* Taurin. Burm. optimus Barthii, et duo alii: ceu *capta novus* optimæ Barthii membranæ. — Reg. B nost. lect. Reg. C, *Mente geris* præbent. A. — *Septa novus.* In optimo Libro est *capta*. Sed illud est manifestum cur retineamus, cincta enim mœnia non capta subfodiunt cunicularii, quos recte hic Scholiastæ intelligunt. « Fossores, inquit cum nostro Lactantius, dicuntur in exercitu cuniculatores, qui Cuniculos faciunt per quos introgressi milites murorum fundamenta convellunt. » Dicit ergo Tydei orationem illi tempori convenire, quo ista in obsessa jam civitate fiant. Barth.

419. *Fossor, et hostiles inimicent classica turmas. Fessor* Taur. *invitent classica* codex Burmanni; *immisceant* unus Behot. pro v. l. — *Inimicent.* Impleant et efferant odio et nocendi cupidine. Sic Noster *amicare* dicit, Theb. III, 470: « Ac prior Œclides solita prece numen amicat. » Horatius verbo *inimicare* antea fuerat usus, Carm. IV, Od. 15, « non vis eximet olim, Non

Præfuris : in medios si cominus orsa tulisses
Bistonas, aut refugo pallentes sole Gelonos,
Parcior alloquio, et medii reverentior æqui
Inciperes : neque te furibundæ crimine mentis
Arguerim, mandata refers : nunc, omnia quando
Plena minis, nec sceptra fide, nec pace sequestra
Poscitis, et capulo propior manus; hæc mea regi
Argolico, nondum æqua tuis, vice dicta reporta :

ira, quæ prodncit enses, et Miseras inimicat urbes. » Ausonius Paullino Epist. XXIV, 62 et seq. ubi Nemesin sive iuvidiam invehitur: « Livor ubi isle tuus, ferrugineumque venenum Opportuna tuis inimicat pectora fucis. »

420. *Præfuris. Perfuris* Lipsian. aliique. Jortinus pro *orsa* malit *ora.*

421. *Bistonas.* Bistones Thraciæ populi. Vide supra vs. 82. — *Aut refugo pallentes sole Gelonos.* Geloni populi Scythiæ. Vocat eos *pallentes*, qnod sub septemtrione degentes frigoribus perpetuis rigeant, ac sic palleant. Frigus enim, calorem a vultu repellendo, pallorem efficit. — *Refugo sole.* Quia sol eos populos radiis vix attingit, ac sic refugere videtur.

422. *Parcior alloquio. Parcior eloquio* Burm. Dan. Pnt. Petav. uterque Behot. Ald. Colin. Plant. et alii. *Parcior alloquio* Petrens. Taurin. Lipsian. Basl. Laur. Lang. et omnes Barthiani. — Regg. B et C, *Parcior eloquio* exhibent. A. — *Medii reverentior.* Nihil enim magis medium est quam justitia. Considerata ergo reverentia justitiæ parcior esses alloquio. LACTANT.

423. *Neque te furibundæ crimine mentis.* Ex Lactantii interpretatione patet illum legisse, *gentis* pro *mentis.* — *Neque te furibundæ.... mandata refers.* Id est, non arguerim te, quod more furibundi loqueris : verba enim et modus hæc dicendi tibi præscripta sunt : sed fratrem accuso.

424. *Mandata refers : nunc, omnia quando.* Reg. B supra *nunc* ab alio stilo *sunt* scriptum præbet, Reg. C nost. lect. A.

425. *Sceptra fide.* Non secundum compromissam fidem, media pace, et majestate mea mihi servata poscitis regnum, sed vi et violentia perteaditis, quam a malis dictis incipitis, ut ad facta veniatis bellica ; nolo ergo, ut homo iners et timidus, quidquam vobis concedere. Sed quoniam capulo manum admovetis, scitote vobis rem ferro facessendam. BARTH. — *Pace sequestra.* Id est, ea, quæ sic intervenit, ut non tollat bellum, sed differat, ut sunt induciæ. Sic Virgilio, Æn. XI, 133 : « et, pace sequestra, Per silvas Teucri, mixtique impune Latini, Erravere jugis. »

426. *Poscitis, et capulo propior manus.* Behott. 1, 2, Taur. Burm. optimus Barth. alii : *et propior capulo ;* quam lectionem Regg. B et C exhibent. A.

427. *Nondum æqua tuis, vice dicta reporta.* Barthii membranæ,

Quæ sors justa mihi, quæ non indebitus annis
Sceptra dicavit honos, teneo, longumque tenebo.
Te penes Inachiæ dotalis regia dono
Conjugis, et Danaæ, (quid enim majoribus actis
Invideam?) cumulentur opes: felicibus Argos
Auspiciis, Lernamque regas: nos horrida Dirces
Pascua, et Euboicis arctatas fluctibus oras,
Non indignati miserum dixisse parentem
OEdipoden: tibi larga (Pelops, et Tantalus auctor)

*nondum æquata vice dicta reporta.*

428. *Sors justa mihi. Justa*, quia major natu erat: et ideo dicit se priorem regnare debuisse, quippe natu majorem: licet placitum fuisse discrimus, ut vicissim imperium gubernarent, tamen sorte perfectum est, ut aliquis primus acciperet potestatem: sed oratorie Eteocles quoniam scit in sorte esse casum, non judicium, stringit ad hoc, ut merito accidisse videatur, non fortuito. Lactant.

429. *Sceptra.... longumque tenebo.* Venett. et Lipsian. *Æternumque tenebo.*

430. *Te penes Inachiæ dotalis regia dono.* Unus Behot. *regalis* et pro v. l. *dotalis*. — *Inachiæ*. Argivæ. — *Dotalis regia*. Vide supra v. 112.

431. *Danaæ, quid enim majoribus actis.* « Scripsisse Papinium arbitror, ut diserte in optimo codicum scriptum offendo, *majoribus actis;* quomodo et suos aliquos habuisse annotavit Adrianus Behotius. » Barth. — Reg. B hanc quæ nostra est lectionem præbet, Reg. C, *quid enim melioribus actis.* — *Danaæ*. Argivæ, a Danao rege Argorum.

433. *Lernamque regas: nos horrida Dirces.* Lerna oppidum erat Argolidis. Berald. — *Lernamque regas.* Amymone, inquit Lactantius, Danai filia, dum studiose in silva jaculo exerceretur, imprudens Satyrum percussit. Eam quum Satyrus violare vellet, illa Neptuni imploravit auxilium: quo Neptunus quum venisset, fugato Satyro ipse eam compressit, ex quo coitu natus est Nauplius; ex Nauplio Palamedes. Neptunus vero cuspide dicitur, in quo loco Amymonem compresserat, terram percussisse, unde quum aqua flueret Lernæus fons dictus est, et fluvius Amymonius. — *Nos horrida Dirces Pascua.* Bœotiam intelligit per Dircen fontem. — *Horrida.* Quia inculta erat et sterilis Bœotia. Sup. lib. v. 152: « Dumque uter augustæ squalentia jugera Dirces. »

434. *Et Euboicis arctatas fluctibus oras.* Eamdem designat Bœotiam, quæ Euripo admodum angusto dirimitur ab insula Eubœa, quæ nunc *Nigri ponti* dicitur.

435. *Non indignati miserum dixisse parentem OEdipoden.* Resciverat forsan Eteocles fratrem reticuisse patris nomen in aula Adrasti, ut diximus libro superiori.

436. *Tibi larga (Pelops, et Tan-*

Nobilitas, propiorque fluat de sanguine juncto
Juppiter : anne feret luxu consueta paterno
Hunc regina larem? nostræ cui jure sorores
Anxia pensa trahant ; longo quam sordida luctu
Mater, et ex imis auditus forte tenebris

*talus auctor*) *Nobilitas*. De Tantalo vide lib. superiori, not. 245 et 246, et de Pelope not. 689, huj. tom. pag. 115. Ed.

437. *Nobilitas, propiorque fluat*. Dan. Heinsius ad Claud. XII, 22, legit, *fluit*. — *Nobilitas*. Vide quæ de hac voce dixit Marklandus ad vers. 11, Silv. lib. II, huj. ed. tom. I, p. 258. Ed. — *Propiorque fluat de sanguine juncto*. Quia scilicet Polynices, per affinitatem contractam cum Pelopidis, propiori gradu attingebat Jovem, quam per Cadmum : Tantalus enim Pelopis pater erat filius Jovis; Cadmus vero tantum quartus a Jove : nam Epaphus Jove genitus Libyam habuit filiam, ex qua et Neptuno ortus Agenor pater Cadmi. — *Fluat*. *Fluere* proprie in ea re dicitur. Theb. I, 677 : « Unde genus, quæ terra mihi, quis defluat ordo Sanguinis antiqui. » Claudianus, XII, 22, de Nuptiis Honorii : « Procul audiant Iberi, Fluit unde semen aulæ. »

438. *Anne feret luxu*, etc. Optimæ Barthii membranæ, *ferat*. — *Luxu*. Pro, luxui, in Dativo. Quod frequens, præcipue poetis. Sic Virgilius dixit Æn. IX, 605 : « Venatu invigilant pueri, silvasque fatigant. » Id. ib. I, 251 : « Parce metu Cytherea. » Pro, venatui, et metui. Et hoc Æolum imitatione, qui iota subscriptum e Dativis tollebant.

439. *Regina*. Argia Polynicis uxor. — *Hunc larem*. Exiguum et pauperem. — *Nostræ cui jure sorores Anxia pensa trahant*. More Veterum, tam Græcorum, quam Romanorum, quo omnes mulieres, ac etiam regum uxores et filiæ, lanæ ducendæ, telæque texendæ manum admovebant. Theocr. Idyll. XVIII, in Helenæ laudibus ponit, quod nulla puellarum æqualium perinde nere sciret. Quum Alexander apud Curt. V, 2, Sisygambi Persarum reginæ captivæ lanam ac purpuram tradi jussisset, eaque in mærorem et lacrimas soluta fuisset, ei dixit Alexander : « Mater, hanc vestem, qua indutus sum, sororum non solum donum, sed etiam opus vides; nostri decepere me mores. » Augustus ita filias et neptes instituit, ut etiam lanificio assuefaceret, Suetonio referente. Inde factum apud Romanos, ut inter alios ritus nuptiarum, colum comtam lana, et fusum cum stamine uxores in maritorum ædes deductæ portarent, ut tradunt Plutarchus et Plinius. Lycurgum tamen eo munere solvisse mulieres, idque mandavisse ancillis, refert Xenophon de Lacedæmoniorum Republica lib. I.

440. *Anxia pensa trahant*. *Anxia pensa trahunt* nulla editio, nisi pessima ulla Veenhusiana. *Ansia* Taurin. et Burm.

441. *Ex imis auditus forte tenebris*. Taurin. *forte latebris*. — *Ex imis auditus forte tenebris*. Vide Theb. I, 48 et sqq. huj. t. p. 16. Ed.

Offendat socer ille senex : jam pectora vulgi
Assuevere jugo : pudet heu ! plebisque, patrumque,
Ne toties incerta ferant, mutentque gementes
Imperia, et dubio pigeat parere tyranno.
Non parcit populis regnum breve : respice quantus
Horror, et attoniti nostro in discrimine cives.
Hosne ego, quis certa est sub te duce pœna, relinquam?
Iratus, germane, venis : fac velle, nec ipsi

442. *Offendat socer ille senex.* « Locum hunc corruptum esse non præsto ; libri scripti tamen consensu præferunt : *Offendat sacer ille senex;* quod non sperno. » Bern. Nostram scripturam agnoscunt optimæ Barthii membranæ, Petrens. Cantab. Taurin. Burm. et cæteri. Sola ed. Grasseri, *sacer.* — *Socer ille.* Ædipus. Adi Excurs.

443. *Assuevere jugo. Hoc severe jugo* optimæ membranæ Barthii ; unde ille : *Huic severe jugo.* — *Patresque.* More Romanorum, apud quos Senatores vocabantur *patres.*

444. *Ne toties incerta.* Regg. B et C, *Ne totiens.* A. — *Gementes.* In mutatione enim principis plerumque bella oriuntur. Beati igitur populi apud quos hic usus non viget ! Ed.

445. *Dubio pigeat parere tyranno.* Adi Excurs.

446. *Non parcit populis regnum breve.* Id est, brevis administratio successori imperium servare non patitur : et in primo ideo querelam populi induxit, posse ambos perdere. Lactant. — Ab ore improbo probissimum dictum, cui plena cera subscripsit Romanus Imperator, apud Tacitum Hist. II, « Difficilius, inquiens, est temperare felicitati, qua te non putes diu usurum. » Quid ergo, ex usune Reipublicæ honores longos dare et diuturnos? abnuunt alii : inter quos Dio, qui libro LII : « Longiora et diuturniora imperia multos attollunt, et ad res novandas impellunt. » Qui verius? Non ego de plebe literatorum interponam decretorium stilum. Si magni tamen honores, in Dionis sententiam videor iturus : quandoquidem Livio etiam teste : « Libertatis magna custodia est, si magna imperia diuturna esse non sinas. » Bernart.

447. *Attoniti nostro in discrimine cives.* « Voculam in optimus aliique libri non habent : et aberit illa melius : nec agnoscunt quædam Glossometa. » Barth. — Reg. B hanc voculam habet, quam Reg. C non exhibet. A.

448. *Hosne ego, quis certa,* etc. *Hos ego* Behot. 1 et 2. — *Quis certa est sub te duce,* etc. Id est, hos tibi ego ad supplicium tradam, si tamen fueris adeptus imperium, quibus certa est pœna meritorum ; merentur enim supplicia quod mihi paruerint. Lactant.

449. *Fac velle.* Supple, me deponere imperium. — *Nec ipsi patres Reddere regna sinent.* Quasi jam jure retinere posset imperium, quod patres ipsum reddere non sinebant.

(Si modo notus amor, meritique est gratia) patres
Reddere regna sinent. » Non ultra passus, et orsa
Injecit mediis sermonibus obvia : « Reddes,
Ingeminat, reddes : non si te ferreus agger
Ambiat; aut triplices alio tibi carmine muros
Amphion auditus agat : nil tela, nec ignes
Obstiterint, quin ausa luas, nostrisque sub armis
Captivo moribundus humum diademate pulses.
Tu merito : ast horum miseret, quos sanguine viles,
Conjugibus natisque infanda ad prælia raptos,

450. *Si modo notus.* Non de nihilo hunc erga se populi prætendere Eteoclem res ipsa arguit, quod nimirum, ut cum tutarentur, sese omnes Thebani Septem contra venientibus, ut auctor Thebaidis loquitur, Regnis opposuerint. Vide Æschylum initio et alibi in Septem Thebanis. Barth.

451. *Reddere regna sinent. Non ultra passus, et orsa.* Markl. ad Silv. V, 5, 24 (vide huj. edit. tom. I, p. 690, Ed.) legit : *nihil ultra... Injecit Tydeus sermonibus obvia : reddes, Ingeminans.* Illud *Ingeminans* Behotii codex habet. Marklandi vero editio Londinensis an. 1728; habet : non *ultra;* Taurin. *nec ultra.* — *Reddere regna sinent.* Hæc est rei decisio, quam quum Tydeus percipit nequaquam ulterius animo linguæque imperare potest. Perculsus ergo argumentulis quod et retinere, et recte atque jure retinere persuaso velle populo videat regnum, ad vim suam et minas erumpit. Sch. Vetus. — *Non ultra passus.* Supple, Tydeus.

453. *Ingeminat, reddes.* Tydeus tantum hac invidia orationis egit, ut licet legatus esset, juste tamen, inquit Lactant., mereretur occidi.

454. *Triplices alio tibi carmine muros.* Reg. B, *carmine maros*, sed supra *a* scriptum a sec. man. *u*, Reg. C nost. lect. A.

455. *Amphion auditus agat.* Tangit fabulam, qua ferunt lapides motos dulcedine cantus citharæ Amphionis, construendis muris Thebanis ultro se admovisse. Vide sup. lib. vs. 9 et 10; huj. l. p. 7. Ed.

457. *Diademate pulses.* Oratorie : ut felicior pœna sit mori cum dignitate, quam fraude possedit. Lactant.

458. *Tu merito.* « Vera est hæc scriptura, a cujus generositate abeunt nonnulli libri, qui præferunt : *Et merito;* non tamen optimus. » Barth. — *Ast horum miseret.* Supple, civium tuorum. Supra Eteocles conciliaverat sibi favorem civium suorum, quos rursus Tydeus omnes infensos regi facit, dum dicit eum causam esse scelesti belli. — *Sanguine viles.* Id est, ut vilia mancipia.

459. *Infanda ad prælia raptos.* Reg. B, *raptus;* Reg. C, nost. lect. exhibent. A. — *Infanda ad prælia.* Nam sumendo arma contra Poly-

Projicis excidio, bone rex : o quanta Cithæron
Funera, sanguineisque vadis, Ismene, rotabis!
Hæc pietas, hæc magna fides! nec crimina gentis
Mira equidem duco; sic primus sanguinis auctor,
Incestique patrum thalami; sed fallit origo:
Œdipodes tu solus eris : hæc præmia morum
Ac sceleris, violente, feres : nos poscimus annum.

nicem, frangent fidem duobus fratribus datam.

460. *Projicis excidio, bone Rex.* *Projicis excidio bone o Rex* optimus Barthii; unde ille : *bone io Rex.* — Regg. B et C, *Proicis excidio, bone rex.* — *Bone rex.* Ironice. — *Quanta Cithæron.* Montem seorsum compellatum intellige. Sed et aliquo tamen modo et ipse potest dici rotare funera, quum in collibus ejus cæsi homines ad radices cumulatim devolventur. Vet. Schol.

461. *Funera, sanguineisque vadis, Ismene, rotabis!* Regg. B et C, *Funera, sanguineusque vadis,* etc. A. — *Sanguineis vadis.* Totis in sanguinem versis. Vide ad illud Claudiani, VII, 101 : « Staret, ni rapidus juvisset flumina sanguis, » quæ adnotavimus, nost. ed. tom. I, pag. 241. — *Ismene.* Vide Theb. I, 40, huj. tom. pag. 14. Ed.

462. *Hæc pietas, hæc magna fides!* Ironice ut supra, *bone rex.* « Recte, ait Barthius, supra notavit Lactantius oratorie hæc dici, ut militi circumstanti exosum faceret Tydeus tyrannum, soli illi tot instantium malorum causam in os adscribenti. »

463. *Mira equidem duco : sic primus sanguinis auctor. Mira quidem* in Barthii membranis; *Mira quidem duco; si primus* Behott. *sic primi* Laur. Lang. Busl. Aldd. Colin. et Plant. *sic primus* Lipsian. Put. Dan. et alii. Jortinus conjectabat : *sic dirus sanguinis auctor,* improbante Burmanno. — *Mira equidem duco,* etc. Non duco mirum, dicit, Eteoclem inveniri scelestum, si primus generis auctor, id est, Œdipus fuit scelestus, et thalami parentum incesti.

464. *Sed fallit origo.* Omnes codd. Barth. Dan. Petav. Put. et Lips. *nec fallit;* Behot. 1, *set fallit;* Behot. 2, Petreus. Taur. Lang. Laur. Busl. Aldd. Colin. Plant. etc. *sed fallit.* — *Sed fallit origo.* Ex dissimilitudine et bonitate morum, Polynices Œdipi filius non putatur. Lactant.

465. *Œdipodes tu solus eris.* *Œdipodis tu solus eris* Jortinus; *eras* Behot. 1, 2. — Reg. B, *eros;* præbet, Reg. C nost. lect. A. — *Œdipodes tu solus eris.* Morum similitudine scilicet. — *Hæc præmia morum Ac sceleris, violente, feres.* Pœnas nempe et captivitatem tuorum.

466. *Nos poscimus annum.* Idem Jortinus : *non poscimus;* quæ non spernenda videtur Burmanno. — *Nos poscimus annum.* Ne scelerata tua perfidia et crudelitate in tuos nos terreri existimes; nihil remittimus ob illas de jure nostro; sed

Sed moror. » Hæc audax etiamnun in limine retro
Vociferans, jam tunc impulsa peiagmina præceps,
Evolat. OEneæ vindex sic ille Dianæ
Erectus setis, et aduncæ fulminemalæ,
Quum premeret Pelopea phalanx saxa obvia volvens,
Fractaque perfossis arbusta Achtoia ripis,
Jam Telamona solo, jam stratun Ixiona linquens,
Te, Meleagre, subit : ibi demum cuspide lata

poscimus aunum nostrum. Barth.

467. *Hæc audax etiamnum in limine retro.* Venett. Aldd. Colin. et Plant. *in limine regis;* Petreus. Exe. Cantab. Barth. Delph. et cæteri *in limine retro.* — Reg. B, *in limine regis;* Reg. C, *in limine retro* ferebat, sed secunda manus *tro* erasit et supra *gis* scripsit. A. — *Retro vociferans.* Sensus : Hæc quum egrederetur dicebat, respectans in limine.

469. *Evolat. OEneæ vindex sic ille Dianæ. Evolat OEnides* Petav. Behott. 1, 2, Lang. Lipsian. Laur. alii cum Gevart. Amstel. *Evolat OEneo* Dan. *OEneus* Taurin. Lectionem nostram et interpunctionem dedit codex Burmanni. Vide Nic. Heinsium ad Ovid. Met. VIII, 281. — *Evolat OEneæ.* Aliæ editiones habent *OEnides*, sed Gronovius observat MSS. habere *OEneæ*, ut referatur ad τὸ *Dianæ* sequentis: ponitque punctum post *Evolat.* Sicque legendum : *Evolat. OEneæ.* — *OEneæ vindex sic ille Dianæ.* Quam OEneus rex Calydonis offenderat. — *Vindex ille Dianæ.* Intelligitur aper Calydonius, quem Diana immiserat in agros Calydoniæ, irata OEneo Calydoniæ regi, quod sacrificans omnibus Diis eam prætermiserat. Hæc sunt Beraldi.

470. *Erectus setis. Ereptus* unus Behot. — *Fulmine malæ.* Ab impetu arenti, quo fulmen imitatur. Ovid. Met. X, 550 : « Fulmen habent acres i aduncis dentibus apri. »

471 *Quum premeret Pelopea. Pelopa* Burm. et Taurin. — *Pelopea.* Non hic solum Peloponnesii notantur, sed etiam omnes Græci : ex omnibus enim Græciæ partibus proceres convenerant in Calydoniam ad celebrem illam venationem apri Calydonii, quem tandem Meleager interfecit.

47[illegible] *Acheloia.* Achelous fluvius Ætol[illegible], ut jam diximus, lib. I, 453, [illegible]uj. tom. pag. 83. Eo.

47[illegible] *Telamona.* Telamon Æaci filius [illegible]on ab apro prostratum Telamo[illegible] scribit Ovid. Met. VIII, 378, [illegible] ab arboris radice retentum cecid[illegible]e : « Prosequitur Telamon, studi[illegible]ue incautus eundi, Pronus ab ar[illegible]rea cecidit radice retentus. » — *Ix[illegible]na.* Ixion Lapitharum rex, Pirith[illegible] pater et Centaurorum. Ex Apoll[illegible]oro vero et Ovidio Metam. VIII, [illegible]on huic venationi apri Calydon[illegible]on interfuit, sed Pirithous ejus f[illegible]s.

47[illegible] *Te, Meleagre, subit : ibi demu*[illegible] etc. Put. *tibi demum*, quam lect. [illegible]. B exhibet, nost. Reg. C habet[illegible]. — *Meleagre.* Meleager

Hæsit, et obnixo ferrum laxavit in armo.
Talis adhuc tre·idum liquit Calydonius heros
Concilium, infrenlens ipsi ceu regna negentur:
Festinatque vias, amumque precantis olivæ
Abjicit: attonitæ tectorum ex culmine summo
Prospectant matr6, sævoque infanda precantur

Œoei filins, dnx expedionis in aprum Calydooium. — *Æleagre.* Metathesis, pro Meleager

475. *Obnixo ferrum lıavit in armo.* Optimæ Barthii mebranæ: *obnixos ferrum laxavit ii armos.* Barthius aliqnaudo legcbs: *luxavit.* — *Obnixo ferrum lavit in armo.* Ovidins l. c. 419: « olendidaque adversos venabula cndit in armos. » Bcne *obnixo.* Ap enim uunquam devitare solet vensorem, sed simul ac illum conspex, iucurrit. Halieutico Ovidio ads·ipto, 60: « Actus aper setis iram enuutial birlis, Et ruit oppositi ncns in vulnera' ferri, Pressus, et misso moritur per viscera telo. » .prum intellexit Ausooius Epig. 2 « Cedere quæ lato nescit ferasaucia ferro, Armatique urget telæruenta viri.

476. *Talis adhuc trepium liquit*, etc. Dan. Put. Petav. indenbrog. et Cruc. *linquit;* in :iis: *liquit.* — Regg. B et C, *linuit* exhibent.—*Calydonius heros.* 'ydeus, propria ratio. *Calydonius.* 'ropter patrum mores et tegumentm.

477. *Concilium, infreuens ipsi ceu regna negentur. Cousilim* Taurin. Burm. et uterque Belıt. *ceu sceptra* Lang. et Barthiani.

478. *Precantisolivæ Abjiit.* Quia supplices et precantes raıum olivæ gestare soliti. — *Abjic.* Quasi spe pacis ademia, et ad bellum provocans.

479, 480. *Attonitæ tectorum ex culmine summo Prospectant matres*, etc. Unus Behot. *e culmine matres Prospectat summo.* Put. aliique codd. *Aspectat.* Sed P. Burm. receptam lectionem defeodit ad Ovid. Heroid. Epist. V, 63. — Reg. B, *Abicit: attonitæ tectorum e limine summo Aspectant matres*, etc. Reg. C nost. lect. A.

479. *Tectorum ex culmine summo.* Tecta veterum plana erant, non fastigiata; ideoque apta ad spectandum. In illis solarium, locus scilicet snbdialis, et soli expositus, iu quo plerumque apricabantur. Morem qooque hunc obtinuisse patet apud Hebræos, qui super tectis agere soliti, adeo ut Dei lege loricam circumducere jussi sint, ad evitandum discrimen. Deuter. XXII. Idem hodie iu plerisque orientalibus ac meridionalibus regionibus videre est. Romaoos etiam tectis planis usos Vitruvius lib. II, aliique auctores referunt, eosque in tectis spectasse, ac lampadas prætulisse docent.

480. *Sævoque iufanda precautur OEnidæ.* Salvianus de Gnb. III, « Quidquid non possumns imbecilli, optamus irati, et in omni animorum indignantium motu malis votis pro armis utimur. » — *Pre-*

OEnidæ, tacitoque simul sub pectore regi.
Nec piger ingenio scelerum, fraudisque nefandæ
Rector eget: juvenum fidos lectissima bello
Corpora nunc pretio, nunc ille hortantibus ardens
Sollicitat dictis, nocturnaque prælia sævus
Instruit, et sanctum populis per sæcula nomen
Legatum insidiis, tacitoque invadere ferro,
(Quid regnis non vile?) cupit: quas quæreret artes

*cantur.* Pro *imprecantur.* Sic Silv. V, 2, 81, *Precatu*, pro imprecatione, dira: ita Græcis ἀρὰ pro κατάρα, et εὔχεσθαι *precari*, pro ἐπεύχεσθαι *imprecari.* Philoctetes apud Sophoclem: ὄλοιο· σοὶ γὰρ πολλάκις τοῦτ' εὐξάμην. *Pereas: hoc enim sæpe tibi imprecatus sum.* Ovid. Met. XIII, 48, de Philoctete: « Laertiadæque precaris, Quæ meruit. » — *OEnidæ.* Tydæo OEnei filio. Adi Excurs.

481. *Tacitoque simul sub pectore regi.* Tydeo palam et alta voce imprecabantur, sed regi intus in animo.

483. *Juvenum fidos lectissima bello.* Barthius hic in Notis: *fortissima bello;* Taur. *lætissima bello.* — *Juvenum fidos, lectissima bello Pectora.* Meliores et plures: *Corpora.* Recte. Quorum usus a corpore et manibus, *corpora* et *manus* dicuntur antiquis. Ovid. Fast. III, 128, « totidem princeps, totidem pilanus habebat Corpora. » Livius, XXII: « Transfugam sive magnæ rei proditione venientem ad hostes nihil aliud quam unum vile atque infame corpus esse. » Tacit. Hist. II, 11, « Ipsum Othonem comitabantur, speculatorum lecta corpora. » Libanius Βασιλ. Συνήγετε μὲν ὄγκος χρημάτων, ἠθροίζετε δὲ πλῆθος σωμάτων. Hinc et *corpora* nonnunquam pro servis. Gron.

484. *Corpora nunc pretio*, etc. *Pectora* Nic. Heins. ad Ovid. Fast. V, 71, ex quibusdam codd. ita quoque optimæ Barthii membranæ, Put. alii. *Corpora* exhibent Taurin. Burm. Dan. uterque Behot. et nonnulli Barthiani, cum edd. Gronov. Barth. et Delph. Vide Thebaid. IV, 152. Porro Nic. Heinsius, ad Ovidium hunc locum laudans, ita legit: *Pectora nunc pretio, nunc ille hortatibus inplet:* codex Burmanni habet etiam: *hortatibus.* — Reg. B nost. lect. Reg. C, *Pectora* exhibent. A.

486. *Et sanctum populis per sæcula nomen.* Quia nimirum sacrum legationis munus, et omnibus locis ac temporibus sacri inviolabilesque habiti gentium omnium consensu legati.

487. *Tacito ferro.* Ex improviso, occultato usque ad momentum cædis, ne evaderet videlicet.

488. (*Quid regnis non vile?*) *cupit.* « In duobus scriptis codd. glossa legitur: vel *putat.* » Barth. Parentheses, et distinctio, debentur Bernartio. « In libro magno (puta, optt. membr.) rasura est, indicans olim scriptum fuisse *verteret.* Id

Si fratrem, Fortuna, dares? o cæca nocentum
Consilia! o semper timidum scelus! exit in unum
Plebs ferro jurata caput: ceu castra subire
Apparet, aut celsum crebris arietibus urbis
Inclinare latus: densi sic agmine facto
Quinquaginta altis funduntur in ordine portis.
Macte animi, tantis dignus qui crederis armis.
  Fert via per dumos propior, qua calle latenti
Præcelerant, densæque legunt compendia silvæ.

est, « evolveret, quem non lapidem moveret: » nihil tamen muto. » Barth.

489. *Si fratrem, Fortuna, dares? o cæca nocentum.* « Idem optimus liber præfert, *daret;* nihil etiam isthic mutamus, quum nullum sit operæ pretium. » Barth. — *O cæca nocentum consilia!* Ovid. Metam. VI, 472: « quantum mortalia pectora cæcæ Noctis habent! »

490. *O semper timidum scelus!* Unus Behot. o *tumidum semper.* — *Exit in unum Plebs ferro jurata caput.* Ut ignaviam designaret, et invidiam numero compararet.

491. *Plebs.* Multitudo plebis nomine digna, tanta erat. — *Ferro.* In cædem Tydei vi ferri faciendam. — *Jurata.* Pro, conjurata.

492. *Crebris arietibus urbis.* Frustra excusat Bernartius Virgiliano: « Intexunt abiete costas. » Quis non videt differentiam? Accedo igitur, licet invitis omnibus libris, Grutero, qui conjicit: *crebris arietatibus:* nam quod contractæ tres priores syllabæ in duas tamen breves ponuntur, fecit idem in *tenuior,* ut in Silv. I, 4, 36: « Sperne coli tenuiore lyra. » Gronov.

493. *Agmine facto.* Conglobati in cuneum. Sæpe sic Virgilius ut infra vide not. 496.

494. *Funduntur portis.* Propere exeunt. Virgilius, Æn. XII, 121: « Procedit legio Ausonidum, pilataque plenis Agmina se fundunt portis. » — *In ordine.* Ordinatim. Idem Virgil. Æn. VIII, 628: « illic genus omne futuræ Stirpis ab Ascanio, pugnataque in ordine bella Fecerat. »

495. *Macte animi, tantis dignus,* etc. Sensus est: Macte animi, qui dignus censeris contra quem tot armentur. — *Tantis armis.* Tot hominum. Locutio adeo vetus ut et sit Plautina. Barth.

496. *Fert via per dumos propior, qua calle latenti. Qua via per dumos propior fert, calle latenti,* etc. optimæ Barthii membranæ: *quo calle* unus Behot. *Per dumos propior qua fert via calle latenti* Taurin. — *Fert via per dumos.* Hoc est, ducit via compendiosior latente calle: ut Virgilius, Æneid. VIII, 594: « Olli per dumos, qua proxima meta viarum, Armati tendunt: it clamor et agmine facto, etc.

497. *Præcelerant.* Celerant, properant prævenire Argos redeuntem ordinaria via heroem, ipsi latrones

Lecta dolis sedes : gemini procul urbe malignis
Faucibus urgentur colles, quos umbra superni
Montis, et incurvis claudunt juga frondea silvis :
Insidias natura loco, cæcamque latendi
Struxit opem : medias arcte secat aspera rupes
Semita, quam subter campi, devexaque latis
Arva jacent spatiis : contra importuna crepido
OEdipodioniæ domus alitis : hic fera quondam

semitarum compendia sectantes : sic usus Noster eodem verbo, Thebaid. IV, 797 et sqq. « Illi per dumos et opaca virentibus umbris Devia pars cingunt, .... Præcelerantque ducem. » — *Densæque legunt compendia silvæ.* Qua compendiosa via vel semita ducebat per densissimam silvam, quam illi noverant, Tydeo incognitam.

498. *Lecta dolis sedes. Sedes* locus ubi subsidere, insidere, et insidias efficere commode possent. Sic *sedes belli* apud Lucanum II, 394, unde et commode in hostem moveri, et ubi latere exercitus posset: « Hæc placuit belli sedes, etc. » Sic « sedes latronum » apud Apuleium. « Sedes sceleratorum » apud Ciceronem pro Cluentio, de locis infernalium pœnarum. — *Malignis.* « *fauces malignæ*, non faciles evadi laxiore aditu quam exitu. » Barth. — *Malignis.* Obscuris, angustis. Virgil. Æn. VI, 270 : « Quale per incertam lunam sub Luce maligna Est iter in silvis. »

499. *Umbra superni Montis.* Desuper imminentis montis, locum in cavernam excavatam dicit, desuper imminente montis parte, qua erat Tydeo prætereundum.

500. *Incurvis silvis. Arboribus* Gl. MS. Arbores de imminente faucibus monte incurvatas supra viam dicit, ut velut antrum sit factum. *Silvæ* autem singulæ etiam arbores. Nemesianus Cyneget. vs. 37 et seq. « Fumantemque Padum, Cygnum, plumamque senilem, Et flentes semper Germani funere silvas. »

502. *Medias arcte secat aspera rupes.* Reg. B, *mediasque arte secat*, etc. Reg. C, *medias arte secat.*

503. *Quam subter.* Pendulam rupem semita perviam dicit, cui semitæ immineat incurva desuper silva. Ubi descenderis, ingentes subito spatiososque campos ineas. Sententia Scholiorum. Barth.

504. *Importuna crepido.* Feralis, luctuosa; contra campum crepido erat, id est, saxum eminens. Saxum illud dicit in quo Sphinx fuit : et quærendum utrum *importuna*, execrandam dixerit; an *importuna*, non conveniens : quia ex ipso saxo insidiæ videri poterant præparatæ. Lactant.

505. *OEdipodioniæ domus alitis* Dan. Behott. 1, 2, Taurin. et Burmann. — *OEdipodioniæ domus alitis.* Descriptio sedis Sphingis et Sphingis ipsius, quam vocat *alitem OEdipodioniam*, quod victa fuit ab OEdipo. Vide Thebaid. I, not. 66,

Pallentes erecta genas, suffusaque tabo
Lumina, concretis infando sanguine plumis
Relliquias amplexa virum, semesaque nudis
Pectoribus stetit ossa premens, visuque trementi
Collustrat campos, si quis concurrere dictis
Hospes inexplicitis, aut cominus ire viator
Audeat, et duræ commercia jungere linguæ.

huj. tom. pag. 20. En. — *Hic fera quondam*. Sphinga dicit, quæ in hoc aliquando insederat saxo.

506. *Pallentes erecta genas. Squalentes* unus codex Heinsii; *Pallentes erepta* unus Behot. — *Erecta genas*. Erectas genas habens.

507. *Concretis*. Solidatis et in unum redactis abundantia sanguinis: ut Virgil. Æn. II, 277: « Concretos sanguine crines. » — *Infando sanguine*. Miserorum scilicet viatorum, quos crudeliter dilacerabat.

508. *Nudis Pectoribus*. Id est, pluma nudatis: quum enim semper ossibus Sphinx incubaret, hoc impediebat, quominus plumæ pectoris, quæ ossium attritu semel ceciderant, recrescerent: hinc *nudum* habebat pectus.

509. *Stetit ossa premens, visuque trementi*. Jortinus conj. *visuque trementes*, vel *tremendo;* ejusdem amicus: *visuque frequentes*, vel *frequenti;* Taurin. habet, *trementes;* Dan. Put et Petav. *frementi;* uterque Behot. Laur. Buslid. Burm. alii cum edd. vett. *trementi*. — Reg. B, *ausuque frementi;* Reg. C, nost. lect. A.

510. *Collustrat campos. Collustrans* Exc. Cantab. Taurin. alii. — Reg. B, *conlustrat;* Reg. C, *campis*, sed supra *i* alia manu *o* scriptam. A. — *Concurrere dictis*. Non unum ænigma illi fuisse testantur auctores. Σφίγγα κελαινὴν vocat Lycophron, quod σκοτεινὴν διὰ τοὺς φόνους ἢ τὰ αἰνίγματα interpretatur Isacius Tzetzes. « Inexplicita dicta » non inexplicabilia interpretatur glossographus. Ænigma verum prodit Pausanias: « Traditum est, inquit, Laii notham fuisse Sphingem filiam, quam Pater oraculum, quod Delphis Cadmus acceperat, pro sua in eam benevolentia, edocuisset. Eo quidem tempore nihil aliud Reges, quam quod ex oraculo cognovissent, pro certo habere solebant. Quoties itaque de Regno esset controversia, ad Sphingem, consulendi causa, finitimi ventitabant. Fuere Laio ex pellicibus filii. Sed responsum illud Pythii Apollinis, Epicastæ tantum et liberis, quos Laius ex ea susceperat, notum aiunt fuisse. A Sphinge autem dolo fratres ita circumventos, ut ex ipsis quæreret, num datum Cadmo responsum, si Laii filii essent, cognitum haberent: quod si negassent, capite eus statim condemnabat, eo scilicet crimine, quod non essent ex ea gente, ad quam regnum, de quo disceptabant, pertineret. Venisse vero ad illam Œdipum, ex quodam somnio de Oraculo edoctum. » Barth.

512. *Audeat, et duræ commercia*

Nec mora, quin acuens exertos protinus ungues,
Liventesque manus, fractosque in vulnere dentes;
Terribili applausu circum hospita surgeret ora.
Et latuere doli, donec de rupe cruenta,
Heu! simili deprensa viro, cessantibus alis,
Tristis inexpletam scopulis affligeret alvum.
Monstrat silva nefas, horrent vicina juvenci
Gramina; damnatis avidum pecus abstinet herbis.
Non Dryadum placet umbra choris, non commoda sacris
Faunorum, diræque etiam fugere volucres
Prodigiale nemus: tacitis huc gressibus acti
Deveniunt peritura cohors, hostemque superbum,
Adnixi jaculis, et humi posita arma tenentes

*jungere linguæ.* Taurin. Burm. omnes Barth. Petr. Petav. Dan. Lindenbr. et Cruc. *diræ*: quam lectionem Regg. B et C etiam præbent. A.

514. *Liventesque manus.* Behot. *Liventisque.* — Reg. B, *Liventisque.... in vulnera dentes;* Reg. C nost. lect. A. — *In vulnere.* Id est, quum dilaceraret hospitem.

515. *Terribili applausu circum hospita surgeret ora.* Sensus est, involaret horrendo alarum clangore in vultus advenarum.

516. *Et latuere doli.* Id est, ænigmata ejus non fuerunt soluta.

517. *Heu simili deprensa viro. Heu simili depulsa viro* codex Barthii. — *Heu simili deprensa viro.* Vel tam callido, vel tam scelerato, hoc est, crudeli parricidæ, matris marito, qui meruit ut se sponte cæcaret: ergo hoc dixit, simili errore, pariter consecrando. LACTANT. — Verba Papinii sic gallice vertit *Cormiliolle* « surpris, deviné par un « mortel, né comme lui dans la « colère des Dieux. » A.

518. *Scopulis affigeret alvum.* Behot. 1, 2, *scopulis affigeret.*

520. *Damnatis avidum pecus abstinet herbis.* Marklandus ad Silv. V, 3, 147, legendum putat: *damnatisque avidum;* quem vide ad Silv. II, 3, 47, *nost.* edit. tom. I, pag. 225 et 226; adi etiam ejusdem *tom.* pag. 619, not. 147. EDIT. — *Avidum pecus.* Quamvis avidum.

521. *Dryadum.* Dryades Deæ montium ac silvarum, dictæ a nomine Græco δρῦς, quod *quercum* significat. Veteres autem credebant Dryades per noctem eboreas agere.

522. *Fauni.* Fauni Latinis, Satyri et Panes Græcis, agrorum et silvarum Dii. Ipsis sacra in nemoribus fiebant.

523. *Prodigiale.* Quod, inquiunt Beraldus et Lactantius, ossibus hominum albebat. — « Portento illi et prodigio habitatum. » Gl. V. « Portentosum, monstris et spectris plenum. » Gl. alia. BARTH.

524. *Peritura cohors.* Hos juvenes

Exspectant, densaque nemus statione coronant.
Cœperat humenti Phœbum subtexere palla
Nox, et cœruleam terris infuderat umbram.
Ille propinquabat silvis, et ab aggere celso
Scuta virum, galeasque videt rutilare comantes,
Qua laxant rami nemus, adversaque sub umbra
Flammeus æratis Lunæ tremor errat in armis.
Obstupuit visis : ibat tamen, horrida tantum
Spicula, et inclusum capulo tenus admovet ensem.
Ac prior, « unde viri? quidve occultatis in armis? »

dicit, quos Tydeus est occisurus.

526. *Nemus statione coronant.* Cingunt; sic Virgilius, Æneid. IX, 379 : « Objiciunt equites sese ad divortia nota Hinc atque hinc, omuemque abitum custode coronant. »

527. *Phœbum subtexere palla.* Jortinus conj. *cælum subtexere.* Cf. Silv. III, 1, 127; Theb. III, 415; V, 753; Virg. Æneid. II, 250; VI, 270. — *Humenti palla.* Rorifera. Gl. Scripta. Locutio Sacrarum Salutis Literarum, Dominum « extendere cælum et Noctem instar vestis. » Quam imitatus Græcos Latinosque dicas *noctis superventum* pallio inducto aut peplo designare. Barth. — Pallam nigram, stellis conspersam, dant Nocti poetæ.

530. *Galeasque videt rutilare comantes.* Put. Petav. Buslid. et edd. vett. *cristasque videt*; Lipsiao. uterque Behot. Petrens. Burm. alio et omnes Barthiani *galeasque videt.* — Reg. B, *cristasque videt*; Reg. C, nost. lect. præbent. A. — *Cristasque videt rutilare comantes.* Mire dictum videtur, nam quomodo cristæ comantes, quum cristæ sint ipsæ comæ? repetiit eamdem sententiam Theb. IX, 698 : « Interdum cristas hilaris jactare comantes. » Quo quidem loco libri scripti nihil mutant, hic vero Lipsii liber et Laurentianus uterque agnoscunt : *Galeasque videt rutilare comantes.* Ego vulgatam non sperno, nam et alibi in Virgilio, Æneid. III, 468, legi : « Et conum insignis galeæ cristasque comantes. » Bernart.

531. *Qua laxant rami nemus.* *Qua laxat ramos nemus* optimæ Barthii membranæ. — *Qua laxant rami nemus.* Pro, ex qua parte rami rariores erant. — *Adversaque sub umbra.* Luci, quæ esse adversa venientibus videbatur. Lactant.

532. *Lunæ tremor errat in armis.* Agitatæ vento frondes faciebant, ut lux lunæ, per medias frondes recepta super clypeos, tremere, ac sic errare, videretur.

533. *Obstupuit visis.... horrida tantum.* Taurin. *horrida contra.* — *Obstupuit.* Furore potius quam timore.

534. *Admovet ensem.* Ut sit paratus ad cædem manu tractat auxilium, id est, evaginationem parat.

535. *Quidve occultatis in armis.* Quid hoc rei est, inquit, tantos vos, totque numero viros in armis

Non humili terrore rogat: nec reddita contra
Vox, fidamque negant suspecta silentia pacem.
Ecce autem vasto Chthonii contorta lacerto,
Quo duce freta cohors, fuscas intervolat auras
Hasta, sed audenti Deus et Fortuna recessit.
Per tamen Olenii tegimen suis, atraque setis
Terga, super lævos humeros vicina cruori
Effugit, et viduo jugulum ferit irrita ligno.

hic occultatos considere? Quem metuitis, quem præstolamini? Dictabat res et locus veritatem. Vet. Scholiast.

536. *Nec reddita contra.* Reg. B, *nec credita contra* exhibet, Reg. C, nost. lect. A.

538. *Vasto Chthonii contorta lacerto.* « Ordo verborum in optimo libro alius: *Chronii vasto contorta lacerto,* sono aliquatenus meliore. » Barth. Codd. Burm. et Taur. *vasto Cromii;* edd. vett. *vasto Chromi.* — *Chthonii.* Ita legit Gronovius, licet scripti et impressi habeant *Chromis,* aut *Chronii.* Χθόνιος enim unus ex Spartis seu Draconigenis quinque apud Pausaniam. Inde hoc nomen frequentatum Thebis. Sic Thebaid. III, 170: « Hinc Chronium conjux. » Et lib. IV, v. 597: « Cernis Chroniumque Chrominque. » Ubi membranæ fere omnes habent *Chthonium,* aut *Thonium.* Eadem enim his tribus locis persona designatur. — Reg. B, *vasto Chromi;* Reg. C, *Ecce autem Chromi vasto.*

539. *Fuscas intervolat auras.* Taurin. et Burman. *intervolat umbras.* Perpetua in his vocibus variatio: vide Bentl. ad Hor. I, Od. 22. Sed *umbræ* sunt *fuscæ auræ.* Cf. v. 649 hujus libri, et Virg. Æn. IX, 411.

540. *Fortuna recessit.* Id est, frustratus est ejus ictus. Virg. Æneid. lib. VII, vs. 498: « Nec dextræ erranti Deus abfuit. » Ed.

541. *Per tamen Olenii tegimen suis, atraque setis.* Taurin. optimæ Barthii membranæ, Dan. Petav. Aldd. Colin. et alii *Olenii tegmen;* Behot. 1, 2, Petreus. cum edd. recentt. *tegimen.* Nonnulli *Olenei.* Pro *atraque setis* Nic. Heinsius legit: *hirtaque setis,* ad Ovid. Met. VIII, 281; eamque emendationem approbat Burmannus ad Met. III, 64. Cf. Theb. IV, 364. — *Olenii.* Calydonii, seu Ætoli: Olenus enim urbs Ætoliæ, a qua lib. superiori Tydeus *Olenius* dictus est. Vide not. 403, huj. tom. p. 77. Ed.

542. *Super lævos humeros vicina cruori.* Reg. B, *super levos vicina cruori humeros* contra metrum, sed asteriscus indicat vocem *humeros* ponendam esse inter *levos* et *vicina;* Reg. C nost. lect. exhibet. A. — *Vicina cruori.* Parum abfuit, quin eliceret sanguinem, tam prope super humerum sinistrum transiit.

543. *Et viduo ligno.* Cuspide ab ea parte quæ ferro caret; ac per hoc infirmo. Metaphora, ait Lactantius, a muliere, ut quæ, si auxilio mariti caret, infirma est, ita lignum quod non habet ferrum, unde vulnus infligat, infirmum est.

Tunc horrere comæ, sanguisque in corde gelari.
Huc ferus atque illuc animum, pallentiaque ira
Ora ferens, nec tanta putat sibi bella parari.
« Ferte gradum contra, campoque erumpite aperto.
Quis timor audendi? quæ tanta ignavia? solus,
Solus in arma voco: » neque in his mora; quos ubi plures
Quam ratus, innumeris videt excursare latebris,
Hos prodire jugis, illos e vallibus imis

544. *Tunc horrere comæ, sanguisque in corde gelari.* Reg. B, *in corda gelari;* Reg. C nost. lect. exhibent. A. — *Horrere comæ*, etc. Hoc non timore, sed stupore.

546. *Ora ferens, nec tanta putat sibi bella parari. Ora gerens* unus Behot. — *putans sibi* codex Burm. et optimus Barthianus : *sibi* deest in Taurin. — *Bella parari.* Paucos esse credidit, nec putavit quinquaginta sibi virorum fortium insidias comparari.

547. *Ferte gradum contra, campoque erumpite aperto.* « In membranis optimis est : *Ferte gradum, clamat.* » Barth. — *Campoque erumpite.* Ne conjicite, ut cœpistis, ex insidiis tela. Prodite, non fugiam, sed pugnabo viriliter. MS. Scholiastes.

548. *Quis timor audendi?* Nulla causa timoris est, ego solus vos provoco in apertum campum; audete tantum procedere.

549. *Neque in his mora.* Omnes codd. Barthiani, Behott. 1, 2, Buslid. Laur. Aldd. Basil, Plant. Gevart. *Neque his*, Put. Petav. Dan. Taurin. Cruc. Gronov. et Delph. — *Neque his mora.* Ita plerique libri doctis ante nos viris collati; ita omnes etiam nostri. Soli Lindenbr. et Cruc. inseruere vocculam *in.* — *Neque in his mora.* Bernartius bonus bene conjectabat : *neque enim his mora.* Ita tamen ut non satisfaceret sibi. Si Papinii est licentia scribendi, non muto; quum tamen id credibile non sit, priorem correctionem sequor : quum ita loquatur Virg. Ecl. III, 52 : « in me mora non erit ulla. » Barth. — *Neque in his mora.* Subito enim a latebris erumpentes egrediuntur.

551. *Hos prodire jugis, illos e vallibus imis.* Lactantius legit : *Hos deire jugis.* Quæ lectio probata Gronovio ex optimo codice. *Deire*, de jugis ire. Et verbum singulare Statii est et consuetudo, præpositionem illam non pati coalescere cum vocali sequenti. Sic *deest* dissyllabon, et priori longa ponit Theb. lib. X, vs. 236 : « Nec deest cœptis. » lib. XI, vs. 276 : « Deest servitio plebes. » Quæ frustra viri docti habuere suspecta. Restituendum immo et lib. VIII, vs. 236 : « Nullis deest sua fabula mensis. » Sic enim meliores plurimi : alii, *jam*, alii, *que* perperam interponunt. Sic et Theb. lib. VI, vs. 519 : « quum vacuus domino præiret Arion. » Sed Virgilius semper corripit primam vocalem ante aliam sequentem, vel utramque una jungit et producit. Ed.

Crescere, nec paucos campo, totumque sub armis
Collucere iter (ut clausas indagine profert
In medium vox prima feras) quæ sola medendi
Turbata ratione via est, petit ardua diræ
Sphingos, et abscisis infringens cautibus uncas
Exsuperat juga dira manus, scopuloque potitus,
Unde procul tergo metus, et via prona nocendi,
Saxum ingens, quod vix plena cervice gementes

552. *Nec paucos campo.* Alter Behot, *nec campo paucos.*

553. *Collucere iter, ut clausas indagine profert.* Reg. B, *Conlucere iter.* A. — *Ut clausas indagine.* Hæc comparatio ad superiora referenda est. Dicit enim sic illos aut de jugis prodiisse, aut de vallibus, quemadmodum de retibus feræ, quas in medium vox venantium et clamor expellit. Tunc enim licet scire quam multæ sint, quum terrore clamoris coactæ fuerint non latere: est ergo ordo: Sic illos excursare e latebris videt, ut clausas indagine feras vox prima in medium profert. *Indago* autem est, quum silvam venantium corona vallat, ut feræ evadere non possint. Virg. Æn. IV, 121: « saltusque indagine cingunt. »

554. *In medium vox prima feras.* Vox seu clamor venatorum. Dicit vero insidiatores ad vocem Tydei emersisse e latebris, ut feræ ad clamorem venantium in medium prodeunt. — *Quæ sola medendi.* Id est, quæ sola via salutis est, in hostes incidentem ardua petere.

556. *Et abscisis infringens cautibus uncas.* Taurin. *absissis*; edit. Barth. in margine: *abscissis.* Codex Burmanni: *infrangens*; unus Behot. *infigens*; sed rescriptum, deleta priore scriptura, cujus tantum litura apparebat. — *Et abscisis.* Ordo est: Et abscisis cautibus infringens uncas manus, juga dura exsuperat.

557. *Exsuperat juga dira.... potitus.* Codd. Burmanni cum uno Behot. *juga dura.* — Reg. B *petitus* habebat, sed nunc o suprascriptam exhibet; Reg. C nost. lect. A.

558. *Unde procul tergo metus.* Prærupto, et ad quem non erat accessus a posteriore parte, scopulo. — *Et via prona noc.* Ex celsiori enim vel lapidibus, vel etiam telis facilius hostes lædere poterat.

559. *Saxum ingens, quod vix plena cervice.* Correctum aliquando voluit Barthius: *trina cervice*; postea vero: *quod sex plena cervice*; vel: *Saxum ingens duo vix p. c. g. Tollere h. m. v. i. juvenci*), *Rupibus avellit.* Vide Advers. lib. XXII, cap. 22. Adi Excurs. nostrum, et de his lect. ampliora invenies. A. — *Saxum ingens.* Scilicet occasionem quærit, ut jactum commodum saxi in manus det Tydeo, jam inde ab Homero, Heroico telo, quod vix ulli suorum principi, ab eo mutuo sumto, non dedit poeta Heroicus quicunque. Simul autem numerus tot latronum strage aliqua imminuendus erat. Barth.

Vertere humo, murisque valent inferre juvenci,
Rupibus avellit: dein toto sanguine nixus
Sustinet, immanem quærens librare ruinam;
Qualis in adversos Lapithas erexit inanem
Magnanimus cratera Pholus: stupet obvia leto
Turba super stantem, atque emissi turbine montis
Obruitur; simul ora virum, simul arma, manusque,
Fractaque commixto sederunt pectora ferro.
Quatuor hic adeo dejecti mole sub una

560. *Vertere humo, murisque valent inferre juvenci.* Reg. B, *Vertere humum, durisque valent inferre juvenci;* Reg. C nost. lect. exhibet. A.

561. *Rupibus avellit: dein toto sanguine nixus. Rupibus evellit* codex Burmanni et optimus Barthii. Sed evellimus arbores cum radice; avellimus saxum a rupe. Vide Interpp. ad Virg. Æn. II, 608. *Dehinc toto* Tauriu. — Reg. B, *Rupibus evellit; dein toto,* etc. Reg. C nost. lect. exhibent. A.

562. *Immanem quærens librare ruinam.* Idem codex: *quærens vibrare ruinam.* Videantur Pierius ad Virg. Æn. IX, 417, et VV. DD. ad Ovid. Heroid. Epist. III, 125. Cf. Theb. V, 560.

563. *Lapithas.* Lapithæ Thessaliæ populi incolentes montes Othryn et Pindum. Et primi omnium frænos et strata equorum invenisse dicuntur. Virgil. Georg. III, 115: « Frena Pelethronii Lapithæ gyrosque dedere Impositi dorso, atque equitem docuere sub armis Insultare solo, et gressus glomerare superbos. » Hi habuisse dicuntur acerrimum bellum cum Centauris. Vide Ovidium Met. XII, ubi eleganter describit hanc Lapitharum et Centaurorum pugnam.

564. *Cratera.* Virg. Georg. II, 457: « Et magno Hylæum Lapithis cratere minantem. » — *Pholus.* Nomen ferocissimi Centauri. — *Obvia leto Turba.* Non hæc de Lapithis intelligi debent, sed de hostibus Tydei.

565. *Montis.* Id est, lapidis qui pars montis, seu scopuli, quem a rupe avulserat Tydeus. Sic Patris Epicedio, Silv. V, 3, 207: « Quum pater exemptum terris ad sidera montem Sustulit, et late miseras dejecit in urbes. » Ubi mons hic vel lapides, vel partem montis significat. Seneca Thyeste. vs. 77: « Jamque venturi times montis ruinam. » Id est, lapidem unum, qui de monte devolvebatur

566. *Simul ora virum, simul arma, manusque.* Unus Behot. *arma virum simul ora manusque.* — Reg. B, *simul ora virum, simul ora manusque,* quam lectionem præbebat Reg. C sed nunc supra *ora* scriptum *arma.* A.

568. *Quatuor hic adeo dejecti mole sub una.* Probo optimi libri scripturam: *Disjecti.* In frusta enim conquassati sunt et disparati, ossi-

Congemuere : fuga tremefactum protinus agmen
Excutitur cœptis : neque enim temnenda jacebant
Funera, fulmineus Dorylas, quem regibus ardens
Æquabat virtus, Martisque e semine Theron
Terrigenas confisus avos : nec vertere cuiquam
Frena secundus Halys, sed tunc pedes occubat arvis,
Pentheumque trahens nondum te Phædimus æquo,
Bacche, genus : quorum ut subitis exterrita fatis
Agmina, turbatam vidit laxare catervam;
Quæ duo sola manu gestans acclinia monti

busel armis eonfraetis atque permistis. Minime omnis hæe scena verosimiliter fieta est : Cur enim non abscessere hi loogius, tanto saxo librari viso? Cur noo confixeruot jaeulis aut hastis seandeotem tam laboriose eonsecuti? BARTH. — Hic versos in Reg. B omissus librario ad imam paginam invenitur, Reg. C, *disjecti mole sub una* præbet, quam lectionem Reg. B., etiam habel.

571. *Funera.* « lo velustissimo libro *Corpora*, supraseripto illo vulgato, *Funera*. Eam scripturam veram puto. » BARTH.

572. *Martisque e semine Theron Terrigenas confisus avos.* Qnia scilieel originem trahebat a Spartis, seu ab iis, qui dentibus serpeotis Marti saeri orti fuerant e terra. Porro pro *confisus*, quod meliores codices habenl, priores editiones habent *eonfessus*. Observal aulem Priseianus lib. XVIII, et Græeis diei θαῤῥῶ τοῦτο, et θαῤῥῶ τούτῳ, addito ex Demosthene : Οὔτε Φίλιππος ἐθάῤῥει τούτοις, οὔτε σὺ τὸν Φίλιππον. — Reg. B, *Terrigenas eonfixus avos*, sed supra *x* scriptam *s*; Reg. C nostram lection. habel. A.

574. *Frena secundus Halys, sed tunc pedes occubat arvis. Alis* Behot. 1, *Alips* Taurin. *Halys* cæteri codd. eum edd. vett. Vide lib. IX, 152. — Reg. B, *Halys, sed tunc pedes occupat arvis*; Reg. C, *Alia*. A.

575. *Pentheumque trahens genus.* Id est, trahens genus a Pentheo rege Thebarum. — *Nondum te æquo Bacche.* Mens : Bacchum semel conceplam eontra Pentheum iram oondom eoneoxisse, et extendisse ultionem soam in Phædimum illius nepotem. Adi nol. 11, Theb. I, hujos tom. pag. 7. A.

576. *Bacche, genus.* Reg. B, *Bacce*, Reg. C, *Bache* habent. A.

577. *Agmina, turbatam vidit laxare catervam.* Unus Behot. *turbata vidit laxare ruina*; Taurin. *turbata vidit laxare caterva.* — Reg. B, *agmina turbata vidit laxare caterva*; Reg. C nost. lect. A.

578. *Quæ duo sola manu gestans acclinia monti.* Venett. Rom. Aldd. et nonoolli, *acclivia monti*; Dan. Petav. et alii eum optimis Barthii membranis *acclivia*, vel *adclivia*; Burm. errore stili *morti* pro *monti*. — Reg. B, *adclinia montis*; Reg. C nost. leel. exhibent. A. — *Quæ duo*

Fixerat, intorquet jacula, et fugientibus addit.
Mox in plana libens, nudo ne pectore tela
Inciderent, saltu præceps defertur, et orbem;
Quem procul oppresso vidit Therone volutum,
Corripuit, tergoque et vertice tegmine noto
Septus, et hostili propugnans pectora parma,
Constitit: inde iterum densi glomerantur in unum
Ogygidæ, firmantque gradum: trahit ocius ensem
Bistonium Tydeus, Mavortia munera magni
OEneos: et partes pariter divisus in omnes
Hos obit, atque illos, ferroque micantia tela

*sola manu*. Duo spicula manu gestare solebant heroes. Virgil. Æn. XII, v. 488: « Huic Messapus, uti læva duo forte gerebat Lenta, levis cursu, præfixa hastilia ferro. » Conf. Æneid. VIII, 661; Theb. IV, 86, 234.

579. *Fixerat*. In codice Burm. *Tinxerat*.

580. *Mox in plana libens, nudo ne pectore tela*. Idem Burm. codex *nudo ne in pectore*. — *Libens*. Ne videretur ab hostibus loco in quo steterat pulsus.

581. *Et orbem*. Burm. *in orbem*. — *Orbem*. Scutum obvolutum. Bene subdidit *orbem*; sunt enim scuta oblonge facta.

583. *Et vertice tegmine noto Septus*. Optimi, *tegmina nota*: recte, quasi esset septus tergum et verticem tegmine noto: sicut et *indutus veste* et *vestem* dicimus. Sic Thebaid. VII, 279. Amphion « lyram galea tauroque insignis avito, » quod habent scripti, mutarunt: *lyra galeam*: quasi non æque recte diceretur illud, et commode explicaretur insignis quod ad lyram vel per lyram, quam habet in galea. Gronov. — Hanc lectionem Reg. B exhibet, Reg. C præbet nostram. A.

584. *Hostili*. Theronis enim erat.

585. *Inde iterum*. Diffugerant enim perculsi saxo et casu sociorum.

586. *Ogygidæ... trahit ocius ensem*. « Libri nihil mutant. Putem tamen Papinium *rapit*, non *trahit*, quod tardius et imbellius, scripsisse; debuit quidem. » Barth. — *Ogygidæ*. Thebani ab Ogygio terrigena. Lactant.

587. *Bistonium... munera magni*. Taurin. *munera regis*. — *Bistonium*. Tydei ensem. Unde Tydeo Bistonius ensis? nisi quia OEneus Martis est filius. Primum quia vicina est Ætolia Thraciæ, aut quia Mars apud Bistonas colitur. Ensem vero Bistonium Thraciarum dicit, quia Bistona gens Thraciarum est.

588. *Partes pariter divisus in omnes*. Taurin. uterque Behot. optimæ Barthii membranæ, et duo alii ejusdem, *diffusis*; alii codd. cum edd. vett. *divisis*: Conf. Virg. Æn. IV, 285.

589. *Hos obit, atque illos*, etc.

Decutit: impeditant numero, seque ipsa vicissim
Arma premunt: nec vis conatibus ulla, sed ipsæ
In socios errare manus, et corpora turba
Involvi prolapsa sua: manet ille cruentis
Angustus telis, et inexpugnabilis obstat.
Non aliter, Geticæ si fas est credere Phlegræ,
Armatum immensus Briareus stetit æthera contra,

Hoe est, impetit, ferit, vulnerat. En.

590. *Decutit: impeditant numero*. Dan. Lindenbrogius, et nonnulli *impediunt numero;* Taurin. Burman. Petreus. uterque Behott. alii: *impeditant numero*. — Reg. B, *impediat numero;* Reg. C, *impediant* exhibent. A. — *Decutit*. Ab ictu depellit.

591. *Sed ipsæ*, etc. Dan. cum uno Behot. *conantibus*. Lang. Laur. Aldd. Plant. Lindenbrog. et alii *sed ipsa;* unus Behot. *sed ipse;* postrema tamen litera fuerat in litura recenter posita; *sed ipsas* conj. Nic. Heinsius ad Ovid. Met. XV, 625. — *Sed ipsa In socios errare*. Scribebam de conjectura: *ipsæ In socios:* et mox: *corpora turba Involvi*, pro *Involvit:* est enim, errabant et involvebantur. Postea utrumque prius inveni expressum in scriptis. Iidem statim: *manet ille ruentum*, vel *ruentis;* non *cruentis*. Verum est: *manet ille ruentes Angustus telis;* i. e. exspectat, sustinet. Ga.

592. *In socios errare manus*. *In socias*, Laur. uterque Behot. Aldd. alii, et sic legit Heinsius l. l. *In socios* Dan. Put. Barth. et Delph. probante Burmanno.

593. *Involvi prolapsa sua: manet ille cruentis*. *Involvunt* Taurin. *Involvit* Dan. Put. Behott. 1, 2, Aldd. Gevart. et alii. *Involvi* Petreus. Cantab. Burm. et duo Gronovii, quod ille reposuit, eumque secuti sunt Barth. et Delph. Ita quoque legit Nic. Heinsius ad Ovidii locum modo citatum. Burm. *ille ruentum;* et ita duo codd. Gronovii, unde ille fecit: *ruentis*, vel *ruentes*, ut modo supra vidimus. — Reg. B, *Involvit.... manet et ille ruentes;* Reg. C, *Involvunt collapsa sua* exhibent. A.

594. *Angustus telis*. Reg. B, *Angustis telis*, Reg. C nost. lect. A.

595. *Non aliter, Geticæ si fas est credere Phlegræ*. Ita distinguitur in codd. Barthii, et sic edidit Gevartius: in edd. vero vett. *Non aliter Geticæ (si fas est credere) Phlegræ*. — *Geticæ Phlegræ*. Locus ubi gigantes pugnaverunt cum Diis, vocatus fuit *Phlegra*, ἀπὸ τοῦ φλέγειν, quod *urere* Græcis significat. Gigantes enim victi, ibi fulminibus percussi sunt. Cæterum non constat inter auctores, in qua regione locus iste situs erat. Papinius hic in Getica seu Thracia: alii in Italia prope Cumas: alii tandem in Thessalia prope Pallenen collocant. Adi Excursum.

596. *Briareus*. Briareus gigas, alio nomine Ægæon vocatus, centum brachia manusque habuisse dicebatur, unde *centimanus* vocatus. Hæc sunt Beraldi verba.

Hinc Phœbi pharetras, hinc torvæ Palladis angues,
Inde Pelethroniam præfixa cuspide pinum
Martis, at hinc lasso mutata Pyracmone temnens
Fulmina, quum toto nequicquam obsessus Olympo
Tot queritur cessare manus : non segnius ardet
Huc illuc clypeum objectans, seque ipse recedens
Circuit; interdum trepidis occurrit, et instat
Spicula divellens, clypeo quæ plurima toto
Fixa tremunt, armantque virum, sæpe aspera passum

597. *Hinc Phœbi pharetras, hinc torvæ Palladis angues. Hinc Phœbes faretras* in duobus Barthii codd. — Reg. B, *hinc torvæ Pallados anguis;* Reg. C nost. lect. A. — *Phœbi pharetras.* Arcum et pharetram dant poetæ Apollini; unde proprio epitheto dictus *Arcitenens.* — *Palladis angues.* Intelligit ægidem, in cujus medio Gorgonis caput, quod erat cinctum anguibus, positum erat.

598. *Pelethroniam.* Thraciam sive Thessaliam, ut Virgil. Georg. III, 115 : « Frena Pelethronii Lapithæ. » Ipsæ enim regiones dicatæ sunt Marti.

599. *At hinc lasso.* Dan. Put. alii *lapso,* Taurin. et Burm. *laxo;* optimæ Barthii codd. alii ejusdem; Uterque Behot. cæteri, cum edd. Venett. *lasso.* Vide Broukhus. ad Propert. IV, 4, 64. — *Pyracmone.* Pyraemon unus e ministris Vulcani, fulminum fabricatoribus.—*Mutata.* Id est, refecta, renovata. Luc. VII, 150 : « Pallenæa Jovi mutavit fulmina Cyclops. » Vide Excurs.

600. *Quum toto nequicquam obsessus Olympo.* Burmann. *obsexus Olympo;* unde Burmannus conj. *obseptus.* Vide Oudendorp. ad Lucan. VI, 292. — *Nequicquam.* Quia nihil contra illum valerent. Tamen victus fuit et fulmine percussus, ut alii. — *Toto Olympo.* De hac locutione vide Excursum ad calcem primi lib. hujus tom. pag. 150, ubi adduximus hunc versum, in quem vide etiam Excurs. ad calcem hujusce libri. A.

601. *Tot queritur cessare manus : non segnius ardet. Tot queritur cessasse* Taurin. *non segnior* uterque Behot. Petrens. et cæteri. — Reg. B, *non segnior;* Reg. C nost. lect. exhibent. A. — *Cessare.* Quia plures habebat manus, quam hostes. —*Non segnius,* etc. Supple, Tydeus.

602. *Huc illuc clypeum.* Circumspectat omnes partes, ne ab hostibus circumventus occumbat.

603. *Occurrit.* Quidam codices : *accurrit.*

604. *Clypeo quæ plurima toto.* Lucanus de Scæva, Phars. VI, 205 : « tot vulnera belli Solus obit, densamque ferens in pectore silvam, Jam gradibus fessis, etc. » Idem sensus in illo Virgilii, Æneid. X, vs. 886 : « Troius heros immanem ærato circumfert tegmine silvam. »

605. *Fixa tremunt, armantque virum, sæpe aspera passum.* Unus

Vulnera, sed nullum vitæ in secreta receptum,
Nec mortem sperare valet: rotat ipse furentem
Deilochum, comitemque illi jubet ire sub umbras
Phegea, sublata minitantem bella securi,
Dircæumque Gyan, et Echionium Lycophontem.
Jam trepidi sese quærunt, numerantque; nec idem
Cædis amor, tantamque dolent rarescere turbam.
Ecce Chromis Tyrii demissus origine Cadmi,

Behot. et nonnulli *aspera passus;* alter Behot. Dan. Put. et cæteri, *aspera passum.* — *Tremunt.* Motu clypei, vel ipsorum pondere. — *Armantque virum.* Supra enim: « spicula divellit. »

607. *Nec mortem.* Ita fuerat vulneratus, ut mortem timere non posset.

608. *Jubet ire sub umbras.* Reg. B, *per umbras;* Reg. C, *sub umbra* exhibent. A. — *Jubet.* Facit. *Jubere* enim significat et velle: ut Virgilius, Æneid. II, 3: « infandum, regina, jubes, » et imperare, et facere, ut hoc loco.

609. *Phegea. Phlegea* Taur. Aldd. *Plegea* unus Behot. — Nost. lect. Reg. B, Reg. C, *Flegea* habet. A. — *Minitantem bella securi.* Securibus et bipennibus usi Veteres in præliis. Hoc armorum genere Pisander excepit Agamemnonem cum gladio invadentem Il. N. In navali etiam pugna usurpatæ secures et bipennes Il. O. Gratius in Cynegetico: v. 68: « cecíditque suis Ancæus in armis: Ut prædexter erat, geminisque securibus ingens. » Valer. Flaccus de eod. Ancæo loquens, Arg. III, 140: « duplicataque ora securi Disjecit Cervice tenus. » Utuntur et adhuc pleræque gentes.

610. *Dircæumque Gyan, et Echionium Lycophontem. Giam* Taur. *Gygen* optimæ Barthii membranæ; et sic ejusdem Barthii omnes alii codd. *Licophantem* unus Behot. *Licophontem* alter Behot. *Licophrontem* Taurin. — Reg. B, *Dirceumque.... Lycofontem;* Reg. C, *Dirceumque Gian.... Licophantem.* A. — *Dircæum.* Thebanum. — *Echionium.* Thebanum.

611. *Numerantque.* Quia jam plures occisi, paucique superstites erant.

612. *Tantamque dolent rarescere turbam.* Reg. B, *plenam dolent rarescere turbam*, sed supra *plenam* scriptum a secunda manu *tantum*, Reg. C nost. lect. A.

613. *Ecce Chromis*, etc. *Cronus* Taurin. et ita in altero Behot a manu sec. quum prius scriptum fuisset *Chromis;* Burm. *Cronus.* — *Chromis*, Reg. B exhibet; Reg. C, *Cronus.* A. — *Chromis. Chromius* et *Chromis* nomina ignota Heroicis fabulis. Unum natorum Priami, unum e septem Pterelai filiis celebrat Apollodorus. *Chromios* θεοειδὴς apud Homerum Iliad. Ρ. *Chromis* Iliad. Β: Mysorum ductor. *Chromis* puer pastoralis apud Maronem Ecl. VI. Alius Phryx perimitur a Camilla lib. XI, apud eumdem. Fuit et *Chromis* unus ex Centauris.

(Hunc utero quondam Dryope Phœnissa gravato
Rapta repente choris, onerisque oblita, ferebat:
Dumque trahit prensis taurum tibi cornibus, Evan,
Procidit impulsus nimiis conatibus infans:)
Tunc audax jaculis, et capti pelle leonis,
Pinea nodosa quassabat robora clava,

614. *Hunc utero.... Phœnissa gravato.* Reg. B, *Nunc utero*, etc. Reg. C nost. lect. A. — *Phœnissa.* Vel, ex Phœnicia, quæ pars Syriæ adjacens Phœnicio mari: vel simpliciter Thebana, quia Thebani erant colonia Phœnicum.

615. *Oneris.* Infantis, quam in utero ferebat. Infantes enim nondum nati onera *matrum* dicuntur Nostro.

616. *Dumque trahit prensis taurum. Dumque rapit* unus Behot. *taurum prensis* uterque Behot. et Burm. — *Dumque trahit prensis taurum tibi cornibus Evan.* In orgiis, Bacchæ furore correptæ obvia quæque animalia dilacerabant, ut tauros, ursos, lupos, etc. discerptasque ferebant partes, quas spolia armentalia vocat Noster Theb. IV, 659. — *Evan.* Cognomentum Bacchi, ut diximus supra vs. 72.

617. *Procidit impulsus.* Aldd. Colin. *impulsis;* omnes codd. cum Venett. 3, 4, et Rom. *impulsus.* — *Impulsus.* Dicit illum furore genitum dolere: dum enim Dryope mater ejus prægnans furore baccbatur, reluctantem taurum cornibus traxit: dicit ergo, hunc non nascendi ordine procreatum, sed conatu nimio utero matris expulsum. Lact.

618. *Tunc audax.... capti pelle leonis.* Jortinus pro *capti*, quod agnoscunt Petrens. Taurin. aliique codd. omnes, malit *strati*. — *Tunc audax jaculis, et capti pelle leonis.* Imitatio Virgiliana Æneid. V, 37: « Horridus in jaculis et pelle Libystidis ursæ. » Prisci Heroes δερματοφορεῖν, seu pelles animalium gestare soliti: ut constat ex hoc Virgilii loco et ex Theb. I, 483 et sqq. (Vid. notata ad hos vers. huj. tom. p. 87, 88), ubi Tydeus et Polynices pellibus ferarum induti. Et ibidem Hercules pellem Leonis Nemæi gestasse dictus. Exempla passim obvia apud poetas et scriptores.

619. *Pinea nodosa quassabat robora clava. Pinea nodosam quassabat robora clavam* Taurin. Venett. 3, 4, et Rom. *nodosæ quassabat robora clavæ* conj. Guyet. et Jort. approbante V. D. in Obss. Misc. *nodosa g. r. clava* Petrens. Burm. et cæteri. — Reg. B, *nodosam clavam;* Reg. C nost. lect. exhibent. A. — *Nodosa clava.* An *nodosæ clavæ?* ut sit sensus: Quatiebat seu vibrabat molem pineam nodosæ clavæ. Et clava etiam in bello usi, ut Hercules (quod omnibus notum est), et Areithous cognomento κορυνήτης, qui non arcu, vel hasta pugnabat, sed *clava* ferrea. Iliad. VII. Talis quoque Periphetes ille κορυνήτης etiam dictus, apud Plutarchum, *clava armatus*, quam referente Diodoro Sic. lib. IV, abstulit victor Theseus.

Increpitans : « Unusne, viri, tot cædibus unus
Ibit ovans Argos? vix credet fama reverso.
Heu socii, nullæne manus, nulla arma valebunt?
Hæc regi promissa, Cydon, hæc, Lampe, dabamus? »
Dum clamat, subit ore cavo Theumesia cornus,
Nec prohibent fauces : atque illi voce repleta
Intercepta natat prorupto in sanguine lingua.
Stabat adhuc, donec transmissa morte per artus
Labitur, immorsaque cadens obmutuit hasta.
Vos quoque, Thespiadæ, cur infitiatus honora
Arcuerim fama? fratris moribunda levabat

620. *Increpitans : Unusne, viri.* *Increpitansque minis, ne viri*, etc. in altero Behot. τὸ *que* fuerat primum omissum; deinde insertum, sed eodem calamo.

621. *Vix credet fama reverso.* Quod unus tot occiderit.

623. *Hæc regi promissa. Non regi* Taurin.

624. *Theumesia.* Thebana, sed quam remiserat Tydeus : supra enim vidimus Tydeum e clypeo divellisse spicula, et in hostes retorsisse. — *Cornus.* Ex corno fiebant hastilia, sagittæ, venabula. Festus in Solerna, Plin. et poetæ passim.

625. *Nec prohibent fauces.* Supple, transitum hastæ. — *Atque illi voce repleta.* Ordo : Atque illi voce intercepta prorupto in sanguine natat repleta lingua.

626. *Intercepta natat prorupto in sanguine lingua.* Unus ex Leodensibus *prorupta;* Dan. uterque Behot. Borm. et nonnulli, *prærupto;* Taurin. Petrens. Cantab. omnes Barthiani. Ven. 3, 4, et Rom. *prorupto;* et sic etiam edidere Dan. Heins. Gronov. Barth. et Delph. firmant Heins. ad Claud. II, Cons. Stilic. 462, et Nic. Heins. ad Sil. Ital. III, 51. — *Intercepta.* Ne amplius loquerentur. Scholiast. Onomasticon Vetus : *Intercipio*, ὑποτέμνομαι. Veteres *intercisimen* ut *discrimen* dixisse, notat auctor maturioris Glossarii Latino-Græci, διακοπὴν interpretatus. *Interceptum* vulgo dicebant, mortuum, conatibus suis exemtum. Barth.

627. *Morte per artus.* In optimo Barthii codice et altero ejusdem : *morte peractus.* Conf. Thebaid. VI, vs. 109, et X, vs. 265 : « ceu jam exanimes, multoque peracti Eose jacent. »

628. *Immorsa hasta.* Quæ illi et vocem et vitam ademerat.

629. *Thespiadæ.* Duo fratres. Iidem Theb. III, 14, dicuntur. « Et nostris turribus æqui Thespiadæ. » In pugnis solent exempla virtutum fictis personis inducere. Fraternum amorem laudaturus sub exemplo Thespiadarum, introducit etiam in morte constantiam. Vetus Schol.

630. *Arcuerim fama. Arguerim* Burm. Lipsian. et nonnulli, *Arcuerim* conj. Bernartius; hoc firmant Taurin. Petrens. optimæ Barthii

Membra solo Periphas, (nil indole clarius illa,
Nec pietate fuit,) læva marcentia colla
Sustentans, dextraque latus: singultibus arctum
Exhaurit thoraca dolor: nec vincla coercent
Undantem fletu galeam, quum multa gementi
Pone gravis curvas perfringit lancea costas.
Exit et in fratrem, cognataque pectora telo
Conserit: ille oculos etiamnum in luce natantes
Sistit, et adspecta germani morte, resolvit.
At cui vita recens, et adhuc in vulnere vires:

membranæ, et exhibent Amstel. Gronov. et Delph.

631. *Periphas.* Regg. B et C, *Perifas* exhibent. A. — Est eo nomine, Lapitharum aliquis Pyreti Centauri victor, apud Ovidium, Metam. XII, v. 449. Est et Ægypti filius hoc vocabulo apud Apollodorum, lib. II.

633. *Sustentans, dextraque latus: singultibus arctum. Substentat* Burm. Vide ad v. 510, 546, *Sustetat* Lipsian. *artum* uterque Behot. — Reg. B, *singultibus asti*, sine sensu; Reg. C, *fulgentibus artum* præbebat, sed supra *fulgen* scriptum *singul* alio calamo. A. — *Singultibus arctum Exhaurit thoraca dolor.* Quia singultiendo frequenter succutiebat pectus, hincque thorax arctior erat.

634. *Exhaurit..... nec vincla coercent.* Reg. B, *exaurit* cum litera *h* superposita *nec vincla cohercent*, quod verbum sic etiam Reg. C præbet scriptum. A. — *Nec vincla coercent.* Galeam sub collo annexam lora habebant, quod Homerus vocat ὄχεα, Iliad. Γ.

635. *Multa gementi.* Quum multum gemeret a tergo percussus est, et hostili gladio corpori fratris affixus. Hæc sunt Lactantii.

636. *Pone gravis curvas perfringit lancea costas.* Taurin. *perstringit;* Dan. unus Behot. nonnulli et Cruc. *perstrinxit;* optimæ Barthii membranæ, et Delph. *perfringit;* quod pluribus astruit. Nic. Heins. ad Ovid. Met. XII, 273, *costas p. l. curvas* unus Behot.

637. *Exit et in fratrem.* Supple lancea. — *Cognata pectora.* Quia fratres erant.

638. *Conserit: ille oculos etiamnum in luce natantes.* Put. et *adhuc in luce;* Burm. *etiam nunc luce*, Markl. ad Silv. III, 5, 39, conj. *extrema luce natantes;* quam notam invenies, adire si velis nost. ed. t. I, pag. 393. Ed. — *Conserit.* Conjungit. — *Ille oculos.* Qui prior fuerat vulneratus oculos aperuit; ut in utraque morte fratrum ambo jungerent se invicem morientes.

639. *Resolvit.* Scilicet, laxavit, quos deficientes sustinuerat, ut videret fratrem.

640. *Adhuc in vulnere vires.* Taurin. *adhuc in corpore.* Vide Nic. Heins. et P. Burmann. ad Ovid. Metam. lib. V, v. 94.

« Hos tibi complexus, hæc dent, ait, oscula nati. »
Procubuere pares fatis, miserabile votum
Mortis, et alterna clauserunt lumina dextra.
Protinus idem ultro jaculo parmaque Menœtem
Proterrebat agens, trepidis vestigia retro
Passibus urgentem, donec defecit iniqua
Lapsus humo, pariterque manus distractus in ambas
Orat, et a jugulo nitentem sustinet hastam:
« Parce per has stellis interlabentibus umbras,

641. *Ait*. Periphas; et supple, Tydeo. Berald.

642. *Miserabile votum*. Burm. *miserabile factum;* sed correctum in margine. — *Miserabile votum*. Ipsis quidem votivum erat taliter mori, amore fraterno in unam vitam unumque obitum colligatis; miserabilis tamen casus erat tantæ indolis juvenes tam atroci exitu junctos excedere. Hoc illi voverant, at erat votum miserandum. Vet. Scholiast.

643. *Et alterna clauserunt lumina dextra*. Claudere oculos mortuorum, erat officium propinquorum et carorum.

644. *Idem ultro jaculo parmaque Menœtem*. *Menetum* Burm. et unus Behot. — Reg. B, *nœtem* et alio stilo *Me* suprascriptum, Reg. C, *remotum* quod verbum non erasum, sed alio calamo suprascriptum *Menetum*. A. — *Ultro*. Antea se ægre defendebat Tydeus, tot circumstantibus hostibus; sed nunc, quum rariorem videt turbam, ipsos insequitur.

645. *Proterrebat agens*. *Proturbabat agens* conj. Jortin. Cf. Theb. III, 80; V, 661; Æn. IX, 440; X, 801: XII, 289, « Dixeris *Præterrebat*, ut alia talia, scripsisse Papiniom; sed illud rem melius repræsentat, estque singulare hac potestate. » Barth. — *Vestigia retro*. Sua retro vestigia urgebat fugiendo imminente Tydeo.

646. *Iniqua*. Quod illum cadere fecerat. Berald.

647. *Distractus*. Extensus: hic vero sub ea significatione ponendus est, ut Virg. Æn. VII, 767: « Turbatis distractus equis. » Quamvis Cic. in Phil. II, c. 40, de Varr. bonis: « Rem ullam esse distractam. » Sed etiam illic ingenio legentis possumus divisam accipere. *Distractus* ergo hic ait extensis manibus, ut rogaret.

648. *Nitentem*. Conantem inferre mortem.

649. *Stellis interlabentibus*. Sensus; Quæ umbræ sunt eo tempore quo stellæ labuntur. Scribendum: *quia umbræ*. Suavissime autem dictum, quia modo labuntur, modo videntur. Et *labi* alioquin placidum siderum cursum aut incessum notat. Ut apud Virgil. Æn. lib. VIII, v. 91: « Labitur uncta vadis abies. » Videsis notata ad hunc locum nost. edit. tom. III, pag. 406. Ita suavissime de Iride Flacc. VIII, 115: « Nubibus accensis similem, aut

Per Superos, noctemque tuam: sine, tristia Thebis
Nuntius acta feram, vulgique per ora paventis
Contemto te rege canam: sic irrita nobis
Tela cadant, nullique tuum penetrabile ferro
Pectus, et optanti victor reveharis amico. »
Dixerat; ille nihil vultum mutatus, « Inanes
Perdis, ait, lacrimas, et tu, ni fallor, iniquo
Pollicitus mea colla duci: nunc arma, diemque
Projice: quid sequeris timidæ compendia vitæ?
Bella manent: » simul hæc, et crassum sanguine telum

quum, veste recincta, Labitur ardenti Tbaumantias obvia Phœbo. »

650. *Noctemque tuam*. Veteres olim dies illos quibus singulare quoddam gaudium receperant, aut memorabile quid gesserant, *suos* appellabant. Idem de noctibus dicendum est. Unde hic *nox tua*, qua tam strenue te gessisti, totque egregia facinora edidisti, occidendo solus tot hostes armatos, ipse imparatus. Sic *nox Dorica* apud Valerium Flacc. Argonaut. II, 573, qua tandem Dores seu Græci Trojam expugnaverunt; « manet immotis nox Dorica lustris. »

654. *Amico*. Polynici, scilicet.

655. *Ille nihil vultum mutatus*. Unus Behot. *vultu mutatus*. — *Ille nihil vultum*, etc. Quod signum erat Tydeum in ira ac suo furore perstare, et nolle ignoscere. — Nimirum, quia qui ignoscentis animum gerunt, primum frontis suæ nubilum deserenant. Lucan. Pars. IV, 363: « At facilis Cæsar, vultuque serenus Flectitur. »

656. *Perdis, ait, lacrim. et tu; ni fallor, iniquo*. Omnes codd. Barthiani, etiam optimus, cum Laur. Bernartii, *nil fallor*; Busl. alii codd. cum Aldd. Col. et cæteris *ni fallor*. — *Iniquo duci*. Eteocli.

658. *Quid sequeris timidæ compendia vitæ*. Laug. Aldd. et nonnulli, *quid sequeris timide compendia vitæ*. « Non concoquo hanc sententiam; sed a libris destitutus, nil ultra habeo quod dicam. » BERN. *Timide sequeris* uterque Behot. *timidæ sequeris* optimæ Barthii membranæ et Taurin. *timidæ quæris* Burmanni codex; unde ille suspicatus fuerat posse legi: *quid timidæ quereris compendia vitæ*. — Reg. B. *quid timidæ sequeris compendia vitæ*; Reg. C, *quid timide sequeris* exhibent. A. — *Quid sequeris.... Bella manent*. Non est quod petas, et donari tibi velis usum timidæ et brevis vitæ, quum statim, bello jam exorto, illam in acie perditurus es.

659. *Simul hæc, et crassum sanguine telum*. Reg. B, *crassum* sed litera c super e posita; Reg. C, *cassum sanguine ferrum*, sed litera *r* superposita dat *crassum*. A. — *Simul hæc*. Supple, dixit. — *Et crassum sanguine telum Jam redit*. Hoc modo loquendi celeritatem ictus denotavit.

Jam redit; ille super dictis infensus amaris
Prosequitur victos : « Non hæc Trieterica vobis
Nox patrio de more venit : non Orgia Cadmi
Cernitis, aut avidas Bacchum scelerare parentes.
Nebridas et fragiles thyrsos portare putastis
Imbellem ad sonitum, maribusque incognita veris
Fœda Celenæa committere prælia buxo?

660. *Jam redit... dictis infensus amaris.* Unus Behot. *dictis offensus amaris.* — *Jam redit.* Corpore, jam revulsum telum : neque enim poterat gladium vagina recondere, nisi hoste jam perempto. LACTANT.

661. *Non hæc Trieterica. Trietarica* Taurin. et Burm. — *Trieterica.* Dixerat enim ea nocte Tideum Thebas intrasse, qua Libero patri sacra celebrantur. — *Non hæc Trieterica.* Bacchi orgia intelligit, quæ singulis trienniis celebrare mos Græciæ, in memoriam triennalis expeditionis Bacchi in Indiam. Virgil. Æn. IV, 302 : « ubi audito stimulant trieterica Baccho Orgia. » BERNART.

662. *Orgia Cadmi. Orgia Bacchi* codex Burmanni. — *Orgia.* Proprie sacra Bacchi : abusive etiam pro sacris cujusque Dei sumuntur.

663. *Scelerare parentes.* Id est, crudelitate sua scelestos facere : quia Bacchæ insaniunt usque adeo, ut crudelis Bacchus in illarum furore furere videatur; quia Agave homicidium nescia perpetravit : et ideo hoc Deo potius adscribitur, quam furori. LACTANT.

664. *Nebridas et fragiles thyrsos portare putastis.* Petrens. et Burm. *faciles thyrsos.* Taurin. cum altero Behot. *portare putatis.* — *Nebridas.* Pelles damarum, quæ Græce νεβρίδες appellantur. Ac per hoc Baccharum indumenta significat, quibus sacrificiorum tempore uti consueverunt : ut Virgil. Æneid. VIII, 282 : « Pellibus in morem cincti. » — *Thyrsos.* Thyrsi erant lanceæ hederaceis pampinis involutæ, quas Bacchæ gestabant.

665. *Imbellem ad sonitum, maribusque incognita veris.* Put. *manibusque incognita.* — *Imbellem ad sonitum.* Cymbalorum ac tibiarum. — *Maribus veris.* Hoc in contumeliam Thebanorum, quasi non essent veri homines, sed feminæ, ignavia sua. — *Incognita prælia.* Luxuriosæ saltationis, quasi hi, qui adversus se pugnaverunt, sacrorum consuetudine fuerint effeminati. LACTANT.

666. *Fœda Celenæa committere prælia buxo.* Taurin. et Burmann. *Celeneo committere prælia bysso.* — *Fœda prælia.* Vel quia matres in orgiis filios occidebant, vel quia Bacchæ bellum faciebant bestiis ferisque, ac eas dilaniabant. — *Celenæa.* Celene Marsiæ civitas, ubi primum dicitur tibiarum usus inventus, quibus Apollinem provocare ausus est, a quo victus temeritatis suæ pœnas exsolvit. Marsias enim Celeneus fuit : ut ipse infra, Theb. IV, 186 : « et illustres Satyro pendente Celenas. »

Hic aliæ cædes, alius furor: ite sub umbras
O timidi, paucique! » hæc intonat: ast tamen illi
Membra negant, lassusque ferit præcordia sanguis.
Jam sublata manus cassos defertur in ictus,
Tardatique gradus: clypeum nec sustinet umbo
Mutatum spoliis: gelidus cadit imber anhelo
Pectore: tum crines, ardentiaque ora cruentis
Roribus, et tetra morientum adspergine manant.

667. *Aliæ cædes.* Quam in Orgiis, non tales quales Bacchæ faciunt, quum cædunt vel filios, vel feras.

668. *O timidi, paucique! hæc intonat, ast tamen illi. Sic intonat: ast tamen* uterque Behot. *Hæc innat: at tamen* Dan. Petav. Aldd. et nonnulli. *Hæc intonat: ast tamen* Petrens. Cantab. Taurin. Burmann. Amstel. Gronov. Barth. et Delph. — *O timidi.* Quia timidi, etiam pro paucis vos habeo. Demit illis fiduciam etiam numeri, quum audaciam demserit armorum. Vetus Scholiast. — *Paucique.* Optimi codicis explicatio: Non magni facere se eos indicat, et facilem etiam victoriam sibi spondere, licet vel plures essent. Barth.

669. *Membra negant, lassusque*, etc. Burm. *Laxusque.* — *Negant.* Id est, ut Nostri verbis utar, Silv. V, 2, 112, Protreptico ad Crispinum: Non ultra « promtæque ad fortia vires Sufficiunt animo, atque ingentia jussa sequuntur. »

670. *Cassos defertur in ictus.* Burmann. *differtur.* — Reg. B, *Cassus defertur;* Reg. C nost. lect. præbent. Ed.

671. *Clypeum nec sustinet umbo.* Put. Aldd. et Cruc. non *sustinet;* Burm. omnes Barthiani; Dan. et cæteri, *nec sustinet.* — *Clypeum nec sustinet umbo. Umbo* hic brachium vel manum significat. Vide superiori lib. vs. 377, huj. tom. p. 73, quæ de hac voce diximus. Ed.

672. *Mutatum spoliis. Mutatur spoliis* optimæ Barthii membranæ, in quibus interpungitur vs. præcedenti post *sustinet.* Burmann. conj. *Nudatum spoliis.* — Reg. B, *adit*, sed litera *c* superposita dat *cadit;* Reg. C nost. lect. Ed. — *Mutatum spoliis.* Id est, tot receperat ictus clypeus, ut facies ejus hinc mutata esset. Vel *mutatum* sanguine hostium, quo colorem suum perdiderat. Ut Lucanus, VI, 224: « Perdiderat vultum rabies. »

673. *Pectore: tum crines.* Unus Behot. *Pectore tunc crines;* quam lectionem Regg. B et C exhibent. A. — *Cruentis Roribus.* Lucan. VII, 837: « sanguineis stillavit roribus arbor. »

674. *Roribus, et tetra morientum adspergine manant. Roribus et terra* Aldd. et Basil. *Roribus et tetra* Venett. Rom. Plant. etc. cum omnibus fere codd. *Roribus et crebra* unus Behot. — *Et terra morientum adspergine.* Locum hunc sanum esse, nec Catoni juranti crediderim. Veteres, cum editione principe: *et tetra morientum adspergine manant;* qua lectione nihil potest melius, ni-

Ut leo, qui campis longe custode fugato
Massylas depastus oves, ubi sanguine multo
Luxuriata fames, cervixque, et tabe gravatæ
Consedere jubæ, mediis in cædibus adstat
Æger, hians, victusque cibis : nec jam amplius iræ
Crudescunt : tantum vacuis ferit aera malis,
Molliaque ejecta delambit vellera lingua.
Ille etiam Thebas spoliis, et sanguine plenus
Isset, et attonitis sese, populoque, ducique
Ostentasset ovans, ni tu, Tritonia virgo,

hil clarius : admisi itaque fidenter. Bernart. — Reg. B, *Et tetra morientium*; Reg. C nost. lect. exhibent. Adi Excursum.

675. *Custode fugato*. Alter Behot. *custode remoto*.

676. *Massylas*. Massyli Stephano populi mediterranea Africæ incolentes, proximi Mauritaniæ Cæsariensi.

677. *Et tabe gravatæ*. *Tabes* dicitur recentis cadaveris fetor. Lucan. II; 73 : « Longusque in carcere pædor; » et humor qui distillans cadaveribus corrumpit terram : unde Virgil. Æneid. III, 29 : « Et terram tabo maculant. » Lact.

678. *Consedere jubæ*. Sedato scilicet furore; nam leo furens erigit jubas.

679. *Æger, hians*. Animo non contentus suo, quod non omnia possit cadavera absumere. *Hians*, quod plus voravit, et quod fessus factus est deglutiendo.

680. *Tantum vacuis ferit aera malis*. Etiam inter vorandum non destitisse iram augere ait Leonem, donec non potuit amplius masticare, sic denique malis concrepare, quum jam edere non possit, testantem animi feritatem et aviditatem, satiato jam corpore. Vet. Sch. — *Malæ*. Dentes etiam denotant, ut apud Maron. Æn. III, 257 : « Sed non ante datam cingetis mœnibus urbem, Quam vos dira fames nostræque injuria cædis Ambesas subigat malis absumere mensas.

681. *Molliaque ejecta*. Burmanni codex in margine, *extracta*; unde ille : *Molliaque exserta*, etc.

682. *Sanguine plenus*. Sensus hic de Hom. venit : Ut tunc demum castris Dolonis Diomedes excedat, quum esset admonitus a Minerva; nam Virg. hunc sensum in Nisi et Euryali personis servavit, Æn. IX, 355 : « Acceleremus, ait, nam lux inimica propinquat. » Lactant.

684. *Ni tu, Tritonia virgo*. Burmann. Dan. Put. Delph. et alii, *ni tu*; unus Leodensis codex, *nisi tu*; et sic legit Gron. in Diatr. p. 277. Unus ille Veenhusius, nescio unde, edidit, *ubi tu*; ut nimirum fidem faceret Statium a se fuisse « accuratissime illustratum; » sed hæc in titulo jactatio ad rem librarii faciebat. — *Tritonia*. Pallas, seu Minerva, sic dicta est, vel a palude Tritonide in Africa, ubi genita cre-

Flagrantem, multaque operis caligine plenum,
Consilio dignata virum : « Sate gente superbi
OEneos, absentes cui dudum vincere Thebas
Annuimus, jam pone modum, nimiumque secundis
Parce Deis : huic una fides optanda labori.
Fortuna satis usus abi. » Restabat acerbis
Funeribus, socioque gregi non sponte superstes
Hemonides (ille hæc præviderat, omina doctus
Aeros, et nulla deceptus ab alite) Mæon,
Nec veritus prohibere ducem : sed fata monentem

debatur, vel a Tritone Bœotiæ amne, juxta quem colebatur, vel quod e Jovis capite nata sit : Athenienses enim caput τριτῶνα appellant.

685. *Multaque operis caligine plenum*. Prospera enim fortuna mentem obcæcare solet. Seneca libr de Brevitate Vitæ, cap. XIV : « O quantum caliginis mentibus humanis objicit magna felicitas ! »

686. *Dignata*. Adde, esses. Ber.

687. *OEneos*. Genitivus Græcus. — *Absentes Thebas*. Quia in istis quinquaginta, quod lectissima essent corpora, et eximiæ fortitudinis præ cæteris Thebanis, Thebæ victæ fuerant, nec illud sciebant.

688. *Jam pone modum, nimiumque secundis Parce Deis*. Rationem affert Noster Theb. X, 333 et sqq. « Secundis Pone modum : sunt et diris sua numina Thebis Forsitan et nobis modo quæ favere, recedunt. » Sed hoc difficillimum : « Quippe, ut ait Sallustius, Catil. cap. XI, secundæ res sapientium animos fatigant, » et ut inquit Cicero pro M. Marcello : « Victoria natura insolens est et superba. »

689. *Huic una fides*. Margo cod. Burm. *hinc* pro *huic*, cum glossa, ex hoc. — *Huic una fides*. Ut tantæ virtutis gloriam solus consecutus fuisse videaris. Lactant.

691. *Non sponte*. Hæc enim dicit Hemonides Mæon, Theb. III, 63 et sqq. « noctis vaga lumina testor, Et sociûm manes, et te mala protinus ales Qua redeo : non hanc lacrimis meruisse nec astu Crudelem veniam, atque inhonoræ munera lucis. »

692. *Ille hæc præviderat, omina doctus*. Dan. Aldd. et cæteri, *omnia;* Gronovius *omina* restituit ex suis codd. Hoc habent Taur. Burmann. Petreus. — *Ille hæc... doctus Aeros*. Augur enim erat Mæon : de eodem enim Noster Thebaid. III, 104 et seq. « Augur amate Deis ? non te cælestia frustra Edocuit, lauroque sua dignatus Apollo est. »

693. *Aeros... Mæon*. *Aeris* Taurin. unus Behot. Aldd. et nonnulli. *Heros* alter Behot. et Burm. *Aeros* Dan. alter Behot. omnes Barthiani et Gron. cum edd. Gronov. Barth. et Delph. — Reg. B, *Aeris;* Reg. C, *Aeris... ab alite, Menon* præbent. A.

694. *Nec veritus*. Hoc dicit : Nec veritus est augur prohibere ducem, id est, Eteoclem, ne morituros tot

Privavere fide : vita miserandus inerti
Damnatur : trepido Tydeus immitia mandat :
« Quisquis es Aonidum, quem crastina munere nostro
Manibus exemtum mediis Aurora videbit,
Hæc jubeo perferre duci : cinge aggere portas :
Tela nova : fragiles ævo circumspice muros :
Præcipue stipare viros, densasque memento
Multiplicare acies : fumantem hunc adspice late
Ense meo campum : tales in bella venimus. »
Hæc ait, et meritæ pulchrum tibi, Pallas, honorem
Sanguinea de strage parat, prædamque jacentem
Comportat gaudens, ingentiaque acta recenset.

mitteret : sed instantia morituris fata fidem anguri derogavere : ut Virg. Æn. II, 246 : « Tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris. » Lact. — *Sed fata monentem Privavere fide.* Nihil verius, nihil certius, ut bene observat Bernartius ad hunc locum : obnubilat siquidem, immo adimit, mentem hominibus, quos punire vult, supera illa mens, et cujuscumque, ut ait Velleius, lib. II, c. 57 : « Deus fortunam mutare constituit, ejus consilia corrumpit. »

695. *Vita miserandus inerti.* « Planius et elegantius scribatur : *vitæ miserandus inerti.* » Barth. Hoc non improbat Burmannus. Conf. Lucr. VI, 1230 ; Ovid. Art. II, 387 ; Propert. IV, 6, 21.

696. *Damnatur.* Quasi supplicio ; quia invitus servatus est.

697. *Aonidum.... munere nostro. Aonide* optimæ membranæ Barthii, quod ille probat, *vulnere nostro* unus Behot. Lang. Aldd. et nonnulli, *munere nostro* ex veteri membrana correxit Bernartius ; et hoc testantur Petrens. Burm. alter Behot. et cæteri. — *Aonidum.* Id est, Thebanorum.

698. *Manibus exemtum. Manibus exceptum* optimæ Barthii membranæ, quod verum putat Barthius.

699. *Perferre duci.* Taurin. *Proferre.*

700. *Circumspice muros.* Adi excursum ad calcem hujus libri.

702. *Fumantem.* Sanguine tuorum sociorum, quos occidi.

703. *In bella venimus.* Et in Romana historia hoc Porsenæ Mutius dixisse fertur, quum dextra focis imposita diceret : « Suæ patientiæ similes viros atque virtutis a senatu plures in ejus exitium destinatos. » Lactant.

704. *Et meritæ pulchrum tibi, Pallas, honorem Sanguinea de strage parat.* Mos erat apud Veteres erigere tropæa de victorum armis in honorem numinum, quorum favore ac ope vicerant. Infra describit Poeta modum erigendi tropæi.

706. *Ingentiaque acta recenset.* Supple sua. Tot enim præclara sua facinora recensebat, quot occiso-

Quercus erat teneræ jam longum oblita juventæ
Aggere camporum medio, quam plurimus ambit
Frondibus incurvis et crudo robore cortex :
Huic leves galeas, perfossaque vulnere crebro
Inserit arma ferens, huic truncos ictibus enses
Subligat, et fractas membris spirantibus hastas.
Corpora tunc atque arma simul cumulata superstans
Incipit : oranti nox et juga longa resultant :

rum hostium arma legebat ad erigendum tropæum.

707. *Quercus erat... jam longum.* Uterque Bohot. Venett. 3, 4, Aldd. et nonnulli, *jamdudum;* Lipsian. Laug. optimæ Barthii membranæ, alii ejusdem, cum edd. Lindenbr. Cruc. Grasser et Delph. *jam longum;* et ita legit Dan. Heinsius ad Claudian. Rapt. Proserp. III, 345, Burm. *jam longe.* — *Jam dudum oblita juventæ.* Scripti : *jam longum oblita.* Recte : sic Achill. I, 373 : « jam longum cæloque domoque gregatæ. » GRONOV. — *Quercus erat.* Testatur Diodor. lib. XIII, veteres Græcos, non nisi διὰ τῶν τυχόντων ξύλων voluisse erigi tropæa ; ne essent odia immortalia. Plutarchus quoque ait, parum apud Græcos probatum fuisse eorum factum, qui primo e lapide aut ære tropæum erexerunt. Vide et Pausaniam, ubi de Carano primo Macedoniæ rege loquitur.

709. *Crudo robore cortex.* In hunc locum vide quæ adnotavit Handius ad versum 68, Silv. lib. I, Carm. 1, nost. edit. tom. I, pag. 32. ED.

710. *Leves galeas.* In hoc consecrando tropæo imitatus est Virgilium, qui, Æneid. XI, 8 et seq. . « aptat rorantes sanguine cristas, Telaque trunca viri, et bis sex thoraca petitum Perfossumque locis ; clipeumque ex ære sinistræ subligat, etc. »

711. *Inserit. Ingerit* pro *Inserit* in quibusdam scriptis.

712. *Subligat* et *fractas. Subligat et tractas* Dan. Heins. ad Claudian. l. l. ex manuscriptis ; ita quoque Marklandus in Notis ad Silvas ; *tractas* pro *extractas.* Lectionem nostram testantur Petrens. Taurin. Aldd. et cæteri, et Reg. C ; Reg. B, *et tractas* exhibet. ED.

713. *Corpora... cumulata superstans.* Reg. B, *mulata* syllaba *cu* superposita alio calamo. ED.—*Corpora tunc atque arma super.* Hostium, scilicet.

714. *Incipit : oranti nox et juga longa resultant. Incipit oranti vox* Laug. Buslid. omnes Barth. etiam optimus, Burmann. Rom. Aldd. et nonnulli. *Incipit oranti nox* Petr. Cantab. Taur. Lindenbrog. Cruc. Gronov. Barth. et Delph. et ita restituit Zinzerlingius ad Val. Flacc. III, 207. Codex Burm. glossam habet : « *vox*, sua ; » alii codd. « *vox*, echo. » Has voces permutatas vidimus vs. 554, et nil mirum, quum lit. *n* et *v* tam similes sint in codd. scriptis, ut vix distingui queant. Vide ad Catull. Carm. LXIV, 288, 354, et ad Tibull. II, 5, 76.

« Diva ferox, magni decus ingeniumque parentis,
Bellipotens, cui torva genis horrore decoro
Cassis, et adsperso crudescit sanguine Gorgon.
Nec magis ardentes Mavors, hastataque pugnæ
Impulerit Bellona tubas, huic annue sacro :
Seu Pandionio nostras invisere cædes
Monte venis, sive Aonia devertis Ithone

715. *Ferox.* Quia bellis præsidet. — *Ingeniumque parentis.* Bene *ingenium*, quæ de capite nata dicitur Jovis : et hoc antiqui bene figuratum esse dixerunt : ut, quia naturæ ratione prudentia omnis in capite est, Minerva, quæ sapientia Dei, nata de Jovis capite crederetur. Est vero mysterium, quod lucis intaminata, atque armis munita virgo, de vertice Dei maximi et secreti orta dicatur.

716. *Cui torva genis horrore decoro Cassis.* Id est : cujus vultui torva cassis pulchrum horrorem afferebat, seu cujus vultui inerat speciosus terror, seu pulchritudo terribilis ex induta torva galea. — *Horrore decoro.* Ipse quidem horror pulchritudine vultus temperatus erat.

717. *Adsperso crudescit sanguine Gorgon. Crudescit.* Crudelior fit : zeugma ab inferioribus. Lactant. *Gorgon.* Caput Medusæ in medio Ægidis Minervæ positum.

718. *Nec magis ardentes Mavors.* Burm. *ardescens Mavors.* Cf. Virg. Æn. VI, 165. — *Mavors.* Mars, Deus belli præses. — *Hastataque.* Bellonæ enim hastam tribuebant, ut et Minervæ.

719. *Bellona.* Dea bellorum, Martis soror, et auriga : Græcis vocata Enyo : Veteribus Duellona dicta, quibus duellum etiam bellum vocatum.

720. *Seu Pandionio nostras invisere cædes.* Unus Behot. *cædes invisere nostras.* — Reg. B, *nostras invisere* voces in marg. alio stilo *cædes* exhibet; Reg. C nost. lect. Ed. — *Pandionio Monte.* Intelligit per Pandionium montem Acropolin Atheniensium, in qua Minerva eximie colebatur. — *Pandionium.* A Pandione Athenarum rege. — *Invisere cædes Monte venis.* Eleganti Hellenismo. Idem Thebaid. V, 21 : « cui gloria tanta Venimus innumeræ fatum debere cohortes; » VII, 282 : « Vos etiam nostris, Heliconia turba, venitis Addere rebus opem. »

721. *Monte venis. Monte velis* Taurin. et uterque Behot. Alii *devertis* pro *devertis.* Vide Dan. Heins. ad Claud. p. 34. — *Ithone.* Civitas Bœotiæ Minervæ sacra, ut ipse ait, Thebaid. VII, 330 et sqq. « Ducit Ithonæos et Alalcomenæa Minervæ Agmina, quos Mide, quos Arne etc. » Bacchilides Minervam Ithoniam dicit, ab Ithone. Ergo Minervam ab oppido cognominavit, quod est in Macedonia, ubi ejus antiqua est ædes, vicina Bœotiæ, in qua regnavit Antinous, Herculis filius et Paphies. Lactant. — Adi Excursum ad calcem huj. libri. Ed.

Læta choris, seu tu Libyco Tritone repexas
Lota comas, qua te bijugo temone frementem
Intemeratarum volucer rapit axis equarum:
Nunc tibi fracta virum spolia, informesque dicamus
Exuvias: at si patriis Parthaonis arvis
Inferar, et reduci pateat mihi Martia Pleuron:
Aurea tunc mediis urbis tibi templa dicabo

722. *Læta choris.* Hinc discimus choreas apud Ithonen in honorem Minervæ fieri solitas. — *Seu tu Libyco Tritone repexas Lota comas.* Triton amnis Africæ seu Libyæ influens in Paludem Tritonida: unde et Minervæ cognomen inditum est, inquit Mela, ut incolæ arbitrantur, ibi genitæ: faciuntque ei fabulæ aliquam fidem, quod, quem natalem ejus putant, ludicris virginum inter se decertantium celebrant. Erant etiam in Thessalia et Bœotia amnes duo ejusce nominis et Minervæ sacri. — *Repexas Lota comas.* Deos Deasve in fluviis et fontibus abluere se passim faciunt poetæ. Noster Theb. I, 698: « seu rore pudico Castaliæ flavos amor est tibi mergere crines. Vide quæ notantur ad hunc versum. Ed.

723, 724. *Qua te... Intemeratarum volucer rapit axis equarum. Intemeratorum v. r. a. equorum* Taurin. Burm. nonnulli Barthiani, et uterque Behot. — Hanc lectionem Reg. C præbebat, sed litera *a* superposita alio calamo; Reg. B, *Intemeratarum v. r. a. aquarum* exhibet. Ed. — *Qua te bijugo.... equarum.* Locus fabulæ datus, quod Minerva, ut discimus ex hymno in Venerem Homeri, et ex Harpocratione, prima currum effecerit, unde Ἱππία seu *Equestris* cognominata est. Quod in Suidæ monumentis etiam legimus; estque frequens Hippiæ Palladis mentio apud Pausaniam.

725. *Nunc tibi fracta* legit Dan. Heinsius ad Claud. Rapt. Proserp. III, 345. At hoc tandem invenio in omnibus edd. et collatis manuscriptis. *Nunc ibi* error est typothetæ in editione Bipontina, ideoque mutandus. — *Nunc tibi fracta virum spolia.* Moris erat Veteribus, dicare numinibus quæ bello præerant, spolia et arma hostium.

726. *Exuvias.* Reg. B, *Exubias;* Reg. C nost. lect. exhibent. A. — *Parthaonis arvis.* Ætoliæ, cujus Parthaon avus Tydei, rex fuerat. — *Patriis.* Quia Ætolia patria Tydei.

727. *Pleuron.* Pleuron oppidum Ætoliæ. — *Martia* dicitur, quia Mars ibi colebatur, ut ait Lactantius, seu quia Mars creditus pater Meleagri, a quo etiam hæc urbs « Meleagria Pleuron » dicitur Papinio Theb. IV, 103. In editis collibus erat sita, quum ex iis mare Ionium despiciebatur.

728. *Mediis urbis tibi templa dicabo Collibus.* Apud Veteres templa Deorum erant loco editiore potissimum exstructa. Diis hoc convenire censebatur, quos superiorem locum incolere putabant. Adi Excursum ad calc. huj. lib. Ed.

Collibus, Ionias qua despectare procellas
Dulce sit, et flavo tollens ubi vertice pontum
Turbidus objectas Achelous Echinadas exit.
Hic ego majorum pugnas, vultusque tremendos
Magnanimum effingam regum, figamque superbis
Arma tholis: quæque ipse meo quæsita revexi
Sanguine, quæque dabis captis, Tritonia, Thebis.
Centum ibi virgineis votæ Calydonides aris
Actæas tibi rite faces, et ab arbore casta

729. *Ionias procellas.* Quia Ionium Mare procellis obnoxium. De Mari Ionio, vide not. 14, Theb. I, huj. tom. p. 8, et de *Ioniis procellis* adi not. 99 in Carm. 4, lib. IV Silv. huj. edit. tom. I, p. 466. Ed.

730. *Dulce sit... ubi vertice pontum.* « Puto restituendam optimi et antiquissimi libri scripturam *vortice.* » Barth. — *Dulce sit*, etc. Vide Excursum.

731. *Turbidus.* Rapido enim motu evolvitur in mare Achelous; tunc que *turbidus*, quum incipit misceri ponto. — *Achelous.* Amnis Ætoliæ, ipsam dividens ab Acarnania, a Pindo monte fluit. — *Echinadas.* Echinades parvæ insulæ quinque, Acarnaniæ adjacentes, ex adverso ostii Acheloi amnis, natæ ex arena et limo impetu Acheloi convecto. Plinius lib. II, cap. 85. Et Strabo, lib. X. Carminibus Ovidii celebratæ sunt hæ insulæ, Met. VIII.

732, 733. *Hic ego majorum pugnas.... figamque superbis Arma tholis.* Moris erat apud Veteres, templis insculpere certamina quæ majores dederant, et victorias quas retulerant, ac imagines eorum effingere, atque e tholis suspendere arma hostibus erepta. Vide Virgilium Æneid. VII, 170, et sequentibus, et IX, 408: « Suspendive tholo, aut sacra ad fastigia fixi. » Tholus autem est quasi centrum, ac umbilicus fastigiati fornicis in templo. Vel tholus proprie est veluti scutum breve, quod in medio tecto est, in quo trabes coeunt: ad quod dona suspendi consueverant.

734. *Revexi.* Optimæ Barthii membranæ *revexo.* « Quæ scriptura omnino, et citra ullam exceptionem, est Papinii. » Barth.

736. *Virgineis.* Quia Pallas virgo.

737. *Actæas.* Atticas; Attica enim Acte prius vocabatur. Innuit vero Palladem eodem ritu Pleurone colendam, quo Athenis. Et vel intelligit festum lampadum in honorem Palladis Athenis celebrari solitum, quod λαμπαδοφορία dicebatur, vel alludit ad morem quo arboribus vittæ et faces appendebantur in speciem cultus ac religionis. Utrumque morem indicat hic Papinius, et Prudent. in Symm. II, 529: « Et quæ fumificas arbor vittata lucernas Servabat, cadit ultrici succisa bipenni. » Quo loco *lucerna* faces significat, ut et lampas, et vicissim faces interdum sunt lampades, seu lucernæ, ut hic, ut probat Cruceus

Nectent purpureas niveo discrimine vittas :
Pervigilemque focis ignem longæva sacerdos
Nutriet, arcanum nunquam inspectura pudorem.
Tu bellis, tu pace feres de more frequentes
Primitias operum, non indignante Diana.
Dixerat; et dulces iter instaurabat ad Argos.

in suo commentario ad hunc Papinii locum. — *Arbore casta*. Olea, quia sacra virgini Deæ Palladi, cujus fructum nefas olim stringere nisi virginibus. Vel lauro, quam supra lib. I, 554, vocat » pudicam frondem, » ob Daphnen, quæ fugiendo concubitum Apollinis in laurum conversa est.

739. *Pervigilemque ignem*. Respexit Romanorum morem, apud quos pervigil ignis fovebatur in honorem Vestæ, in cujus templo Palladium servabatur.

740. *Arcanum pudorem*. An etiam Athenis simulacrum Minervæ nulli fas, etiam mulieribus, adspicere? Certe nulli hominum apud Lucanum qui, Pharsal. lib. IX, vs. 994 : » nullique adspecta virorum Pallas. » Et nota Historia L. Metelli, qui ex flagrante æde Vestæ Palladium rapuit, luminibus orbati. Quod Palladium ideo *arcanum* dixit.

741. *Tu bellis, tu pace. Tu bello, tu pace* codex Burmanni. — *Tu bellis, tu pace*. Bellorum potens : quod proprium est Minervæ. — *De more*. Mos enim erat primitias omnium rerum numinibus offerre.

742. *Primitias operum*. Primitiæ operum hic Cruceo sunt primi fructus agriculturæ : siquidem rusticis perpetuus, et quasi proprius labor. Unde Hesiodus libros rei rusticæ Ἔργα inscripsit. Gratum opus agricolis. Sed latius primitiæ operum intelligendæ sunt, ut puto, pro sacrificiis, aut donis, quibus gratias ageret Tydeus Minervæ de se bene meritæ pro quolibet insigni opere tempore belli seu pacis a se edendo. — *Non indignante Diana*. Occulte alludit ad fabulam, qua dicitur Diana infensa OEneo, quod illam in sacrificio prætermiserat, cæteris Diis invocatis, immisisse aprum, qui Calydoniam vastaret.

# EXCURSUS

VEL

# NOTÆ AMPLIORES

AD LIBRUM SECUNDUM

THEBAIDOS.

VERS. 4. NEC *Zephyri rapuere gradum.* Officium eorum quos Dii voluerint celeriter aliquo pervenire, sublevatos deportare. Exemplum in Psyche amasia Cupidinis apud Apuleium. Virgilius, Æneid. IV, 422 et seq.

> Tunc sic Mercurium alloquitur, ac talia mandat :
> Vade age, nate, voca Zephyros, et labere pennis.

*Mollem* eorum *allapsum*, oculis pæne videndum ponit Valer. Flaccus, Argon. I, 686 et seq.

> Ecce autem molli Zephyros descendere lapsu
> Adspiciunt; volat immissis cava pinus habenis.

8. *Vulnere tardus adhuc.* Ineptissimi homines consumtis corporibus etiam in umbris credebant superesse vulnerum notas : Virgilius, de Deiphobo, Æneid. VI, 494 et sqq.

> Atque hic Priamiden laniatum corpore toto
> Deiphobum vidit, lacerum crudeliter ora,
> Ora manusque ambas, populataque tempora raptis
> Auribus, et truncas inhonesto vulnere nares.

Silius Italicus, lib. XIII, vs. 824 et sqq.; ubi Scipionis apud inferos speculationes describuntur.

> Virginia juxta,
> Cernæ, cruentato vulnus sub pectore servat,
> Tristia defensi ferro monimenta pudoris.

BARTH.

13. *Ferrugineum nemus.* Nigrum et obscurum exponunt ambo Scholiastæ Lactantius et noster, inquit Barthius. *Nigrum* et *tristem* colorem enarrat Servius, Æneid. VI, 303. Poetis eo inferorum et mortis res, aut alioquin luci opponendæ, indicantur. Virgilius, de Sole, Georg. I, 467: « caput obscura nitidum ferrugine texit. » Idem, de Charonte, versu modo citato, Æn. VI, 303 : « Et ferruginea subvectat corpora cymba. »

Claudianus, XXXV, de Plutonis vestimento, Raptu Proserp. II, 275 : « Tunc ferrugineo lacrimas detergit amictu. » Quem locum adire si velis, invenies notata a D. *Artaud*, ad hunc vs. et ad vs. 93, ejusdem lib. nost. edit. tom. II, pag. 230 et 243. Valerius Flaccus pro tristi squalore *ferruginem* habet, Argon. I, 775 et sqq.

> .... veteris sub nocte cupressi
> Sordidus, et multa pallens ferrugine taurus
> Stabat adhuc : cui cæruleæ per cornua vittæ,
> Et taxi frons hirta comis.

Prudentius, Cathemer. IX,

> Sol refugit et lugubri sordidus ferrugine
> Igneum reliquit axem, seque mœrens abdidit.

Papinius, supra lib. I, 600, de Monstro pestifero, « Ferrugineam frontem discriminat anguis. » Conf. hunc locum huj. tom. pag. 103. Ed.

18. *Rebusque ægrescere lætis.* Symposius descriptione Invidiæ:

> Pallor terribilis genas colorat,
> Infelix macies renodat ossa.
> Non lux, non cibus est suavis illi,
> Nec potus juvat aut sapor Lyæi,
> Nec si pocula Juppiter propinet,
> Aut hæc porrigat et ministret Hebe,
> Aut tradat Catamitus ipse nectar.
> Non somnum capit aut quiescit unquam,
> Torquet viscera carnifex cruentus, etc.

21. *Ire diem contra, seu te furiata sacerdos. Diem contra* quem pavere intelliguntur omnia infernalia. Claudian. XXXV, de Raptu Proserpin. lib. II, 194 et sqq.

> .... longa solitos caligine pasci
> Terruit urbis equos : pressis hæsere lupatis
> Attoniti meliore polo ; rursusque verendum
> In Chaos obliquo pugnant temone reverti.

Seneca, de Cerbero in Hercul. Fur. vs. 813 et sqq.

> Postquam est ad oras Tænari ventum, et nitor
> Percussit oculos lucis ignotæ, novos
> Resumit animos victus, et vastas furens
> Quassat catenas....
> ....vidit ut clarum æthera,
> Et pura nitidi spatia conspexit poli,
> Oborta nox est, lumina in terram dedit, etc.

— *Furiata sacerdos.* « Numine afflata, Furiis impulsa. » Glossæ MStæ. Non tamen sic loquatur Maro, cui *furiatus* iræ impotens, vehementer iratus, ut in his locis, Æneid. II, 407 : « Non tulit hanc speciem furiata mente Corœbus ; » et eod. lib. 588 : « Talia jactabam, et furiata mente ferebar. » Bene Noster, Thebaid. lib. XI, vs. 488 : « ubi tunc, quum

bella cieret Bacchus? et armatas furiarent orgia matres? » Et Valerius Flaccus, Argon. lib. VIII, vs. 445 et sqq.

> .... sic fata parantem
> Reddere dicta virum furiata mente refugit
> Vociferans; qualem Ogygias quum tollit in arces
> Bacchus, et Aoniis illidit tympana truncis.

23. *Solemque relictum.* « Cujus desiderium tantum apud nos est. » Scholiastes priscus. Alia glossa docet *invidiose* et dolenter hæc dici. Hæc vero apud inferos in damnatorum aut pœnarum locis, alioquin verum credebatur quod Pluto raptæ primum Proserpinæ apud Claudianum denarrat, XXXV, vs. 282 et sqq.

> Amissum ne crede diem : sunt altera nobis
> Sidera; sunt orbes alii; lumenque videbis
> Purius, Elysiumque magis mirabere solem,
> .....................................
> .... nec mollia desunt
> Prata tibi; Zephyris illic melioribus halant
> Perpetui flores, quos nec tua protulit Henna.

26. *Cæco recubans in limine.* Janitor quippe infernus. Graphice Virgilius, Æneid. VI, 417 et seq.

> Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci
> Personat, adverso recubans immanis in antro.

Seneca in Hercule Furente sic totam belluam describit, vs. 783 et sqq.

> Hic sævus umbras territat Stygius canis,
> Qui trina vasto capita concutiens sono
> Regnum tuetur; sordidum tabo caput
> Lambunt colubræ : viperis horrent jubæ :
> Longusque torta sibilat cauda draco;
> Par ira formæ : sensit ut motus pedum,
> Attollit hirtas angue vibrato comas,
> Missumque captat aure subrecta sonum,
> Sentire et umbras solitus....
> .... ecce, latratu gravi
> Loca muta terret, sibilat tortos minax
> Serpens per armos : vocis horrendæ fragor
> Per ora missus terna felices quoque
> Exterret umbras.

32. *Est locus Inachiæ.* Hæc *Topothesia* dicitur : id est, fictus locus secundum poeticam licentiam; nam in ejusmodi descriptione, ubi veri loci facies demonstratur, *Topographia* dicitur : ubi fictum quid venit, *Topothesia.* — *Tænara gentes* Tænarum (ut et Maleum) promontorium Laconiæ, in quo templum est speluncæ persimile. Aditum inferni poetæ dicunt, et ab Hercule Cerberum hac extractum plerique fingunt. Fabula inde originem habuit (uti ex Hecatæo Milesio Pausanias in Lacon. refert) quod in illa spelunca immanis serpens lustrum habuit : qui idcirco

inferorum canis dictus, quod quem morsu impetisset, veneni vi statim opprimeretur. Is serpens ab Hercule ad Euristheum pertractus. Homerus vero, qui primus Ditis canem, quem Hercules extraxisset, appellavit, neque nomen ei proprium imposuit, neque de ejus figura quidquam commentus est: posteriores Cerberum appellarunt, et quum cætera cani fecissent similem; tria dixerunt capita habere, idque communiter receptum. Hesiodus tamen (ut notavimus ad vs. 27 hujus lib. nost. edit. tom. II, pag. 159. Ed.), in Theogonia quinquaginta Cerbero affingit; Horatius, II, Od. 13, centum. BERNART.

35. *Ventosque imbresque serenus Despicit.* Nimium longe infra apicem montis debacchantibus tempestatibus. De *altissimis montibus* sæpe talia poetæ, scribunt sub veritatis titulo etiam serii scriptores. Quanquam Græcis et eorum asseclis altissimi montium parum fuerint cogniti, quum Græcorum altitudo summa unius diei iter non exscenderit, sint vero aliarum regionum alii longe excelsiores, ut *Alpes*, quorum quinque dierum itinera altitudinem insumere ex Polybio refert Strabo fine I, 4. De *Olympo* Macedoniæ Monte hoc scribit Solinus, cap. IX: « Nam Olympum ab Homero non per audaciam celebratum docent, quæ in eo visitantur. Primum excellenti vertice tantus attollitur, ut summa ejus cælum accolæ vocent. Ara est in cacumine, Jovi dicata, cujus altaribus si qua de extis inferuntur, nec difflantur ventosis spiritibus, nec humentibus pluviis diluuntur, sed volvente anno cujusmodi relicta fuerint, ejusmodi reperiuntur: et omnibus tempestatibus a corruptelis aurarum vindicatur, quidquid ibi est semel Deo consecratum. Literæ in cinere scriptæ ad usque alteram anni cærimoniam permanent. » De *Atho* (duo enim hi, *Athos* nimirum et *Olympii*, hoc præcipue nomine celebrantur) Mela lib. II, cap. 2: « Athos mons est adeo altus, ut credatur altius etiam, quam unde imbres cadunt, surgere. Capit opinio fidem, quia de aris, quas in vertice sustinet, non abluitur cinis, sed, quo relinquitur aggere, manet. » Idem Solinus c. XI: « Est sane Athos sublimis adeo, ut altior existimetur, quam unde imbres cadunt. Quæ opinio eo fidem concepit, quod in aris, quas cacumine sustinet, nunquam cineres eluantur, nec quidquam ex aggeribus suis perdant, sed in quo relicti cumulo permaneant. » Hinc vides ut Melam exscripserit. Quod de Homero ait is, verbis supra appositis, ex eo repetit Auctor Descriptionis Terræ. *Olympum* quidem Decem stadiorum et Sextantis altitudinem habere, exacte et instrumentis emensus, tradidit Xenagoras, quamvis plerique doctorum negent montium celsitudinem et maris profunditatem ullibi tot stadia excedere, ut auctor est Plutarchus in Paullo Æmilio. Qui quum ipsius dimensoris Epigramma ponat, negligentiæ convincit Apuleium in Diatriba de Deo Socratis audacter pronunciantem Olympi altitudinem X stadia non attingere. Tu vide exactiora apud Dionysium Petavium Auctuario Operis de Doctrina Temporum, cum Uranologio edito, VII, cap. 10. De eodem Augustinus lib. XV, de Civit. Dei cap. 27: « Opinantur tam magnum fieri non potuisse diluvium, ut altissimos montes

quindecim cubitis aqua crescendo transcenderet, propter Olympi verticem montis, supra quem perhibentur nubes non posse conscendere, quod tam sublimis quam cælum sit, ut non ibi sit aer iste crassior, ubi venti, nebulæ, imbresque gignuntur, nec attendunt omnium elementorum crassissimam terram ibi esse potuisse. » Quo loco fabulosam rem esse ex Francisco Philelpho, homine temporum suorum primario, qui ipsemet expertus sit, notat J. Ludovicus Vives. At amplioribus etiam verbis idem Augustinus, lib. I in Genesin contra Manichæos, cap. 15: « Nam mons ille Macedoniæ, qui Olympus vocatur, tantæ altitudinis esse dicitur, ut in ejus cacumine nec ventus sentiatur, nec nubes se colligant, quia excedit altitudine sua totum istum aerem humidum in quo aves volant, et ideo nec aves ibi volare asseverantur. Quod ab eis perceptum esse dicitur, qui per singulos annos solebant, nescio quorum sacrificiorum causa, memorati montis cacumen scandere, et aliquas notas in pulverem scribere, quas alio anno integras inveniebant. Quod fieri non posset, si ventum aut pluviam locus ille pateretur. » Addit deinde mirabilius figmentum: « Deinde quia tenuitas aeris illius qui ibi est, non eos inspirabat, durare ibi non poterant, nisi spongias humectas naribus applicarent, unde crassiorem et consuetum spiritum ducerent. Hi etiam indicaverunt se nullam etiam avem aliquando in eo loco vidisse. » *Athon* sane superne sterilem, perpetuis pæne nivibus tectum, adeoque frigida aura esse, ut diu ea ferri non possit, scribit tot Græculis longe fide dignior testis, Petrus Bellonius, Observat. lib. I, cap. 45. De *Olympo* credidisse narrationem Augustinum argumento est, quod eamdem repetit libro imperfecto de Genesi ad Literam, cap. 14: inde etiam alia ratiocinatus: « Nubes, inquit, aqua est, quod omnes sentiunt quibus contingit in montibus inter nubila, vel etiam in campis inter nebulas ambulare. In hoc quippe aere volare aves dicuntur; nam in illo sublimiore atque puriore, qui vere aer ab omnibus appellatus est, nequeunt; non enim earum pondus tenuitate sua sustinet. In illo autem neque nubes concrescere asseruntur, neque aliquid procellosum existere; quippe ubi ventus adeo nullus est, ut in vertice Olympi montis, qui spatia hujus humidi aeris excedere dicitur, quædam literæ solere in pulvere fieri perhibeantur, et post annum integræ atque illæsæ inveniri ab iis qui solemniter memoratum montem adscendebant. » Denuoque sub testimonio Lucani Pharsal. II, 272, 274, de Genesi ad Literam, cap. 2: « Quapropter, etiamsi verum dixit quidam secularium Poetarum, *nubes excedit Olympus*, Et *Pacem summa tenent*, Quia perhibetur in Olympi vertice aer esse tam tenuis, ut neque nubibus obumbretur, neque turbetur vento, neque sustentare alites possit, neque ipsos, qui forte adscenderint, homines, crassioris auræ spiritu alere, sicut isto aere consueverunt, tamen et ipse aer est. » Neque his contentus repetiit eamdem rem lib. I, Quæstionum, cap. 10: argumentum Ethnicum contra diluvium tangens, et confutans ea ratione quam ex Opere de Civitate Dei protulimus. De *Atho* vero non solo, aut Olympo, sed omnibus altioribus montium pro comperto idem tradit Aristoteles,

quem secutus Malea sua Papinius. *Olympum* vero cælo æquarunt non tam hac de causa poetæ, quam quod certum sit in eo habitasse Jovem, qui jus eo loco dixit, et inventores bonarum rerum mactavit præmiis, ut præter alios testantur Theophilus initio lib. II, ad Autolycum, et ex Euhemero Ennii Lactant. lib. I, cap. 11. Cælum ipsum a Græcis *Olympum* dici, ab aliis omnibus montem Macedoniæ, auctor Varro lib. VI, qui et *Olympiadas* ab hoc *Musas* agnoscit. *Jovem Olympium* non a monte, sed a magistro dictum; Diodorus Siculus lib. III Biblioth. Cujus tumulum esse qui in Creta insula pro Jovis ostendatur, scribit Ptolemæus Hephæstio lib. II. Zodiacum circulum, Veteres *Olympum* dixisse auctor ex aliis G. Cedrenus. Isiodorus de eodem, lib. XIV, cap. 8: « Olympus mons Macedoniæ nimium præcelsus, ita ut sub illo nubes esse dicantur. De quo Virgilius *nubes excessit Olympus;* dictus Olympus quasi ὅλος λαμπρός, id est, quasi cælum. » Qui perperam Lucani carmen Maroni adscribit. De *Atho* idem tradit inibidem Isidorus: « Athos mons Macedoniæ, et ipse altior nubibus. » De *Olympo* egregie Claudianus, XVII, de Fl. Mallii Theod. Cons. v. 205 et sqq.

> .... nec te tot limina rerum,
> Aut tantum turbavit onus: sed ut altus Olympi
> Vertex, qui spatio ventos hiemesque relinquit,
> Perpetuum nulla temeratus nube serenum,
> Celsior exsurgit pluviis, auditque ruentes
> Sub pedibus nimbos, et rauca tonitrua calcat.

Quem in Claudianum locum notata legere si velis, adi nost. edit. tom. I, pag. 467. Ed.

49. *Nigrique Jovis vacua atria ditat.* Silius Italicus, Punic. VIII, 116 et seq.

> Nigro forte Jovi, cui tertia regna laborant,
> Atque atri sociæ thalami nova sacra parabant.

Tartareus Juppiter ab eodem, lib. II, 674, Pluto vocatur et a Valerio Flacco qui Argon. I, 730: « Tartareo tunc sacra Jovi, Stygiisque ferebat Manibus Alcimede. » — *Vacua atria.* Mortuorum loca *vacua* dicuntur, quia nihil ibi nisi vita vacuæ umbræ. Papinius Achilleide, I, 133: « sub inania natum Tartara, et ad Stygios iterum fero mergere fontes. » Claudianus XXXIII, de Raptu Proserp. lib. I, 20: « Di, quibus innumerum vacui famulantur Averni. » Noster Thebaid. XI, 302: « insano prætendis funera voto, Meque premis frustra, vacuæ ceu proximus aulæ. » Valer. Flacc. Argon. II, 603: « frustra vacui scrutaris Averni, Care, vias. » — *Ditat.* Ad nomen *Ditis* seu Plutonis alludit: is enim ditissimus, quia ad eum omnia conveniunt. Claudianus, loco modo citato, vs. sqq. « Averni... opibus quorum donatur avaris Quidquid in orbe perit. » Cicero de Natura Deorum, lib. II, cap. 26: « Terrena vis omnis atque natura Diti Patri dedicata est, qui Dives, ut apud Græcos Πλούτων, quia et recidant omnia in terras, et oriantur e terris. »

51. *Stridor ibi, et gemitus pœnarum, atroque tumultu Fervet ager.* Loci tales celebrati poetis, ubi videlicet tam manifestæ sint inferorum portæ, ut etiam stridor umbrarum cruciatus inferos patientium ad aures mortalium perveniat. Claudian. III, in Rufinum, lib. I, 123 et sqq.

Est locus, extremum qua pandit Gallia litus,
Oceani prætentus aquis, ubi fertur Ulysses,
Sanguine libato, populum movisse silentem.
Illic umbrarum tenui stridore volantum
Flebilis auditur questus; simulacra coloni
Pallida defunctasque vident migrare figuras.

Vide notata ad hunc locum Claudianum, nost. edit. tom. I, pag. 148 et 149. Ed.

58. *Inde per Arcturum, mediæque silentia Lunæ. Per Arcturum.* Rationem reddit Lactantius, quia ventosum id sidus, et promovens celeritatem ita volantis. Vehemens ortu et occasu signum, quodque tempestates moveat, sese ipse canit apud Plautum prologo Rudentis. — *Mediæque silentia Lunæ.* « Quia ibi jam a morte et tumultibus rerum inferiorum quies. » Sic docte Glossographus. In alio Scholio notatur: « mediam Lunam dicit indicans non esse purum sidus, sed partem pertinere ad inferiora, et compati rebus terrestribus. » Forte ad διχότομιαν Lunæ respexit Papinius, de qua Macrobium vide lib. I, in Somnium Scipionis, cap. 6. — *Silentia.* Qualia *Lunæ* sidus amat, nocturnum nempe dominatum habens, ubi omnia silent. Et sic *silentia* ei sæpe subjiciunt poetæ, frustra laborantibus qui profundiores sensus quærunt. Virgilius, Æneid. II, 254 et seq.

Et jam Argiva phalanx instructis navibus ibat
A Tenedo, tacitæ per amica silentia Lunæ.

*Luna* enim *favere* videbatur inceptis Argivorum. Valerius Flacc. Argon. II, v. 288: « Hic genitorem, altæ per opaca silentia Noctis, Præcipitem silvis rapit. » Silius Italicus, Punic. lib. V, 1 et sqq.

Ceperat Etruscos occulto milite colles
Sidonius ductor, perque alta silentia Noctis
Silvarum anfractus cæcis insiderat armis.

Quibus nihil aliud quam quies omnium rerum nocturna intelligitur, cujus præses Luna. De eadem pulcre Valer. idem eodem lib. vs. 41 et 42:

Ipsa quies rerum, mundique silentia terrent,
Astraque, et effusis stellatus crinibus æther.

Quibus versibus suavitas ipsa rei sineque tenebris quies præpingitur, qualem haud dubito Virgilium animo habuisse, quidquid ultra quærant Grammatici. Idem Valerius Flaccus, *silentia ponti*, tacitum in medio eo undarum velut favorem, scite dixit Argon. II, 585: « ubi jam medii tenuere silentia ponti. »

60, 61. *Trepidusque assurgit honori Numinis, et recto decedit limite*

*cœli.* Translatio ad morem Romanum, quo sollemne, ut venienti magistratui et privati, et minor magistratus majori, assurgerent, et de via discederent. Pertinet ad hanc rem elegans Senecæ locus Epist. LXIV, « Marcum Catonem utrumque, et Lælium sapientem, et Socratem cum Platone, et Zenonem, Cleantemque in animum meum sine summa dignatione recipiam? Ego vero illos veneror, et tantis nominibus semper assurgo. » Explicavit accurate, uti omnia, Senatus literatorum in hoc Instro Princeps Lipsius, Elector. I, c. 23. BERNART.

67. *Ut vero excelsis suamet juga columnis*, etc. « Ad memoriam Heroum currus conservatos in atriis domuum exemplo Laii memorat. » Optime: nam insignium et imaginum loco cum primis currus asservabant Majorum Veteres. Virgilius, Æneid. I, 15 sqq., de Carthagine:

Quam Juno fertur terris magis omnibus unam
Posthabita coluisse Samo; hic illius arma
Hic currus fuit; hoc regnum Dea gentibus esse,
Si qua fata sinant, jam tum tenditque fovetque.

De Romanis Juvenalis, Sat. VIII, 1 et seqq.

.... quid prodest, Pontice, longo
Sanguine censeri, pictosque ostendere vultus
Majorum, et stantes in curribus Æmilianos.

Etsi imagines fictæ, veri tamen utique *currus* fuerunt custoditi. — *Columnis nixa.* Homeri imitatione dictum, apud quem omnia Heroum arma eas in aulis eorum sedes habent. Devictorum principum *currus* cum armis etiam suspendebantur in Tropæa. Idem Virg. Æn. VII, 183 sqq.

Multaque præterea sacris in postibus arma,
Captivi pendent currus, curvæque secures,
Et cristæ capitum, et portarum ingentia claustra,
Spiculaque, clipeique, ereptaque rostra cariais.

72. *Evie.* Notissimum Bacchi Epitheton. At in omnium optimo exemplari disertis literis scriptum est: *Euchie.* Id sane etiam cognomen ejus agnoscunt docti. Et in multis locis scriptorum a communiore illo hoc corruptum atque expulsum puto. Vide Hor. II, Od. 11. BARTH.

74. *Insomnem ludo certatim educere noctem suaserat.* Tangit iterum non dubie, inquit Bernartius, ut notavimus, morem priscum, quo pervigilandi honos Deis passim tributus. Lucretius de Rerum Natur. VI, vs. 749 et sqq.

Est et Athenæis in mœnibus, arcis in ipso
Vertice, Palladis ad templum Tritonidos almæ,
Quo nunquam pennis appellunt corpora raucæ
Cornices, non quum fumant altaria donis:
Usque adeo fugitant non iras Palladis acres
Pervigili causa, Graium ut cecinere poetæ;
Sed natura loci hoc opus efficit ipsa sua vi.

Plautus Aulularia, Act. IV, scen. 10, 64 et seq.

Ego me iojurism fecisse filiæ fateor tuæ
Cereris vigiliis per vinum, atque impulsu adolescentiæ.

Liv. XXIII, 35: « Gracchus castra Campana, ut in pervigilio neglecta, simul omnibus portis invadit. » Consule, si placet, Suetonium Galba cap. 4, etc. Vitellio cap. 10. Cæterum ego velim tirones hic notare: *insomniam* pro *vigilia* sæpe Veteres dixisse. Cæcilius Plotio: « Consequitur comes insomnia, ea porro insaniam adfert. » Ter. Eun. Act. II, 1, 13: « aut mox noctu te adigent (lego cum Donat. *adiget*) horsum insomnia, » neque enim de somniis agit, sed de vigilia, ut liquido constat ex versu sequenti, respondet enim Phædria: « Opusfaciam, ut defatiger usque, ingratiis ut dormiam, » et iterum Par. « vigilabis lassus; » usus est et hac notione Sallustius Conj. Catilinæ, c. 26: « neque insomnia, neque labore fatigari. » Idem Sallustius Hist. I, in fragmento epistolæ Mithrid. « Perseu deinde, Philippi filium, post multa et varia certamina, apud Samothraeas Deos acceptum in fidem, callidi et repertores perfidiæ, occidere insomnia; » scripsisse ita Sallustium, et ad Orbilium ablegandos, qui supposuerunt, *in somnis*, non negabit, qui vel unum Plutarchum, in Æmilio, legerit scribentem: famam fuisse, Persen a militibus qui eum custodiebant, somno prohibitum, atque ita continuis vigiliis periisse. Adde his Plautum Mercatore, Prol. v. 24 et seq.

Sed amori accedunt hæc, quæ dixi minus,
Insomnia, ærumna, error, terror et fuga.

BARTH.

78. *Æraque taurinos sonitu vincentia pulsus.* Tibias, cymbala, tympana, dicit, Bacchi pompam ducentia instrumenta. Sic *æra* pro cymbalis eadem re Valer. Flacc. Argon. V, 78 et sqq.

.... hic resides Thiasos, hic æra moventem,
Udaque pampinea nectentem cornua vitta
Nunc etiam meministis, aquæ....

Poeta vetus apud Sergium in Centimetro: « Tolle thyrsos, ora pulsa; jam Lyæus advenit. » Noster Theb. IV, 652 et sqq.

Marcidos edomito bellum referebat ab Hæmo
Liber....
....quanquam ore et pectore marcet,
Æraque, tympanaque et biforem reticere tumultum
Imperat, attonitas qui circum plurimus aures.

Ovidius, Met. III, 532 et sqq.

....æraoe tantum
Ære repulsa valent? et adunco tibia cornu?
Obscœnique greges, et inania tympana vincant.

De *Cymbalis* Macrobius Saturn. lib. I, cap. 18, quo docet Bacchum esse Apollinem: « In monte Parnasso Bacchanalia alternis annis aguntur: ubi et Satyrorum, ut affirmant, frequens cernitur cœtus, et plerumque voces propriæ eorum exaudiuntur: itemque cymbalorum crepitus ad aures

17.

hominum sæpe perveniunt. » Catullus, Carm. LXIII, 251 et seq.

At parte ex alia florens volitabat Iacchus,
Cum thiaso Satyrorum et Nysigenis Silenis.
Plangebant alii proceris tympana palmis,
Aut tereti tenues tinnitus ære ciebant.
Multaque raucisonos efflabant cornua bombos,
Barbaraque horribili stridebat tibia cantu.

— *Vincentia pulsus.* Acutiore nimirum sono, qui ante gravem aures lacessit et penetrat. *Sonos* talium *instrumentorum* pulchre indicat Ausonius, qui quum *flictum* det cymbalis, nequaquam lenem eorum fuisse indicat, neque nostra quem Cymbala hodie habent, quem *tinnitum* dixeris aheuis pulsatis ab eo datum, potius. Epist. XXV, 16 et sqq.

Dindyma Gargarico respondent cantica luco.
Cymbala dant flictu sonitum, dant pulpita saltu
Icta pedum; tenüis reboant cava tympana tergis.
Isiacos agitant Mareotica sistra tumultus.
Nec Dodonæi cessat tinnitus aheni,
In numerum quotiens radiis ferientibus ictæ
Respondent dociles, moderato verbere, pelves.

— *Taurinos pulsus.* Tympanis de Taurorum tergis tentis. *Evia terga* vocat Noster Achill. II, 154. Tympana *Rudia* fuisse antiquis temporibus docent grammaticorum descriptiones: Isidorus, lib. III, cap. 21: « Tympanum est pellis vel corium ligno ex ima parte extensum: est enim pars media symphoniæ in similitudinem cribri; tympanum autem dictum quod medium est. » BARTH.

89. *Nox ea, quum tacita volucer Cyllenius aura. Nox ea. Talis,* excepta cum poculis, Thracum more, pugna; nam melior illis, non cum sævo suo odore, Bacchus adfuerat. — *Volucer Cyllenius.* Mira omnino res. Et jam ante Mercurium intulerat sedi suæ cælesti. Quid enim ista sibi volunt? « Inde per Arcturum, mediæque, etc. » An « per sidera » petit terras inferis altiores ipsis sideribus? Nugæ. Ergo comitatur Laium, et tamen istue abit, in suum locum? Nihil aliud ista loquuntur, quam divinitatem Numini occulte adstruere voluisse Poetam, et adesse Laio, et suo simul sideri præesse statuentem. BARTH.

95, 96. *Longævi vatis opacos Tiresiæ vultus, vocemque,* etc. *Opacos Tiresiæ,* etc. Cæcos. Cæcum Tiresiam inducit multis alibi. Lactantii verba mendosa sunt, quod visum etiam præstantiss. Lindenbrogio. Non verebor integra Lactantii verba adscribere, ut ea quidem redintegranda ope Apollodor. lib. III, et Scholiastæ scripti existimo: « Tiresias Pericli filius. » Genere Thebanus, vates, qui fertur in fœminam versus, quum disceptantibus Jove et Junone, utrum mas an fœmina majorem sentiret coitu voluptatem, novem partibus libidinis dixit fœminam potiri, et una virum: ob quod cæcatus est a Junone. Est et alia talis fabula. » In monte Cyllenio Tiresias dracones coeuntes calcasse dicitur: ob id in

mulieris figuram versus, ut Ovid. refert: deinde monitus sortibus in eumdem locum rediit et in figuram pristinam. Eo tempore, ut diximus, inter Jovem et Junonem fuit certatio, in quo sexu esset major libido, Tiresia judice, qui expertus fuerat utrumque sexum: quum Jovi iudicasset, illa irata manus ei superjecit et excæcavit. Juppiter fecit, ut septem ætates viveret, vatesque præter cæteros mortales veracissimus haberetur. » BARTH.

133. *In absentem consumit prælia fratrem*. Imaginando sibi ejus præsentiam, et ita rem gerendo. Sic Noster in ea voce ludit acumine poetico, Theb. VI, 400 et seq. « pereunt vestigia mille Ante fugam, absentemque ferit gravis ungula campum. » Valerius Flaccus, Argon. III, 587 et seqq.

> . . . velut refugi quem contigit improba Mauri
> Lancea, sanguineus vasto leo murmure fertur,
> Frangit et absentem vacuis sub dentibus hostem.

179. *Quis te solio Sicyonis avitæ*, etc. De Sicyoniis non satis conveniunt scriptores. Plerique primum in ea regione Ægileum indigenam exstitisse commemorant, atque eo regnante eam Peloponnesi partem, quæ Ægilaus dicitur, nomen sumsisse, atque illum quidem plano loco oppidum, cui Ægialeo nomen, condidisse: successione vero venisse regnum ad Lamedonem Apollinis et Chrysorthæ filium: hunc bello contra Achæos suscepto, ex Attica belli gerendi socium Sicyonem (sive Erecbthei filium, ut Hesiodus voluit; sive Enpipei, uti alii) sibi assumsisse. Data ei in matrimonium Zeuxippe filia: a quo postea jam regno adepto, et regio tota Sicyonia, et urbs quæ antea Ægialæ, fuit Sicyon nuncupata. Sicyoni Chithonophyle filia fuit, quæ ex Mercurio Polybum peperit. Hic Lysianassam filiam Talao, Biantis Argivorum regis filio, locavit: ex qua deinde natus Adrastus, qui Argis ejectus ad Polybum Sicyonem confugit, eoque mortuo regnum ipse adiit. Consule Pausaniam Corinthiacis. BERNART.

187. *Nos vero volentes.* Si vera lectio, migravit hic Papinius Grammaticorum leges: ut etiam Thebaid. X, 236: « Nec deest cœptis, » et lib. XI, 276: « Deest servitio plebes: » nisi utrobique legendum putes *desit*, quod magis probo: licet non ignorem Veteres in eodem versu eamdem syllabam producere et corripere interdum solere. Theocritus: Τὰ μὴ καλὰ πέφανται. Lucretius, de Rer. Nat. lib. IV, 1253: « Crassaque conveniant liquidis, et liquida crassis. » BERNART.

222. *Torvaque.* Danaus Beli filius ex pluribus conjugibus quinquaginta filias babuit, totidemque Ægyptus frater ejus filios, qui Danaum fratrem filias suis filiis in matrimonium postulavit. Danaus responso comperit quod generi sui manibus interiret, Argos profectus est, et primum dicitur navem fecisse, cujus nomine *Argo* dicta est navis. Ægy-

ptus misit filios suos ad persequendum fratrem, hisque præcepit, ut aut Danaum interficerent, aut ad se non redirent (ut Agenor filio imperaverat), qui posteaquam venerunt Argos, cœperunt patruum oppugnare. Danaus, posteaquam vidit se resistere non posse, filias suas fratris sui filiis spopondit uxores; quæ patris jussu viros universæ suos interfecerunt, sola Hypermnestra Lynceo pepercit. LACTANT.

247. *Nec minus auditi, si mens accepta meretur Thure Deos.* Victimarum loco, ut ait eleganter Lactantius (vide notata ad hunc versum, hujus tom. pag. 189. ED.), sola etiam bona conscientia Diis litatur: unde apud Platonem in Alcibiade secundo refertur Ammonem, consulentibus Atheniensibus, ac petentibus, cur a Lacedæmoniis vincerentur, quum ipsi tam opimas ac electas victimas Superis immolarent; Lacedæmonii vero nihil tale curarent; hoc unum respondisse, εὐφημίαν Lacedæmoniorum, id est, *bona verba* Deo esse gratiora, quam universas Græcorum victimas. Bona autem verba interpretatur Socrates ibidem preces rite conceptas justasque; additque Deos non victimis, sed justis precibus votisque solum placari. Absurdum enim esset, ait, et ingemiscendum, si Dii dona nostra spectarent, non animum. Sic et Xenophon de eodem Socrate refert Memorab. lib. I, dicente, quum sacrificaret parva de parvis, nihil se deteriore conditione iis credere, qui de multis ac magnis multa ac magna immolant; nam neque Diis honestum fore, si magnis sacrificiis magis delectarentur, quam parvis: sæpenumero enim ea, quæ ab improbis proficiscantur, gratiora eis futura, quam quæ a viris bonis: neque hominibus vitam esse optabilem, si quæ ab improbis donentur, Diis sint gratiora, quam quæ a probis. Quin existimabat Deos immortales hominum piorum cultu et muneribus maxime delectari.

260. *Eque adytis simul exaudita remotis.* Horrorem auget quod procul abest et tamen auditur, unde peregrinum clangorem intelligit. » Hæc duo Scholiastæ. *Exaudita* horrorem auget etiam, repentinum enim indicat clangorem. Expressit illa auctoris sui, Virgil. Georg. I, 474 sqq.

> Armorum sonitum toto Germania cælo
> Audiit: insolitis tremuerunt motibus Alpes.
> Vox quoque per lucos vulgo exaudita silentes
> Ingens.

Lucanus, Pharsal. I, 569 et seq.

> Tunc fragor armorum, magnæque per avia voces
> Auditæ nemorum, et venientes cominus umbræ.

Quid *adyta* explicat Cæsar, de Bello Civili, III, 105, ubi paria prodigia recenset: « Eodem die Antiochiæ in Syria bis tantus exercitus clamor et signorum sonus exauditus est, ut in muris armata civitas discurreret. Hoc idem Ptolemaide accidit. Pergami in occultis ac remotis templi, quo præter sacerdotes adire fas non est, quæ Græci ἄδυτα appellant, tympana sonuerunt. »

280. *Lucentes a fronte jubas: hic flebile germen Hesperidum.* Poetas aiunt de sua illa nobilissima liberalitate jubas cristasque affinxisse draconibus, quum nullæ iis sint probatæ testimonio Jubæ Regis. Hos tamen alii absolvunt mendaciolo, inter quos Cornificius, qui libro IV ad Herennium *jubatum Draconem* nescio quem ardelionem vocat, forum Romanum circumvolitantem. Sed et qui ipsi Orientalium partium loca peregrini visitaverunt cristatos dracones visos testantur, inter quos ita scripsit ante hos quadringentos annos Jacobus Vitriacus lib. I, c. 89: « Inter omnes serpentes maximus est Draco, qui abstractus a spelunca sua quandoque sub aerem fertur. Est autem cristatus, ore parvo, et strictis arteriarum fistulis, quibus spiritum attrahit, et linguam exerit, dentibus vero non nocet. » — *Flebile germen Hesperidum.* Innuit poma aurea hortorum Hesperidum, quæ rapuit Hercules occiso pervigili dracone, qui ea servabat. De hortis Hesperidum hæc dicit Solin. c. XXIV: « Nam de hortis Hesperidum, et pervigili dracone, ne famæ licentia vulneretur fides, ratio hæc est. Flexuoso meatu æstuarium e mari fertur, adeo sinuosis lateribus tortuosum, ut visentibus procul lapsus angueos fracta vertigine mentiatur: idque, quod hortos appellavere, circumdat: unde pomorum custodem interpretantes, struxerunt iter ad mendacium fabulandi. Sed hæc insula insinuata sinibus alvei recurrentis, et in quibusdam æquoris spiris sita, præter arbores oleastri similes, et aram sacram Herculi, aliud nihil profert, quo propaget vetustatis memoriam. Verum ultra frutices aureos, et metalla frondentia, illud magis mirum, quod solum inferiore licet libra depressius, nunquam tamen accessu freti superlabitur, sed obstaculo naturalis repaguli in ipsis marginibus hæret unda, et intimis orarum superciliis sponte fluctus ingruentes sistuntur: ut, spectando nimirum ingenio loci, planities maneat sicca, quamvis prona superveniant æquora. » Eadem dicit Plinius fere lib. V, cap. 1. Porro variant auctores de situ horum hortorum. Quidam, ut Plinius et Solinus, collocant eos in Mauritania prope urbem Lyxon ad Oceanum: alii circa Atlantem montem Mauritaniæ. Hesiodus ultra Oceanum ponit. Servius vero ait: « Quidam tamen hos circa Syrtes positos tradunt. » Nonnulli nominis similitudine inducti, audientes urbem Ἑσπερίδας in Pentepolitana Libya vocatam, eo transtulerunt et Hesperidum hortos. Ptolemæus in Cyrenaica et Pentepolitana memorat Ἑσπερίδων κήπους, *hortos Hesperidum*, quos tamen diversos statuit ab urbe Berenice, quam Ἑσπερίδας vocatam tradit. Scylax Cariandæus in Pentepolitana, urbis et portus Ἑσπερίδων, *Hesperidum*, meminit. Non longe ab Hesperidibus urbe idem Scylax collocat κήπους Ἑσπερίδων, *hortos Hesperidum*, omni genere arborum refertos. Inde hi horti, Hesperidibus urbi vicini, confusi cum hortis fabulosarum Hesperidum, qui ad Oceanum. Hæc ex Salmasio. Agroetas autem in Libycis ait non poma fuisse, sed oves furvi coloris: ortam vero fabulam ex ambigua significatione vocis μῆλα, quæ Græce et oves et poma significat. Cæterum Hesperides erant filiæ Hesperi secundum aliquos: aliis vero Atlantis ex Hesperide uxore. His autem commissa fuerat custodia horum horto-

rum ac pomorum aureorum, quibus raptis ab Hercule, gravissimum dolorem receperunt: unde *flebile germen* dicitur.

286. *Non hoc Pasithea.* E Gratiis una, quam Juno pro præmio pollicetur Somno apud Homer. Iliad. Ξ:

> Ἀλλ' ἴθ', ἐγὼ καί τοι Χαρίτων μίαν ὁπλοτεράων
> Δώσω ὀπυιέμεναι, καὶ σὴν κεκλῆσθαι ἄκοιτιν
> Πασιθέην, ἧς αἰὲν ἱμείρεαι ἤματα πάντα.
>
> At tibi ego e Charitum florentem ætatibus unam
> Connubio jungam stabili, propriamque dicabo
> Pasitheam, quæ omnes una tecum exigat annos.

Adscripsi Homeri versus, quum quia apte Virgilius illos imitatus est, tum quia tam varia de Gratiis Veteres tradidere. Lacedæmonii Gratias duntaxat duas colebant, easque Clitam et Phænam nominabant. Hesiodus vero (sive quiscunque auctor Theogoniæ) tres agnoscit, sed Euphrosynem, Aglaiam, et Thaliam appellavit; quod etiam facit Onomacritus. Hermesinactes vero, verus Elegorum scriptor, Pitho unam de Gratiarum numero facit. Athenienses autem et ipsi duas tantum colebant, Auxo et Heyemonem. Noster Homerum secutus videtur. Utcumque nonnulli arguntur ex eo quod dicat μίαν ὁπλοτεράων discrimen eum inter Gratias facere, et quasdam juniores, quasdam vetustiores agnoscere. Adi Pausaniam Bœoticis. Bernart.

292. *Mox Semele.* Vult etiam Semelen infelicitate hujus monilis exstinctam, et magis ornatus invidia a Junone, quam pellicatus inductam, ut a Jove improbe posceret, quod nefas esset corpus sustinere mortale. Optime autem Semelen improbam dixit, quod voti fuit immodica, ut Jovem vellet videre cum fulmine. Vide notam 12 ad calcem lib. I Thebaid., huj. tom. p. 125. Ed.

304. *Decepta.* Prodita, quum ille lateret. Quam rem sic enarrat Hyginus, cap. 73: « Amphiaraus OEclei et Hypermnestræ, filiæ Thestii, filius, Augur, qui sciret si ad Thebas oppugnatum isset, se inde non rediturum. Itaque celavit se, conscia Eriphyle, conjuge sua, Talai filia. Adrastus autem ut eam investigaret, monile aureum ex gemmis fecit, et muneri dedit sorori suæ Eriphylæ, quæ, doni cupida, conjugem prodidit. » Barth.

338. *Magnas latrantia pectora curas.* Sic Petronius, de Mutat. Reip. Rom. 54 et seq.

> Et veluti tabes tacitis concepta medullis
> Intra membra furens curis latrantibus errat.

Ad quos versus illustrandos adductus est hic locus Papinianus, videsis Poet. Lat. Min. huj. edit. tom. II, p. 96. Lucret. de Rerum Nat. II, 17:

> Nil aliud sibi naturam latrare, nisi ut, quum

Corpore sejunctus dolor absit, mente fruatur.

Id est, poscentia cum vehementia et pertinacia quadam, a canibus : unde *latrati cibi* apud Martialem lib. IV, Epig. 53 : « Cui dat latratos obvia turba cibos. » En.

362. *Geminas ibis regina per urbes.* Ambitionem muliebrem scite palpat, ob oculos velut ponendo spectaculum coronæ duorum regnorum receptæ, et adorantis Reginam per utrumque invectam, populi. *Per urbes vehi*, pompam regalem indicat. Virg. Æneid. VI, 785 et seq.

Felix prole virum : qualis Berecynthia mater
Invehitur curru Phrygias turrita per urbes.

Idem de Salmoneo, eod. lib. vs. 588 et seq.

Per Graium populos mediæque per Elidis urbem
Ibat ovans, divumque sibi poscebat honorem.

Valer. Flacc. Argonaut. III, 23 et seq.

Assuetum Phrygias dominam vectare per urbes
Oppressit jaculo redeuntem ad frena leonem.

Pariter Claudianus, X, de Nuptiis Honorii, vs. 277 sqq.

... jam te venerabitur Ister,
Nomen adorabunt populi; jam Rhenus, et Albis
Serviet; in medios ibis Regina Sicambros.

406. *Auro dives et ostro.* Invertunt hæc membranæ illæ præstantium præstantissimæ, vel potius inversa restituunt : « ostro dives et auro : » meo animo pulchre. Dignior enim res sequitur merito alteram, ne plus dicatur in prima quam in altera parte. Hoc sæpius observasse quam neglexisse optimos auctores docent Analecta nostra poetica. Ita Virgilius, Æneid. IV, 133 et sqq.

Reginam thalamo cunctantem ad limina primi
Pœnorum exspectant; ostroque insignis et auro
Stat sonipes, ac frena feros spumantia mandit.

Sed et alibi apud eumdem observamus, quum ambo nominantur, *ostro aurum* subjici, Georg. II, 506 : « Sarrano dormiat ostro : Condit opes alius, defossoque incubat auro. » Æneid. I, 639 et sqq.

Arte laboratæ vestes, ostroque superbo;
Ingens argentum mensis, cælataque in auro
Fortia facta patrum.

Æneid. XI, 72 : Tum geminas vestes, ostroque auroque rigentes extulit Æneas. » Bene ergo et hic restitutus ex illo libro Papinius, quem indicio modo facto, nemo non fateatur sic debuisse etiam scribere.

417. *Sufficeret vel sola fides.* Id est, nisi fratris in me odia ex orationis tuæ furore agnoscerem, ad reddenda quæ reposcis potui fide compelli. — *Qua torvus.* Id est, quanquam deest justa defensio loquendi, tamen inve-

nitur occasio : ut in Ter. Adelph. act. II, sc. 1, validæ propositioni lenonis quia respondere adolescens non potuit, minatus est cædem. Leno enim dixerat : « Quid si illam ego nolo vendere, coges me? » contra adolescens, justo argumento lenonis inclusus, calumniosa ac multum diversa respondit : « ante ædes non fecisse, erit melius, hic convicium : Nam si molestus pergis esse, jam intro arripiere, atque ibi Usque ad necem operiere loris. » LACTANT. — *Qua torvus*. Pronomen male convenit sententiæ. Scripti, *quam*. Scribendum : *quum torvus*. Ea particula gaudent uti Veteres, ubi vulgus ponit, *quod*. Ut apud Terentium in Andria, act. III, sc. 2, 7 et sq. :

Deos quæso, ut sit superstes, quandoquidem ipse est ingenio bono,
Quumque huic viritus est optimæ adolescenti facere injuriam.

Heaut. « Idque adeo miror, quum tam ineptum quidquam potuerit tibi venire in mentem. » Adelph. « Bonus es, quum hoc existimas. » Defendimus etiam Livio. GAONOV.

442. *Offendat socer ille senex : jam pectora vulgi. Socer ille senex.* Agnoscit hanc scripturam Lactantius. Quasi, inquit, superbe et indignaturus talem socerum dixit. At de Argia loquitur muliere Papinianus Eteocles, quo corrigenda sunt hæc verba. Agnoscit etiam vetustissimum illud nostrum exemplar consentientibus cæteris, et Lindenbrogianis, Bebotianisque. Item Editionibus Parisiensibus, Aldinis, Lugdunensibus. Solus Bernartius cum suis seorsum sapit, sectatorem nactus Argentinensis Editionis Architectum, ut *Sacer* malint. Valeant. Contra tot testes, nos et personam Eteoclis illis opponimus, qui longe inscitius *sacrum senem* dixerit, quam Argia Socerum. Impietatis etiam satis tyranno est, quum *ille senex*, pro infortunatissimo omnium quos terra sustinebat tum, dicitur, de patre. BARTH. — *Jam pectora vulgi*. Tertia causa validior, quare non reddat imperium, in fine est collocata, non sine aliqua specie veritatis : certatur magna cum commendationis schema; ait enim perfidum se velle dici, dummodo suis civibus prosit.

445. *Dubio pigeat parere tyranno*. Bonna menta *tyrannus* apud Virgilium; et Avienus, bene subditis suis imperantem, dum quidem adfuit, *Ithacum tyrannum* appellat Ulyssem, Periegesis Dionysianæ v. 664 :

Hanc super est tellus Ithaci vetus aula tyranni,
Exsulis, et toto raptati sæpe profundo.

Sic Jason de Patruo suo Valerii Flacci, Argonaut. I, 244 : « Non mihi Thessalici pietas culpanda tyranni Suspectique doli. » Idem, lib. V, 258 : « plena necdum Medea juventa Annuitur thalamis Albani virgo tyranni. » Horatius, lib. III, Od. 2, 6 et sqq.

....illum ex mœnibus hosticis
Matrona bellantis tyranni
Prospiciens et adulta virgo
Suspiret.

Idem ad Fortunam, regum reginam, lib. I, Od. 35, 9 et seqq.

> Te Dacus asper, te profugi Scythæ,
> Urbesque, gentesque, et Latium feros
> Regumque matres barbarorum, et
> Purpurei metuunt tyranni.

481. *OEnidæ.* OEneus Parthaonis filius, Ætholiæ rex, cujus civitas Calydon nobilissima; ejus summam potestatem regni turbavit negligentia sacrorum; annua siquidem vota pro imperii fructibus celebrans, numen Dianæ contemsit, propter quod nimia indignatione oppressus est: ut videretur omnes placaturus, si illam solam adorasset. Ea aprum magnitudinis summæ in regionem ejus immisit, qui vastatis Calydonis terris, ab urbe gentis Calydonius appellatus est: cujus feritate OEneus fractus, edictum tale proposuit, ut dimidiam regni partem caperet, qui monstrum interemisset. Meleagri virtus periculum non expavit. Siquidem is undique juventutem collectam ad illam novi generis expeditionem vocavit, inter quos etiam Atalanta convenit, Iasi filia, summa venatrix: quæ in saltibus prima omnium prædictum aprum sagitta percussit. Postea Meleager in se venientem feram excepit, interemitque; et gratus adversus puellam futurus, quæ inter viros successu virtutis enituerat, pellem monstri illius cum capite ei dedit, ad testimonium laudis; sed munus paratum fortitudine, invidia perdidit. Plexippus namque et Agenor, Meleagri avunculi, indignati sunt sibi prælatam fuisse virginem, et eam dono spoliaverunt: qua conditione fata sibi maturavere. Id enim indignatus Meleager, consanguinitate calcata matris suæ fratrem Plexippum occidit, sibique matris affectum abstulit. Althæa siquidem dum sævit in ultionem germanorum, titionem quem habebat occultum, qui quum Meleager nasceretur in regia subito traditus fuit a Parcis, ut juvenis tam diu viveret, quoad is esset servatus, mater ignibus mersit, eumque cum filii fatis exstinxit. Quæ posteaquam admissum nefas agnovit, laqueo vitam finivit. Lactant. — Jam de OEneo pauca dicta ad lib. I Theb. not. 669, huj. tom. pag, 112. Ed.

559. *Plena cervice.* Omnes libri habent hanc scripturam, cum expositione *plena*, id est, *integra*, *robusta*. Mihi tamen mira res videtur dicere juvencos nullo addito numero, tanquam innumerabiles intelligat, nec memini tam non circumspecte quemquam alium simili re locutum. Correctum olim volui *trina cervice*. Ut tres juvencos capi velit. Sed e tot libris et expositoribus neminem quid mutare videns, aliud latere existimo nunc, obscurius quidem illud et acutius aliquid, quod vetustissimi optimique Codicis architectum etiam fefellerit. Similiter ipse Theb. X, 505:

> ....quanta pariter cervice gementes
> Proscindunt inarata diu Pangæa juvenci.

Pariter numero nullo adjecto et Lucilius, lib. VI Fragment. v. 9 et 10:

> Quem neque Lucanis oriundi montibu' tauri
> Ducere protelo validis cervicibu' possent.

Quare nihil mutandum liquet. Conjungendas autem has voces tres existimo *plena cervice gementes*, omni conatu vires protrudendi colligentes atque occupantes. Nec moramur Grammaticos. Legas tamen :

Saxum ingens, quod sex plena cervice gementes
Vertere humo, murisque valent inferre juvenci.

*Gementes plena cervice valent*. Id est, non minus quam sex juvenci; iique summis viribus annisi, valerent abstrahere, et in urbem, aut ad opifices murarios deducere. Juvat hanc lectionem glossa optimi exemplaris nostri, quæ τὸ VALENT *valerent* interpretatur. Numero sane opus est. Et hanc scripturam sequendam puto, donec, quod ægre fiet, melior exoriatur. Non inepta conjectura adolescentis nostra,

Saxum ingens (duo vix plena cervice gementes
Tollere humo, murisque valent inferre juvenci)
Rupibus avellit.

BARTH.

563. *Adversos Lapithas*. Lapithæ gentes Thessaliæ, omnium virorum sublimes patientia, quum cæteris Diis immortalibus annua sacra conficerent, in ipsa religione genus sacrilegii commissum est: quum enim Pirithoi regis sui nuptiæ celebrarentur, et sacrificia omnibus diis facerent, Martis solius incultas aras reliquerunt, sive ignorantia, sive contemptu numinis, habetur incertum. Quæ res manifesto punita est exitu : Mars namque fecit ut adversus Centauros bellarent, a quibus victi sunt : civitas damno intellexit religionis virtutem. Unde Virgilius, Æn. VIII, 305 : « Mars perdere gentem Immanem Lapithum valuit. » LACTANT.

595. *Non aliter*. Briareum bello gigantum constat contra Jovem sensisse : sed hic *contra* sic posuit, quemadmodum Virgil. Æneid. X, 567, « Jovis quum fulmina contra » me habeat. Contemta ab hoc etiam fulmina: videbatur enim suis tibi tantum manibus fortiter dimicare. Fabula : Terra procreavit Typhonem miræ magnitudinis, cui centum capita draconum ex humeris nata erant. Hic Jovem provocavit, ut si vellet secum de regno certaret. Quare Juppiter pectus ejus fulmine percussit, qui quum flagraret, Ætnam ei superimposuit, et ex eo dicitur ardere adhuc. Ipse etiam alio nomine Briareus et Ægeon. De quo Virgil. loco citato. « Ægeon qualis centum cui brachia dicunt. » LACTANT. — *Geticæ Phlegræ*. Phlegra civitas Thraciæ, quam *Pallenen* postea nominatam Eudoxus scripsit, auctore Stephano. Campi illi Gigantum pugnis celebres non alia causa in fabulam venerunt, quam quod ob fertilitatem nemo non præpotens cæteris ibi vellet habitare. Vide Strab. lib. V, Claud. in Fragmento Gigantomachiæ de Terra : « Omnia monstrifero complebat Tartara cœtu, Invisum genitura nefas; Phlegramque retexit Tanta prole tumens, et in æthera protulit hostes. » BARTH.

599. *At hinc lapso mutata*. Manifestum mendum : neque enim τὸ *lapso* idoneam ullam hic sententiam efficit. Tu lege indubitanter ex ma-

nuscriptis: *Lasso mutata Pyracmone*. Est hic Pyracmon, unus ex Cyclopibus, fulminis, ut poetæ finguut, fabricatoribus. Virgil. Æn. VIII, 424:

> Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro,
> Brontesque, Steropesque, et nudus membra Pyracmon.

Sidonius, Carm. XI, Epithal. R. et Ib. dict. v. 15 seq.

> ....spatium, nam Lemnius illic
> Ceu templum lusit Veneri, fulmenque relinquens,
> Hic ferrugineus fumavit sæpe Pyracmon.

BERNART.

600. *Obsessus*. *Immensum* enim modo dixit. De oppugnatione hac Jovis et tau demdevicto Typhœo isto, sive Briareo, nomina enim ad versuum voluutatem mutant poetæ, multa verborum pinguedine Nonnus primis duobus Dionysiacorum libris. Is tamen ab illo monstro monstrum aliud, Neptuno, ut solita ei adscribi tradit Gellius, conficit filium, Briareum, lib. XXXIX et XLIII. Quorum utroque loco Ægæonem Jovi in Bello Gigantæo auxiliatum canit. BARTH.

674. *Tetra adspergine*. Adpergine sanguinis sui et hostium. » Glossographus manuscriptus. *Adspergo*, tinctura levior. Ovidius, Met. III, 85 et seq. de Serpente Cadmi.

> Jamque venenifero sanguis manare palato
> Cœperat, et virides adspergine tinxerat herbas.

Idem, Met. IV, 727 et seq. de Custode Andromedæ,

> Bellua pœniceo mixtos cum sanguine fluctus
> Ore vomit: maduere graves adspergine pennæ.

Idem, Met. XI, 497 et seq.

> Fluctibus erigitur, cælumque æquare videtur
> Pontus, et inductas adspergine tingere nubes.

Virgilius, Æneid. III, 533 et seq.

> Portus ab Eoo fluctu curvatur in arcum;
> Objectæ salsa spumant adspergine cautes.

BARTH.

700. *Circumspice muros*. Ut ad bellum repares. Ridiculum autem hoc, si seriem temporum ad calculos Eusebianos velis reputare. Europa rapta ponitur circa annum mundi MMM. DCCC. LXXVII. quo, vel et sequentibus, fingamus Cadmum Thebas occupasse. Tydeus floruit cum Argonautis, ut profectum etiam scribat nonnemo, velut supra ostendimus. Argonautarum historia incidit in annum MMM. DCCCC. XXI. Ita nondum quinquaginta annis steterint hi muri, quos ævo fragiles appellat Papinius. Inertissimus ergo ædificatorum fuerit ille Phœnix, cui plurimam alioquin suæ Sapientiæ partem Græciam debere omnibus est in confesso. Paria reperies apud Chronographos alios, qui tamen ex Eusebianis fere dependent. BARTH.

721. *Aonia Ithone.* Ithone urbs Bœotiæ. *Aonia* dicitur, ut a Thessalica distinguatur, cui nomen Itonus Amphictyonis filius dedit, ut scribit Armenidas in Thebaicis, a qua et *Itonia* Pallas vocatur. Illud vero non omittendum, quod Plutarchus in amatoriis narrationibus, et interpretes Apollonii, Itoniæ Palladis templum, non, ut Statius, Ithone, sed in Coronea Bœotiæ ponunt: nisi aut Ithone locus in Coronea, aut eadem urbs fuerit. Ithone etiam urbs in Epyro, Italia, et Lydia.

722. *Libyco Tritone.* Palus apud quam Minervæ natalem virgines celebrantes certare frequenter ludicris solebant: unde et Tritonia Pallas dicitur. Causam expressit Apollonius, Argonaut. lib. IV,

> Ἡρῶσσαι Λιβύης τιμήοροι, αἵ ποτ' Ἀθήνην,
> Ἦμος ὅτ' ἐκ πατρὸς κεφαλῆς θόρε παμφαίνουσα,
> Ἀντόμεναι Τρίτωνος ἐφ' ὕδασι χυτλώσαντο.
>
> Egregiæ Libyæ Heroinæ Pallada quondam,
> Quum patris e capite exiliit clarissima, parvam
> Laverunt Tritonis aqua sordesque puellæ.

Apollonium sequitur poetarum vulgus: sed Pausanias Atticis, et Herodotus Melpomene, Minervam non Jovis, sed Neptuni et Tritonidis Paludis filiam fuisse tradiderunt. Herodoti verba hæc sunt: τὴν Ἀθηναίην φασὶ Ποσειδέωνος εἶναι θυγατέρα καὶ τῆς Τριτωνίδος λίμνης. « Minervam, inquiunt, Neptuni fuisse filiam et Tritonidis paludis. » BERNART.

728. *Aurea tunc.* In media urbe, ubi ædem dicavero, in tantum templi altitudo tolletur, ut Ionium mare, et Echinadas insulas, Acheloumque despicias. Harum insularum Lucan. meminit, Phars. VI, 364, ut « oblimat Echinadas undis: » in Acheloo enim fluvio tres insulas his nominibus natura constituit: Artemites, Agalia, Megale, Ovidii quoque carminibus celebrantur.

730. *Dulce sit.* Rationem affert Lucretius, lib. II, 1 et sqq.

> Suave mari magno turbantibus æquora ventis,
> E terra magnum alterius spectare laborem:
> Non quia vexari quemquam est jucunda voluptas,
> Sed, quibus ipse malis careas, quia cernere suave est.

— *Et flavo tollens ubi vertice pontum.* Hoc loquendi modo designat rapiditatem, qua Achelous in mare evolvitur, si attollere illud valeat effundendo se. — *Flavo vertice.* Ob juncos et ulvas, quibus fluvii replentur.




## PUBLII PAPINII STATII

# THEBAIDOS

### LIBER TERTIUS.

# ARGUMENTUM

## CARMINIBUS DESCRIPTUM. *

Perfidus interea missorum sera virorum
Tempora dum queritur, dum spectat colla recisa
Tydeos invisi : tunc tanta ex cæde relictus
Advenit Hemonides sociorum funera pandens.
Juppiter hinc Martem stimulis flammavit amaris
Spargeret ut Thebis, Argisque, incendia belli.
At Venus Harmonien memorat Thebasque tuetur.
Tunc duo gliscentes pugnæ præsagia vates
Explorant Divos, cernuntque instare futuras
Crudeli populo strages, sed dicere mussant.
Hic ferus insistit Capaneus, bellumque lacessit
Vociferans, spernitque Deos, sociosque fatigat.

* Supra positum hujus libri Argumentum exhibent duo optimi codd. Barthiani, totidem Behott. Put. Lactant. aliique Glossographi, cum edd. Venett. Rom. Lindenbr. Crac. et Barth. — Nullum Regg. B et C exhibent Argumentum. Eo.

2. *Tempora d. q. dum spectat colla.* Optimæ Barthii membranæ : *dum epeat*; unde ille : *dum expectat.*

4. *Advenit Hemonides.* Ed. Barthii, *Hermonides.*

5. *Juppiter h. m. st. flammavit amaris.* Cod. Barth. *armavit amaris.*

7. *At Venus Harmonien.* Optimæ Barth. membranæ, *Harmoniam ;* unus Behot. *Hermionen*; alter, *Hermionam ;* edd. vett. *Hermonien.*

8. *Tunc duo gliscentes. Tunc duo licentes* optimæ Barthii membranæ ; *elicentes* alii codd. *gliscentis* unus Behot. *sciscentes* conj. Barthius.

10. *Crudeli populo strages. Crudelis* unus Behot. *Crudeles* alter ejusdem; *Crudelis belli strages* margo ed. Barth. ex manuscriptis.

# PUBLII PAPINII STATII

# THEBAIDOS

## LIBER TERTIUS.

### ARGUMENTUM.

Eteocles, non redeuntibus iis, quibus Tydeum occidere imperaverat, variis cogitationibus tota nocte exagitatur; 1—32. Illuscescente die ingens terræ motus factus est; 33—52. Matronæ Thebanæ reditum suorum ad urbis portas exspectantes, ut Mæonem solum et incomitatum vident, in suspicionem cladis acceptæ veniunt, magnosque ejulatus edunt; 53—57. Mæon regem convenit, et ei, quæ acciderant narratis, scelus exprobrat; 58—77. Duobus ministris regiis ad injuriam ipsi faciendam se parantibus, ille stricto ense, sibi pectus coram rege confodit; 78—95. Eteocles ardens ira corpus projici jubet, et vetat cremari; 96—113. Parentes et propinqui eorum, quos Tydeus occiderat, Thebis effunduntur, ut justa defunctorum corporibus solvant; 114—175. Huic pietatis officio occupatos Alethes solatur exemplis calamitatum, in quas Thebani a primordiis urbis conditæ inciderant, quas iræ numinum adscribit; præsentis vero cladis invidiam in solum regem confert, eumque pœnas daturum dicit; 176—217. Interim Mars, a Jove accitus, jubetur Argivos excitare ad bellum Thebanis inferendum; 218—323. Proceribus vero Argivis in concilium ab Adrasto convocatis, Tydeus inexspectatus advenit; et jam inde a foribus aulæ, in qua congregati erant, exclamat, Arma, Arma; factam sibi vim, structasque insidias; omnia jura in sua persona vio-

lata; insidiatores, licet plurimos, fusos a se obtruncatosque, uno excepto, cui pepercerat: statim proficiscendum cum copiis, Thebanosque invadendos, dum fractis animis exequias celebrant; 324—364. Moti omnes, tam injuria Tydeo facta, quam Polynicis querelis, proficisci petunt; 365—386. Animos mitigat Adrastus: non tam promte bellum suscipiendum; numinibus sibique hæc relinquant reparanda; 387—439. Igitur Deos in extis victimarum consulere placet; 440—450. Quibus nihil læti significantibus, auspicia capere statuit; 451—459. Amphiaraus augur peritissimus, comitatus Melampode Amythaonis filio, celeberrimo etiam vate, montem Apesantem superat, designatisque ex more cæli partibus, pejora omina et certissimum exitium agnoscit; 460—565. Tristis et mole futuri obrutus, vitato regis civiumque conspectu, per duodecim dies clausum se domi continet, et auspicia renuntiare abnuit; 566—597. Tandem clamoribus populi, ac minis Capanei coactus, e latebris prodit; 598—618. Refert Deos iratos bellum improbare: ituros tamen Argivos, et perituros; 619—647. Capaneus clamans excipit, hæc fingere augurem, ut inglorius domi maneret, ac fortium virorum impetus retardaret: interea Tydea et Polynicem inultos fore: nocte diremta jurgia; 648—677. At Argia summo mane patrem adit, cjusque genibus advoluta, dicit se questus mariti amplius ferre non posse: generi afflictis rebus succurrat: Thersandro nepoti aliquando pudori fore, si filius exsulis haberetur: unicum remedium bellum esse; 678—710. Adrastus filiam osculatus, bonum animum habere jubet: moras salutares: bello consuli provida cunctatione: maritum consolaretur: omnia feliciter successura; 711—721.

---

AT non Aoniæ moderator perfidus aulæ,

1. *At non Aoniæ m. perfidus aulæ.* Pul. *perfidus auræ.* Hanc lect. Reg. B; Reg. C nostram exhibent.

A. — *Aoniæ.* Thebanæ. — *Perfidus.* Vel ob negatum Polynici contra fidem regnum, vel ob paratas

Nocte sub ancipiti, quamvis humentibus astris,
Longus ad Auroram superet labor, otia somni
Accipit : invigilant animo, scelerisque parati
Supplicium exercent curæ : tunc plurima versat
Pessimus in dubiis augur timor : « Hei mihi! clamat,
Unde moræ? (nam prona ratus, facilemque tot armis
Tydea, nec numero virtutem animumque rependit)
Num regio diversa viæ? num missus ab Argis
Subsidio globus? an sceleris data fama per urbes

contra jus gentium legato insidias.

2. *Nocte sub ancipiti.* Non oox anceps, sed Eteocles. — *Humentibus astris.* Astrorum exhalatio calida feriens vaporem terræ per solis absentiam, frigidum gignit rorem, unde noctem rorantem et roscidam experimur. Schol. Est imitatio Maronis ex Æn. IV, 351, qui tamen cogitantius *umbras humentes* dixit. Barth.

3. *Longus ad auroram.* Reg. B, *ab aurora* sed soper *b* litera *d* scripta et super *ra* hoc signnm ‾. A. — *Otia somni.* De hac locutione vide notata ad versum 49 Silv. IV, 4, ubi adductus ille locus Thebaidos; nost. edit. tom. I, p. 462. Ed.

4. *Invigilant animo, scelerisque parati.* « Optimæ et antiquissimæ membranæ et hic nobis veritatem, multis sæculis obliteratam, ostendunt. Clare enim scribunt : *scelerique paratæ.* Barth. *scelerisque peracti* onus Behot. Postremæ literæ fuerant reconcinnatæ alio stilo ; apparebat tamen ita primum fuisse exscriptum, *peracti* habet etiam Daum. in margine. — *Invigilant animo, scelerisque parati Supplicium exercent curæ.* Prima enim nostri sceleris pœna est cogitatio. Juvenalis Sat. XIII, 2 : « Prima est hæc ultio, quod se Judice nemo nocens absolvitur, improba quamvis Gratia fallaci prætoris vicerit urna. » — *Invigilant.* Claudianus, in Rufinum, II, 8 : « neque enim patiuntur sæva quietem Crimina. » — *Scelerisque parati.* In legatum.

5. *Tunc plurima.* Reg. B, *tum;* Reg. C, *tunc* exhibent. A.

6. *Pessimus in dubiis augur timor.* In dubiis enim prona timori in pejus est fides. — *Hei mihi!* Reg. B, *et mihi*, sed a secunda manu supra *et* scriptum *ei;* Reg. C, *ei* præbent. A.

8. *Animumque rependit.* Non cogitabat contra numerum tantorum unius subsistere posse virtutem.

9. *Num regio diversa*, etc. Alia proficiscente Tydeo, non ea via qua ego insidiatores ire jusseram? Alia glossa : « Tydeo et meis militibus. » Laus Tydei in eo est, quod priusquam agris solus exiret, facile suspicari potuit de periculo sibi a perfido tyranno imminente, nec minus tamen ivit. Barth.

10. *An sceleris data.* Id est, violatæ legationis sanctimonia : vel quod religiosum officium legati peteretur insidiis. Tertium quod sus-

Finitimas? paucosne, pater Gradive, manuve
Legimus indecores? at enim fortissimus illic
Et Chromis, et Dorylas, et nostris turribus æqui
Thespiadæ totos raperent mihi funditus Argos.
Nec tamen ille meis, reor, impenetrabilis armis,
Ære gerens solidoque datos adamante lacertos,
Venerat: heu segnes! quorum labor hæret in uno,
Si conserta manus. » Vario sic turbidus æstu
Angitur, ac sese culpat super omnia, qui non
Orantem in mediis legatum cœtibus ense
Perculerit, fœdasque palam satiaverit iras.
Jam pudet incepti, jam pœnitet: ac velut ille

picatur tale est: dicit quippe a finitimis civitatibus Tydeo adversus insidiantes esse subventum. Lact.

11. *Gradive.* Martem sævientem, bellum ac cædes spirantem, vocabant *Gradivum* Romani: eumdem vero tranquillum et pacificum, *Quirinum*, ut docet Sylvest. Aldobrandinus in Comm. lib. 1, Instit. Justiniani imperatoris. Unde vero *Gradivus* dicatur vide Festum.

12. *Fortissimus illic.* Alter Behot. *Fortissimus illuc.*

13. *Et Chromis, et Dorylas.* Reg. B, *Dolyras;* Reg. C nost. lect. A. — *Et Dorylus.* Conf. Calpurnii Siculi Eclog. II, 96, Poet. Lat. Min. nost. edit. tom. I, pag. 430. Eo. — *Et Chromis et Dorylas.* Dorylas saxo periit inter illos quos uno ictu dicit esse prostratos. Chromis inter sacra vulnere prostratus occubuit.

16. *Ære g. solidoque datos a. l.* « Melius optimæ membranæ, *solidove.* » Barth. Nic. Heinsius in Advers. lib. I, cap. 6, p. 68 emendat: *solidoque satos.* — *Ære gerens solidoque adamante.* Imitatur Homerum lib. Υ: οὐδ' εἰ παγχάλκεος εὔχεται εἶναι. *Neque si totus æreus esse glorietur.* Adamas autem gemmæ species, quæ maximum in rebus humanis pretium habet. — *Solido.* Nihil enim durius est adamante. Virgilius ἔτυμον adamantis his versibus inclusit Æneid. VI, vs. 552 et sequent.: « solidoque adamante columnæ; Vis ut nulla virum, non ipsi exscindere ferro Cælicolæ valeant. » Plinium etiam vide, lib. XXXVII, cap. 4.

18. *Si conserta manus.* Sic conserta Lang. Laur. et nonnulli. *Si conserta* Dan. Pul. optimæ Barthii membranæ, Venett. 3, 4, cæterique, et hanc veram lectionem putat Barthius; et sic conjectabat Bernartius. — *Si conserta manus.* Sensus: O segnes homines, qui unum vincere nondum potuistis, si modo venistis ad manus.

19. *Ac sese culpat super omnia.* Reg. B, *culpat omnia* habebat, sed *super* alio stilo suprascriptum. A.

20. *Legatum cœtibus.* Unus Behot. *legatum sedibus.*

Fluctibus Ioniis Calabræ datus arbiter alno,
Nec rudis undarum, portus sed linquere amicos
Purior Olenii frustra gradus impulit astri;
Quum fragor hyberni subitus Jovis, omnia mundi
Claustra tonant, multusque polos inclinat Orion;
Ipse quidem mallet terras, pugnatque reverti,
Fert ingens a puppe Notus: tunc arte relicta
Ingemit, et cæcas sequitur jam nescius undas.
Talis Agenoreus ductor, cæloque morantem

23. *Ioniis.* Maris Ionii. — *Calabræ.* Calabri populi Calabriæ, quæ pars Italiæ, olim magna Græcia dicta, proxima Siciliæ, a qua exiguo freto dirimitur. Nunc, *Terra di Lavoro.* — *Alno.* Alnus arboris species, ex qua naves conficiuntur; unde pro ipsa navi sumitur.

24. *Nec rudis undarum, portus sed. Nec rudis undarum portus, sed*, etc. Aldd. et Basil. Interpunctionem mutavit Bernartius.

25. *Purior Olenii f.... impulit astri.* Alter Behot. *impulit austri.* — *Olenii astri.* Per Olenium astrum intelligit hædus, qui sunt duæ parvæ stellæ in sinistra Erichthonii: in cujus etiam sinistro humero insidet capra Amalthæa, quarum ortum pluviæ sequuntur. — *Olenii.* Quod capra Amalthæa apud Æguas, locum proximum Oleno Achaiæ oppido, Jovem lacte nutrisse dicebatur.

26. *Hyberni Jovis.* « Tempestuosi ætheris. Non a tempore anni, sed a conturbatione aeris. » Scholiast. Antiq. — Quod improbant et Lactantius et Beraldus. Vide infra notam seq. et Excursum vers. seq. A.

27. *Claustra tonant, m. p. i. Orion. Claustra sonant* in quibusdam codd. — *Orion.* Orion est sidus australe, triginta duobus stellis conspicuum, et stellato ense fulgens, quod ortu suo et occasu tempestates maximas facit: unde quandoque tanta est tempestas, ut polus cæli concutere ac inclinare videatur. Adi Excursum. A.

28. *Mallet.* « Scribendum, cum fidelissimo exemplari, *malit:* peccant cum vulgo cætera. » Barth.

29. *Fert ingens.* Proprium ventorum *ferre.* Non enim aliter ferunt navigia, ubi potiti sunt, quam si quis manibus aut lacertis aliquid aliqua deportet. Senec. de Vita Beata, cap. 22, « Sic illum divitiæ exhilaraut, ut navigantem secundus et ferens ventus. » Barth. — *Tunc arte relicta Ingemit*, etc. Imitatus est Lucanum Poeta, VII, 125: « et ut victus violento navita Coro, Dat regimen ventis, ignavumque arte relicta Puppis onus trahitur. »

30. *Nescius.* « In optimo lib. sup. l. legitur *necius;* quomodo et in aliis libris scriptum inveni. « Barth.

31. *Cæloque mor.* « Sic optimus cod.: et optime quidem: duo alii cod.: *cælumque morantem;* quod non probo. « Barth. *Cæloque morantem.* testantur Dan. uterque Be-

Luciferum, et seros mœrentibus increpat ortus.
Ecce sub occiduas versæ jam noctis habenas,
Astrorumque obitus, ubi primum maxima Tethys
Impulit Eoo cunctantem Hyperiona ponto,
Ima flagellatis, signum lugubre malorum,
Ponderibus trepidavit humus, motusque Cithæron
Antiquas dedit ire nives: tunc visa levari
Culmina, septenæque jugo concurrere portæ.
Et prope sunt causæ: gelido remeabat Eoo

hot. alii, et edd. vett. — *Agenoreus.* Thebanus: Eteocles enim ducebat genus ab Agenore. — *Cæloque morantem Luciferum.* Quia, ut jam diximus, Lucifer serius omnibus stellis occultatur radiis solis.

32. *Seros mœrentibus.* Reg. B, *mœrentibus;* Reg. C, *merentibus* exhibent. Ed.

33. *Occiduos versæ.* « In illo exemplari, quo melius certiusque nullum extat, diserte scriptum est: *occiduæ versus jam.* » Barth. — *Noctis habenas.* Currum poetæ tribuunt nocti, ut jam diximus.

34. *Maxima Tethys.* Tethys uxor Neptuni, Fluviorum et Nympharum parens. Declinatur Tethys, Tethyos, ad differentiam Thetidis matris Achillis, cujus nomen declinatur Thetis, Thetidis, et diversimode etiam scribitur. — *Maximo.* Propter amplitudinem maris, cujus est regina: sumitur et pro mari.

35. *Impulit Eoo cunctantem Hyperiono ponto. Impulit in medio cunctantem* unus Behot. — Reg. B, *Yperiona;* Reg. C, *Aperiono* et suprascriptum *solē* exhibent. Ed. — *Hyperiona.* Hyperion, aliis Solis pater, aliis Sol ipse. Poetæ pro ipso Sole usurpant. Fabulæ locum dedit, quod Hyperion, ut docet Diodorus, quum esset cæli filius, Solis ac Lunæ cursus monstraverit, ideoque ex ejus filii nomine, fuisse Solem *Helion*, et Lunam, ex filiæ nomine, *Selenen* vocatam. Adi excursum ad calcem hujus libri. Ed.

36. *Ima flagellatis.* Dicunt physici quod suis fixa ponderibus in aere librata pendeat tellus, et omne grave quum pendet, si motum habeat, flagellatur: ergo terra quum in medio fuerat aere librata motum passa est, suis flagellata ponderibus. Lactant.

37. *Trepidavit humus.* Tremor terræ semper inter pejora omina numeratus est. — *Cithæron.* De hoc monte vide notata ad vers. 114 et 330 lib. I Theb., et ad vers. 80 et 460 lib. II ejusdem. Ed.

38. *Antiquas.* Nunquam enim nivibus exuitur Cithæron, unde *antiquas* dicit.

39. *Septenæque.* Portas Thebarum ostendit, quia dicitur Thebana civitas septem habere portas: unde Græcis ἑπτάπυλος dicta est. Vide inprimis hic Hygin. Mythol. c. 69, ubi nomina portarum numerata invenies. — *Jugo.* Cithæronis.

40. *Eoo.* Lucifero, ut alibi dixi-

Iratus fatis, et tristis morte negata
Hemonides : nec dum ora patent, dubiusque notari
Signa dabat magnæ longe manifesta ruinæ,
Planctuque et gemitu : lacrimas nam protinus omnes
Fuderat : haud aliter saltu devertitur orbus
Pastor ab agrestum nocturna strage luporum,
Cujus herile pecus silvis inopiuus abegit
Imber, et hybernæ ventosa cacumina Lunæ.
Luce patent cædes : domino perferre recentes
Ipse timet casus, haustaque informis arena

mus. — *Gelido*. Quia matutinum tempus frigidissimnm est.

41. *Tristis morte negata*. Heroieum animum dieit hujus viri; ignavus enim gavisus fuisset eondonatam sibi vitam, qualis inter quinquagiuta istos Thebanos fuit Mænætes. Vet. Schol.

42. *Hemonides : nec d. o. p. dubiusque notari*. Dan. *dubiusque negari;* Pat. Petav. et optimæ Barthii membranæ, eum cæteris, *dubiusque notari*. — Reg. B, *Hæmonides*. En. — *Hemonides*. Hic est, cui Tydeus pepercerat. Vide superiori lib. vs. 692. — *Dubiusque notari*. Tempns diei signavit et noetis, quod diffieile hominis vultus ad perfeetum potuisset agnosei. Sensus : Quamvis per obscnrum nuntius agnosci non posset, quid tamen nuntiaturus esset, manifestis agnoverant signis. Lactant.

43. *Signa dubat magnæ*, ete. Reg. B, *Signa dabant magnæ*, ete. Reg. C nost. lect. exhibent. En.

44. *Laerimas nam protinus omnes*. « Seribendum est *protinus*, non *protenus; statim* enim hoe, illud *porro* designat; et sie notant Grammatici. » Barth. At omnes eollati codd. et edd. vett. et recentt. habent *protinus*. Ubi Barthins illud *protenus* legerat, non inveni.

45. *Haud aliter saltu devertitur orbus*. Unns Behot. *saltu divertitur*. — Reg. B, *haut aliter*; Reg. C nost. lect. babent. En.

47. *Cujus herile pecus*. Reg. B, *cujus erile*; Reg. C nost. lect. exhibent. En.

48. *Imber, e. h. v. cacumiua Lunæ*. Reg. B, *cacumina Luæ*, sine sensu. En. — *Hybernæ*. Procellosæ. — *Ventosa*. Quia nova luna ventos et procellas excitare solet.

50. *Ipse timet e. h. informis arena*. Regg. B et C, *informis harena* præbent. En. — *Haustaque informis arena*. Tangit morem Veterum, quo, non solum Judæi, quod notum est ex Scriptura saera, sed Græei ac Romani in luctu se pulvere conspergebant. Noster passim, Theb. VI, 30 et sqq. « sedet ipse exutus honoro Vittarum nexu genitor, squalentiaque ora Sparsus et incultam ferali pulvere barbam. » Virgilius, Æneid. X, 844, de Mezentio in morte Lausi : « Agnovit longe gemitum præsaga mali mens : Canitiem multo deformat pulvere. »

Questibus implet agros, stabulique silentia magni
Odit, et amissos longo ciet ordine tauros.
  Illum congestæ portarum ad limina matres
Ut solum videre, nefas! nulla agmina circum,
Magnanimosque duces, nihil ausæ quærere, tollunt
Clamorem, bello qualis supremus apertis
Urbibus, aut pelago jam descendente carina.
  Ut primum invisi cupido data copia regis:
« Hanc tibi de tanto donat ferus agmine Tydeus
Infelicem animam, sive hæc sententia Divum,
Seu fortuna fuit: seu, quod pudet ire fateri,

Seneca Tragicus, Troad. 84 et sqq.: « Sulvite crinem, per colla fluant Mœsta capilli, tepido Trojæ Pulvere turpes; paret exertos Turba lacertos. »

52. *Longo ordine.* Ut notet taurorum multitudinem.

54. *Nulla agmina circum.* Reg. B, *nulla agm. circa;* Reg. C nost. lect. A.

55. *Nihil ausæ quærere.* Reg. B, *Nil ausæ querere;* Reg. C nost. lect. Ed. — *Nihil ausæ quærere.* Manifestam enim his signis agnoverant cladem.

56. *Clamorem, bello qualis supremus apertis.* Uterque Behot. *qualis bello;* alterum ordinem servant Dan. Put. et cæteri. — Regg. B et C, *qualis Bello* exhibent. Ed. — *Bello.* « In campo, perdito prælio, aut portis urbis perruptis. » Scholiastes Antiquus.

57. *Aut Pelago jam descendente carina.* Aliis editur: *discedente carina;* sed contra optimos libros. » Barth. Illud *discedente* nusquam inveni; lectionem nostram certe exhibent Aldd. 1, 2, Colin. Gryph. 1, 2, Basil. Plant. 1, 2, Gevart. et cæteri. — *Descendente. Mergente,* ut pulchre Lactantius. « S'abime « dans les flots, » ut vertit Abbas *Cormiliolle.* Et respexit huc pari locutione perpetuus Papinii imitator Claudianus, XV, 219 de Bello Gild. « Sic quum præcipites artem vicere procellæ, Assiduoque gemens undarum verbere nutat Desensura ratis, cæca sub nocte vocati Naufraga Ledæi sustentant vela Lacones. » Ad quem locum notata legere si velis, adi nost. Claud. tom. 1, pag. 409. Ed.

58. *Ut primum invisi,* etc. *Ut plurimum* Aldd. Colin. Basil. et Plant. *Ut primum* Dan. Put. omnes Barthiani, Venett. 3, 4, et cæteri.

61. *Seu fortuna fuit: seu, quod pudet ire fateri.* Petav. Behot. 2 in margine, Petrens. Venett. 3, 4, Rom. Aldd. Colin. Plant. et nonnulli, *ore.* « Minime mutanda scriptura. In optimis membranis superest vera hæc lectio: in aliis *ira,* vel *ora,* clare scriptum legitur, pleonasmi elegantia librariis non intellecta. Barth. Omnes codd. Gronu-

Vis invicta viri : vix credo et nuntius, omnes,
Procubuere omnes : noctis vaga lumina testor,
Et socium manes, et te mala protinus ales
Qua redeo, non hanc lacrimis meruisse, nec astu
Crudelem veniam, atque inhonoræ munera lucis.
Sed mihi jussa Deum, placitoque ignara moveri
Atropos, atque olim non hæc data janua leti
Eripuere necem : jamque ut mihi prodiga vitæ
Pectora, et extremam nihil horrescentia mortem

vii, Dan. Put. Lang. Laur. Lipsian. Buslid. et Petrens. in margine, *ira*; unde amicus quidam Gronovii, *ire*. Hoc habent Exc. Cantab. etiam Petrens. in margine. — *Pudet ire fateri*. Sic vetus Cantabrigiensis; bene. *Ore*, vel *ira*, habent quædam editiones. Infra vs. 627 : « Vobis ventura atque omne quod ultra est, Pandere mœstus eo. » Potest et legi, *quod rubet ira fateri*. — Reg. B, *seu quod pudet ira fateri*, sed super *ira* alia manu *ore* scriptum; Reg. C, *seu quod pudet ore fateri*. De his variis lectionibus legere quæ scripserit Gronovius si velis, adi Excursum ad calcem hujus libri. A.

62. *Vix credo et nuntius*. « Scitior obvenit lectio, quæ est in optimo manuscriptorum : *vix credo ego nuntius*. Mihi etiam ad nuntiandam rem superstite relicto incredibilia narrare videor. » Barth.

63 *Noctis vaga lumina testor*. *Vaga lumina*. Absolute stellas dicit, ut sit generaliter : aut quinque planetas Saturni, Jovis, Martis, Veneris, et Mercurii. Cæterum sol et luna non sunt stellæ, nec ex planetarum numero; sed totius mundi duces ac domini. Lact. — Hunc locum adduximus ad illustrandum libri superioris versum 691. Edit.

64. *Et te mala protinus ales*. Quoniam manu sua erat periturus, ait, *mala ales*, id est, malum augurium. Quotiescunque enim ales fœminino genere dicitur, malum portendit augurium; ut Horat. Epod. X, v. 1 : « Mala soluta navis exit alite. » Masculino autem bonum demonstrat; ut Virg. Æn. XII, 247 : « Namque volans rubra fulvus Jovis ales in æthra.

67. *Placitoque ignara moveri*. « Inscite nonnulli codd. *placitosque*. » Barth. Non ita certe Petrens. Exc. nonnulli, et uterque Behol. — Reg. B, *placidoque ignara moveri*; Reg. C nost. lect. exhibent. Ed. — *Ignara moveri*. Quæ ab his, quæ semel mortalibus statuit, moveri non possit. Ut Virgilius Æneid. VIII, 334 : « Fortuna omnipotens et ineluctabile fatum. » Lactant.

69. *Prodiga vitæ*. Ut prodigus, qui dissipat patrimonium, sic prodigus vitæ, qui non terretur morte, sed vitam læto animo profundit.

70. *Extremam nihil horrescentia mortem*. Marklandus ad Silvarum lib. III, carm. 5, vs. 10, emendat : *extremam nihil horrescentia sortem*. Vide hunc locum, nostræ editionis tom. I, pag. 382. Ed.

Adspicias; bellum infandum ominibusque negatam
Movisti, funeste, aciem, dum pellere leges,
Et consanguineo gliscis regnare superbus
Exsule : te series orbarum excisa domorum
Planctibus assiduis, te diro horrore volantes
Quinquaginta animæ circum noctesque diesque
Assilient : neque enim ipse moror. » Jam moverat iras
Rex ferus, et tristes ignescunt sanguine vultus.

71. *Bellum infandum ominibusque negatam.* Dan. Put. optimæ Barthii membranæ, Venett. 3, 4, Aldd. et alii, *cunctisque negatam;* nonnulli codd. *omnibusque negatam;* uterque Bebot. *omnibusque negatam;* et sic ex codd. suis restituit Gronovius: ita quoque Petrens. et Exc. Cantab. Marklandus ad Silvas, loco modo laudato, emendat: *ominibusque negantem.*

73. *Consanguineo gliscis regnare superbus.* Grævius Nicolao Heinsio Syllog. Epist. tom. IV, p. 101, legendum putat: *gestis regnare.* Hoc citat etiam Lindenbrogius ex codice Put. Hanc lectionem Reg. B et nostram Reg. C præbent. Ed. — *Gliscis. Gliscere* prima sua notione significat *crescere,* sed et pro *vehementer desiderare* sumitur, ut hic Statius, etiam alibi, usurpat pro *exultare:* Theb. VIII, 756: « Spectat atrox hostile caput, gliscitque tepentis Lumina torva videns. » Lib. XII, 639: « Hos ubi velle acies, et dulci gliscere ferro Dux videt. » Conf. Poet. Lat. min. Pentadii de Narcisso epigramm. V, vs. 4, nost. edit. tom. II, p. 327. Ed.

74. *Series excisa.* Ob spem posteritatis, quæ genus propagaret, sublatam.

75. *Planctibus assiduis te diro horrore volantes.* « In optimo libro minus bene legitur: *et diro horrore,* cum glossa: « *volantes,* circa tuos oculos. » Barth. — Reg. B, *te diro horrere volentes,* sed litera o suprascripta dat *horrore,* nost. Reg. C lectionem. Ed. — *Planctibus assiduis,* etc. Veteres credebant umbras injuste occisorum redire, et nocturno tempore vel homicidas, vel eos, qui causa suæ mortis fuerant, vexare, terrere, ac persequi. Inde Virgiliana Dido, Æneid. IV, 386: « Omnibus umbra locis adero; dabis, improbe, pœnas. » Horatius, Epod. V, 91 et sqq.: « Quin, ubi perire jussus expiravero, Nocturnus occurram Furor, Petamque vultus umbra curvis unguibus (Quæ vis Deorum est Manium), Et inquietis assidens præcordiis Pavore somnos auferam. »

76. *Quinquaginta animæ.* Se in eo ponit numero Mæon, quia mori jam destinaverat.

77. *Neque enim ipse moror.* Non tanti se facere, neque dignari tyrannum vecordem sua iracundia dicit. Incaute tamen, quum jam quinquaginta animarum persecutionem indixisset, e quibus sane nolentis volentis ipsius una futura erat post excessum e vita jam proximantem. Barth.

Inde ultro Phlegyas, et, non cunctator iniqui,
Labdacus (hos regni ferrum penes) ire, manuque
Proturbare parant : sed jam nudaverat ensem
Magnanimus vates; et nunc trucis ora tyranni,
Nunc ferrum adspectans, « Nunquam tibi sanguinis hujus
Jus erit, aut magno feries imperdita Tydeo
Pectora : vado equidem exsultans, ereptaque fata
Insequor, et comites feror exspectatus ad umbras.
Te Superis, fratrique. » Et jam media orsa loquentis
Abstulerat plenum capulo latus : ille dolori
Pugnat, et ingentem nixu duplicatus in ictum
Corruit, extremisque animæ singultibus errans
Alternus nunc ore venit, nunc vulnere sanguis.

79. *Inde ultro.* Unus Behot. *Inde ultor.* — *Non cunctator iniqui.* Quia injusta omnia poterat sine dubitatione complere. LACTANT.

80. *Hos regni ferrum penes.* Veram horum verborum sententiam turbare veniunt nonnullæ membranæ, in quibus scriptum conspicitur: *ferri regnum penes.* » BARTH. Lectionem nostram servant Lipsian. Lang. nonnulli, uterque Behot. et omnes edd.

81. *Proturbare.* Unus Behot. Perturbare. — *Proturbare.* Ne convitia faceret in regem, aut se injuste perculeret. LACTANT.

82. *Trucis ora tyranni.* Quasi utrumque adspiciens quid esset fugiendum, quid dulcius videretur, ferrum aut tyrannus.

83. *Nunc ferrum adspectans.* « Scitius dictum, quam si *adspiciens* dixisset. » BARTH.

84. *Imperdita.* Hæc vox Virgilio prius usurpata Æn. X, 430 : « Et vos, o Graiis imperdita corpora Teucrum. » Cf. nost. Virg. t. IV, p. 143.

85. *Erepta.* Bene *erepta*, quia mori cum sociis cupiverat.

87. *Te Superis, fratrique.* Reg. B, *Te Superis, fatique;* Reg. C nost. lect. Ed. — *Te Superis, fratrique.* Ellipsis figura : deest enim, « relinquo puniendum, » quasi festinus in vulnere orationem implere non potuerit : ut Virgilius, Æneid. IV, 76 : « Incipit effari, mediaque in voce resistit. » LACTANT.

88. *Abstulerat.* Aliqui codices et Reg. B *absciderat.*

89. *Ingentem nixu duplicatus in ictum.* « Aliis collati codd. *nisu;* eo modo et optimus; nec aliter scriptum Papinio; etsi utrumque constet exemplo Virgiliano. » BARTH. Uterque Behot. Put. Venett. 3, 4, et nonnulli, *nisu;* Petav. Petrens. et cæteri, *nixu.* — Reg. B et C, *nisu* præbent. Ed. — *Duplicatus in ictum.* Quod recipiendo ferro sese incurvaret, ac ensi occurreret.

91. *Alternus nunc ore venit.* *Alternis* unus Cod. Behot. In quibusdam manuscriptis : *ore ruit.* Voces

Excussæ procerum mentes, turbataque mussant
Concilia : ast illum conjux, fidique parentes
Servantem vultus, et torvum in morte peracta,
Nec longum reducem lætati, in tecta ferebant.
Sed ducis infandi rabidæ non hactenus iræ
Stare queunt : vetat igne rapi, pacemque sepulcri
Impius ignaris nequicquam manibus arcet.
Tu tamen egregius fati, mentisque, nec unquam
Indignum passure situm, qui cominus ausus
Vadere contemtum regis, quaque ampla veniret

*vēit* et *ruit* facillime commutentur.

92. *Excussæ procerum mentes. Concussæ* pro v. l. in codice Barthiano. — *Mussant*. Bene : nulla enim sub tyrannis loquendi libertas. De quo loco videsis Excursum ad calcem hujus libri. Ed.

94. *Servantem vultus, et t. in morte p.* « Voculam *in* non agnoscunt omnium præstantissimæ membranæ. » Barth. — *Servantem vultus, et torvum in morte peracta.* Sallustius de Catilina, c. LXI : « Ferociam, quam vivus habuerat, in vultu retinens. » — *Morte peracta.* Sic Plinius, lib. III, Ep. 14 : « Immobilis et extentus fidem peractæ mortis implevit. » Id est, quod omnino mortuus esset.

95. *Nec longum reducem*, etc. *Non longum* Dan. Put. Petav. uterque Behot. omnes Barthiani, Gronovii, Venett. 3, 4, et cæteri. *Nec longum* sola Bipontina, unde nescio. — Reg. B, *Non longum*. Ed. — *Nec longum reducem lætati*. Quia se statim occidit.

96. *Ducis infandi rabidæ non hact. iræ.* Lang. Laur. Buslid. Lipsian. nonnulli Barth. unus Behot. Aldd. *rapidæ*; optimæ Barthii membranæ, alter Behot. et alii, *rabidæ*.

97. *Pacemque sepulcri*. Veteres credebant animas eorum qui ferro perierant, et qui insepulti remanebant, vagari, et inquietas esse. « Centum errant annos. » Vide notata ad versum 298 libri I Thebaidos, hujusce tom. p. 58. Ed.

98. *Nequicquam*. Bene *nequicquam*, quia secundum Epicurum nihil mortui sentire videntur : ut Virgil. Æn. II, 646 : « Facilis jactura sepulcri. » Quorumdam enim opinio est animas cum corporibus interire : ut Lucret. Justa hominis sepultura nihil prodest. Lactant.

100. *Indignum passure s. q. c. ausus. Sic dignum* Dan. Put. Petav. Lindenbrog. et Cruc. inclusis parenthesi vocibus; *Si dignum* uterque Behot. sed in altero τὸ i ductum erat per lituram; *Indignum* Lang. Laur. et cæteri. « Sic habent etiam optimæ membranæ, nec minus aliæ. Nulla mutatione opus est. » Barth. *Comminus* Aldd. — Reg. B, *Si dignum*; Reg. C, *Sic dignum* exhibent. Ed.

101. *Vadere contemtum regis.* « In nonnemine librorum invenio *regem*; quomodo scribi voluit Joan-

Libertas sancire viam ; quo carmine dignam ,
Quo satis ore tuis famam virtutibus addam ,
Augur amate Deis? non te cælestia frustra
Edocuit, lauroque sua dignatus Apollo est :
Et nemorum Dodona parens, Cyrrhæaque virgo
Audebit tacito populos suspendere Phœbo.
Nunc quoque Tartareo multum divisus Averno
Elysias, i, carpe plagas : ubi manibus axis
Invius Ogygiis, nec sontis iniqua Tyranni

nes Barclaius, quod minime absurdum sonat. Nihil tamen temere mutaverim. » Barth. Unus Behot. *regem;* alter Behot. *reges;* Dan. Put. et cæteri, *regis.* Pro *quaque* (quod exhibent optimæ Barthii membranæ, Petrens uterque Behot. Gronov. Barth. et nonnulli), editio Ald. 1 præfert; *qq*, i. e. *quanquam*, ut in Lang. Laur. Lipsian. Ald. 2, Coliu. Plaut. et Grasser. Vide Gulielmum Canterum in Nov. Lect. lib. II, cap. 8.

102. *Sancire viam.* « Ostendere et confirmare. » Vet. Schol.

104. *Augur amate Deis? non te cœlestia* etc. Hunc versum et sequent. adduximus ad illustrandum vers. 692 libri præcedentis, quem vide hujus tom. pag. 244. Ed.

105. *Lauroque.* Vates enim, ut ministri Apollinis, gerebant lauream tanquam insigne suæ artis : quia laurus Apollini sacra erat.

106. *Et nemorum Dodona parens.* In optimis Barthii membranis : *Dodona patens;* in omnibus vero aliis et edd. vett. *Dodona parens.* — *Et nemorum Dodona parens.* Intelligit Dodonæum oraculum vetustissimum omnium, a Pelasgis constructum. Primo quercum, deinde duas columbas, lebetes etiam oracula dedisse aiunt. De origine hujusce oraculi, ac Hammonis, vide Herodot. lib. I; Strabon. lib. VII; Homerum Odyss. Ξ, Plutarchum Pyrrho, Philostratum Dodone, et Pausaniam Achaicis, Phocicis, et Arcadicis. — *Cyrrhæaque virgo.* Intelligit Apollinis oraculum apud Cyrrham in Phocide, cui virgo præsidebat. Mens : Otia habebunt oracula te mortuo, hoc est propter tuum interitum conticescent. Si ampliora desideres, adi Excursum ad calcem huj. lib. Ed.

107. *Audebit tacito p. s. Phœbo.* *Gaudebit tacito* legendum docet Marklandus ad Silv. I, 3, 56. Vide nost. edit. tom. I, pag. 114. Ed.

108. *Tartareo Averno.* Avernus et Tartarus, loca apud Inferos, ubi puniuntur nocentes.

109. *Elysias, i, carpe plagas.* « Optimus liber : *Elysias tu carpe plagas;* quod magis placet ; opponit enim unum omnibus Thebanis, quare speciatim compellat. » Barth. — *Elysias.* Hunc solum de Thebanis dicit Elysios promeruisse campos. Cæterum pro meritis scelerum nullam ad Elysios campos animam Thebanam pervenire. Lactant.

Jussa valent : durant habitus, et membra cruentis
Inviolata feris, nudoque sub axe jacentem
Et nemus, et tristis volucrum reverentia servat.
At nuptæ exanimes, puerique, ægrique parentes
Mœnibus effusi per plana, per invia, passim
Quisque suas avidi ad lacrimas miserabile currunt
Certamen : quos densa gradu comitantur euntes
Millia solandi studio : pars visere flagrant
Unius acta viri, et tantos in nocte labores.
Fervet iter gemitu, et plangoribus arva reclamant.

111, 112, 113. *Durant habitus, e. m. cruentis Inviolata f. n. s. a. jacentem Et nemus, et t. v. reverentia servat.* « Melior omnino scriptura in memorabili illo libro est, qui infinitis locis hunc auctorem meliorem facit, et sibi restituit : *durent habitus.... reverentia servet.* » BARTH. « Incongruum adhuc, et meo animo non satisfacit τὸ *nemus:* quorsum enim hujus mentio, si sub aere nudo jaceat, et quomodo *nemus* eum *servet?* Nihil hic juvant membranæ, nec ulla varietas infuit illis etiam quas alii hactenus contulerunt. An scribendum : *Et pecus*, nimirum mansueta animata, quum de feris et avibus modo fuerit locutus? An scitius arbitretis : *Et metus*, horror nimirum quidam et religio? Sane nemoris mentio mihi suspectissima merito suo manet. In *metus* scriptionem consentire videtur nobis Lactantius. Omnino verum est *metus* scripsisse Papinium. » BARTH. Unus Behot. inverso ordine : *volucrum tristis.* — *Et nemus et tristis volucrum reverentia.* Aut quia mortuo exhibetur reverentia, aut quia ore prohibebantur attingere.

115. *Mœnibus effusi per plana, per invia, passim.* Optimæ Barthii membranæ, Behot. 2, Lang. et nonnulli, *per avia;* Put. Petav. Aldd. alii, *per ardua;* Behot. 1, Dan. codex Rottendorphianus, Taur. Burmann. Amstel. Gronov. Barth. et Delph. *per invia.* « Mihi tamen melius aliorum alii sapere videntur, qui legunt : *per plana, per aspera;* quæ oppositio recta est. » BARTH. Vide Thebaid. lib. I, vs. 197, hujusce tom. pag. 43; lib. II, vs. 555, ejusdem tom. pag. 229, et lib. III, vs. 262. — Reg. B, *per avia;* Reg. C nostram lect. exhibent. ED.

116. *Quisque suas avidi.* Ad suas quisque lacrimas, id est, quas de suis habituri sunt, et est verbum sine præpositione : quod apud scriptores aliquoties occurrit. LACT.

118. *Millia s. st. pars visere flagrant.* In uno codice Barthii : *pars visere certant.* — *Solandi studio.* Quorum licet nemo fuisset occisus, tamen solandi gratia sequebantur. LACTANT.

120. *Plangoribus arva reclamant.* « Verissima lectio, sonum rei exprimens, membranis etiam optimis firmata. In aliis minus bene : *arva resultant.* » BARTH.

Ut vero infames scopulos, silvamque nefandam
Perventum, ceu nulla prius lamenta, nec atri
Manassent imbres, sic ore miserrimus uno
Exoritur fragor, adspectuque accensa cruento
Turba furit: stat sanguineo discissus amictu
Luctus atrox, cæsoque invitat pectore matres.
Scrutantur galeas frigentum, inventaque monstrant
Corpora, prociduæ super externosque, suosque.
Hæ pressant in tabe comas, hæ lumina signant,
Vulneraque alta replent lacrimis: pars spicula dextra
Nequicquam parcente trahunt, pars molliter aptant

121. *Infames*. Vel propter Sphingem, quæ hic sedem habuisse dicitur, ut vidimus libro præcedente; vel propter tot cædes a Tydeo factas. Ut Horat. I, Od. 3, 20. Videsis notata nostra ad vs. 333, lib. I; hujus tom. pag. 65. — *Silvamque nefandam Perventum*. Non insolitum est omittere post hoc verbum præpositionem. Conf. et Claudian. XXVI de Bello Get. huj. ed. tom. II, pag. 49, et nostrum Ovid. Met. III, 462: tom. III, pag. 262. Ed.

122. *Ceu nulla prius lamenta*. Tam triste enim spectaculum renovavit lacrimas.

124. *Accensa*. Id est, suorum cadaveribus visis.

125. *Stat sanguineo discissus amictu Luctus atrox*. Hoc totum poetice introducitur enim Luctus scissis vestibus, et sibi tundens pectus, quia solebant Veteres in luctu vestes discindere, ac sibi pectus percutere. Videsis notata nostra ad vers. 593, ad calcem libri I, hujus tom. pag. 148 et 149; ubi adduximus hunc Nostri locum. Ed.

128. *Prociduæ super*. Pæne cadentes; id est, irruentes in faciem.

129. *Hæ pressant in tabe comas, hæ l. s.* Uterque codex Behot. *Heæ pressant in tabe comas, heæ*. — *Hæ pressant in tabe comas*. Ut sanguinem nimirum illum servent ad perpetuam luctus memoriam. Ita Thebaid. XII, 321, de Argia: « pressumque comis ac veste cruorem Servatura legit. » Sic apud Tacit. A. XVI, 10, de Planti uxore: « Cruentam ejus cervicem amplexa, servabat sanguinem et vestes respersas. » — *Lumina signant*. Propinquiores et cariores hoc officio claudendi oculos functi.

130. *Vulneraque alia replent lacrimis*. « In optimo codice est *alto rigant*; non tamen mutarim illud. » Barth. Put. habet etiam: *alta rigant*; in aliis vero codd. *alta replent*. — Reg. B, *alta rigant*; Reg. C nost lect. exhibent. A.

131. *Nequicquam*. Quia mortuis nullus sensus est. — *Pars molliter aptant Brachia trunca loco*, etc. Mos in funeribus observatus, ut membra in naturalem locum reponerentur, ac decentiori modo, quam

Brachia trunca loco, et cervicibus ora reponunt.
At vaga per dumos, vacuique in pulvere campi,
Magna parens juvenum, gemini tunc funeris, Ide,
Squalentem sublata comam, liventiaque ora
Ungue premens, nec jam infelix miserandaque, verum
Terror inest lacrimis, per et arma et corpora passim
Canitiem impexam dira tellure volutans,
Quærit inops natos, omnique in corpore plangit.
Thessalis haud aliter bello gavisa recenti,

fieri poterat, corpora componerentur.

132. *Cervicibus ora reponunt.* Capita abscissa corporibus aut ex vulneribus, vel ictibus, alioquin propendentia.

133. *Vacuique in pulvere campi.* Procul ab aliis cadaveribus. Schol. Vet. Res gesta descripta est supra lib. II, 632, etc. Nescio tamen cur dicantur procul a reliquis inventi, si sensus is Poetæ. Barth.

134. *Magna p. juv. gemini* tunc *funeris, Ide.* Unus Behot. *gemini* nunc *funeris.* Quam Reg. B præbet Lectionem, nostram Reg. C habet. Ed. — *Juvenum.* Hos præcedente libro Thespiades vocat. — *Funeris.* De hac voce vide notata nostra ad vs. 36 primi libri ad ealeem ejusdem, hujusce tom. pag. 125. Ed. — *Ide.* Mater Thespiadarum.

135. *Sublata comam.* Squalentem comam sublatam habens. Lactant. — *Liventiaque ora Ungue premens.* In luctu Veteres sibi comas rumpebant, et vultum dilaniabant unguibus.

136. *Ungue premens. Igne tremens* pro v. l. profert Lindenbrog. unde nescio. — Hanc lectionem Reg. B, nostram Reg. C præbent. Ed. — *Nec jam infelix miserandaque.* Supple, videtur. Contrarium in Nealce Hippomedontis uxore Theb. XII, 122: « post aspera visu Ac deflenda tamen, digno plangore Nealce Hippomedonta ciens. » Adi Excursum. Ed.

137. *Terror i. l. per et arma* et *corpora.* Dan. Put. et plerique, *perque arma;* codd. Barthiani, Burm. nonnulli et Delph. *per* et *arma.* — *Terror inest lacrimis.* Id est, præ dolore luctus cœperat esse terror. Sensus: Oblita quidem virorum fortium mater duraverat. Lactant. Sed emacula ex Lindenbrogii scripto codice: « Sexus oblita, quæ duorum virorum fortium mater diu fuerat. »

138. *Canitiem impexam.* Regg. B et C, *Canitiem implexam* præbent. Ed.

139. *Omnique in corpore plangit.* Omnia putans filiorum esse cadavera, per errorem lamentabatur per singula corpora. Lactant.

140. *Thessalis.* Supple, saga. — *Bello gavisa recenti.* Ob copiam corporum. — Sic etiam in Lucan. maga videtur esse descripta, recens cadaver quærens occisi hominis. Constat enim animas eorum,

Cui gentile nefas hominem revocare canendo,
Multifida attollens antiqua lumina cedro,
Nocte subit campos, versatque in sanguine functum
Vulgus, et explorat manes, cui plurima busto
Imperet ad Superos : animarum mœsta queruntur
Concilia, et nigri pater indignatur Averni.
Illi in secessu pariter sub rupe jacebant
Felices, quos una dies, manus abstulit una,
Pervia vulneribus media trabe pectora nexi.
Ut vidit, lacrimisque oculi patuere profusis :
« Hosne ego complexus, genitrix, hæc oscula, nati,

qui olim defuncti fuerunt, evocari non posse. LACTANT.

141. *Cui gentile nefas hominem revocare canendo.* Put. Laur. Lips. et nonnulli Barthiani, *renovare*; quod ille non probat. — Hanc lectionem Reg. B exhibet; Reg. C, nostram. ED. — *Cui gentile nefas.* Id est, cui proprium hoc et facile crimen est, a majoribus suis accestum, carminibus a morte hominem revocare: sic Virgil. Ecl. VIII, 98: « sæpe animas imis excire sepulcris. » Ut in corpora hominum iterum redire eas compelleret.

142. *Cedro.* Tæda ex cedro facta. — *Multifida.* Id est, in modum spicarum incisa, quo facilius flammam concipiat. Veteres *inspicare* dicebant. Virgilius Georg. I, 292: « Ferroque faces inspicat acuto. »

145. *Imperet ad Superos : animarum mœsta queruntur.* Reg. B, *Imperet in Superos*, sed supra *in* alio stilo *ad* scriptum; Reg. C nost. lect. exhibent. ED. — *Queruntur.* Id est, dolent sibi requiem tolli.

146. *Nigri pater Averni.* Pluto, rex Inferorum.

147. *Illi.* Thespiadæ. — *Sub rupe.* In antro, aut sub petra : non enim peremti erant jactu saxi, sed una hasta ambo interfecti. Schol.

148. *Felices, q. u. d. manus abstulit una.* « In optimo codice non *abstulit*, sed claris literis *obstulit* legitur. » BARTH. — *Felices, quos una dies.* Simul enim mori cupiverant. Vide lib. præcedente, v. 642; hujus tom. pag. 239. ED.

149. *Pervia vulneribus media trabe pectora nexi.* Libro præcedente, vs. 637 : « Exit et in fratrem, cognataque pectora telo Conserit. »

150. *Lacrimis o. patuere p.* « In aliis libris est : *oculi maduere*, insulsissime; quod auctoritate etiam Lactantii nihili esse deprehenditur. » BARTH. — *Lacrimisque oculi patuere profusis.* Replentur enim lacrimis oculi, qui, ubi sparsæ fuerint, patent; seu redit usus visus.

151. *Hosne ego complexus.* « Majorem emphasim faciunt optimæ membranæ, quæ voculam sive syllabam ne omittunt : *Hos ego;* ut facile homo poeticis auribus animadverterit. » BARTH.

Vestra tuor? sic vos extremo in fine ligavit
Ingenium crudele necis? quæ vulnera tractem,
Quæ prius ora premam? vosne illa potentia matris,
Vos uteri fortuna mei? qua tangere Divos
Rebar, et Ogygias titulis anteire parentes.
At quanto melius, dextraque in sorte jugatæ,
Quis steriles thalami, nulloque ululata dolore
Respexit Lucina domum! mihi quippe malorum
Causa labor: sed nec bellorum in luce patenti
Conspicui factis, æternaque gentibus ausi,
Quæsistis miseræ vulnus memorabile matri;
Sed mortem obscuram, miserandaque funera passi.

152. *Tuor.* Pro *tueor.* — *In fine ligavit.* Mamor Poeta superioris descriptionis. Ait enim: « Exit et in fratrem, cognataque pectora telo Conserit. »

154. *Vosne illa potentia matris, Vos uteri fortuna mei.* Imitatio Virgilii Æneid. I, 664: « Nate, meæ vires, mea magna potentia. »

155. *Tangere.* Æquare, contingere.

156. *Ogygias.* Thebanas. — *Titulis.* Titulus est, quod rei alicui, ut libro, vel operi, vel statuæ superscribitur ad ejus cognitionem. Sumitur aliquando pro laude et dignitate, et pro monumento. — *Anteire parentes.* Nioben forte respicit.

157. *At quanto melius, d. in sorte jugatæ. Ah quanto* Lang. Laur. et nonnulli. *Ha quanto* Lindenbr. ex codd. suis Dan. Put. et Petav. *At quanto* uterque Behot. omnes Barthiani, Barth. et cæteri. — Reg. B, *At quanto*, sed super *t* literam *h* scriptam præbet; Reg. C, *negatæ*, sed supra *ne* alia manu *ju*. A.

158. *Quis steriles thalami.* Quibus thalami infœcundi. — *Et non ululata Lucina.* Id est, non invocata parturientibus præ dolore.

159. *Lucina.* Quia Lucina præerat partui.

160. *Causa labor.* Mire dixit, ut liberos cum labore genuisse videatur, quos nunc cernit exstinctos. Laboravi ergo ut infelix fierem. — *In luce patenti.* Publice, honesto interitu, quia nocte occubuerunt, nec luce pugnantes, ubi virtus potuisset videri: alia querela, quod inglorii nocte perierunt. LACTANT.

161. *Conspicui factis.* Reg. B, *Conspicui fatis;* Reg. C nost. lect. exhibent. ED. — *Æterna.* Quæ essent apud omnes gentes memorabilia numerandaque, qui inter paucos nec in magno prælio concidistis: aut quia nocte perempti fuistis.

162. *Miseræ memorabile matri.* Si enim pro patria periissetis, haberet misera mater, quod memorando orbitatem suam solaretur.

163. *Sed mortem obscuram, miserandaque funera passi.* Lang. Laur.

Heu quantus furto cruor, et sine laude jacetis!
Quin ego non dextras miseris complexibus ausim
Dividere, et tanti consortia rumpere leti:
Ite diu fratres, indiscretique supremis
Ignibus, et caros urna confundite manes. »
Nec minus interea digesta strage suorum
Hinc Chthonium conjux, hinc mater Penthea clamat
Astyoche, puerique rudes tua, Phædime, proles

Lipsian. Buslid. *numerandaque funera*; optimæ Barthii membranæ: *funera numerandaque passi*; Put. *miserosaque funera passi*; Petav. uterque Behot. Burm. et nonnulli, *miserandaque funera*. Vir quidam doctus, in Misc. Obss. tom. I, p. 241, *mœrendaque funera*. — *Miserandaque*. Scribit Gronovius *numerandaque*. Nec legisse aliter Lactantium constat. Explicat enim: « Qui inter paucos, nec in magno prælio concidistis. » Conjicit Gruterus legendum *mussandaque*. Quippe ut violatores juris gentium cæsi erant. Sed servanda est vulgaris lectio. Quia viri strenui fortesque in meliori occasione perire debuerant; ideo miseratione digni. — Reg. B, *numerosaque funera passi*, sed super *funera* alia manu *vulnera* scriptum; Reg. C, *numerandaque vulnera passi* exhibent. Ed.

164. *Heu quantus furto cruor*. *Heu tantus* unus Behot. — *Furto cruor*. Quasi cruor ille gloriæ subtractus et surreptus fuisset.

166. *Tanti c. r. leti*. « In manuscripto optimo endice vitiose iterum legitur *lecti*, etsi enim de communi busto poterat intelligi, non videntur ambages in claris verbis quærendæ. Agnoscitur tamen ibi et vulgaris scriptura « vel *leti*; » quæ sane vera est. » Hæc sunt Barthii.

167. *Ite diu fratres*, etc. Quia uno eodemque momento, et simili morte exstincti sunt, eumdem rogum habituri sunt, cineresque eorum in eadem urna requiescere debent. De hoc loco vide notata ad versum 112 Claudian. I, in Prob. et Olybr. Cons. hujus edit. tom. I, pag. 114. Ed.

169. *Digesta*. Id est, dispositis cadaveribus, urnisque jam condendis.

170. *Hinc Chthonium conjux, hinc mater Penthea clamat*. *Hinc Chronium* Put. Petav. et alii. *Hinc thonium* omnes Gronovii membranæ; unde ille: *Hinc Chthonium*. — Reg. B, *Hic Cronium conjunx, hic mater Eunyea clamat*, supra *Eunyea* alia stilo *Penthea* scriptum; Reg. Cnost. lect. Ed. — *Chthonium*. Vide notata nostra ad vs. 538 libri præcedentis, ubi hunc locum adduximus. Ed. — *Clamat*. Deplorat, lamentatur. Quæ necessaria condendis jam censebant. Unde conclamati, jam exurendi. Barth.

171. *Astyoche, p. r. t. Phædime*. *Astyoches* Land. Laur. et alii. Gruterus conjectabat: *hinc mater Penthea clamat Astyoche*; quod secutus est Gronovius; nam et bonæ notæ codex manuscriptus ejus-

Amissum didicere patrem, Marpissaque pactum
Phyllea; sanguineumque lavant Acamanta sorores.
Tunc ferro retegunt silvas, collisque propinqui
Annosum truncant apicem, qui conscius actis
Noctis, et inspexit gemitus: ibi grandior ævo
Ante rogos, dum quisque suo nequit igne revelli,
Concilium infaustum dictis mulcebat Alethes:
« Sæpe quidem infelix, varioque exercita ludo
Fatorum gens nostra ruit, Sidonius ex quo
Hospes in Aonios jecit sata ferrea sulcos;

dem Gronovii sic habebat. Hinc receptum in Barth. et Delph. « Scribe cum optimo libro *Astyoche.* » Barth. *Phedime* Ald. 1. — Reg. B, *Astyoche*, superaddita litera *s* dat *Astyoches; rudis*, suprascripta e dat *rudes;* Reg. C, *Astyoches.* Ed. — *Phædime*, Adi et not. 575 libri II, huj. tom. pag. 231 et not. 11 lib. I, huj. tom. pag. 7. Ed.

172. *Marpissaque pactum.* Dan. *Marpissaque Pætum.* — Reg. B, *Marpessaque;* Reg. C nost. lect. Ed.

173. *Phyllea; s. lavant Acamanta sorores.* Dan. Pal. et cæteri, *Acamanta;* Barthius tamen ex optimis suis membranis legi vult, *Athamanta.* Unus Behot. *levant.* — *Lavant.* Lavabant enim apud Veteres corpora mortuorum et ungebant: tum linteo involutum in lecto ferali deponebant.

174. *Tunc f. r. s. collisque propinqui.* Reg. B, *collesque propinqui.* — *Retegunt ferro.* Ad construendos rogos cremandis corporibus occisorum.

175. *Annosum truncant apicem.* In optimo librorum non *truncant*, sed *nudant* legitur; et *patefaciunt* exponitur. — *Qui conscius actis.* Conscientiam rerum rebus inanimis tribui, exempla passim obvia. Sic *conscius ignis* Herus amorum Theb, VI, 547, et *conscia templa* Theb. VIII, 206, Papinio adhuc nostro.

176. *Grandior ævo.* Quo in loco Alethes ævo grandior lugentibus ante rogos suos gemitus solabatur. Lactant.

178. *Dictis mulcebat.* « Consolatione. Dicta sunt solamina. » V. Sc.

177. *Suo igne.* Id est, rogo quo corpus sui propinqui comburebatur.

179. *Sæpe quidem infelix.* Vide Excursum ad calcem huj. lib. Ed.

180. *Fatorum gens nostra ruit.* *Fatorum gens nostra fuit* codex Rottendorphianus; ita etiam Taurin. et conjectabat Jortinus in Misc. Obss. Hanc lectionem Reg. B habet, sed supra *fuit* scriptum *ruit;* nostram Reg. C exhibet. — *Sidonius Hospes.* Cadmus a Sidone urbe Phœniciæ *Sidonius* dictus.

181. *Aonios.* Bœotios. — *Sata ferrea.* Dentes serpentis, ex quibus prodiit armatorum seges. Vide notata nostra ad versus 7 et 8 lib. I Theb. hujus tom. pag. 6 et 7. Ed.

Unde novi fœtus, et formidata colonis
Arva suis : sed nec veteris quum regia Cadmi
Fulmineum in cinerem monitis Junonis iniquæ
Consedit, neque funerea quum laude potitus
Infelix Athamas trepido de monte veniret,
Semianimem heu læto referens clamore Learchum;
Hic gemitus Thebis : nec tempore clarius illo
Phœnissæ sonuere domus, quum lassa furorem
Vicit, et ad comitum lacrimas expavit Agave.

182. *Unde novi f. et formidata colonis*, etc. Idem Jortinus malit : *et formidata colono Arva suo ;* cui emendationi favet glossa in codice Burmanni : « Ipsi Cadmo, qui fuit tunc colonus. » — *Novi fœtus*. Milites armati. Vide ibidem. — *Fœtus*. Proprie *fœtus*, quia fœtus terræ partus est. Ut Virgilius, Georg. I, 82 : « Sic quoque mutatis requiescunt fœtibus arva. » — *Et formidata colonis Arva suis*. Rationem hujusce rei affert Noster, Thebaid. IV, 41 et sequentibus.

183, 184. *Sed nec veteris quum regia Cadmi Fulmineum in cinerem monitis Junonis iniquæ Consedit*. Tangit fabulam Semeles, quæ monitis fallacis Junonis, quæ sumserat vultum habitusque Beroes ejus nutricis, petiit a Jove, ut ad se veniret cum iisdem insignibus, id est, tonitru et fulmine, ac solebat ad Junonem. Sed vix Juppiter intraverat cubiculum Semeles, quum ipsa totaque regia Cadmi conflagravit. — *Fulmineum in cinerem Consedit*. Virgilius, Æneid. II, 624 : « tum vero omne mihi visum considere in ignes Ilium. »

185. *Funerea quum laude potitus*. Athamas enim in furore suo leonem occidere credebat, quum sagittis filium Learchum configeret : hincque gloriam consequi sperabat.

186. *Trepido de monte*. Ipse trepidus. Vide not. ad vers. 13 lib. I Theb. huj. tom. pag. 8. Ed. — *De monte*. In quo filium occiderat.

187. *Semianimem heu læto*. Unus Behot. *Semianimum*. Ald. 1 leto. — Reg. B, *heu lato*, sed super *a* alia manu literam e scriptam habet; Reg. C, *Semianimem leto*, etc. exhibet. Ed.

188. *Hic gemitus Thebis*. *Hii gemitus* Taurin. *Hi gemitus* codex Rottendorphianus, ut conj. Jortinus; hoc, diu notatum aliis, Peyraredus explicuit, *tales gemitus*. *Hic genitus* Laur. Lang. et nonnulli. *Hic gemitus* Petrens. Burm. omnes Barthiani, uterque Behot. et cæteri. — *Hic gemitus*. Talis, qualis nunc est quinquaginta hominum clade facta exortus. Ed.

189. *Phœnissæ*. « In optimo codice non *Phœnissæ*, sed *Phœnices* clare hic comparet. » Barth. — *Phœnissæ*. Thebanæ, quia Thebani Phœnicum coloni. — *Vicit furorem*. Id est, furere cessavit.

190. *Ad comitum lacrimas ex-*

Una dies similis fato specieque malorum
Æqua fuit, qua magniloquos luit impia flatus
Tantalis, innumeris quum circumfusa ruinis
Corpora tot raperet terra, tot quæreret ignes.
Talis erat vulgi status, et sic urbe relicta
Primævique senes, et longo examine matres
Invidiam planxere Deis, miseroque tumultu

*pavit Agave.* Videns enim comitum lacrimas Agave rediit in se, et cognovit se Pentheum filium discerpsisse. — *Expavit.* Quia adhuc causam nesciebat; et discussa furoris nube se ipsam exhorruit. Ed.

191. *Una dies similis fato specieque malorum. Una dies similis facto* Lang. Laur. et nonnulli. *Similis fato* uterque Behot. et cæteri. « Recte emendarunt, *fato*; et sic exemplaria nostra, cum enarratione in optimo: *Singulari infortunio.* » Barth. — Reg. C, *speciemque malorum*; Reg. C, *similis facto* exhibent. Ed. — *Una dies similis fato specieque malorum Æqua fuit.* Huic diei scilicet, quo tot cives amisimus. Adi Excursum ad calcem hujus libri. Ed.

192. *Qua magniloquos luit impia flatus.* Optimæ Barthii membranæ *magnilocos*; Put. dat *magniloquus.* Unus Behot. *impia fastus.*—*Magniloquos.* In Niobes magniloquentia pœnaque describendis seipsum vicit Ovidius, quem suspicor tamen non pauca ex Tragicis sumsisse hodie non exstantibus. Parth. — *Qua magniloquos luit impia flatus Tantalis.* Niobe, Tantali filia, ob numerosam et pulcherrimam sobolem eo superbiæ insolentiæque processit, ut Latonæ præferre se non dubitaverit: unde Dea irata a Diana et Apolline occidendos ejus liberos curavit.

193. *Innumeris.* Quia innumera orbitas cinxerat matrem, ut nunc virorum fortium cæde circumvallabat orbitas civitatem. Lactant.

194. *Corpora tot raperet terra. Corpora quot raperet terra, tot*, etc. tentabat Marklandus ad Silv. III, 3, 40. Vide nost. edit. tom I, pag. 340. Ed. — *Corpora tot raperet.* Niobe enim depingebatur gremium conferta tot natis, dum unumquemque amplecti manibus cupit. — *Tot.* Quatuordecim enim habebat liberos, septem mares, septem feminas. — *Tot quæreret ignes.* Ut combureret liberorum corpora. Vide Ovidium, Met. VI, 279 sqq.

196. *Primævique senes, et longo*, etc. « Sic nostri libri omnes ad unum. Quum tamen de omni ætate verosimilius sit locutum Papinium, quam de solis senibus et matribus, quum clades Niobæa præcipue juvenilium corporum fuerit, insuper habendos omnes omnino codices puto, *Primævique, senesque, et longo*, etc. Quæ utique vera est lectio. » Barth. — *Longo examine.* Id est, turba.

197. *Invidiam planxere Deis.* Veteres in ipso planctu incusabant Deos, et conviciis lacessebant, eosque iniquos, fataque injusta voca-

Bina per ingentes stipabant funera portas.
Meque ipsum, memini (nec dum apta doloribus ætas)
Flesse tamen, gemituque meos æquasse parentes.
Illa tamen Superi : nec quod tibi, Delia, castos
Prolapsum ad fontes, specula temerante profana,
Heu dominum insani non agnovere Molossi,
Deflerim magis, aut verso quod sanguine fluxit

bant. — *Invidiam* enim *planxit Deis*, qui eorum sævitiam plangendo in odium adduxit. Et in ejusmodi casibus, non solum iniqui Dii vocati, sed eorum templa lapidata, eversæ imagines, contritæ, in publicum abjectæ. Exempla passim obvia apud poetas et scriptores. — *Invidiam planxere*. Lucan. lib. II, 26 : « et nullis defuit aris Invidiam factura parens. »

198. *Bina funera*. Hic Papinius sequitur opinionem eorum, qui quatuordecim liberos dant Niobe : bina enim funera per singulas Thebarum portas, quæ septem erant, efferri dicit. Sed Theb. VI, 124 et seq. sequitur Homerum referentem Nioben duodecim habuisse liberos tantum : « quo geminis Niobe consumta pharetris Squalida bissenas Sipylon deduxerat urnas. » Consule A. Gellium lib. XX, cap. 6.

199. *Meque ipsum, m. nec dum apta doloribus*. Reg. B, *apta laboribus*; Reg. C nost lect. exhibent. — *Meque i. m.* (*nec d. a. d. ætas*) *Flesse tamen*. Puerorum ea est simplicitas, ut publicum luctum non capiant, neque lugeant nisi imitatione.

201, 202. *Illa tamen S. n. q. t. D. c. P. ad fontes, specula temerante*. Marklandus ad Silv. II, 6, 80, legit : *nec quod te, Delia, castos Prolapsum ad fontes specula temerare*. Quæ notata vide nost. edition. tom. I, pag. 268. En. Codex Danielis etiam, *temerare*. — *Illa tamen Superi*. Supple, fecerunt. Et adscribit iis calamitates gentis Thebanæ supra relatas, et his exemplis, quæ nota erant, miseros parentes ac cognatos solari nititur Alethes. — *Specula temerante profana*, etc. Gronovius scribit *temerare*. Videtur, ait ille, dixisse *ad sacros fontes prolapsum temerare*, ut eos temeraret ac violaret, *specula profana*.

203. *Heu dominum insani non agnovere Molossi*. Put. *nihil agnovere*. Quam lectionem Reg. B etiam præbet; Reg. C nostram. En.— *Heu dominum*, etc. Tangit fabulam Actæonis, qui, quum imprudenter deprehendisset Dianam in fonte Gargaphio lavantem, ab ipsa in cervum conversus est, moxque a canibus discerptus. — *Molossi*. Quia Molossia, pars Epiri, præstantissimos canes educabat, qui et eodem nomine, quo gens ipsa, *Molossi* dicebantur. Vide Gratii Cynegeticon vs. 181. Berald.

204. *Aut verso quod sanguine fluxit In subitos regina lacus*. Intelligit fabulam qua Dirce, regina Thebarum, dicitur alligata fuisse caudæ tauri ab Amphione et Zetho,

In subitos regina lacus : sic dira sororum
Pensa dabant, visumque Jovi : nunc regis iniqui
Ob noxam immeritos patriæ tot culmina cives
Exuimus; nec adhuc calcati fœderis Argos
Fama subit, et jam bellorum extrema dolemus.
Quantus equis, quantusque viris in pulvere crasso
Sudor! io quanti crudele rubebitis amnes!
Viderit hæc bello viridis manus : ast ego doner
Dum licet igne meo, terraque insternar avita. »
Hæc senior : multumque nefas Eteoclis acerbat,
Crudelem infandumque vocans, pœnasque daturum.
Unde ea libertas? juxta illi finis et ætas

et conversa in fontem sui nominis in Bœotia.

205. *In subitos r. l. sic dira sororum*. Pnt. Petav. uterque Behot. et nonnulli, *dura;* quod receperunt Lindenbrog. et Cruc. *diri* testantur Lipsian. Lang. et cæteri. — Reg. B, *in subitus reg. l. sic dura sororum*, Reg. C etiam *dura* exhibet. Ed.

206. *Nunc regis iniqui*, etc. Superiores clades attribuit Superis, ut jam diximus : præsentem vero regis crimini.

209. *Fama subit et jam. Fama subit quum jam* nonnulli codices Barthiani; *et jam* optimæ membranæ, cum aliis omnibus et editionibus vett. — *Extrema dolemus.* Sensus : Quum nondum bella commissa sint, jam timemus extrema bellorum, quæ victi pati consueverunt.

210. *Quantus equis, quantusque viris in pulvere crasso Sudor*. Horatii imitatio, lib. I, Od. 15, 9 et sqq. : « Eheu quantus equis, quantus adest viris Sudor! quanta moves funera Dardanæ Genti! »

211. *Sudor! io quanti*, etc. *Sudor, io quantum* Dan. Pnt. et plerique; *quanti* omnes fere codd. Barth. Veen. et Delph. ita quoque legendum censet Dan. Heinsius ad Claudian. Prob. et Olyb. Cons. 4. Vide Nic. Heins. ad Ovid. ex Pont. 342. — *Quanti*. Priores editiones habent *quantum;* sed omnes fere MSS. ut observat Gronovius, habent *quanti*, seu quam exuberantes ac restagnantes. Duo in amnibus signa cladium promittit : fore enim ut et crescant, et colore mutato sint.

214. *Acerbat.* Legunt alii, *acervat.* Quam lectionem Reg. B præbet; Reg. C super *v* literam *b* alia manu scriptam habet. Ed.

216. *Unde ea libertas.* Quæritis, inquit, quo vultu Alethes crimina in regem libere congerat? Videt enim sibi vitæ finem propinquum, et omne incolumitatis spatium esse translatum, et propter hoc ne moriatur inglorius, quasi liber et constans, ut de illo hoc postea populus loquatur, optat occidi : Unde Lucanus, Phars. III, 134 : « Vanam

Tota retro, seræque velit decus addere morti.
Hæc sator astrorum jamdudum e vertice mundi
Prospectans, primoque imbutas sanguine gentes,
Gradivum acciri propere jubet. Ille furentes
Bistonas, et Geticas populatus cædibus urbes,
Turbidus æthereas currus urgebat ad arces;
Fulmiue cristatum galeæ jubar, armaque in auro
Tristia, terrificis monstrorum animata figuris,
Incutiens : tonat axe polus, clipeique cruenta
Lux rubet, et solem longe ferit æmulus orbis.
Hunc ubi Sarmaticos etiamnum efflare labores

spem mortis honestæ Concipis. » — *Juxta illi finis*, etc. Seneca, Hippolyto, act. I, 140 : « Fortem facit vicina libertas senem. » Ubi *libertas* significat finem vitæ.

217. *Seræque velit decus.* Reg. B, *seræque decus velit;* Reg. C nost. lect. Ed. — *Seræque velit decus addere morti.* Ipsi serum mori videbatur naturæ lege mori, itaque volebat per virtutem ad mortem properare. Multi veterum sapientum summam gloriam ponebant in contemtu mortis.

218. *Jamdudum e vertice mundi.* Unus Behot. *jamdudum vertice;* alter *jamdudum in vertice.*

219. *Primoque imbutas sanguine gentes.* Qui in hac pugna Tydei cum Thebanis fusus fuerat.

221. *Bistonas, et Geticas.* Unus Behot. *aut Geticas.* — *Bistonas.* Bistones, gens Thracia. — *Geticas urbes.* Getæ populi Thraciæ. Et hoc dicit Poeta, quod Mars sedem elegerit in Thracia, et quod Thraces et Getæ sint nationes feræ ac bellicosæ.

222. *Turbidus æthereas.* Reg. B, *ætherias;* Reg. C nostram lect. Ed.

223, 224. *Fulmine cristatum.* Quod exibat de crista galeæ infinitum lumen habens; eratque galea in modum fulminis cristis ornata. Lactant. — *Armaque in auro Tristia, terrificis monstrorum animata figuris.* Ut majorem terrorem incuteret. — Vide a Marklando notata ad Silv. II, 3, 53. Ad quem locum illustrandum hunc Thebaidos ille versum adduxit; huj. edit. tom. I, pag. 234. Ed.

225, 226. *Tonat axe polus.* Incertum poli axem, an currus dixerit; sed rectius pro axe currus sumitur. — *Clipei cruenta lux rubet, et solem longe ferit æmulus orbis.* Claudianus, I in Prob. et Olybr. Cons. vs. 94 : « formidato clipeus Titana lacessit Lumine. » Ad quem locum notata vide, nost. edit. tom. I, pag. 112. Confer etiam Theb. IV, 665 et sqq. Ed.

227. *Hunc ubi Sarmaticos etiamnum efflare labores.* Aldd. Colin. et Basil. *etiamnum afflare;* in ceteris omnibus, et scriptis et editis, *efflare.* — *Sarmaticos labores.* Sar-

Juppiter, et tota perfusum pectora belli
Tempestate videt : « Talis mihi, nate, per Argos,
Talis abi : sic ense madens, ac nubilus ira.
Exturbent resides frenos; et cuncta perosi
Te cupiant, tibi præcipites animasque, manusque
Devoveant : rape cunctantes, et fœdera turba,
Quæ dedimus : tibi fas ipsos incendere bello
Cælicolas, pacemque meam : jam semina pugnæ
Ipse dedi : remeat portans immania Tydeus
Ausa ducis, scelus et turpis primordia belli,
Insidias, fraudesque, suis quas ultus in armis.
Adde fidem : vos o Superi, meus ordine sanguis,

*maticos* a Sarmatis Enropæ populis supra Thraces et Getas septemtrionem versus sitis. Vocantnr hodie *Poloni*, *Rutheni*, et *Tartari*. BERALD.

229. *Per Argos*. Unus Behot. *agros*, suprascriptum *Argos* eodem stilo.

230. *Ac nubilus ira*. « Melius vetus codex : *sic nubilis ira*. » BARTH. Unus Behot. *et nubilus ira*. Markland. ad Silv. III, 4, 98 correxit : *hac nubilis ira*. Petrens. Exc. Cantab. alter Behot. et cæteri, *ac nubilus ira*.

231. *Exturbent resides frenos*. « Scitius optimæ membranæ : *Et turbent resides frenos*. » BARTH. Unns Behot. *resides animos*. — *Resides frenos*. Id est, vincula, leges, fœdera, quibus tenentur in pace.

233. *Rape cunctantes*. Excnte omnia consilia et rape præcipites, quo te tna rabies præcipitat. In bello omnia vi et dolo aguntur. Ubi vis non est, ibi dolus. Scholiast. — *Fœdera Quæ dedimus*. Quia fœdera non, uisi testibus Diis vocatis ac veluti præsentibus, cæsisqne victimis, sanciebantnr.

234. *Quæ dedimus*. Reg. B, *Cui dedimus;* Reg. C nost. lect. exhibent. ED.

235. *Pacemque meam*. Summo enim omnium rerum arbitro pax et tranquillitas mentis maxime convenit.

237. *Et turpis primordia belli*. Uterque codex Behot. *et turpes*.

238. *Insidias, fraudesque, suis*, etc. « In inferioris notæ libro scriptnm : *fraudesque sui;* sed optimns codex optime, qui totum hnnc versnm non agnoscit : optime, inquam; est enim omnino a mala manu, qui superflua, minime cum ulla gratia aut majestate sermonis Papiniani, nec bene latine lòquitur, et potest absentia sua splendidiorem facere, immo relinquere, sermonem omnem. Et quid enim concinnius, semoto hoc nebulone? » BARTH.

239. *Adde fidem*. Effice, ut Tydeo credatur. — *Meus ordine sanguis*. Quia omnes Dii ab ipso Jove, vel ejns liberis originem trabebant.

Ne pugnate odiis, neu me tentare precando
Certetis : sic fata mihi, nigræque sororum
Juravere colus : manet hæc ab origine mundi
Fixa dies bello, populique in prælia nati.
Quid ni me veterum pœnas sancire malorum
Gentibus, et diros sinitis punire nepotes?
Arcem hanc æternam, mentis sacraria nostræ,
Testor, et Elysios etiam mihi numina fontes,
Ipse manu Thebas, correptaque mœnia fundo
Excutiam, versasque solo super Inacha tecta
Effundam turres, ac stagna in cærula vertam

240. *Ne pugnate odiis.* « Scitius et vere idem manuscriptus : *Ne pugnare odiis.* » BARTH. Ita quoque uterque Behot. Hanc lectionem Regg. B et C exhibent. ED.

241. *Sororum.* Parcarum, scilic.

242. *Manet hæc ab origine mundi Fixa dies bello.* Credebant Veteres nascente mundo statuta esse hominum fata.

243. *Populique in prælia nati.* Quasi fatis decretum sit, ut populi hi bello pereant.

244. *Quid ni me veterum p. sancire m.* *Quid nisi* Dan. Put. Petav. et nonnulli. *Quid ni* Cantab. Petr. uterque Behot. omnes Barthiani, Gronov. Barth. — Reg. B, *Quod ni;* Reg. C, *Quid ni..... sanctire malorum* exhibent. ED.

246. *Arcem h. æ. mentis sacraria nostræ.* Dan. Petav. et nonnulli, *mentisque sacraria;* Put. Petrens. omnes Barthiani, uterque Behot. Gronov. Barth. *mentis sacraria,* τῷ que omisso. — *Arcem hanc æternam.* Cælum intelligit. — *Mentis sacraria nostræ.* Intelligit suum caput, in quo mens ejus residet; nam per caput suum aut alterius jurare soliti Veteres. Virg. Æn. IX, 300 : « Per caput hoc juro, per quod pater ante solebat. »

247. *Elysios etiam mihi,* etc. *Elyseos jam nobis* unus Behot. — *Etiam mihi numina fontes.* Ordo : Testor Elysios fontes, qui etiam sunt mihi numina. Unde Virg. Æn. VI, 324 : « Di cujus jurare timent et fallere numen. »

248. *Ipse manu Thebas.* Ut consoletur, omnibus minatur Argivis. Constat enim timorem periculi accipere solatium, si hoc non solus quicunque patiatur. LACTANT.

249. *Super Inacha tecta.* Scilicet, Argos.

250. *Effundam turres, ac stagna in cærula vertam.* Petrens. optimæ Barthii membranæ, uterque Behot. Put. Lang. et Buslid. *aut stagna;* quam scripturam agnoscit et Lactantius, probant Barth. et Bern. Marklandus ad Silv. III, 4, 87, legendum putat : *ac stagna in cærula mergam;* quia displicet *versas* et *vertam.* Vide ab eo allata exempla, hujus edit. tom. I, pag. 372.

Imbre superjecto; licet ipsa in turbine rerum
Juno suos colles templumque amplexa laboret. »
Dixit; et attoniti jussis (mortalia credas
Pectora) sic cuncti vocemque animosque tenebant.
Non secus ac longa ventorum pace solutum
Æquor, et imbelli recubant ubi litora somno,
Silvarumque comas, et abacto flamine nubes
Mulcet iners æstas : tunc stagna, lacusque sonori
Detumuere : tacent exhausti solibus amnes.
Gaudet ovans jussis, et adhuc temone calenti
Fervidus, in lævum torquet Gradivus habenas.
Jamque iter extremum, cælique abrupta tenebat,
Quum Venus ante ipsos nulla formidine gressum

— Regg. B et C, *out stagno* exhibent. Ed. — *Vertom*. Aut in mare trabam, aut diluvio conteram.

252. *Juno suos colles, templumque omplexo laboret*. Quia Argos, quæ urbs sacra erat Junoni, super colles sita est, in eaque templum Junonis superbum.

253. *Et ottoniti jussis*. Unus Behot. et *attoniti dictis*. — *Mortalio credas*. Sic præcepto Jovis cuncta sunt territa numina, ut crederentur mortalia. Lactant.

254. *Animosque tenebant*. Unus codex Barthii : *animosque premebat*.

255. *Non secus oc longo*, etc. « Hic quoque omnibus et editis et scriptis codicibns melior noster veram lectionem solus omnium conservat, repræsentando : *Non secus haud longo*. » Barth.

256. *Et imbelli recubont ubi litora somno*. Sic ad Somnum Noster, Silv. V, 4, 6 : « Et terris maria acclinata quiescnnt. »

257. *Et obacto flamine nubes*. Dan. Put. et Petav. *et obactas;* quod receperunt Lindenbrog. et Cruc. *et obacto* optimæ Barthii membranæ, Petrens. et cæteri. — Reg. B, *et abactas flomine nubes;* Reg. C nost. lect. Ed.

259. *Tocent exhausti solibus omnes*. Unus Behot. *jocent;* Put. *tacent exusti*. Quam lect. Reg. B præbet; Reg. C, *exacti* habet. Ed. — *Solibus*. Longis diebus, et æstu solis.

260. *Gaudet*. Supple, Mars. — *Calenti*. Mars enim supra dicitur currum ad ætherias ædes ursisse.

261. *In lævum torquet Gradivus*. Put. *in lævum torsit*. Hanc lectionem Reg. B præbet; Reg. C nostram. Ed.

262. *Iter extremum*. Parte, qoa deficit cælum. — *Cælique abrupta*. Quia quum cælum rotundum sit, semper prona a medio descendenti, et abrupta videtur via : contra adscendenti ardua.

263. *Nulla formidine*. Qula eam bene noverant. — « Veneri enim,

Figit equos : cessere retro, jamjamque rigentes
Suppliciter posuere jubas : tunc pectora summo
Acclinata jugo, vultumque obliqua madentem,
Incipit : (interea dominæ vestigia juxta
Spumantem proni mandunt adamanta jugales)
« Bella etiam in Thebas, socer o pulcherrime, bella
Ipse paras, ferroque tuos abolere nepotes?
Nec genus Harmonies, nec te connubia cælo
Festa, nec hæ quidquam lacrimæ, furibunde, morantur?
Criminis hæc merces? hoc fama, pudorque relictus?

seu voluptati, parent etiam arma. Schol. — Conscia videlicet suarum blanditiarum, non timet maritum, aut adulterum, ceditque ei Mars, quum Deæ lubet. De hoc loco vide excursum; ad Venerem suavissima Lucretii verba invenies. En.

264. *Figit equos. Fixit equos* unus Behot. Put. Petav. et nonnulli; *Figit equos* alter Behot. Dan. Petrens. omnes Barthiani, et cæteri.

265. *Suppliciter posuere jubas.* Sensus : hi retro abierunt, et jamjam submisse inclinaverunt erectas jubas. Intelligit Veneris imperio etiam bruta animalia se ultro subjicere. Hunc locum sic gallice vertit *Cormiliolle :* « Ces animaux fougueux reculent *en arrière,* abaissent respectueusement leur crinière hérissée, etc. » En.

266. *Acclinata j. v. obliqua madentem.* In optimo Barthii codice *vultum obliquata.* — Reg. B, *adentum*, sed supra litera *m* et syllaba *tem* scriptæ dant *madentem*; Reg. C, *obliqua jacentem.* En. — *Acclinata jugo, vultumque obliqua madentem.* Venus super jugum currus Martis obliquum tenebat vultum, madentem lacrimis, ut hoc habitu Martem furentem mansuefaceret.

268. *Adamanta.* Frenos adamantinos. — *Jugales.* Poetæ jungunt curruí Veneris columbas, passeres, aut cycnos.

269. *Bella e. i. T. socer o pulcherrime, bella.* Edd. vett. *socero pulcherrima bella, Ipse paras.* Lectio nostra debetur Bernartio; eamque testantur Dan. Put. Petav. uterque Behott. Petrens. et nonnulli. — Reg. B, *socer o pulcherrima bella;* Reg. C nost. lect. exhibent. En. — *Socer o pulcherrime.* Ironice, et objurgatorie. — *Socer.* Ob Harmonien filiam, quæ nupsit Cadmo.

270. *Nepotes.* Principes enim Thebani originem trahebant a Marte per Harmonien filiam.

271. *Nec genus Harmonies, nec te connubia cælo. Hermionæ* Behot. 1, *Hermiones* Behot. 2. — *Genus Harmonies.* Principes Thebani. — *Connubia cælo Festa.* Nuptiæ Cadmi et Harmonies celebratæ fuerunt in cælo, Diique omnes iis interfuerunt, ut jam diximus.

272. *Festa. Facta* Behot. 1, *Pacta* Nic. Heins. ad Ovid. Met. p. 189.

273. *Criminis h. m.? hoc fama, p. relictus?* Dan. Put. et nonnulli,

Hoc mihi Lemniacæ de te meruere catenæ?
Perge libens : at non eadem Vulcania nobis
Obsequia, et læsi servit tamen ira mariti.
Illum ego perpetuis mihi desudare caminis
Si jubeam, vigilesque operi transmittere noctes,
Gaudeat, ornatusque novos, ipsique laboret
Arma tibi: tu!... sed scopulos et ahena precando
Flectere corda paro : solum hoc tamen anxia, solum
Obtestor, quid me Tyrio sociare marito
Progeniem caram, infaustisque dabas Hymenæis?
Dum fore præclaros armis, et vivida rebus

*hæc fama;* Lang. Laur. et cæteri, *hoc fama.* « Sic legendum cum omnibus boois libris. » Barth. — *Criminis.* Adulterii scilicet: quia spreto Vulcano cum Marte concubuit. — *Criminis hæc merces.* Jam nec conjngii memor est, quæ vocat crimen. Amat dolor acerbare conjugium: ut apud Virgil. hospitem appellavit Ænean Dido furore percussa, *Æn.* IV, 323 : « cui me moribnndam deseris, hospes? Hoc solnm nomen quoniam de conjnge restat. » Lact. *Hoc fama, pudorque relictus.* Dido apud Virgilium Æneid. IV, 322: « te propter eumdem Exstinctus pndor, et, qua, sola sidera adibam, Fama prior. »

274. *Hoc mihi Lemniacæ de te meruere catenæ? Lemniacæ tritæ meruere* unus Behot. — *Lemniacæ catenæ.* Quibus cum Marte in adulterio deprehensa, vincta est a Vnlcano. Vide notata ad vs. 271, libri præcedentis, bujns tom. pag. 192, 193, et adi excnrsum. Ed.

275. *At non.* Alter Behot. *Ac non.—At non eadem Vulcania nobis Obsequia.* Non pari animo affectus in me Vulcanus, quam tu, quum læsus etiam a me, libens mibi inserviat.

277. *Perpetuis mihi.* Si nihil illum agere aliud velim, quam officinam mihi soli semper omnem impendere, vel Jovis fulmina omittat, et mihi inserviat, et omnes meos amasios necessariis operis rebus instruat. Scholiast. — *Caminis.* Faber enim erat Deorum Vulcanus, ipsisque arma fabricabatur.

280. *Arma tibi: tu!... sed scopulos et ahena precando. Arma tibi, sed quid scopulus* Bebot. 2. — Reg. B, *arma tibi sed scopulos et aena precando;* Reg. C, *arma tibi sed quid scopulos*, etc. exhibent. En. — *Tu!* Aposiopesis: nt Virgil. Æneid. I, 135: « Quos ego. » — *Ahena.* Ærea, id est fortia. Lactant.

282. *Tyrio marito.* I. e. Cadmo.

283. *Hymenæis.* Hymenæum sumi pro nuptiis jam diximns. Vide notata ad versum 282 lib. præcedentis, et de Hymenæo quæ enarrantur ampliora legere si velis, adi Excursum ad calcem hnjusce libri III. En.

Pectora vipereo Tyrios de sanguine jactas,
Demissumque Jovis serie genus : ah! mea quanto
Sithonia mallem nupsisset virgo sub Arcto
Trans Boream, Thracasque tuos : indigna parumne
Pertulimus? divæ Veneris quod filia longum
Reptat, et Illyricas ejectat virus in herbas?

285. *Tyrios de sanguine.* Suspecta lectio vocis *Tyrios*. In optimo exemplari vox est nihili, *Tiros*. Unde augetur vis suspicionis. Ab Adriano Behottio collati libri *Tyrio* habuere. Potest mistum genus ex Tyro, hoc est Cadmi sanguine et Thebano agro dicere. Barth. — Jortinus conjec. *vipereo T. de semine.* — *Vipereo de sanguine.* Propter quinque illos, qui de draconis satis deutibus orti sunt, et reliquis occisis superfuisse dicuntur, quique in condendis Thebis Cadmum adjuverunt, et affinitatem cum eo junxerunt.

286. *Demissumque J. s. g. ah! mea quanto.* Alter Behot. *at mea quanto*. De qua lectione vide a Marklando notata ad Silv. III, Carm. 3, 192, hujus edit. tom. I, pag. 350. Ed. — *Jovis serie genus.* Cadmi scilicet, cujus origo hoc ordine a Jove descendit. Jovis filius Eleus; Elei Belus; Beli et Libyæ Agenor, Danaus, et Ægistus; Agenoris Cadmus; Cadmi Polydorus; Polydori Labdacius; Labdacii Laius; Laii OEdipus; OEdipi et Siuenex Antigone, Eteocles, Polynices. Lactant.

287. *Sithonia mallem nupsisset virgo sub Arcto. Sithonia vellem* optimæ membranæ Barthii, quod ille probat. Lipsian. *nata sub arcto;* in cæteris omnibus, *virgo*. — *Sithonia sub Arcto.* Sithonia pars Thraciæ, quæ ab Hæmo monte aversa vergit in pontum Euxinum. Herodotus vero Sithoniam regionem in ora Macedoniæ maritima collocat. Arctos autem sumi pro Septemtrione jam diximus.

288. *Boream.* Boreas ventus, qui a septemtrione flat. — *Thracasque tuos.* Quia Mars apud Thracas sedem elegerat. Thraces vero populi Thraciæ, quæ regio Europæ est, Macedoniæ ad Occasum proxima, Nesto fluvio, ut vult Ptolemæus, aut, ut vult Plinius, Strymone amne ab eadem divisa. Finit Thraciam a septemtrione Danubius, ab Ortu Pontus Euxinus et Propontis, a Meridie Ægæum Mare. Hæc regio vocatur *Romanie*, cujus caput Bysantium, bodie *Constantinople.* Ed.

290. *Reptat, et Illyricas e. v. in herbas? Reptat in Lyricas* Put. Quam lect. Reg. B præbet; Reg. C nostram. Ed. — *Illyricas.* Ubi Cadmus fugiens infortunia Thebarum, existimans se cum loco etiam mutare fortunam, cum Harmione conjuge versi sunt in dracones in Illyrico; ut Lucan. Phars. III, 189 : « Encheliæ versi testantes funera Cadmi. » Ad quem locum videsis Fr. Oudendor. notata. Ed. — *Ejectat virus in herbas.* Tangit fabulam qua Harmione Veneris filia, cum Cadmo marito, in serpentem conversa fingitur. Bernart.

Nunc gentem immeritam. » Lacrimas non pertulit ultra
Bellipotens : hastam læva transumit, et alto
Haud mora desiluit curru : clipeoque receptam
Lædit in amplexu, dictisque ita mulcet amicis :
« O mihi, bellorum requies, et sacra voluptas,
Unaque pax animo; soli cui tanta potestas
Divorumque hominumque meis occurrere telis
Impune, et media quamvis in cæde frementes
Hos assistere equos, hunc ensem avellere dextra :
Nec mihi Sidonii genitalia fœdera Cadmi,

291. *Gentem immeritam*. Thebanam. Et supplendum est, vis perdere, aut quid simile.

292. *Hastam læva transumit, et alto*. Vide quæ a diligenti hujus Collectionis magistro notata ad Reposiani hos sequentes versus : « Pro telis flores, pro scutis myrtea serta, Et rosa, forte nocet gladius, quem jura tremiscunt. » Poet. Lat. Minor. tom. III, pag. 333 et 334. Ed.

293. *Desiluit curru*. Behot. I, Lang. et nonnulli, *dissiluit;* alter Behot. optimi codd. Barth. Dan. Put. et cæteri, *desiluit.*

294. *Lædit in amplexu*. Stultissima lectio; quam enim gratiosum amatorium officium, in quo *Læsio* ulla sit amati corporis? Nec Mars totus adamante armatus sic amplecti voluerit formosissimam Venerem. In optimo lib. clare scriptum invenio, *Reddit in amplexum*. In alio est vulgata scriptura cum interpretatione : « Quia ferrata erant brachia. » Ex qua facias : *Illigat amplexu*. Barth. — *Lædit in amplexu*. Quia armatus erat tunc Mars. Et præ festinatione, nec cogitans se armatum, avidius et arctius eam amplexus est. Sic Noster Silvar. I, 2, 53; Epithalam. Stellæ et Violant. « jacebat Amplexu duro Getici resoluta mariti. » Ed.

295. *O mihi, bellorum requies, et sacra voluptas*. *O sacra Voluptas* optimæ Barthii membranæ. — *O mihi, bellorum requies, et sacra voluptas, Unaque pax animo*. In sinu enim Veneris dicitur Mars a bellicis laboribus requiescere. Lucret. lib. I, vers. 32 sqq. « Nam tu sola potes tranquilla pace juvare Mortales, quoniam belli fera mœnera Mavors Armipotens regit, in gremium qui sæpe tuum se Rejicit, æterno devinctus vulnere amoris. » Vide Excurs. et notata ad vers. 263 hujusce lib. Ed.

296. *Unaque pax animo*. Unus Behot. *pax animi.*

297. *Divorumque hominumque*. *Divorum hominumque* Put. Petav. et nonnulli. *Divorumque hominumque* uterque Behot. et cæteri.

299. *Hunc ensem avellere dextra*. Unus Behot. et *ensem*. « Melius liber laudatissimus : *evellere dextra*. » Barth. Nic. Heinsius voluit : *hac ensem avellere dextra.*

300. *Nec mihi Sidonii genitalia fœdera C.* Lipsian. *gentilia*, pro-

Nec tua cara fides (ne falsa incessere gaude)
Exciderunt : prius in patrui Deus infera mergar
Stagna, et pallentes agar exarmatus ad umbras.
Sed nunc Fatorum monitus, mentemque supremi
Jussus obire patris, neque enim Vulcania tali
Imperio manus apta legi, quo pectore contra
Ire Jovem, dictasque parem contemnere leges?
Cui modo, pro vires! terras, cælumque, fretumque,
Attremere oranti, tantosque ex ordiue vidi
Delituisse Deos : sed ne mihi corde supremos
Concipe, cara, metus; quando hæc mutare potestas

bante Barthio; *genialia* optimæ Barthii membranæ; *genitalia* Dan. Put. et cæteri.

301. *Ne falsa incessere gaude.* Optimæ Barthii membranæ: *ne falsa arcessere gaude;* Lang. Laur. Buslid. Lipsian. et Venett. *ne falso incessere;* unus Behot. *nec falsa incessere.* — Hanc lectionem Reg. B præbet; Reg. C nostram. Ed.

302, 303. *Exciderunt prius in p. D. inf. mergar,* etc. *Exciderint* Dan. et unus Behot. *Exciderant* alter Behot. Put. alii. *Exciderunt* optimæ Barthii membranæ, Gevart. Amst. Gronov. et recentt. et sic voluit Fr. Modius Novantiq. Lect. Epist. 52; etiam Nic. Heinsius ad Ovid. Heroid. Epist. VIII, 166. *Deus in patrui prius infera* optimæ Barthii membranæ. — *Prius in patrui.... et pallentes agar exarmatus ad umbras.* Sensus: Deus potius mergar in lacus inferos patrui, id est, Plutonis, et, perdito armorum imperio, detrudar ad pallidos manes.

304. *Sed nunc Fatorum monitus.* Reg. B, *sed nunc factorum monitus* exhibet. Ed. — *Supremi.* Summi: ut Terent. Adelph. act. II, scen. 1, 42: « proh supreme Juppiter. » Jurejurando confirmaverat se omninm meminisse, et superest, ut querenti contra Thebanos aliquid moliri, per venialem statum se excuset · dicit enim se facere, sed coactum

305. *Neque enim Vulcania.* Nunquam enim ad hæc potest mitti Vulcanus. Et oportune imbecillitatem objecit mariti, ut amorem Veneris in se transferret. Lactant.

309. *Tantosque ex ordine vidi.* « In uno codice *vel totos* scriptum offendi; quod non adspernor. » B.

306. *Quo pectore.* « Etiam tantus Deus, etiam armis omnia tribuens. » Schol. Vel.

310, 311. *Sed ne mihi corde supremos Concipe, cara, metus.* « Etiam hic ordinem mutarunt, si fides optimo libro, in quo diserte legitur: *sed ne mihi cara supremos Concipe corde metus.* » Barth. — *Concipe, cara, metus.* Id est, nolo timeas excidium Thebanorum, qui non vincentur ita, ut penitus pereant. Lactant. — *Mutare.* Dii enim non poterant fata mutare, sed tantum fatis moram aliqnam afferre, ac quædam circa ea mutare.

Nulla datur : quum jam Tyriis sub mœnibus ambæ
Bellabunt gentes, adero, et socia arma juvabo.
Tunc me sanguineo late defervere campo
Res super Argolicas haud sic dejecta videbis :
Hoc mihi jus, nec Fata vetant. » Sic orsus aperto
Flagrantes immisit equos : non ocyus alti
In terras cadit ira Jovis, si quando nivalem
Othryn, et Arctoæ gelidum caput institit Ossæ,
Armavitque in nube manum : volat ignea moles
Sæva Dei mandata ferens, cælumque trisulca

312. *Tyriis sub mœnibus.* Thebanis. Bellum enim Thebanum gestum est in campo, « qoi proximus urbi Damnatus bellis patet, exspectatque furores. » Theb. VII, 238. — *Ambæ.* Argivæ et Thebanæ.

313. *Bellabunt gentes. Bella dabunt gentes* optimæ Barthii membranæ; *Bellabunt gentes* uterque Behot. Put. et Dan.

314. *Tunc me. Tum me* uous Behot.

316. *Hoc mihi jus, nec Fata vetant. Sic orsus aperto.* Hanc lectionem codd. Bern. et Venett. quam defendit Fr. Modius Epist. 52, *Hos mihi jus* Aldd. Colin. Grypb. et Basil. *nec fata vetent* optimæ Barthii membranæ, *sic jussus aperto* unus Behot. — *Aperto.* Supple, cælo. Virgil. Æneid. I, 155 : « cæloque invectus aperto, Flectit equos, curroque volans dat lora secundo. »

318. *Ira Jovis.* Fulmen. — *Si quando.* Quoniam hi montes tam finguntur altissimi, ita ut inter nubes potius delitescant. Lactant.

319. *Othryn, et A. g. caput institit Ossæ.* Optimæ Barthii membranæ : *gelidum caput incidit.* — *Othryn.* Othrys mons Thessaliæ nivibus tectus. — *Arctoæ Ossæ.* Ossa mons Thessaliæ. — *Arctoæ.* Quia ad Arcton seu septemtrionem spectat. Fulmen autem sæpius editos montes percutit.

320. *In nube.* Quia fulmen in nubibus procreatur. Lactantius *nubem* interpretatur folmen, et adducit hunc Virgilii versum Æn. VII, 143 : « Ipse mann quatiens ostendit ab æthere nubem. » De hoc loco vide notata ad v. 54 Lucilii Junioris Ætnæ, Poet. Lat. Minor. nost. edit. tom. III, pag. 88. En.

321. *Sæva Dei mandata ferens, cælumque trisulca Territat omne coma.* Fulmen dicitur trisulcum propter ignes trium superiorum siderum ad terram deciduos, quorum, ut ait Farnabios ad Herculem OEtæum vs. 1993, summos ex nimio Saturni homore infoscat, *ἀργής*; imus ex ardore Martis cremat, dissipatque, *ψολόεις*; medius e clara Jovis subtilitate penetrat etiam illæsis vestimentis, *καταιβάτης*. Jovi rursus tres datæ manubiæ sont : minores quæ moneant; majores quæ, XII Deorum concilio missæ, discutiant; maximæ, quas Joppiter eorumdem nutu jaculatus, ac-

Territat omne coma, jamdudum aut ditibus agris
Signa dare, aut ponto miseros involvere nautas.
Jamque remensus iter fesso Danaeia Tydeus
Arva gradu, viridisque legit devexa Prosymnæ,
Terribilis visu: stant fulti pulvere crines:
Squalidus ex humeris cadit alta in vulnera sudor;
Insomnesque oculos rubor excitat, oraque retro
Sorbet anhela sitis: mens altum spirat honorem
Conscia factorum: sic nota in pascua taurus

ccudit, disperdit, imis summa commutat. — *Coma.* Quum enim materia fulminis longe lateque accuditur, hoc refert veluti comam.

322, 323. *Jamdudum aut ditibus agris.* Unus Behot. *dudum vel ditibus agris;* alter Behot. *jamdudum aut ditibus arvis.* — *Aut ditibus agris Signa dare, aut ponto miseros involvere nautas.* Id est, ut signum det, aut perituras esse fruges, aut navigantibus naufragia imminere.

324. *Jamque remensus iter, f. Danaeia. Jamque emensus iter* Tauriu. uterque Behot. Put. et Dan. Vide ad Theb. II, 875, hujus tom. pag. 307. Ed. — *Danaia* Behot. 1, *Danaiaque* Behot. 2.—*Jamque*, etc. Transiit nunc ad Tydeum. — *Danaeia.* Argiva, a Danao Argorum rege.

325. *Viridisque legit devexa Prosymnæ.* Put. *diversa Prosymnæ.* — Reg. B, *viridesque legit diversa Proshymnæ;* Reg. C nost. lect. præbent. Ed.—*Devexa Prosymnæ.* Prosymna urbs Argolidis in loco declivi sita. — *Viridis.* Propter silvas, aut prata. Vide Theb. I, 383, hujus tom. pag. 74, et Excursum ad calcem ejusdem libri: de hac urbe ampliora invenies, pag. 142. Ed.

326. *Terribilis visu.* Reg. B, *Terribiles visu,* sed litera *i* supra e alia manu scripta. — *Stant fulti pulvere crines.* Nonnulli codd. *fulvi pulvere crines.* — *Stant fulti pulvere crines.* Id est, pleni sunt, ait Bernartius ad hunc locum. Siscun. IX, « Cælum caligine stat. » Lucilius, Sat. V, « Interea stat sentibus fundus. » Virg. Æn. XII, 407; « pulvere cælum stare. » Pro eo quod diceres, cælum plenum est caligine, pulvere; fundus plenus est sentibus. Sed vult Poeta crines Tydei tanto pulvere repletos esse, ut hoc quasi *fulti* erigantur.

327. *Squalidus ex humeris. Sordidus ex humeris* unus Behot.

328. *Insomnesque.* Reg. B, *insomnisque.* Ed. —*Insomnesque oculos rubor excitat.* Id est, vigiliis rubor oculorum contrahitur, vel, vigiliæ ruborem excitant. — *Oraque retro Sorbet sitis.* Hoc fit frequenti respiratione, quo retrahitur os.

329. *Sorbet anhela sitis. Sorbet hanela* optimus Barthii codex; *Solvit anhela s. m. a. s. odorem* unus Behot. — Reg. B, *Solvit anhela sitis;* Reg. C nost. lect. Ed.

330. *Conscia factorum.* « Inepte quidam libri *fatorum*, quod contra mentem est. » Barth. Unus Behot.

Bellator redit, adverso cui colla, suoque
Sanguine, proscissisque natant palearibus armi.
Tunc quoque lassa tumet virtus, multumque superbit
Pectore despecto : vacua jacet hostis arena
Turpe gemens, crudosque vetat sentire dolores.
Talis erat : medias etiam non destitit urbes,
Quidquid et Asopon veteresque interjacet Argos,
Inflammare odiis ;.multumque et ubique retexens
Legatum sese Graia de gente petendis
Isse super regnis profugi Polynicis, at inde

etiam *fatorum*. — *Taurus bellator*. Confer Tibull. Eleg. I, 10, 46, et videsis notata ad hunc versum, nost. edit. pag. 113. Ed.

331. *Adverso cui colla*. Locus recte habet : τὸ *adverso* interpretare, adversarii, supple sanguine.

332. *Proscissisque natant palearibus armi*. Petav. Lang. et Behot. 2, cum edd. vett. *proscissique*, vel *procissique;* Put. et nonnulli Barthiani *proscissisque*.

333. *Tunc quoquè. Tum quoque* uterque Behot. — *Tumet virtus*. Ingentia enim facinora superbiam plerumque in animis generant. — Omne quippe gaudium quod est nimium nostri nos immemores facit. Ideo dicit superbire virtutem : sic ut animum virtutemque transcendat. Lactant.

334. *Pectore despecto : v. j. h. arena*. Regg. B et C, *harena* scribunt. Ed. — *Pectore despecto*. Id est, ut despicit pectus confossum glorioso vulnere. — *Vacua*. Quod in ea solus jaceat, quasi ad gloriam suæ virtutis spectet, superato hoste pectus habere confossum : quem laus victoriæ, et victi gemitus consolatur. Lactant.

335. *Crudosque v. s. dolores*. Reg. B, *labores* Reg. C nost. lect. Ed. — *Crudosque vetat sentire dolores*. Id est, laus victoriæ et victi gemitus eum vetant sentire vulnera sua, seu consolantur eum.

337. *Asopon*. Asopus fluvius Bœotiæ, Thebas, Platæas, et Tanagras præterfluens : habet ortus suos in Phliasiorum finibus, atque inde per Sicyonium agrum lapsus in mare juxta Corinthum influit. Huic nomen ab Asopo, antiquissimo Platæensium rege datum est, cujus filia fuit Platæa. Ed. — Pausanias Corinthiacis refert Mæandrum a Celenis per Phrygiam et Cariam delapsum, in mare ad Miletum erumpere, inde in Peloponnesum subterfluere, atque illic Asopon fieri. — *Veteres Argos*. Quia Argi ab Inacho conditi.

339. *Legatum sese*. Gravissimus versus, rem dignitate verborum æquare studens. Qualium copiosissimus Statii magister Virgilius. — *Graia*. Quod magis mirum : Græci enim juris gentium observantissimi. Berald.

340. *Isse super regnis*. Daniel. Cod. *Esse super regnis*.

Vim, noctem, scelus, arma, dolos, ea fœdera passum
Regis Echionii; fratri sua jura negari.
Prona fides populis. Deus omnia credere suadet
Armipotens, geminatque acceptos fama pavores.
Utque introgressus portas (et forte verendos
Concilio pater ipse duces cogebat Adrastus)
Improvisus adest, jam illinc a postibus aulæ,
Vociferans : « Arma, arma viri, tuque optime Lernæ
Ductor, magnanimum si quis tibi sanguis avorum,
Arma para : nusquam pietas, non gentibus æquum
Fas, aut cura Jovis : melius legatus adissem

341. *Vim, n. s. a. d. ea fœdera passum*. Behot. 1, *ea vulnera passim*. — *Vim*, etc. Hoc vidimus libro superiori.

342. *Regis Echionii; fratri sua jura negari. Fratris Echionii, fratri*, etc. optimæ Barthii membranæ, quod illi non displicet, *sua regna negari* Lipsian. — *Echionii*. Thebani. — *Fratri*. Polynici.

343. *Prona fides populis. Deus omnia credere suadet Armipotens.* Supra, v. 239 : « Adde fidem. » — *Deus Armipotens*. Mars.

344. *Armipotens, g. a. fama pavores. Omnipotens* in quibusdam. Pro *pavores* Jortinus conj. *furores*. — *Geminatque*. Ut fieri consuevit in similibus casibus.

345. *Et forte verendos*. Put. *verendus*. Hanc lect. Reg. B præbet; Reg. C nostram. Ed. — *Et forte verendos Concilio*, etc. Œconomia Poetæ opportuna, ut redeunti Tydeo statim publicus senatus detur.

347. *Improvisus a. jam illinc a p. aulæ*. Optimæ Barthii membranæ : *jamque hinc*. Nic. Heinsius ad Ovid. Metam. XI, 377, ita hunc locum citat : *Improvisus adest Theseus, et postibus aulæ Vociferans*, etc.

348. *Lernæ*. Lerna oppidum Argolidis.

349. *Ductor*. *Auctor* pro *Ductor* in uno Behot.

350. *Nusquam pietas, non gentibus æquum*. Put. *non gentibus æquam*. Hanc lectionem Reg. B exhibet; Reg. C nostram. Ed. — *Nusquam pietas, non gentibus æquum Fas, aut jura Jovis*. Omnia enim jura in facto Eteoclis erant violata : pietas, quum jus suum denegat Eteocles fratri : jus gentium, quum legatus insidiis pæne exstinctus est : hospitalitas demum violata, cui Juppiter præest. Virgilius, Æneid. lib. I, vers. 731 : « Juppiter, hospitibus nam te dare jura loquuntur. » Adi Excursum.

351. *Fas, aut cura Jovis* uterque Behot. Dan. Put. et alii, *jura* vetus codex Fabri quod primi receperunt Lindenbrog. et Cruc. — *Aut jura Jovis*. Quasi violatæ hospitalitatis gratia Deum hospitio præsulem inviolatum esse dixisset : ut Virgilius ad locum modo citatum; in quem notata legere si velis, vide nost. editionis, tom. II, p. 162. Ed.

Sauromatas avidos, servatoremque cruentum
Bebrycii nemoris; nec jussa incuso, pigetve
Officii : juvat isse, juvat, Thebasque nocentes
Explorasse manu : bello me, credite, bello,
Ceu turrim validam, aut arctam compagibus urbem,
Delecti insidiis instructique omnibus armis
Nocte doloque viri nudum ignarumque locorum
Nequicquam clausere : jacent in sanguine mixti
Ante urbem vacuam; nunc o, nunc tempus in hostes,
Dum trepidi, exsanguesque metu, dum funera portant;
Dum capulo nondum manus excidit : ipse ego fessus

352. *Sauromatas.* Sauromatæ ultra Pontum sunt, vicini Amazonibus. Sauromatas Sarmatas dicit, genus hominum ad omne paratissimum scelus. — *Avidos.* Vel sanguinis, vel alieni. — *Servatoremque cruentum Bebrycii nemoris.* Intelligit Amycum regem Bebrycum, gentis partem Asiæ Minoris incolentis ad Pontum Euxinum, quæ postea Bithynia cognominata est. Amycus ille habebat hunc morem, ut transeuntes per nemus Bebrycium cogeret secum cæstibus pugnare, insidiisque circumventos ibi occideret. Sed ipse postea a Polluce eodem genere certaminis occisus est. Adi Excursum ad calcem huj. lib. Ed.

354. *Juvat isse, juvat.* Reg. B, *jubat isse, jubat;* Reg. C nost. lect. Ed. — *Thebasque nocentes.* Insidiis structis in legatum.

355. *Explorasse manu : bello me, credite, bello. Explorare manu* Petrens. *Credere* pro *credite* Barthii membranæ.

356. *Ceu turrim validam, aut arctam compagibus urbem. Ceu turrem* unus Behot. — Reg. B, *Ceu turrem v. aut artam conpagibus urbem;* Reg. C, *turrim v. a. artam c. u.* præbent. Ed. — *Ceu turrim validam.* Comparatio tanto bellatore digna. *Turris* omne fortius munimentum, fortior Heros. Horat. lib. IV, Od. 6, 7, Achillem « Turres Dardanas cuspide quatientem faciens, « cupresso aut pino pariter æquat. Barth. — *Arctam compagibus urbem.* Muris valloque munitam : quia urbem dicere jactantis erat, ideo adjecit *arctam*, id est, angustam. Lactant.

357. *Delecti insidiis. Electi insidiis* optimæ Barthii membranæ.

358. *Nocte doloque. Nocte locoque viri* alter Behot. — *Nocte doloque viri, nudum ignarumque locorum.* Id quod auget crimen Eteoclis et insidiatorum, auget etiam virtutem et fortitudinem Tydei.

360. *Vacuam.* Defensoribus: fortiores enim ceciderant.

362. *Dum capulo nondum manus excidit.* Reg. B, *Nunc socer, hæc dum non manus excidit;* Reg. C nost. lect. exhibent. Ed. — *Dum capulo nondum manus excidit.* Ambiguitas hujusce vocis, *capulo*, po-

Quinquaginta illis heroum immanibus umbris,
Vulneraque ista ferens putri insiccata cruore,
Protinus ire peto. » Trepidi de sedibus adstant
Inachidæ; cunctisque prior Cadmeius heros
Accurrit vultum dejectus, et, « En ego Divis
Invisus, vitæque nocens, hæc vulnera cerno
Integer? hosne mihi reditus, germane, parabas?
In me hæc tela dabas? pro vitæ fœda cupido!
Infelix, facinus fratri tam grande negavi.

test facere duplicem sensum : nam capulus significat id, per quod tenetur ensis, et sic posset innuere Tydeus, invadendos statim hostes, dum tenet ipse adhuc capulum ensis. Et *capulum* significat feretrum, et sandapilam : et sic posset intelligi hostes invadendos esse, dum habent adhuc manus admotas feretris occisorum. Qui sensus videtur esse hujus loci; nam superiori versu dicitur, « dum funera portant. » Hunc locum sic gallice vertit *Cormiliolle*, « Voici l'instant, o « braves Argiens! voici l'instant de « marcher à l'ennemi, tandis que la « frayeur, que la consternation en« chainent leur courage ; tandis « qu'ils sont occupés à faire des fu« nérailles, à porter les cercueils « de leurs proches. »

365. *Protinus ire peto.* « Commodius puto, *ire paro;* quod est in optimis veteribus libris. » Barth. — *Trepidi de sedibus.* Sessum eos vocaverat, consultaturos de republica, rex Adrastus. Illi, tot novis rebus anditis, relictis sedibus adstant trepidi. Gloss. Ms.

366. *Inachidæ.* Argivi. — *Cadmeius heros.* Polynices, a Cadmo proavo.

367. *Accurrit v. d.* et, *En ego Divis.* Put. Petav. Dan. et *o ego;* quod receperunt Lindenbr. Cruc. et Reg. B; Reg. C nostram lectionem exhibet. Ed.

368. *Invisus, vitæque nocens*, etc. Behot. 1, *multumque nocens;* in quibusdam codd. et edd. vett. *vitaque nocens;* Put. unus Barthii, Lang. Laur. et Buslid. *vitæque nocens;* sic quoque Gronov. Barth. Veen. et Delph. — *Vitæque nocens.* Sic « fortunate animi » Thebaid. I, vs. 638, ad quem vide notata, hujus tom. pag. 108; et Theb. IV, 403 : « ah miseri morum! » Ed.

369. *Parabas.* Ut hujusmodi mihi parares insidias : aut certe qualis Tydeus reversus est, talis et ego ad Argos redirem. Lactant.

370. *In me hæc tela dabas? pro vitæ fœda cupido!* « Tollenda est notula interrogationis post verba : *In me hæc tela dabas.* » Barth. Put. exhibet : *hæc tela mei.* — Hanc lect. Reg. B præbet; Reg. C nostram. Ed. — *In me hæc tela dabas.* Insidiatoribus scilicet.

371. *Infelix, facinus fratri tam grande. Infelix fratri facinus* Dan. Put. Lindenbrog. et Cruc. — Hanc lect. Reg. B, nostram Reg. C exhi-

Et nunc vestra quidem maneant in pace serena
Mœnia; nec vobis tanti sim causa tumultus
Hospes adhuc : scio, nec me adeo res dextra levavit,
Quam durum natis, thalamo quam triste revelli,
Quam patria : non me ullius domus anxia culpet,
Respectentque truces obliquo lumine matres.
Ibo libens certusque mori ; licet optima conjux
Auditusque iterum revocet socer : hunc ego Thebis,

bent. Ed. — *Facinus tam grande.* Nempe occidere fratrem, quod majus esse quam occidere legatum.

372. *Et nunc v. q. m. in pace serena.* Reg. B, *in pace quieta;* Reg. C nost. lect. præbent. Ed. — *Et nunc vestra quidem*, etc. Hoc Polynices mire anticipat, ne videatur ipse auxilium petere, et culpetur, si eventus belli votis non respondeat : alioqnin nullus magis desiderat bellum, qnippe agitur de suo imperio.

373. *Nec vobis.* Dan. Put. Petav. et alii, *ne vobis.* « Melius optimæ membranæ : *nec vobis.* » Barth. Ita etiam nterqne Behot. — *Nec vobis tanti sim causa tumultus.* Virgilius, Æneid. IX, 216 : « Neu matri miseræ tanti sim causa doloris. »

374. *Res dextra.* Conjugii repentina felicitas. Vide Excurs. ad calcem huj. lib. Ed.

375. *Quam durum natis.* *Quam dirum* Dan. Put. uterque Behot. et nonnulli. *Quam durum* omnes codd. Barthii, Petrens. et cæteri.

376. *Non me ullius domus anxia culpet.* « Melior sonus carminis exstat in optimo codice : *non me domus ullius anxia.* » Barth. *Nec me ullius domus* unus Behot. — *Non me ullius*, etc. Maledictis enim lacerantur auctores bellorum. Ber. — *Ullius domus.* Nolo domorum habere maledicta, si quæ fuerint viduatæ necessitate bellorum. Lactant.

377. *Respectentque. Respectentve* unus Behot. Dan. omnes Barthiani, nonnulli, et Reg. B. *Respectentque* Petrens. alter Behot. et Reg. C habent. Ed. — *Respectentque truces obliquo lumine matres.* Filiorum desiderio mihi infestæ. Ut Horat. I, Od. 1, « Bellaqne matribus Detestata. » Valerius Flaccus, Argon. lib. I, vs. 648 et sqq. « miseris tu gentibus, Argo, Fata paras ; nec jam merito tibi, Tiphy, quietum Ulla parens volet Elysium, manesque piorum. »

378. *Optima conjux.* Petrens. et Venett. *obvia conjux ;* et sic etiam Exc. Cantab. pro v. l.

379. *Auditusque i. r. s. hunc ego Thebis.* « Versum in morbo cubare, ego de via medicus pronuntio ; sed destitutus a libris, Æsculapiis curandum relinquo. » Bern. — *Auditus.* A me scilicet, ut obtemperans primum : hoc dicit, ut intelligamus Polynicem ad Thebas ante ire voluisse, sed prohibitum se ab Adrasto queritur, ut prius legatio mitteretur. Artificiosa ergo conquestio est, quæ sic ait, ut in ultionem sui etiam nolentes ire compellat.

Hunc, germane, tibi jugulum, et tibi, maxime Tydeu,
Debeo. » Sic variis prætentat pectora dictis,
Obliquatque preces : commotæ questibus iræ
Et mixtus lacrimis caluit dolor : omnibus ultro
Non juvenum modo, sed gelidis et inertibus ævo
Pectoribus mens una subit, viduare penates,
Finitimas adhibere manus; jamque ire. Sed altus
Consiliis pater, imperiique haud flectere molem
Inscius : « Ista quidem Superis curæque medenda
Linquite, quæso, meæ : nec te germanus inulto

380. *Et tibi, maxime Tydeu.* Unus Behot. *hem tibi maxime.*

381. *Sic variis prætentat pectora dictis.* « In manuscripto optimo est, *perreptat*, illi alteri (*pertentat*) subscriptum. Melius alii *prætentat*. Barth. *Pertentat* habent Dan. Put. uterque Behot. *prætentat* cæteri codd. cum edd. Gevart. Grasser. Gronov.

382. *Obliquatque preces.* Id est, precibus prætentabat eos, qui ad latera ejus adstabant. Quidam explicant : *Obliquare preces*, est per ambages aliquid rogare, ut solent qui rem inhonestam, vel factu difficilem impetrare volunt. — *Commotæ.* Omnibus scilicet audientibus. — *Questibus.* Ejus, seu Polynicis scilicet.

383. *Et mixtus lacrimis caluit dolor : omnibus ultro.* *Commixtus lacrimis* optimæ Barthii membranæ. Idem Barthius pro *caluit* conjectabat *valuit.* Lactantius et edd. antiq. *ultra.* — *Et mixtus lacrimis caluit dolor.* Dolor injuriæ Polynici factæ lacrimas omnibus movebat, simulque ultionis ardore accensi sunt omnes. — *Omnibus ultro*, etc. Ita Polynices, dum astute simulat nolle auxilia, id egit, ut mereretur.

386. *Altus Consiliis.* Id est, βαθὺς, vel βαθυγνώμων. Ex eo dicta « profundæ mentis consilia « Quintiliano Declam. 18. Græci poetæ βυσσοδομεύειν. Translatum dicendi genus a cultu arvorum declarant Æscbyli de Amphiarao versiculi, ut observat Casaubonus : Βαθεῖαν ἄλοκα τῆς φρενὸς καρπούμενος, Ἐξ ἧς τὰ κεδνὰ βλαστάνει βουλεύματα. *Habens profundum sulcum mentis, ex quo præclara consilia florent.*

387. *Consiliis pater, imp. h. flect. molem. Consilii pater* unus Behot. Optimæ Barthii membranæ : *imperii deflectere molem Conscius.* — *Imperiique haud flectere molem Inscius.* Traductum ab arte seu equestri, seu nautica.

388. *Superis, curæque medenda Linquite, quæso, meæ.* In omnibus rebus primo recurrendum ad Deum : deinde tentandæ vires nostræ. — *Medenda.* Corrigenda, in melius reducenda. Barth.

389. *Nec te germanus inulto.* Dan. Put. Petav. *inulta;* quod receperunt Lindenbrog. et Cruc. sed Lang. Laur. omnes Barthiani et cæteri, *inulto.*

Sceptra geret : neque vos avidi promittere bellum.
At nunc egregium tantoque in sanguine ovantem
Excipite OEniden, animosque et pectora laxet
Sera quies : nobis dolor haud rationis egebit. »
  Turbati extemplo comites, et pallida conjux,
Tydea circum omnes fessum bellique viæque
Stipantur : lætus mediis in sedibus aulæ
Constitit, ingentique exceptus terga columna,
Vulnera dum lymphis Epidaurius eluit Idmon,
Nunc velox ferro, nunc ille potentibus herbis

390. *Neque vos avidi promittere bellum*. Unus Behot. *committere bellum*; in cæteris aliis : *promittere bellum* : alterum tamen non damnat Barthius : *promittite bellum* conj. Bernartius. — Reg. B, *neque nos avidi;* Reg. C nost. lect. exhibent. Ed.

391. *Tantoque in sanguine*. Qui summo suo discrimine nobis tot hostes cum magna sua gloria occidit, ut merito illum gloriantem audimus. Antiq. Schol.

392. *Excipite OEniden, animosque et pectora laxet*. Petrens. uterque Behot. alii, Regg. B et C, *animosque pectora laxet*. Ed.—Grasser. Amstel. Gronov. Barth. et Delph. *animosque et pectora*, unde nescio. — *OEniden*. Tydeum.

393. *Sera*. Id est, quæ tarde venit. — *Nobis dolor haud rationis egebit*. Id est, dolor, quem ex injuria facta Tydeo et injustitia Polynici recipimus, nihil extorquebit a nobis, quod non sit consentaneum rationi.

394. *Conjux*. Deipyle, scilicet.

395. *Fessum bellique viæque*. Pro, belloque viaque. Modus loquendi familiaris Nostro.

397. *Constitit, i. exceptus terga columna*. « Totum hunc versum non agnoscunt vetustissimæ membranæ nostræ. Et abesse potest, et conservari; hoc mihi magis placet. » Barth. — Reg. B, *terga columnæ;* Reg. C, *terga colupna* exhibent. Ed. — *Exceptus terga*. Hellenismus.

398. *Epidaurius Idmon*. Rég. B, *Epidarius;* Reg. C nost. lect. Ed. — *Epidaurus*. Civitas in Græcia, unde Æsculapius fuisse dicitur, medicinæ artis inventor : et bene perito medico illius civitatis tribuit gloriam, a qua inventor artis ipsius dicitur sumsisse principium. Adi Excursum. Ed.

399. *Nunc v. f. nunc ille potentibus herbis*. Behot. 1, et Put. *tepentibus herbis;* sed Behot. pro v. l. habet *potentibus*, sic quoque alii codd. cum edd. omnibus. — Reg. B, *tepentibus herbis;* Reg. C nost. lect. Ed. — *Nunc velox ferro*. Non ad asperitatem retulit, sed ad bene faciendum velocitate operis, dum aliquid resecatur. Horatius II, Sat. 3 : » Hunc medicus multum celer. » — *Nunc ille potentibus herbis*. Tunc temporis sola medicina consistebat in curatione vulnerum, ut testatur

Mitior; ipse alta seductus mente renarrat
Principia irarum, quæque orsus uterque vicissim,
Quis locus insidiis, tacito quæ tempora bello,
Qui contra, quantique duces, ubi maximus illi
Sudor, et indicio servatum Mæona tristi,
Exponit: cui fida manus, proceresque, socerque
Adstupet oranti, Tyriusque incenditur exsul.
Solverat Hesperii devexo margine ponti
Flagrantes Sol pronus equos, rutilamque lavabat

Cornelius Celsus lib. I, loquens de Podalirio et Machaone, qui secuti fuerant bello Trojano ducem Agamemnonem: « Quos tamen Homerus, ait, non in pestilentia, neque in variis generibus morborum aliquid attulisse auxilii, sed vulneribus tantummodo ferro et medicamentis mederi solitos esse, proposuit. » Medicamenta autem erant succi herbarum, quæ vulneribus inspergebantur. Vide Soteriis Gallici vs. 100.

400. *Alta seductus mente.* Hic commendat Poeta fortitudinem et constantiam animi Tydei; qui licet secaretur ab Idmone, succique herbarum suis vulneribus inspergerentur, quod fieri non poterat sine gravissimo dolore, tamen quasi in magno animo seductus a sensu doloris fuisset, narrabat, quieto animo, quidquid a se gestum fuerat.

401. *Principia irarum.* Id est, orationis suæ libertatem, vel quæ huic ab Eteocle responsa fuerunt. — *Uterque.* Tydeus ipse et Eteocles.

402. *Tacito quæ tempora bello.* Codd. Barthiani *et quæ et tempora.*

404. *Indicio servatum Mæona.* Vide vs. 690 et seq. libri præcedentis, huj. tom. pag. 244 et 245. En.

405. *Cui fida manus.* Aldd. Colin. Gryph. et Basil. *cui fida manu;* Lang. Laur. et recentt. *cui fida manus.* — *Cui fida manu Adstupet oranti.* Ita vulgati, corrupte, ut et cæco apparet. Verum ex manuscriptis et editione principe planissime emergit severitas, *cui fida manus:* scripsisse ita Papinium non dubitabit, qui rationem omnem nondum exuit, aut sensum. BERNART.

406. *Tyriusque incenditur exsul.* *Tyriusque accenditur* unus Behot. — *Tyrius exsul.* Polynices. — *Incenditur.* Ardore vindictæ et ultionis.

407. *Solverat H. devexo margine p.* Codex unus Barthii: *devexo in margine.* — *Solverat*, etc. Currum quatuor equis junctum tribuunt Soli poetæ, finguntque solem mergere se in Oceanum, et equos e curru solvere, ut requiescant. — *Devexo margine.* Inclinato in eam partem mundi, quæ de cælo in Oceanum mergitur: tota enim poetica descriptio translata est de Homero. Ille enim hanc schemam in Neptuni descriptione depinxit.

408, 409. *Lavabat Oceani sub fonte comam.* Ut detergeret sudorem. Sic Noster Achilleid. I, de

Oceani sub fonte comam, cui turba profundi
Nereos, et rapidis accurrunt passibus Horæ;
Frenaque, et auratæ textum sublime coronæ
Deripiunt: laxant roseis humentia loris
Pectora: pars meritos vertunt ad molle jugales
Gramen, et erecto currum temone supinant.
Nox subiit, curasque hominum, motusque ferarum

Achille et Castore: « Fumantesque genas crinemque novatur Fontibus; Eurotæ qualis vada Castor anhelo Intrat equo, fessumque sui jubar excitat astri. » — Claudian. I, in Prob. et Olybr. Cons. v. 3: « sparge diem meliore coma. » Id est, radiis illustrioribus. Conf. hunc locum, nost. edit. tom. I, pag. 99. Ed. — *Turba profundi Nereos.* Nereus Deus maris, Oceani et Tethyos filius, Nereidum pater ex Doride. Sumitur et pro mari. — *Turba Nereos.* Nereides.

410. *Et rapidis accurrunt passibus Horæ.* Horæ ministræ Solis, janitrices cæli. — *Rapidis passibus.* Ovidius, Met. II, 118: « Jungere equos Titan velocibus imperat Horis. » Et bene horas dat Soli comites, quum Sol motu suo tempus constituat, cujus partes breviores sunt horæ: nam tempus dividitur in sæcula, annos, menses, dies, horas. — *Rapidis passibus.* Quia nihil citius fluit horis.

411. *Textum sublime coronæ.* Coronam radiatam dant Soli poetæ.

412. *Laxant roseis humentia loris.* Optimæ Barthii membranæ, Put. et alii, *laxant calidis;* quod probat Barthius: Lang. Laur. et cæteri, *laxant roseis;* sic quoque ex codd. suis manuscriptis legit Dan. Heinsius ad Claudian. p. 3. — Reg. B, *laxant calidis umentia;* Reg. Cnost. lect. exhibent. Ed. — *Laxant roseis humentia loris Pectora.* Sil. lib. I, 578, de Aurora: « Roseasque movebat habenas. » Ad quem vid. not. nost. edit. tom. I, pag. 70. Ed.

413. *Meritos.* Bene *meritos,* post laborem, s. fatigatos. — *Jugales.* Equi Solis dicuntur Xanthus et Æthon: quorum nomina ponit Martialis, lib. VIII, ep. 21, vs. 7. Ovidius vero omnium quatuor equorum Solis nomina evidentius versibus suis demonstravit, dicens Met. II, 153 et seqq.: « Interea volucres Pyroeis, Eous, et Æthon, Solis equi, quartusque Phlegon hinnitibus auras Flammiferis implent, pedibusque repagula pulsant. »

415. *Nox subiit, curasque hominum.* Put. Petrens. Taurin. et uterque Behot. probante Lindenbrog. hoc receperunt Dan. Heinsius in Amstel. et nonnulli. *Nox subit, et curas hominum* Lang. Laur. et alii. Unus Behot. *curasque ferarum.* — *Motusque ferarum.* Scite, quod enim in homine, *curæ, motus* sunt in brutis. In libris optimo aliisque alia vox est, ut censeas ex magis peregrina fuisse deturpatam *soltusque ferarum.* Nihil mutamus: τὸ *motus* quidem et Behottiani libri sollicitant. Iterum dico nihil mutandum. Hæc sunt Barthii.

Composuit, nigroque polos involvit amictu.
Illa quidem cunctis, sed non tibi mitis, Adraste,
Labdacioque duci : nam Tydea largus habebat
Perfusum magna virtutis imagine somnus.
Et jam noctivagas inter Deus armiger umbras
Desuper Arcadiæ fines, Nemeæaque rura,
Tænariumque cacumen, Apollineasque Therapnas
Armorum tonitru ferit, et trepidantia corda
Implet amore sui : comunt Furor Iraque cristas,
Frena ministrat equis Pavor armiger : at vigil omni

416. *Nigro amictu.* Ob tenebras.

417. *Illa quidem c. s. n. tibi mitis, Adraste.* Reg. B, *Illa q. c. s. non tibi, Adraste;* Reg. C nost. lect. exhibent. Ed.

418. *Labdacioque duci.* Reg. B nost. lect.; Reg. C, *Lapdatioque duci* exhibent. Ed. — *Labdacioque duci.* Polynici a Labdaco proavo. — *Largus habebat somnus.* Virgil. Æn. III, 147 : « animalia somnus habebat. » Ovid. Met. VIII, 83 et seq. « Prima qnies aderat, qua curis fessa diurnis Pectora somnus habet. »

419. *Perfusum magna virtutis imagine.* Lipsian. et Venett. *magnæ virtutis.* — *Perfusum magna virtutis imagine.* Occupatam enim habebat mentem imagine magnarum rerum qnas fecerat : nnde gratissimus somnus post victoriam.

420. *Deus armiger.* « Rectius scripti *armifer ;* nam illnd satellitibns vocabulum attributum ; » Theb. IV, 653 : « armiferi Getæ. » Gron. — Reg. B, *armifer;* Reg. C, *armiger.* Ed.

421. *Desuper Arcadiæ fines, Nemeænque rura.* « In tertia voce dicas portentum aliquod delitescere. Scriptum enim in libro eximio est : *Desuper Arcadie Sine.* » Barth. — *Arcadiæ.* Arcadia pars Peloponnesi mediterranea. — *Nemeæaque rura.* Nemee regio silvaqne in Arcadia.

422. *Tænariumque cacumen.* Promontorium Lacooiæ, cujus descriptio habetnr initio libri secundi Theb. — *Apollineas Therapnas.* Urbs Laconiæ Therapnæ, Apollini sacra.

423. *Armorum tonitru ferit.* Desnper ferit, et quomodo ferit, ut non omnia pessumdederit. Fateor nunquam satis mihi probari hanc scripturam potuisse. At optime placet et vero vera est Papinii, quæ in optimo libro, *Armorum tonitru fremit,* cum nota, alios legere *furit.* Sed illud ut dixi Statii est. Barth. — Reg. B, *ferit,* et snprascriptum *fremit;* Reg. C, *fremit* habent. Ed. — *Armorum tonitru.* Silius, XIII, 9 : « concussa est Daunia tellus, Armorum tonitru. »

424. *Furor iraque.* Fiogit ministros Martis, Furorem et iram. De armis et insignibus Martis vide etiam Sil. Italic. IV, 430 et seqq. et ad hunc locum notata, nost. ed. tom. I, pag. 257. Ed.

425. *Pavor armiger.* Theb. VII,

Fama sono varios rerum succincta tumultus
Ante volat currum, flatuque impulsa gementum
Alipedum, trepidas denso cum murmure plumas
Excutit: urget enim stimulis auriga cruentis
Facta, infecta loqui, curruque infestus ab alto
Terga comasque Deæ Scythica pater increpat hasta.
Qualis ubi Æolio dimissos carcere ventos
Dux præ se Neptunus agit, magnoque volantes

168 : « Inde unum dira comitum de plebe Pavorem. » Ut quidquid sonuisset populis esset horrendum. Omnes terrores circa currum Martis fuisse Poeta scribit, imitatus Virgilium Æneid. XII, 336 : « Iræque, Insidiæque, Dei comitatus, aguntur. »

426. *Fama sono varios rerum.* Idem codex: *vanos rerum.* — *Fama.* Hujus descriptionem vide apud Virgilium, Æneid. IV, 174. — *Varios rerum succincta.* Succincta, ut expeditior esset ad volandum. — *Tumultus.* Tumultus dat pro veste famæ. — *Varios.* Quia famæ incertus auctor, et quia res non eodem modo referuntur, sed pluribus et diversis.

428. *Trepidus denso cum murmure plumas Excutit.* Hunc Nostri locum haud dubie respexit Claudianus qui, XXII, de Laudib. Stilich. lib. II, 408 sqq. « jam Fama loquacibus alis Pervolat Oceanum, linguis et mille citatos Festinare jubet proceres, etc. » Ad quem videsis notata; nost. edit. tom. I, pag. 698. Ed.

429. *Excutit: urget enim stimulis. Excitat, urget nam stimulis* unus Behot. *Excitat, urget enim* optimæ Barthii membranæ, quod ille probat. — *Stimulis auriga cruentis.* Bellona : nam Theb. VII, 73 : « regit atra jugales Sanguinea Bellona manu, longaque fatigat Cuspide. »

430. *Facta, infecta loqui.* Virgilius de eadem Æneid. IV, v. 190 : « Et pariter facta atque infecta canebat. »

431. *Terga comasque Deæ.* Unus Behot. *comamque Deæ.* — Hanc lectionem Reg. B, nostram Reg. C exhibent. Ed. — *Deæ.* Famæ. — *Scythica hasta.* Quia Scythæ bellicosi populi. — *Pater.* Mars.

432. *Qualis ubi Æolio dimissos.* Dan. Petav. uterque Behot. et nonnulli *demissos*; Petreus. Taurin. alii, cum edd. Gronov. Barth. et Delph. *dimissos.* — *Æolio carcere.* Æolius carcer antrum apud insulas Æolias, in quo fingunt poetæ ventos includi ac coerceri, nec eo exire, nisi imperio Æoli, quem Jupiter his regendis imposuit: hinc *Æolius carcer.* De Æoliis insulis vide Theb. I, 218, et notata ad hunc versum, hujusce tom. pag. 46. Vide et Virgilium Æneid. I, 51 sqq. in quo describit sedem ventorum. Ed.

433. *Dux præ se Neptunus agit, magnoque volantes.* *Trux præ se Neptunus agit* correxit Nic. Heinsius, et pro *volantes* ex optimis codd. legit *volentes*; quem vide ad Ovid. Met. II, 128. *Volentes* habent

Injicit Ægæo : tristis comitatus eunti
Circum lora fremunt, nimbique hiemesque profundæ,
Nubilaque et vulso terrarum sordida fundo
Tempestas : dubiæ motis radicibus obstant
Cyclades : ipsa tua Mycono, Gyaroque revelli,
Dele, times, magnique fidem testaris alumni.
Septima jam nitidum terris Aurora Deisque
Purpureo vehit ore diem, Perseius heros

quoque Petrens. Exc. Cautab. et Reg. B; nost. Reg. C lectionem. Ed. — *Neptunus.* Saturni filius, cui in divisione orbis terrarum inter Jovem, Neptunum, et Plutonem, Saturni filios, facta, maris imperium sortito obtigit.

434. *Injicit Ægæo : tristis comitatus eunti.* « Distinctio læsa in omnibus quæ apud nos sunt, et magnidicos etiam correctores habuerunt, editionibus. Scribe : *Injicit Ægæo. Tristis comitatus eunti; Circum lora fremunt,* etc. » Barth. — Reg. B, *Incitat* et suprascriptum *injicit;* Reg. C nost. lect. Ed. — *Injicit Ægæo.* Ægei fabula, patris Thesei, et apud Virgil. bene comperta est. Ex cujus nomine, quod se propter Theseum in mare præcipitaverat, id pelagus Ægæum sit appellatum. Lactant.

436. *Nubilaque et vulso.* « Placet hæc lectio (*et vulso*), neque admittimus corrigentes libros *evulso;* licet sic ante aliquot jam sæcula citaverit etiam Joannes Boccatius, de Geneal. Deor. lib. X, cap. 1. » Barth. — *Sordida.* Ob lutum hinc evulsum.

438. *Cyclades : ipsa tua Mycono. Mycone* Dan. Put. omnes Barthiani et alii. *Mycono* uterque Behot. codd. manuscripti Gron. Petr. et veterrima Heinsii exemplaria; quem vide ad Ovid. Heroid. Epist. XX, 81. — *Ipsa tua,* etc. De hoc loco conf. notata ad Carm. Petronii de Delo, Poet. Lat. Minor. nostræ ed. tom. IV, pag. 541 et 542. Hic videsis quæ de hac insula et Petronius, et Noster, et Seneca, Agamemn. v. 368, cecinerunt, expressa ex Virgil. Æneid. III, 73 et sqq. « Sacra mari colitur medio gratissima tellus, etc. » Adi Excursum. Ed.

439. *Magnique fidem testaris alumni.* Qua promiserat Apollo te stabilem et immotam fore, quum prius errares, et fluctuares, ut jam diximus. — *Alumni.* Apollinis, qui in Delo natus et educatus est.

440. *Septima jam n. t. Aurora Deisque.* « Valde suspecta mihi hæc scriptio; non quia peccet sententia, sed quia sic insolens loqui poetarum natio, reverentior Deorum supernorum plerumque, quam ut ita nude rerum usum communicet cælo et terræ. Auget suspicionem liber magnorum meritorum, in quo absurde ob sequentia, scriptum tamen ideo *diesque* videtur, ut indicium sit dubiam et jam tum inquinatam fuisse vocem istam. » Barth. — *Septima Aurora.* Ex quo scilicet Tydeus reversus erat.

441. *Perseius heros.* Adrastus a

Quum primum arcana senior sese extulit aula,
Multa super bello generisque tumentibus amens,
Incertusque animi, daret armis jura, ferosque
Gentibus incuteret stimulos, an frena teneret
Irarum, et motos capulis adstringeret enses.
Hinc pacis tranquilla movent, atque inde pudori
Fœda quies, flectique nova dulcedine pugnæ
Difficiles populi : dubio sententia tandem
Sera placet, vatum mentes, ac provida veri
Sacra movere Deum : solers tibi cura futuri,

Perseo, qui Argis imperavit, sic dictus. Observandum est autem Papinium hunc morem habere, ut frequenter denotet easdem personas, nondum cognitis prænominibus, ut nunc Adrastum designat per *Perseium heroa*.

443. *Multa super b. g. tumentibus amens.* Put. *generisque timentibus.* « In optimo codice glossa est : « *amens*, cogitans. » Sed quum eas membranas attentius inspicio, video primitus scriptum fuisse *ærens;* quod expositum antiquitus fuit. Sane τὸ *amens*, eraso altero, quod *hærens* fuit, a recentiore manu superinductum est. » Barth. — *Generis tumentibus.* Id est, vehementer iratis. Alter enim, ut Tydeus, flagrabat cupiditate vindictæ : Polynices vero ardore recuperandi imperii. — *Amens.* Liber optimus apud Gronovium : *anjens.* An fuit *angens?* et dixit intellecto τῷ se, quum et « angor animi » dicamus?

444. *Incertusque a. d. a. j. ferosque.* Petrens. Dan. Put. unus Behot. alii, et Regg. B et C, *novosque;* alter Behot. optimique codd. Gronovii, cum edd. recentt. *ferosque.* Eo. — *Daret armis jura.* Solius enim est regis dare jus armis, seu arma approbare, nullusque in ejus regno arma potest capere sine illius permissu, absque perduellione.

446. *Et motos capulis.* Barthii membranæ : *motos scapulis.*

447. *Atque inde pudori.* In eodem codice legitur : *ast inde pudori.* — *Pudori.* Post tot receptas ab Eteocle injurias.

448. *Flectique nova.* Put. *flectique novæ.* — *Flectique nova dulcedine pugnæ Difficiles populi.* Nam supra huj. lib. v. 423 et seqq. « trepidantia corda » impleverat « amore sui Mars. »

451. *Sacra movere Deum.* Veteres religiosi nihil, domi seu foris, militia seu pace, suscipiebant, quod esset alicujus momenti, nisi prius Deos consulerent, aut oraculis, auspiciis, ac extis victimarum, aut alio demum modo, quo mentem suam hominibus patefacere credebant. Hinc oracula, auspicia, et exta victimarum. — *Provida veri.* Quia his veritatem rerum futurarum detegere Veteres putabant. Homerus : Ἀλλὰ πρῶτα θεῶν εἰρώμεθα βουλάς. *Sed prius consulamus mentem Deorum.*

Amphiarae, datur, juxtaque Amythaone cretus,
Jam senior, sed mente virens Phœboque Melampus
Associat passus : dubium cui dexter Apollo,
Oraque Cyrrhæa satiarit largius unda.
Principio fibris pecudumque in sanguine Divos
Explorant : jam tum pavidis maculosa bidentum
Corda negant, diraque nefas minitantia vena.

452. *Amphiarae d. juxtaque A. cretus.* Unus Behat. *justaque Amythaone cretus.* « In manuscripta una minorum gentium legitur : *Aminthore cretus* : ineptе. » Barth. — *Amphiarae.* Amphiaraus celeberrimus vates Thebanus, de qua jam sæpius diximus, et dicemus postea.

453. *Sed mente virens.* Reg. B, *sed mente viret* ; Reg. C nast. lect. exhibent. Ed. — *Melampus.* Nobilis augur, Amythaanis et Idotheæ filius, elaruit augurio, et arte medica. Tibull. lib. IV, Carm. I, 121 : « Queis Amythaanius nequeat certare Melampus. » Ad quem lacum videsis natata ; nost. edit. p. 259. Ipsi templa erecta, festaque sollemnia, et sacrificia instituta fuisse refert Pausanias lib. I. Herodotus scribit eum intulisse in Græciam cultum et orgia Liberi Patris. Hunc subita vatem factum narrat Apolladarus, lib. I Bibliathecæ, quem vide. — Adi etiam Excurs. ampliora invenies. Ea.

454. *Associat passus : d. c. dexter Apollo.* Optimæ Barthii membranæ : *Associat passum.* Unus Behot. *pranus Apollo.* — Hanc lect. Reg. B; nostram Reg. C exhibent. Ed. — *Associat passus.* Id est, dedit vaticinandi scientiam ; et est sensus : Dubium erat utrum Amphiarao, an Melampo, pronus Apolla magis esset, vel cujus ora potius satiasset unda Cyrrhæa : hac autem, quia nobilis uterque divinandique peritus. Lactant.

455. *Oraque Cyrrhæa satiarit.* *Omniaque cyrrhæa sociaret* in altero Behat. parra τὸ *que* expunctum fuerat. — Reg. B, *Oraque Chirrhea,* etc. Reg. C, *Oraque Cirrea satiavit* exhibent. Ea. — *Cyrrhæa unda.* Per *Cyrrhæam undam* intelligit farsan fantem Castalium, cujus aquæ fatidicæ erant, et vocat *Cyrrhæam undam*, quia Cyrrha, ubi erat etiam araculum Apollinis, non procul hoc fante sita erat.

456. *Principio fibris.* Adi Excursum ad calcem hujus libri. Ed.

457. *Maculosa.* Behot. 2, *animosa* ; suprascriptum vero, *maculasa* : aptimæ Barthii membranæ : *jam cum pavidis maculosa.* — *Maculosa.* Si exta *maculosa* erant, vel pallida, vel tristia, vel nan integra, portendebant Deas iratos esse. Si vero læta, vigentia et integra, significabant Deas esse placatos : hæque vocabant veteres καλλιερεῖν.

458. *Corda negant, diraque nefas minitantia vena.* In eadem codice Barth. *Corda nefas, diraque negant minitantia vena.* — Reg. B, *Carda negant, dirasque nefas minitantia venas* ; Reg. C nost. lect. præbent. Ed. — *Minitantia vena.* Di

Ire tamen, vacuoque sedet petere omina cælo.
Mons erat audaci seductus in æthera dorso,
Nomine Lernæi memorant Aphesanta coloni,
Gentibus Argolicis olim sacer: inde ferebant
Nubila, suspenso celerem temerasse volatu
Persea, quum raptos pueri perterrita mater
Prospexit de rupe gradus, ac pæne secuta est.
Huc gemini vates sanctam canentis olivæ
Fronde comam, et niveis ornati tempora vittis
Evadunt pariter: madidos ubi lucidus agros

vinantia exta negaverant bonum exitum futurum esse bellorum.

459. *Omina*. Hic abusive pro auguria. Ut Ovidio, Amor. III, 12, 2: « tristia... omina... concinuistis aves. » — *Vacuo cœlo*. Excelsa enim loca petebant augures, ne quid adspectum probiberet: unde *vacuum cœlum*.

460. *Audaci*. Bene *audaci*, quod propius cælo ausus esset insurgere: quo summam hujusce montis altitudinem designat. Virgilius, Æn. I, 162: « geminique minantur In cœlum scopuli. »

461. *Nomine Lernæi*, etc. Adi Excurs. ad calcem hujus libri. Ed.

463. *Temerasse*. Id est, violasse. Quia sibi vindicabat Perseus, quod homini natura non concedit, nimirum volare.

464. *Quum raptos*. Reg. B, *quum raptus*. — *Pueri*. Persei; nam admodum juvenis erat, quum expeditionem adversus Gorgonas suscepit. Berald. — Puerili ætate nactum esse enim Equum dicit. Alii scribunt ante Perseum Bellerophontis fuisse. Vetus. Scholiast. — Pegasum navem fuisse, cujus ope multa loca adierit Perseus, suspicantur Palæphatus et Fulgentius. Barth.

465. *Pæne secuta est*. Perseum Danae mater: et mire temperavit sensum, et sollicitudinem caræ matris expressit. Lactant.

466, 467. *Huc*. Reg. B, *Hunc*; Reg. C nost. lect. Ed. — *Gemini vates*. Amphiaraus et Melampus. Hic notandum altiora loca augures adscendere solitos auguriis captandis. Et Romæ in Capitolio erat auguratorium, de quo Pub. Victor, vel auguraculum Festo. Vide Livium, Decadis primæ lib. I, ubi agit de Numa rege creando. — *Sanctam canentis olivæ Fronde comam, et niveis ornati tempora vittis*. Sic Theb. II, 99: « glaucæque innexus olivæ Vittarum provenit honos. » Ad quem videsis notata; huj. tom. pag. 169. Ed. Et lib. IV, 217, de eodem Amphiarao in aciem eunti: « frondenti crinitur cassis oliva, Albaque puniceas interplicat infula cristas. » Augures enim et vates candidas infulas ramo olivæ innexas gerebant.

468. *Madidos ubi lucidus agros*. « Sic scribendum (*ubi lividus*) cum omnibus nostris codicibus: et suadet glossa: « *lividus*, nondum flavus, albior adhuc luce. » Non

Ortus et algentes laxavit sole pruinas.
Ac prior OEclides solita prece numen amicat :
« Juppiter omnipotens, nam te pernicibus alis
Addere consilium, volucresque implere futuri,
Ominaque, et causas cælo deferre latentes
Accipimus : non Cyrrha Deum promiserit antro
Certius, aut frondes lucis quas fama Molossis
Chaonias sonuisse tibi : licet aridus Hammon
Invideat, Lyciæque parent contendere sortes,

erat librariorum talia posse affingere auctoribus. Alia « lux maligna » apud Virgilium, quæ verbo tamen isti Papinianæ nonnihil consentiat. » Barth. — *Madidos ubi lucidus agros Ortus*, etc. Hinc discimus prima luce auguria capi solita. Ut et narrat Valerius Maximus de T. Graccho, qui quum ad res novas pararetur, auspicia prima luce petiit : quæ illi perquam tristia responderunt.

469. *Et algentes laxavit.* Dan. Petav. et Cruc. *lavavit sole;* Lang. Laur. et cæteri, *laxavit sole.*

470. *OEclides solita prece. Æclides solitum prece* Put. et Reg. B. *Æclides solita prece* Dan. Petav. et alii. *OEclides* Gevart. Gron. Barth. et Delph. Ἀμφιάραος Οἰκλέους Apollodor. lib. III. Vide Hygin. cap. 70 et 128. — *OEclides.* Amphiaraus, OEclei filius. — De verbis *amicare* et *inimicare* vide quæ notavimus ad v. 419 lib. II Thebaid. hujusce tom. pag. 212 et seq. Ed.

471. *Nam te pernicibus*, etc. Adi Excursum ad calcem huj. lib. Ed.

473. *Ominaque et causas c. d. latentes.* « In uno alteroque codice male legitur : *casusque latentes.* » Barth. — Reg. B, *omniaque*, etc. Reg. C nostram lect. exhibent. Ed.

474. *Non Cyrrha Deum promiserit antro certius.* In Cyrrha enim, ut jam supra v. 455 diximus, erat celebre oraculum Apollinis. — *Certius.* Supple, quam auguria.

475. *Aut frondes lucis quas fama Molossis, Chaonias sonuisse tibi.* Innuit Oraculum Dodonæum Jovis antiquissimum in Epiro, quæ et Molossia et Chaonia vocata fuit. Vide supra not. ad v. 203. — *Frondes.* Quercus, in quibus columbæ oracula reddebant. Virgil. Georg. II, 16 : « atque habitæ Graiis oracula quercus. » — *Tibi.* Quia hoc oraculum Jovis erat.

476. *Aridus Hammon.* Intelligit oraculum Jovis Hammonis in Africa. Vide Q. Curtium et Herodotum de hoc oraculo. Dicitur *aridus*, quia situm erat hoc oraculum in aridis et siticulosis locis. Vide Exc. Ed.

477. *Lyciæque parent contendere sortes.* Respicit ad oraculum Apollinis, quod erat apud Pataram urbem Lyciæ. — *Sortes.* Quia oracula etiam per sortes dabantur. Duo enim erant oraculorum genera, ut ex Ciceronis de Divinatione lib. II colligimus; unum, quod a furentibus profundebatur, ut Pythia nu-

Niliacumque pecus, patrioque æqualis honori
Branchus, et undosæ qui rusticus accola Pisæ
Pana Lycaonia nocturnum exaudit in umbra.
Ditior ille animi, cui tu, Dictæe, secundas
Impuleris manifestus aves: mirum unde, sed olim
Hic honor alitibus: superæ seu conditor aulæ
Sic dedit, effusum Chaos in nova semina texens;

mine Apollinis correpta: alterum, quod æquatis et paribus sortibus e sitella vel urna ducebatur. Habebant enim sortes certis quibusdam sententiis, obscuris tamen, notatas: quarum quædam felicitatem, quædam calamitatem denuntiabant, aut alia ejusdem generis. Nobiles Prænestinæ sortes, Tiburtinæ, et Antiatinæ, ac Patavinæ. Sortes et captabantur tesseris, talisve jactatis, et ex tesserarum superficie de eventu judicabant. Hinc ad Buram, Achaiæ oppidum, oraculum Herculis fuit, ex talis abacoque constitutum. Talos enim in consultationibus oraculorum adhiberi solitos probat ἀστραγαλομάντεων appellatio. Cæterum ex Servio discimus Apollinem annuatim continuos sex menses apud Lydios, totidemque in Delo percontantibus oracula reddere solitum.

478. *Niliacumque pecus*, *p. æ. honori*. Reg. B, *honore*; Reg. C nost. lect. exhibent. Ed. — *Niliacumque pecus*. Apim dicit taurum lunatum Isidis, qui Ægyptiis motu corporis sui et quibusdam signis futura prædicit, qui Memphis nascitur. Lactant. — Vide Excurs.

479. *Branchus*, et *undosæ qui*, etc. « Nostri codices: *undosæ Pisæ*; nec audiendi qui malunt *umbrosæ*, licet et ipsi bona ratione nisi. » Barth. Vide Andreæ Schotti Obss. lib. II, cap. 9. — De Branchu vide notata ad Excursum præcedentis versus, et de his: *undosæ qui rusticus accola Pisæ*, etc. adi notam 479, ad calcem hujusce libri. Ed.

480. *Pana Lycaonia*. Reg. B *Pana Lycaoniæ*; Reg. C nost. lect. præbent. Ed. — De hoc loco vide notata ad Claudian. I, in Prob. et Olybr. Cons. v. 22; nost. ed. t. I, p. 102. Ed.

481. *Ditior ille animi*. Id est, ille plenius veritatem discit. — *Dictæe*. Juppiter dictus fuit Dictæus, a Dicte monte, et antro Cretæ, in quo altus esse dicitur. Virgilius, Georg. IV, 152: « Dictæo cæli Regem pavere sub antro. »

482. *Mirum unde, sed olim*. Unus Behot. *sic olim*. — Reg. B, *sed olis*; Reg. C nost. lect. habent. Ed. — *Mirum unde*. Supple, est, seu contigit.

483. *Hic honor alitibus*. Idem codex Behot. *Sic honor alitibus*. — De huc loco vide Excurs. ad calc. huj. lib. Ed.

484. *Sic dedit*, *effusum*, etc. Optimæ Barthii membranæ in margine exhibent: « *effossum* vel *effusum*. » — Reg. B, *offusum* exhibet. Ed. — *Chaos*. Sic antiqui vocabant rudem et inconditam in se rerum omnium confusionem, quam semper fuisse

Seu quia mutatæ, nostraque ab origine versis
Corporibus subiere Notos; seu purior axis,
Amotumque nefas, et rarum insistere terris
Vera docent: tibi summa, sator terræque Deumque,
Scire licet: nos Argolicæ primordia pugnæ,
Venturumque sinas cælo prænosse laborem.
Si datur, et duris sedet hæc sententia Parcis
Solvere Echionias Lernæa cuspide portas;
Signa feras, lævusque tones: tunc omnis in astris
Consonet arcana volucris bona murmura lingua.

credebant, et undequaque dispersam, Deumque omnia digessisse, ac in ordinem, quem habere debebant, disposuisse, elementa singula suo loco collocasse, ac viribus dotibusque propriis donasse. — *In nova semina*, Id est, in novas formas, seu res.

485. *Seu quia mutatæ, nostraque ab origine*, etc. Primam causam honoris, quem habebant aves prædicendi futura, attribuit auctori formæ mundi, qui quum ex Chao omnia digereret, hunc honorem voluit dare avibus. Secundam hic causam hujusce honoris avibus tributi adducit Poeta, nimirum, quod quondam homines fuerint, qui in aves mutati.

486. *Seu purior axis, Amotumque nefas, et rarum insistere terris*. Tertiam demum causam honoris hujus avibus concessi adsignat, quod aves vivant in puriori aere, et raro insistant terris, quæ nefastæ sunt, et sceleribus hominum contaminatæ.»

488. *Tibi summa, sator*, etc. Regg. B et C, *tibi, summe sator*, exhibent. Ed.

492. *Solvere Echionias Lernæa cuspide portas*. *Solvere E. L. c. Thebas* in eodem codice. «Ita sane scripsisse Papinium credimus.» Barth. — *Echionias*. Thebanas. — *Lernæa*. Argolica.

493, 494. *Lævusque tones*. Id est, ad lævam. Quod prosperum erat signum: Romanis enim fulmina tonitruaque a læva venientia in bonum omen accipiebantur. Sic Virgilius Æneid. II, 693, loquens de ostento prospero, quod a Jove datum est Anchisi, ait: «Intonuit lævum.» Cicero etiam de Divinatione lib. II, citat ad hoc propositum hunc Ennii versum: «Quum tonuit lævum bene tempestate serena.» Quod et Plinius confirmat lib. II, cap. 54: «Læva prospera existimantur, quoniam læva parte mundi ortus est.» Et hoc, quia augures auguria capientes vultus ad Meridiem convertebant, sicque ad sinistram habebant Orientem. De quibus ampliora legere si velis, adi notata ad versum 698 Sen. Thyest. nost. edit. tom. I, pag. 289 et 290. Ed. — *Tunc omnis in astris Consonet arcana volucris bona murmura lingua*. In capiendis auguriis non solum observabatur avium volatus, sed etiam garritus seu κλαδισμὸς,

Si prohibes, hic necte moras: dextrisque profundum
Alitibus prætexe diem. » Sic fatus, et alto
Membra locat scopulo: tunc plura ignotaque jungit
Numina, et immensi fruitur caligine mundi.
Postquam rite diu partiti sidera, cunctas

et hæ aves quæ ure canentes auguria faciebant, *oscines* vocabantur auctore Festo. Augurinm enim dictum ab avium garritu.

495. *Dextrisque profundum Alitibus prætexe diem.* Videtur hic Papinius innuere velle signa a dextra venientia dira ac infausta esse. Hoc tamen generaliter verum non est, ut patet ex Cicerone, de Divinatione lib. II, c. 38 ubi clare dicit: « Cur aliis a dextra, aliis læva datum est avibus, ut ratum auspicium facere possint? » Et lib. I, « Cur a dextra corvus, a sinistra cornix ratum faciat. » Quæ ultima Ciceronis verba confirmantur ab hoc loco Plauti Asinaria, act. II, sc. 1, 12: « Picus et cornix est ab læva; corvus porro a dextra Consuadent. » Et apud Suetonium legimus in Vitellio volatum Aquilæ a dextra fuisse boni ominis: « Præmisso, ait cap. IX, agmini lætum evenit auspicium, si quidem a parte dextra repente aquila advolavit. »

496. *Sic fatus, et alto.* « Scribe cum libro principe: *sic fatur, et alto.* » Barth. Ita quoque ex manuscriptis legit Dan. Heins. ad Claudian. Rufin. II, 362. — *Et alto Membra locat scopulo.* Id est, sedet. Augures enim sedentes auguria capiebant. Vide Livium, lib. I in Numa.

497. *Membra locat scopulo. Membra levat* unus Behot. ut ex codd. suis legit Dan. Heinsius ad Claud. l. l. « In minus integro libro scribitur: *ignotaque fundit*, cum glossa, *recitat.* » Barth. — *Tunc plura ignotaque jungit Numina.* Achilleid. I, 139: « ubi ignotis horrenda piacula Divis, Donaque. » An vero per *ignota numina*, seu ignotos Deos, intelligit Papinius Deos patrios Indigetes? Nam ut veri Dei nomen ineffabile dicitur, et illud proferre grande piaculum semper Judæis habitum, ita et Indigetes Dei apud Gentiles habiti, quorum nomina indigitare non liceret, quasi per *ἀντίφρασιν* ita vocati. Festus: « Indigetes Dii, quorum nomina vulgari non liceret. » Eadem Apollonius Rhodius, lib. I. Indigetes ita sunt, quorum nomina non dicata et iguota sunt. Hinc etiam *ἀγνώστους θεοὺς* dixisse patrios et indigetes videntur Athenienses, non autem peregrinos et ignotos prorsus, ut plerique credunt.

498. *Et immensi fruitur caligine mundi.* Quia, quidquid hominibus non patet, solus videbat.

499. *Postquam r. d. p. sidera, cunctas.* Unus Behot. *cunctis;* alter Behot. *cuncta.* — Hanc lectionem Reg. B, nostram Reg. C exhibent. — *Postquam rite diu partiti sidera*, etc. Augures solebant dividere seu partiri cælum in quatuor præcipuas partes, et has designabant lituo (qui erat baculus sine nodo aduncus), et eis dabant hæc nomina, ut prima pars versus quam con-

Perlegere animis, oculisque sequacibus auras,
Tunc Amythaonius longo post tempore vates:
« Nonne sub excelso spirantis limite cæli,
Amphiarae, vides, cursus ut nulla serenos
Ales agat? liquidoque polum complexa meatu
Pendeat? aut fugiens placabile planxerit omen?
Non comes obscurus tripodum, non fulminis ardens
Vector adest, flavæque sonans avis unca Minervæ,
Non venit auguriis melior: quin vultur, et altis

versi erant diceretur antica, posterior postica: item dextra et sinistra, anctore Varrone lib. VI de Lingua Latina, et Servio ad Eclogam IX, Virgilii. Vide et Plinium Hist. Nat. lib. II, cap. 54.

501. *Amythaonius vates.* Melampus. — Vide snpra not. ad v. 453.

502. *Nonne sub excelso. Magna sub excelso* unus Behot. — *Spirantis limite cæli.* Id est, limite cæli a quo flat ventus. Plutarchus tamen in Quæstionibus Rom. dicit captatum anguriis tempus quo venti non flarent. De hoc loco vide a Marklando notata ad Silv. IV, 1, 45; nost. ed. tom. I, pag. 417. En.

503. *Cursus ut nulla serenos Ales agat.* Avium, quæ volatu auguria faciebant, aliæ vocabantur *præpetes*, Homero τανυπτέρυγες, quæ altius volabant; aliæ *inferæ*, quæ humilius.

504. *Liquidoque pol. complexu meatu.* In nonnullis *complexa volatu.* — *Polum complexa meatu.* Claud. I, in Prob. et Olybr. Cons. v. 1, « mundum complexus habenis, » ad quem locum videsis notata; nost. edit. tom. I, pag. 98.

505. *Planxerit omen.* Priores editiones habent *plauserit.* Sed Gronovius affirmat omnes codices MSS. habere *planxerit*, et dicit *plangere* esse verbum medium, nec semper spretum in lætarum rerum descriptione. Catullus in Argonauticis, ubi Bacchi comitatum describit, Carm. LXIV, 261: « Plangebant aliæ proceris tympana palmis; Aut tereti tenues tinnitus ære ciebant. » Ed.

506. *Non comes obscurus tripodum.* Adi Excursum ad calcem hujusce libri. Ed.

507. *Vector adest. Victor adest* Aldd. Colin. Gryph. et Bas. *Vector adest* omnes codd. cum Venett. Rom. et edd. recentt. *Vector ades* Plant. Lindenbr. Cruc. et Gevart. — *Flavæque sonans avis unca Minervæ.* Noctua Minervæ sacra. Quia hujus avis tanquam consultissimæ volatus auspicatus esse dicitur, et boni ominis, atque in signum victoriæ acceptus. Aiunt enim ante pugnam illam Marathoniam visam noctuam, quæ Atheniensium exercitum pervolitaret. — *Unca.* Ob uncos ungues. Adi Excursum ad calcem hujus libri. Ed.

508. *Non venit auguriis melior: quin vultur et altis.* Dan. Put. uterque Behot. omnes Barthiani, et

Desuper accipitres exultavere rapinis.
Monstra volant, diræ strident in nube volucres,
Nocturnæque gemunt striges, et feralia bubo
Damna canens; quæ prima Deum portenta sequemur?
Hisne dari, Thymbræe, polum? simul ora recurvo
Ungue secant rabidæ, planctumque imitantibus alis
Exagitant Zephyros, et plumea pectora cædunt. »
Ille sub hæc: « Equidem varii, pater, omina Phœbi

nonnulli, *melior quam vultur;* Lang. Buslid. Lipsian. Petrens. et edd. recentt. *melior; quia vultur* « Non opus est emendatione viri doctissimi Thomæ Demsteri, legere cupientis : *melior; sed vultur.* Res enim et sic clara est. Nostri nihil mutant, neque nos. » BARTH. — De hoc loco plura legere si velis, adi Excursum. ED.

510. *Diræ strident in nube volucres.* Dan. Put. Lindenbr. et Cruc. *diras strident.* — Reg. B, *diræ stridunt;* Reg. C nost. lect. habent.

511. *Nocturnæque g. s. et f. bubo.* « Sunt duo apud nos libri qui voculam *et* in hoc versu non agnoscunt. » BARTH. — *Feralia bubo.* Quum filiam suam Ceres raptam a Dite comperisset, conquesta a Jove impetravit, ut ei filia redderetur, ita tamen si nihil apud Inferos gustavisset, et quum in eo fuisset ut matrem filia sequeretur, Ascalaphus, qui apud Inferos erat, dixit Proserpinam in pomario Ditis e mala punico gustavisse tria grana. Indignata Ceres convertit Ascalaphum in bubonem. LACTANT. — De hoc loco ampliora legere si velis adi Excursum ad calcem hujusce libri. ED.

512. *Portenta sequemur?* Dan. et Put. *portenta sequamur.* Hanc quoque lectionem Regg. B et C exhibent. ED.

513. *Hisne dari.* Indignatio vatis senioris in numina, quod patiantur regnare per apertum æthere rem tam diras avium cohortes, quum meliora speraverint omnia, justa, ut videbatur, causa bellum gesturi. Vet. Schol. — *Thymbræe.* Nescio cur hic Thymbræi seu Apollinis mentionem faciat, quum supra Jovis auguria dixerat. — *Simul ora recurvo Ungue secant.* Hoc facere solent illæ aves, quum famelicæ et impastæ sunt.

515. *Exagitant Z. et plumea pectora cædunt.* Unus Bebot. *et pectora plumea cædunt.* — *Zephyros.* Zephyri hic pro quibuslibet ventis. — *Exagitant Zephyros.* Auras, aerem; ut modo *Notum* dixit. Poetis *aer*, et eum commoventes *venti*, seu potius motu suo aer ventos faciens; pro eadem re usurpatur. Sic Theb. I, 293: « Portantes præcede Notos, Cyllenia proles. »

516. *Ille sub hæc: E. v. pater, omina Phœbi.* « In scripto optimo codice est: *Ille subit.* Librarios fefellisse existimo ultimæ syllabæ proportionem. » « Inscite, *omina Phœbi.* Vera scriptio præstantissimi libri: *omina cœli.* » BARTH. — *Varii.* Ob ambiguitatem oraculorum.

Sæpe tuli; jam tunc prima quum pube virentem
Semideos inter pinus me Thessala reges
Duceret; hic casus terræque marisque canentem
Obstupuere duces; nec me ventura locuto
Sæpius in dubiis auditus Jasone Mopsus:
Sed similes non ante metus, aut astra notavi
Prodigiosa magis; quanquam majora parantur.
Huc adverte animum : clara regione profundi
Ætheros, innumeri statuerunt agmina cycni:
Sive hos Strymonia Boreas ejecit ab Arcto,

517. *Jam tunc prima quum pube virentem*, etc. De hoc loco ampliora legere si velis, adi Catalogum Argonautarum ex Argonauticis et aliis scriptoribus a Burmanno collectum; nost. Valer. Flacc. tom. II, p. 336 et seq. Ed.

518. *Semideos: pinus* me *Thessala*. In quibusdam scriptis: *puppis me Thessala*. Cf. Achill. I, 156, et Theb. V, 337. — *Semideos reges*. Designat Argonautas, quorum plerique filii Deorum, cæteri vero originem a Diis trahentes. — *Reges*. Non quia omnes regiam dignitatem haberent, sed quia eos regibus ardens æquabat virtus. —*Pinus Thessala*. Navis Argo fabricata in Thessalia, quo vecti Argonautæ duce Jasone. — *Pinus*. Quia naves plerumque ex pinu conficiuntur. Etiam *pinus Thessala* Nostro Achilleid. I, 156, et Senecæ Medea, act. II, vs. 335 et seq. « Bene dissepti fœdera mundi Traxit in unum Thessala pinus. »

519. *Hic casus*. Unus Behottii *hi casus* exhibet.

521. *Auditis Jasone Mopsus*. « Scribendum cum illis præclaris membranis, *Jasoni*. » Barth. — *Jasone*. Jason Æsonis, regis Thessaliæ, filius, dux Argonautarum. Hunc, quum Pelias, qui fratri Æsoni in regnum Thessaliæ successerat, suspectum ob virtutem haberet, laudisque avidum cerneret, ad expeditionem Colchicam incitavit: quo comperto omnis flos juventutis Græcæ ad Jasonem confluit, operamque ei pollicetur. Fabricata igitur navi, quæ ab architecto Argo vocata est Argo, mari se commiserunt, appulsique Colchos, vellus aureum, quod erat scopus suæ navigationis, retulerunt. — *Mopsus*. Vates celeberrimus, Ampici et Chloridis filius, unus ex Argonautis. Mopsuestiam et Mopsacrenen urbes in Cilicia fertur condidisse.

523. *Quanquam majora parantur*. Unus Behot. *majora sequantur*. — *Quanquam majora parantur*. Id est, majora video, quam timemus. Lucanus, Phars. I, 635: « Sed venient majora metu. »

525. *Ætheros, i. statuerunt agmina Cycni*. *Ætheris* codd. et edd. omnes ante Gronovium. Alter Behot. cum nonnullis Barth. *sociarunt agmina*.

526. *Strymonia*. A Strymone flu-

Seu fœcunda refert placidi clementia Nili.
Fixerunt cursus : hac rere in imagine Thebas :
Nam sese immoti gyro, atque in pace silentes,
Ceu muris, valloque tenent : sed fortior ecce
Adventat per inane cohors : septem ordine fulvo
Armigeras summi Jovis exsultante caterva

vio Thraciæ. — *Ejecit.* Nam Cycni inter aves abeuntes numerantur, ut grues, ciconiæ, hirundines, coturnices. Plinius lib. X, cap. 23 : « Simili, ait, anseres quoque et olores ratione commeant; sed horum volatus cernitur : liburnicarum more rostrato impetu feruntur, facilius ita findentes aera, quam si recta fronte impellerent; a tergo sensim dilatante se cuneo porrigitur agmen, largeque impellenti præbetur auræ : colla imponunt præcedentibus: fessos duces ad terga recipiunt. »

527. *Seu fœc. r. plac. clementia Nili.* Put. *clementia cœli.* — *Fœcunda clementia.* Bene *clementia*, ob calidam Ægyptii aeris temperiem. — *Fœcunda.* Irrigat enim Nilus, ut omnes sciunt, Ægyptum, fœcundusque innatat terræ, « adeo efficacibus aquis ad generandum alendumque; » ut ait Mela lib. I, cap. 9 : « ut, præter id quod scatet piscibus, glebis etiam infundat animas, ex ipsaque humo vitalia effingat. Hoc eo manifestum est, quod, ubi sedavit diluvia, ac se sibi reddidit, per humentes campos quædam nondum perfecta animalia, sed tunc primum accipientia spiritum, et ex parte jam formata, ex parte adhuc terrea, visuntur. » — *Refert.* In Ægyptum supple, ob clementiam aeris. — *Placidi Nili.* Nilus celeberrimus ille fluvius Ægypti. — *Placidi.* Quia ubi ruit e Catadupis, tunc lenis et confractis aquis, domitaque violentia, aliquid et spatio fessus Ægyptum interfluit, donec septem faucibus in Ægyptium mare se evomat.

528. *Fixerunt cursus.* Supple Cycni. — *Hac rere in imagine Thebas.* Finge hos Cycnos repræsentare Thebanos. Et causam reddit, cur pro Thebis accipi debeant Cycni, quia ut Thebani muris, sic gyro illi se vallabant.

530. *Sed fortior ecce.* Joannes Carnotensis, sive Salisburiensis, quem vocant, Nug. Curial. lib. I, cap. 13 producit : *sed fortior esse.*

531. *Septem ordine fulvo.* « Libri nonnulli (inter quos etiam Bebot. 1) pro *septem* inferre laborant *namque ;* quod furcillis rejiciendum. *Ordine lævo* est in duobus libris; quod non admittimus. Non consentit liber princeps. » BARTH. — *Ordine fulvo.* Aquilæ enim fulvæ sunt.

532. *Armigeras s. J. exsultante caterva.* Idem Barthius ex eodem optimo codice profert: *exultante corona.* — Reg. B, *Armigeras ;* Reg. C, *Armigeras*, sed litera *o* super *a* scripta. En. — *Armigeras summi Jovis.* Aquilas. Aquilæ enim fulmen Jovis ferre dicuntur. Vide Excurs. 506, ad calc. hujusce lib.

Intuor : Inachii sunt hi tibi, concipe, reges.
Invasere globum nivei gregis, uncaque pandunt
Cædibus ora novis, et strictis unguibus instant.
Cernis inexperto rorantes sanguine ventos,
Et plumis stillare diem? quam sæva repente
Victores agitat leto Jovis ira sinistri!
Hic excelsa petens subita face Solis inarsit,
Submisitque animos : illum vestigia adortum
Majorum volucrum teneræ deponitis alæ.
Hic hosti implicitus pariter ruit, hunc fuga retro

533. *Inachii sunt hi tibi. Inachii sint hi tibi* Dan. Petav. et alii, *sunt hi tibi* uterque Behot. omnes Barthiani, Delph. et nonuulli. — *Inachii reges.* Argivi duces, seu duces Argivi exercitus : erant enim septem.

534. *Invasere.* Armigeri Jovis scilicet. — *Nivei gregis.* Cycnorum, qui candidi sunt.

536. *Cernis inexperto rorantes.* « Mihi verior obvenit optimi libri lectio, confirmata etiam Behottianorum alicui, *inexpleto.* » BARTH. Hoc pro v. l. in margine exhibet Behot. 1, et probat Gronovius. — *Inexperto.* Alii *novo*, alii *indiscreto*, *incerto* Codices inter versus interpretantur; sed Gronovius accedit nonnullis, qui habent *inexpleto*, id est, plurimo, abundanti. Ut Thebaid. VIII, 667 : « Ille ego inexpletis solus qui cædibus hausi Quinquaginta animas. » — Reg. B, *inexperto rarantes;* sed super *ra* ab alio stilo syllaba *ro* scripta ; Reg. C nost. lect. ED.

537. *Et plumis stillare diem.* Quia vulsæ in congressu plumæ, mixtæ sanguine ex aere cadunt.

538. *Victores a. l. Jovis ira sinistri.* Alter Behot. *Jovis ora.* — *Victores.* Aquilas.

539. *Hic excelsa petens. Hic excelsa potens* in eodem codice Behot. — *Face solis inarsit.* Omnes aquilæ, quas pro septem ducibus interpretantur, eo genere perituræ sunt, ut ipsos duces exitium manet, ut docebimus. *Capaneus fulmine.* Inde dixit, *inarsit face*, quod ausus sit Dei contemtu arma tollere, et quum in altum sustolleret contra fas fulminatus decidit.

540. *Submisitque animos : illum vestigia. Summisitque animas* Dan. Pro *vestigia* Barthius malit *fastigia.* — *Illum vestigia adortum*, etc. Designat Parthenopæum, qui puer ad hanc expeditionem Thebanam profectus est, et primis militiæ rudimentis exstinctus.

542. *Hic hosti implicitus pariter ruit, hunc fuga.* Reg. B, *huc fuga;* Reg. C nost. lect. ED. — *Hic hosti implicitus pariter ruit.* Intelligit Polynicem, qui singulari certamine pugnans cum fratre, una periit et cecidit. — *Hunc fuga retro Volvit*, etc. Adrastum innuit, qui solus e ducibus Argivis fuga sibi consuluit.

Volvit agens sociæ linquentem fata catervæ.
Hic nimbo glomeratus obit : hic præpete viva
Pascitur immoriens : spargit cava nubila sanguis.
Quid furtim lacrimas ? illum, venerande Melampu,
Qui cadit, agnosco. » Trepidos sic mole futuri,
Cunctaque jam rerum certa sub imagine passos,
Terror habet vates : piget irrupisse volantum
Concilia, et cælo mentem insertasse vetanti.
Auditique odere Deos : unde iste per orbem

544. *Hic nimbo glomeratus obit.* Designat Hippomedontem, qui obrutus Ismeni aquis exstinctus est. — *Hic præpete viva Pascitur immoriens.* Tydeus moriens mandit caput Menalippi, qui illum letaliter vulneraverat. Hæc omnia sequentibus libris fuse describentur.

545. *Pascitur immoriens. Pascitur hic moriens* unus Behot.

546. *Quid f. l.? i. venerande Melampu. Melampe* in eodem cod. — Reg. B, *Melampo;* Reg. C nost. lect. Ed. — *Quid furtim lacrimas.* Amphiaraus furtim lacrimantem Melampum animadvertit : agnoverat enim Melampus casu cycni, portendi etiam exitium Amphiarao, qui unus erat e septem ducibus Argivis. Igitur dicit ei Amphiaraus se proprium etiam exitium cadente cycno agnovisse; Amphiaraus enim in hoc bello terra dehiscente absorptus fuit.

547. *Qui cadit, agnosco. T. sic mole futuri.* Dan. et unus Behot. *more futuri;* Venett. *morte futura;* alii codd. Barthiani : *morte futura;* sic quoque Lipsian. — Reg. B, *agnosci* habet; Reg. C nostram lectionem exhibet. Ed.

548. *Cunctaque jam r. c. s. i. passos.* Reg. B, *Cunctaque rerum certa sub imagine passos;* Reg. C nost. lect. habent. Ed.

549. *Terror h. v. p. irrupisse v.* « In optimo libro legitur *irripuisse*, errore puto librarii. » Barth. — *Terror habet vates.* Id est, eodem terrore correpti sunt vates, ac si perpessi fuissent quæ viderant. — *Piget*, etc. Id evenit iis, qui summa cupidine cognoscendi res futuras tenentur, quique, ubi sibi infausta portendi atque impendere agnoverint, tunc tristitia corripiuntur suamque curiositatem incusant. De hac locutione *irrumpere* vide infra, v. 634, et Achill. I, 508. « Eia, irrumpe Deos, et fata latentia laxa. » Conf. etiam Silium Italic. I, 124; nost. edit. tom. I, pag. 21. Ed.

550. *Et cælo m. insertasse vetanti.* Lipsian. Lang. et ed. Plant. *incertasse*, ut voluit. Joannes Barclaius; *inscrtasse* Dan. uterque Behot. omnes Barthiani, et cæteri.

551. *Auditique odere Deos.* Auguria petierant a Diis, sed quia ex his sibi mala imminere cognoscunt, Deos male aversantur, quum potius deberent seipsos culpare, quod tam curiosi fuissent. — *Unde iste per orbem*, etc. Invehitur Poeta in has

Primus venturi miseris animantibus æger
Crevit amor? Divumne feras hoc munus; an ipsi
Gens avida, et parto non unquam stare quieti?
Eruimus quæ prima dies, ubi terminus ævi,
Quid bonus ille Deum genitor, quid ferrea Clotho
Cogitet: hinc fibræ, et volucrum per nubila sermo
Astrorumque vices, numerataque semita Lunæ,
Thessalicumque nefas. At non prior aureus ille

curiosas artes, et cupiditatem cognoscendi res futuras.

552. *Miseris animantibus*. Hominibus, qui fere miserrimi inter animalia super terram, quum seipsos iis rebus excruciant, quas mutare non possunt. Vet. Scholiast. — De hac locutione si ampliora legere velis, vide notata Marklandi ad Silv. III, 2, 61; nost. edit. tom. I, pag. 330. Ed.

554. *Et parto non unquam*. Lipsian. *et porto*; unde Bernartius libenter fecerit *et portu*.

555. *Eruimus quæ prima dies*. Per primam diem Lactantius intelligit natalem mundi. — *Ubi terminus ævi*. Et per *terminum ævi*, ejusdem finem. Ego vero credo per *primum diem* intelligendum primum diem nostræ vitæ, ex quo totius vitæ nostræ series dependet. Plurimum enim interest sub qua dispositione cæli nascamur: hinc miserrimam aliis, hinc felicissimam vitam, hinc calamitates, hinc honores, moresque cujusque nostrum præsignificari, ut volunt vani astrologi. Et per *terminum ævi*, ejusdem nostræ vitæ finem. Quum enim valde vitam amamus, summo desiderio tenemur cognoscendi an longa aut brevis sit futura; nam scire natalem diem mundi, ejusque finem, nihil ad nos, aut parum, attinet.

556. *Quid b. ille Deum genitor, quid. Deum statuat quid* unus Behot. quod e gloss. irrepsisse putat Behottius. — *Genitor*. Juppiter. — *Ferrea Clotho*. Clotho una ex Parcis. — *Ferrea*. Quia dura et inexorabilis. Ovidius, Metam. XV, 781, vocat: « ferrea decreta Sororum. Videbis notata ad Nostri Silv. V, 3, 64, hujusce ed. t. I, p. 612. Ed.

557. *Hinc fibræ*, etc. Hinc, inquit, procedunt disciplinæ illæ vanissimæ, aruspicina, auguralis scientia, astrologia, et magia, quæ singulis et propriis notis designantur. — *Fibræ*. Aruspicina, *ἡπατοσκοπία* Græcis. — *Volucrum per nubila sermo*. Auguria designat, quia garritu et volatu avium auguria capiebantur, ut jam diximus.

558. *Astrorumque v. n. semita Lunæ*. Laur. Laug. et plerique *semina Lunæ*. — *Astrorumque vices, numerataque semita Lunæ*. Astrologiam intelligit, cujus est observare motus cælestes, ac certis numeris alligare, seu adstringere cursus astrorum, et planetarum, quo facilius supputentur ac inveniantur.

559. *Thessalicumque n. At non prior. Ac non* Aldd. Colin. et Basil. *At* non ex suis membranis restituit Bernartius; hoc habent Dan. Petav.

Sanguis avum, scopulisque satæ vel robore gentes
Mentibus hoc ausæ: silvas amor unus, humumque
Edomuisse manu : quid crastina volveret ætas
Scire nefas homini; nos pravum ac debile vulgus
Scrutati penitus Superos : hinc pallor et iræ,
Hinc scelus, insidiæque, et nulla modestia voti.
Ergo manu vittas, damnataque vertice serta
Deripit, abjectaque inhonorus fronde sacerdos

uterque Behot. omnes Barthiani, Taurin. et alii. — *Thessalicumque nefas.* Magiam intelligit infamem: nam duplex; altera infamis, et quæ non exercetur nisi ope dæmonum; altera, quæ nihil aliud est, quam perfectissima omnium rerum quæ sunt in natura, virtutumque earum ac facultatum cognitio, cujus ope, applicando activa passivis, mira opera efficiuntur. — *Thessalicum.* Quia Thessalæ mulieres multum scelestæ illæ magiæ deditæ erant. Sic supra v. 141, magiam *gentile nefas* Thessaliæ vocat. Vide notata ad hunc locum; hujus tom. p. 289. Ed. — *Aureus ille Sanguis avum.* Id est, majores, qui sæculo aureo vivebant.

560. *Scopulisque satæ vel robore gentes.* Veteres credebant, exstinctis diluvio hominibus, reparatum postea humanum genus, lapidibus ac arboribus in homines mutatis. Vide et Theb. IV, 276, et sequentibus. Virg. Æn. VIII, 315: « Gensque virum truncis et duro robore nata. » Adi etiam Excursum. Ed.

561. *Mentibus hoc ausæ.* Put. *mentibus his usæ.* Hanc lect. Reg. B, nostram Reg. C exhibent. Ed. — *Hæc ausæ.* Venett. Lipsian. et alii.

562. *Quid crastina volveret ætas Scire nefas homini.* Horatius, I, Od. 9: « Quid sit futurum cras, fuge quærere. » Cruceo *nefas* hic pro *impossibili*, ut apud Horatium, qui apposite ad mentem Statii canit, I, Od. 2: « Tu ne quæsieris (scire nefas) quem mihi quem tibi Finem Dii dederint. » Et lib. IV, « Durum, sed levius fit patientia, Quidquid corrigere est nefas. » Velleius, lib. II, de Pompeio: « Nefas hunc vincere. »

563. *Nos parvum ac debile vulgus.* Dan. *et flebile;* optimæ Barthii membranæ, et omnes Gronov. *ac flebile;* unus Bebot. *et debile.* — Reg. B, *nos parvum et flebile vulgus;* Reg. C, *nos parvum ac flebile* habent. Ed.

564. *Scrutati.* Habent priores editiones *scrutamur.* Gronovius vero se ubique invenisse ait: *flebile vulgus, Scrutati penitus Superos: hinc pallor,* etc. Recenset Poeta mala, quæ ex iis vanis artibus proveniunt. — Reg. B, *Scrutari;* Reg. C, *Scrutati Superos penitus* præbent. Ed.

565. *Et nulla modestia voti.* Quia semper optamus illicita.

566. *Vittas.* Vide supra, v. 467.

567. *Deripit, abj. inhonorus fronde sacerdos.* « *Deripit* scribendum cum optimo libro; monuitque pridem in Indice Lucretiano Gifanius. »

Inviso de monte redit: jam bella tubæque
Cominus, absentesque fremunt sub pectore Thebæ.
Ille nec adspectum vulgi, nec fida tyranni
Colloquia, aut cœtus procerum perferre, sed atra
Sede tegi, et Superum clausus negat acta fateri.
Te pudor et curæ retinent per rura, Melampu.
  Bisseno premit ora die, populumque ducesque
Extrahit incertis. Et jam suprema Tonantis
Jussa fremunt, agrosque viris, annosaque vastant
Oppida: bellipotens præ se Deus agmina passim

Barth. Ita qooque Amstel. Gronov. Delph. *Deripit* habent Dan. Put. et alii. *Fronte sacerdos* Lang. Laur. *fronde sacerdos* Lipsian. uterque Bebot. cæteri, cum edd. recentt. — *Fronte sacerdos.* Placet magis scripta lectio Lipsiani codicis, cui assentitur princeps editio: *inhonorus fronde sacerdos.* Adhæsit baud absimile meodum Apuleio, Met. II, « Equi sudorem fronte curiose exfrico. » Nubilosa sententia: et fallit me meum augurium, an inventa veritas est? arbitror ego emaculandum: « Equi sudorem fronde curiose effrico. » Τὸ *fronde* orationis ductus valde approbat, vocem *effrico* ipse Apuleius alibi agnoscit: « Sordium enormem eluviem effrico. » Bernart.

568. *Inviso.* Ut in quo tot mala Argivis ducibus sibique impendere auguriis cognoverat.

569. *Cominus.* Reg. B. *Comminus.* Ed. — *Absentesque fremunt sub pectore Thebæ.* Amphiaraus, ut vates, jam ut præsentia sensit quæ futura erant; vel, timore obrutus, Thebas jam sibi bellum facere arbitratur.

570. *Tyranni.* Adrasti. *Tyrannus* antiquitus in bonam parteni sumebatur. Vide Theb. II, 445 et notata ad calcem ejusdem libri, hujusce tom. pag. 266. Ed.

571. *Colloquia.* Reg. B, *Conloquia.* — *Atra sede tegi.* Non admittere lucem cubilibus suis in loca tenebrosa correpere, lugentem futura pro jam factis facit, quia nempe norat, non mutari posse fatorum decreta. Vet. Schol.

572. *Sede tegi.* Dan. *Sedet ægræ.*

573. *Curæ.* Ars medica: medicus enim erat etiam Melampus.

574. *Bisseno premit ora die. Bissenos premit ora dies* Petrens. uterque Bebot. alii et Reg. B. Lectio nostra debetur Dan. Heinsio, in Amstel. binc recepta in Gronov. Barth. et Delph. Ed.

575. *Et jam suprema.* Gevarl. et marg. ed. Barth. *sed jam suprema;* unde nescio.

576. *Annosaque vastant.* Id est, quæ jussa sunt implere festinant cupiditate pugnandi. Lactant.

577. *Oppida: bellipotens præ se Deus.* *Oppida sed belli præ se* unus Bebot. *per se* optimæ Barthii membranæ. — Hanc lectionem Reg. C etiam præbet. Ed.

Mille rapit : liquere domos, dilectaque læti
Connubia, et primo plorantes limine natos.
Tantus in attonitos cecidit Deus : arma paternis
Postibus, et fixos Superum ad penetralia currus
Vellere amor : tunc fessa putri rubigine tela,
Horrentesque situ gladios in sæva recurvant
Vulnera, et attrito cogunt juvenescere saxo.
Hi teretes galeas, magnorumque ærea suta
Thoracum, et tunicas chalybum squalore crepantes

578. *Liquere domos.* Reg. B, *liquere domus.* Ed.

579. *Connubia, et primo plorantes limine natos.* Alter Behot. *plorantes in limine.* — *Connubia.* Pro conjugibus; sic præsidia, pro militibus præsidiariis, spectacula pro spectatoribus, et similia passim apud auctores.

580. *Tantus in attonitos cecidit Deus. Tant. in attonitis* omnes codd. Barthiani; *Tantus in attonitos* in uno manuscripto. — *Deus.* Mars. — *Arma paternis Postibus.* Veteres enim arma postibus affigebant.

581. *Fixos Superum ad penetralia currus.* Reg. B, *fixos supero ad penetralia*, etc. exhibet, Reg. C nost. lect. Ed. — *Fixos Superum ad penetralia currus.* Currus hostium scilicet, quos in templis Deorum affigere mos erat, ut et arma hostibus erepta suspendebant e tholis.

582. *Tunc fessa putri rubigine tela.* In optimo Barthii cod. *fissa putri*, quod ille probat. Wakef. in Silv. Crit. P. V, pag. 162 scribit: « Olim conjeceram *esa*, sed male; nec Barthius felicior est. » Ita vero longe antea conjectabat Jortinus in Obss. Misc. tom. I.

583. *Horrentesque situ.* Legit Gronovius *Hærentes* ex optimis et plurimis MSS. Nec dubitandum quin verum sit. Intelligit enim, præ rubigine non posse e vaginis educi. Hanc lect. Regg. B et C exhibent. Ed. — *Gladios in sæva recurvant V. Scimitarras* vocant hos gladios, per quos jurabant Scythæ. Ed

584. *Et attrito cogunt*, etc. In optimis Barth. membranis : *et a trito.* — Reg. B, et *adtrito.* Ed.

585. *Ærea suta Thoracum.* Quia æreis filis ferreisque thoraces texebantur. Vide Lipsium in Polybium.

586. *Et tunicas chalybum squalore c.* Pro *squalore*, eædem membranæ exhibent *scalore.* — Reg. B, *tunicam crepantes*, pessime. Ed. — *Et tunicas chalybum.* Chalybs genus ferri durissimi et perfectioris : Gallice *acier.* Nomen habet a Chalybe, fluvio Hispaniæ, cujus temperamento ferrum acrius redditur, ut habet Justinus, lib. XLIV. Tradit Plutarchus, lib. de Garrulitate, ferrum a Cantabris terræ infodi, ut fiat chalybs. Verbum hoc chalybs significat metallum, fluvium, et populos : nam sunt Chalybes Hispaniæ populi, nomen sortiti a fluvio illo, quorum mentionem facit Justinus loco laudato. Sunt et alii

Pectoribus tentare; alii Gortynia lentant
Cornua : jam falces avidis et aratra caminis,
Rastraque, et incurvi sævum rubuere ligones :
Cædere nec validas sanctis e stirpibus hastas,
Nec pudor emerito clipeum vestisse juvenco.
Irrupere Argos, mœstique ad limina regis
Bella animis, bella ore fremunt : it clamor ad auras,
Quantus Tyrrheni gemitus salis, aut ubi tentat

populi etiam Chalybes dicti Ponti accolæ juxta Thermodontem, qui primi ferrum e terra eruisse ac elaborasse dicuntur. Valerius Flaccus Argonautic. V; 142 et sqq. « Pervigil auditur Chalybum labor; arma fatigant Ruricolæ, Gradive, tui; sonat illa creatrix Prima manus belli terras crudelis in omnes: Nam prius ignoti quam dura cubilia ferri Eruerent, ensesque darent, odia ægra sine armis Errabant, iræque inopes, et segnis Erinnys. » Ad quem locum notata legere si velis, adi nost. ed. tom. I, p. 338. En.

587. *Alii Gortynia lentant.* Ald. Colin. et nonnulli, *aliis Cortynia lentant;* Lang. Laur. unus Behot. cum Plant. Lindenbr. *alii Cortynia lentant;* alter Behot. *alii Cortynia tentant;* Amstel. Gronov. Barth. et Delph. *alii Gortynia lentant.* — Reg. B, *Cortinia lentant;* Reg. C, *alii Cortimia temptant* exhibent. En. — *Gortynia.* Cretensia, a Gortyna urbe Cretæ insulæ, quam præterlabitur amnis Lenæus, in qua fiebant optimi arcus. Quin et Cretenses sagittandi peritissimi.

588. *Cornua : j. f. a. et a. caminis. Spicula* pro *Cornua* in uno Barth. — Reg. B, *camenis* habet.

589. *Rubuere ligones.* Naturam ignis expressit, quæ facit ferrum rubescere. Hæc verba sunt Lactant.

590. *Sanctis e stirpibus.* Id est, e sacris lucis. Luci autem erant silvæ consecratæ Diis, aut heroibus. Hos ferro violare nefas erat : quemadmodum et cætera loca omnia Diis sacra, substructionibus, aut alio usu profano polluere, grande piaculum erat.

591. *Nec pudor emerito clipeum vestisse juvenco.* Rationem affert Plinius, lib. VIII, cap. 45 : « Socium, ait, enim laboris agrique culturæ habemus hoc animal, tantæ apud priores curæ, ut sit inter exempla damnatus a populo Romano, die dicta, qui concubino procaci rure omasum edisse se negante, occiderat bovem, actusque in exsilium, tanquam colono suo interemto. » Vel ut quos occidere non liceret, nisi ad placandos Deos. Hinc « victimæ opimæ, ait idem ibidem, et lautissima Deorum placatio. »

592. *Regis.* Adrasti, scilicet.

594. *Tyrrheni salis.* Intelligit mare Tuscum, et Inferum, ad discrimen Superi, seu Adriatici. — *Tyrrheni.* Quia Tyrrheni, qui et Tusci, hanc Italiæ oram olim insederunt, eamque Tyrrheniam, seu Tusciam de suo nomine nuncupaverunt. — *Salis.* Mare *sal* dicitur, quia salsum

Enceladus mutare latus: procul igneus antris
Mons tonat; exundant apices, fluctusque Pelorus
Contrahit, et sperat tellus abrupta reverti.

est, et ex ejus aqua sal elicitur. B.

595. *Enceladus mutare latus.* Optimæ Barthii membranæ: *versare latus;* in nonnullis scriptis Heinsii: *motare latus;* omnes vero Barth. et Bernartii, Dau. et cæteri, *mutare latus.* « Sane *mutare latus* bene dicitur; et docuit satis illud Heins. cum aliis. Ad Callim. Hymn. in Del. 143 frustra provocant; nam *εἰς ἑτέρην Βριαρῆος ἐπωμίδα κινυμένοιο* potest esse et *motat* (movet se) et *mutat.* Sed *motat* pro *movet* agnoscit codicum pars, etiam apud Pierium, et defendit Servius, cum viris doctis; videantur Cerda, et ante eum Guellius; possitque id tanquam exquisitius præferri, nisi perpetua et temeraria harum vocum in libris occurreret permutatio. Apud Statium, Theb. III, 595, nulla varietas occurrit, nisi quod unus *versare* legit. » Ita scribit Heynius ad Virg. Æn. III, 581. — *Enceladus m. l. p. igneus antris Mons tonat.* Adi Excursum ad calcem hujus libri. Ed.

596. *Pelorus.* Promontorium Siciliæ ad septemtrionem spectans, et ab Italia mille quingentis passibus distans. Et Sicilia Græcis ideo Trinacria dicitur, quod tria promontoria, quæ Græci ἄκρα vocant, in mare videtur extendere, Pachynum quod in Peloponnesum vertit, Lilybæum, quod Africam spectat, Pelorus, quod in Tyrrhenum mare protenditur.

597. *Contrahit.* Ob motum scilicet et agitationem insulæ. — *Tellus abrupta.* Sicilia, quam Italiæ quondam adhæsisse persuasum habebant Veteres, ab eaque velut a corpore, majore impetu Superi maris, quod tota undarum mole illuc fertur, fuisse divulsam, atque abruptam. Siciliam etiam a continenti fuisse direptam testatur Virgilius his versibus Æn. III, 414 et sqq. « Hæc loca vi quondam, et vasta convulsa ruina, Tantum ævi longinqua valet mutare vetustas! Dissiluisse ferunt, quum protenus utraque tellus Una foret; venit medio vi pontus, et undis Hesperium Siculo latus abscidit, arvaque et urbes Litore diductas angusto interluit æstu. » Eadem scribunt inter poetas Silius Italicus, Punic. XIV; Ovid. Met. XV; Valerius Flaccus Argonautic. I; Claudian. XXXIII, de Raptu Proserpinæ lib. I, 152 et sqq. inter Scriptores Pompon. Mela lib. II, cap. 27; Plin. Hist. Nat. II, cap. 8; Solinus, cap. VIII; Eustathius ad Dionysium, Strabo, lib. II; Diod. Siculus, lib. IV, et novissime in sua Siciliæ descriptione Fazellus. Verum tradit Diodorus Hesiodum Poetam contrarium statuisse, et Cluverius loco citato hoc nullo modo verisimile esse affirmat, quum tot per orbem terrarum magnæ juxta atque parvæ conspiciantur Peninsulæ, quarum Isthmi, licet sint angustissimi, tamen neque allatrantis utrimque maris, neque terræ aliquo motu, neque diluvii aquis unquam in insulam converti potuerunt.

Atque hic ingenti Capaneus Mavortis amore
Excitus, et longam pridem indignantia pacem
Corda tumens (huic ampla quidem de sanguine prisco
Nobilitas : sed enim ipse manu prægressus avorum
Facta, diu tuto Superum contemtor, et æqui
Impatiens, largusque animæ, modo suaserit ira),
Unus ut e silvis Pholoes habitator opacæ,
Inter et Ætnæos æquus consurgere fratres,

598. *Capaneus.* Unus e ducibus Argivis. Adi Excurs. ad calc. huj. lib. Ed.

600. *Huic ampla quidem de sanguine prisco Nobilitas.* Capaneus enim originem trahebat a regibus Argivis; et Sthenelus ejus filius Argorum regnum tenuit.

601. *Ipse manu prægressus avorum.* Lang. uterque Behot. et alii, *progressus.* « Ita habent optimæ etiam membranæ; cum glossa insuper : *progressus* Antecedens. » Insolentior et rarior est usus verbi. Nec tamen loco isto movendus, quum exempla non desint prorsus. Claud. I, Eutr. 419 : « Militia Eunuchi nunquam progressa cubile. » Sic enim constanter ibi optimi codd. nec mutandum quidquam. » Barth. Dan. Heinsius vero ex codd. Medic. Vat. et Palat. locum Claudiani legit ita : » nunquam transgressa cubile. » Petrens. Tanrin. et Burman. cum edd. Gevart. et Barth. *prægressa*; sic quoque conjectabat Bernartius, et in Erratis correxit Gronov.

602. *Facta, diu tuto Superum contemtor. Facta diu* unus Behot. *Divum contemtor* alter Behot. — *Diu tuto Superum contemtor.* Nam « *ausis*, ut habet Noster Thebaidos V, 689 : « Sera quidem manet ira tamen. » Et etiam eodem lib. v. 359 et sequent. : « Nec ratis illa salo, sed Divum sera per æquor Justitia, et pœnæ scelerum adventare videntur. »

603. *Largusque animæ, modo suaserit ira.* Ira enim fortibus est quasi stimulus additus ingenitæ fortitudini, quo promtius ruunt in pericula. Peripatetici iracundiam cotem fortitudinis esse dicebant. Quam sententiam refellit Cicero Tusc. Quæst. lib. IV. Conf. supra Theb. I, 607; ubi adduximus versum Virgil. 203 Æneid. IX, quem adire si velis, nost edit. tom. IV, pag. 22, invenies in illos Papinii locos quæ adnotavit Heynius. Ed.

604, 605. *Unus ut e silvis Pholoes habitator opacæ Inter et Ætnæos æquus consurgere fratres.* Mens : Capaneus ea erat corporis statura, ac proceritate, ut posset censeri unus ex habitatoribus *opacæ Pholoes*, id est, e Centauris, qui habitabant Pholoen montem Arcadiæ, et æqualis erat Ætnæis fratribus, id est, Cyclopibus, qui sedes in Ætna habuisse dicuntur : unde Ætnæi vocantur. — *Fratres.* Quia erant Neptuni et Amphitrites filii. Virgilius, Æneid. III, 678 : « Ætnæos fratres cælo capita alta ferentes. »

Ante fores, ubi turba ducum, vulgique frementis,
Amphiarae, tuas, « Quæ tanta ignavia, clamat,
Inachidæ? vosque o socio de sanguine Achivi,
Unius, heu pudeat! plebeia ad limina civis,
Tot ferro accinctæ gentes, animisque paratæ,
Pendemus? non si ipse cavo sub vertice Cyrrhæ,
Quisquis is est timidis, famæque ita visus, Apollo
Mugiat, insano penitus seclusus in antro,
Exspectare queam, dum pallida virgo tremendas
Nuntiet ambages. Virtus mihi numen, et ensis

606. *Vulgique frementis.* Behot. 1: *vulgique trementis.*

607. *Ignavia, clamat.* Virg. Æn. XI, 732: « Quæ tanta animis ignavia venit? »

608. *Inachidæ? vosque o socio.* In codice Behot. *vos o socii*, quam lectionem Reg. B habet, Reg. C nostram. Ed. — *Inachidæ.* Argivi. — *Achivi.* Vide Thebaid. I notata ad v. 448, huj. tom. pag. 82. Ed.

609. *Plebeia.* Et optime ad genium Capanei. — *Phœbeia* habent priores editiones.

611. *Cavo sub vertice Cyrrhæ.* Parnasso, ad cujus radices sita Cyrrha, oraculo Apollinis celebris. — *Cavo.* Parnassus enim habebat Delphis hiatum, ex quo vis fatidica veniebat, et implebat Pythiam.

612. *Famæque ita visus, Apollo.* In optimis Barthii membranis: *famæque ita divus Apollo;* quod ille probat.

613. *Insano penitus seclusus in antro.* « In alio, non optimo illo, codice stupida lectio exstat: *gemitus seclusit in antro;* quam nihil moramur. » Barth. — Reg. B, *pœnitus* habet. Ed. — *Antro.* Seu hiatu Delphico.

614. *Pallida virgo.* Diodorus Siculus, lib. XVI, refert Delphis vaticinandi munus virgini primo delegatum, quam et προφῆτιν et Πυθίαν vocabant: deinde quinquagenariam feminam sacerdotem constitutam. — *Pallida.* Quia quum numine implebatur, incipiebat valde agitari, qua violenta agitatione debilitabantur vires Pythiæ, sanguine e vultu et extremis partibus ad cor se recipiente ad illud corroborandum contra vim et impetum Dei ingruentis et urgentis: unde pallor in vultu.

615. *Virtus mihi numen et ensis Quem teneo.* Alludit ad Gigantum immanitatem, quorum nonnulli, ut constat ex Homero et poetis, per hastam tanquam numen jurabant, eamque obnoxiis, et hospitibus adorandam obtrudebant. Idem de Scythis refert Herodotus eos acinacem adorasse. Æque impii sunt Mezentius et Turnus Virgiliani, Polynices Euripidis, Ajax Sophoclis. — Totum hoc ex Virgiliana sede de Capaneo ponit. Ait enim ille, Æn. X, 773: « Dextra mihi Deus et telum quod missile libro, Nunc adsint. » Lactant.

Quem teneo : jamque huc timida cum fraude sacerdos
Exeat, aut hodie volucrum quæ tanta potestas
Experiar. » Lætum fremit, assensuque furentem
Implet Achæa manus : tandem prorumpere adactus
OEclides, alio curarum agitante tumultu :
« Non equidem effreno juvenis clamore profani,
Dictorumque metu, licet hic insana minetur,
Elicior tenebris : alio mihi debita fato
Summa dies, vetitumque dari mortalibus armis.
Sed me vester amor, nimiusque arcana profari
Phœbus agit : vobis ventura, atque omne, quod ultra est,
Pandere mœstus eo : nam te, vesane, moneri
Ante nefas, unique silet tibi noster Apollo.

616. *Jamque huc tumida cum fraude.* Uoos Behot. *jamque hic;* optimæ Barthii membranæ : *jamque hac.* Alii codic. *fronde.* — Regg. B et C *jamque huc* exhibent. Ed.

617. *Aut hodie volucrum quæ tanta potestas.* Reg. B, *haut hodie;* Reg. C, nost. lect. præbent. Ed. — *Quæ tanta potestas.* Quæ illi præstatur, ut futura cognoscat.

618. *Experiar.* Protrahendo Vatem e domo, et eom ioterficiendo. Vet. Schol.

619. *Implet Achæa manus : t. prorumpere adactus.* Dan. Put. alii, *prorumpit adaetus;* optimæ Barth. membranæ, oterque Bebot. et omnes Gronovii codd. *prorumpere adactus;* qood ille reposuit, eumque secuti sont recentt. — *Achæa manus.* Supra v. 608 : « Vosque o socio de saognine Achivi. »

620. *OEclides.* Amphiaraus, OEclei filios.

621. *Non equidem effreno.* Non me timor, aut error furiosi juvenis de secreto agit ad publicum, sed amor civiom et cura reipublicæ. Ordo talis : Non elicior tenebris dictorum metu, et juvenis profani effero clamore commotus. Lact.

622. *Dictorumque metu.* In optimo Barthii codice : *Ductorumve metu.* — *Licet hic insana minetur.* Videtur Capaneus mortem Amphiarao intentasse, nisi exiret domo, ac proferret auguria.

623. *Alia mihi debita fato.* Jam cœpit pericula sua promere, ab exito suo inchoans, quoniam hiato terræ se cognoverit peritorum.

624. *Vetitumque dari.* Mibi nimirum mortem. Noverat qoomodo esset moritorus. Et describitur seqoentibus a Statio. Qua descriptione dicoot meliorem non exstare apud Statium. Vet. Scholiast.

626. *Atque omne, quod ultra est.* Reg. B, *adque omne* exhibet. Ed. — *Omne quod ultra est.* Omne scilicet futurum, quod ultra est hoc præsens tempus.

628. *Unique silet tibi.* Regg. B et C *tacet tibi* habent. Ed.

Quo miseri, Fatis Superisque obstantibus, arma,
Quo rapitis? quæ vos Furiarum verbera cæcos
Exagitaut? adeone animarum tædet? et Argos
Exosi? nil dulce domi? nulla omina curæ?
Quid me Persei secreta ad culmina montis
Ire gradu trepido superosque irrumpere cœtus
Egistis? potui pariter nescire, quis armis
Casus, et atra dies, quæ fati exordia cunctis,
Quæ mihi: consulti testor penetralia mundi,
Et volucrum affatus, et te, Thymbræe, vocanti

629. *Quo miseri, Fatis Superisqueobstantibus. Quo miseri Superum fatis obstantibus* in iisdem membranis; in aliis Barthianis: *fatis superis obstantibus;* sed ille vulgatam lectionem magis probat. — *Superis obstantibus.* Per exta victimarum, et auguria.

630. *Quæ vos Furiarum verbera cæcos.* Reg. B, *quo vos Furiarum verbera cæcos,* sed super cos eadem manu syllabam *sos* scriptam exhibet; Reg. C nost. lectionem. Ed.

632. *Nulla omina curæ?* Reg. B, *curæ est* habet; Reg. C nost. lect. Ed. — *Omina curæ.* Non timori sunt vobis Deorum responsa, quia improspera sunt. Lactant.

633. *Quid me Persei.* Aphesantem significat montem, in quo auguria captaverat: de hoc enim Perseus primum volavit, quando ad caput Gorgonis auferendum profectus est. Dicit ergo nunc Amphiaraus, si hoc facturi eratis, quod furor suadet, cur me augurandi causa sollicite misistis ad montem?

634. *ire g. t. superosque irrumpere cœtus.* Idem liber Barth. optimus, *Superumque irrumpere cœtus.* — Reg. B, *superumque inrumpere cœtus;* Reg. C nost. lect. habent. Ed. — *Trepido.* Jam enim illis, supra vs. 457, « maculosa bidentum Corda » negarant, iramque Deorum portenderant. *Trepido* igitur, quia nihil boni sperabant ex auguriis. — *Superosque irrumpere cœtus.* Supra, 549: « Piget irrupisse volantum Concilia, et cælo mentem insertasse vetanti. » Ad quem videsis notata huj. tom. pag. 332. Ed.

635. *Egistis? potui pariter nescire, quis armis.* In eodem Barthii *potui pariter potui nescire.*

636. *Casus et a. d. quæ fati exordia cunctis.* Unus Behot. *quæ fati discordia;* optimæ Barthii membranæ: *quæ prima exordia facit;* Lang. Laur. et Lipsian. *quæ prima exordia cunctis;* unde Bernartius conj. *quæ priva exordia cunctis.* Adi Excursum ad calcem huj. lib. Ed. — *Atra dies.* Id est, ultima.

637. *Consulti testor penetralia mundi.* Supra, v. 498: « et immensi fruitur caligine mundi. »

638. *Et volucrum affatus.* Put. *Et volucrum afflatus.* — Reg. B, *volucrum adflatus;* Reg. C nost. lect. præbent. Ed. — *Thymbræe.* Apollo, ut jam sæpius diximus.

Non alias tam sæve mihi, quæ signa futuri
Pertulerim: vidi ingentis portenta ruinæ:
Vidi hominum, Divumque nefas, hilaremque Megæram,
Et Lachesim putri vacuantem sæcula penso.
Projicite arma manu. Deus ecce furentibus obstat:
Ecce Deus; miseri quid pulchrum sanguine victo
Aoniam et diri saturare novalia Cadmi?
Sed quid vana cano? quid fixos arceo casus?
Ibimus. » Hic presso gemuit simul ore sacerdos.
Illum iterum Capaneus: « Tuus o furor, augur, et uni

639. *Non alias tam sæve. Non alias tam sæva* codd. Barth. unus Behot. alii. *Tam sæve* Dan. alter Behot. et edd. recentt. et sic olim conjecerat Bernartius.

640. *Vidi ingentis p. ruinæ.* Regg. B et C, *ingentes* sed supra e litera *i* alia manu scripta dat *ingentis*.

641. *Vidi hominum, Divumque nefas.* In uno codice Barth. pro v. l. *divumque metus*; et sic clare scribitur in Petreus. — Hanc etiam lect. Reg. B exhibet; Reg. C supra *metus* alio atramento *nefas* habet. Ed. — *Vidi hominum, Divumque nefas.* Scelera enim Veteres partim adscribebant hominibus, partim Fatis, Diisque: unde dicit: *Vidi hominum, Divumque nefas.* Sic Polynices Thebaid. XI, 188 et seq. « nec enim omnis culpa malorum Me penes; et Superi mecum, Parcæque nocentes. » — *Hilaremque Megæram.* Megæra, una ex Furiis. — *Hilarem.* Ob futuras in bello Thebano cædes.

642. *Lachesim.* Lachesis una e Parcis. — *Putri.* Quod facile rumpatur.

644. *Ecce Deus: m. q. p. sanguine victo.* « In optimo codice: *sanguine vestro*; quod melius arbitror. » Barth. Nic. Heinsius in Advers. lib. I, cap. 16, hunc locum ita constituit: « Deus ecce furentibus obstat, Ecce Deus, miseri: quid pulchrum sanguine juncto Aoniam, et diri saturare novalia Cadmi? »

645. *Aoniam.* Bœotiam. — *Novalia Cadmi.* Thebanos campos significat, quibus olim seminante Cadmo dentes draconis, seges nata est armatorum. Proprie ergo dixit, *novalia*, arborum loca, quæ annis singulis situ servantur ad semina jacienda. Virgilius, Eclog. I, 71: « Impius hæc tam culta novalia miles habebit? »

647. *Ibimus: h. p. g. simul ore sacerdos.* In optimo Barthii libro, et utroque Behot. *semel ore.* — *Ibimus.* Id est, in bellum: mire hoc vult futurorum necessitatem compleri, ne quid furori suo Capaneus assignet. — « Quæ fato manent, inquit Tacit. Hist. I, c. 18, quamvis significata, non vitantur. »

648. *Illum iterum Capaneus.* « Optimus liber: *Jamque iterum Capaneus*; quod facit ut magis placeat et hoc, et quo modo indidem

Ista tibi, ut serves vacuos inglorius Argos:
Et tua non unquam Tyrrhenus tempora circum
Clangor eat: quid vota virum meliora moraris?
Scilicet ut vanis avibus, natoque, domoque,
Et thalamis potiare jacens, sileamus inulti
Tydeos egregii perfossum pectus? et arma
Fœderis abrupti? quod si bella effera Graios
Ferre vetas, i Sidonias legatus ad urbes.
Hæc pacem tibi serta dabunt: tua prorsus inani
Verba polo causas, abstrusaque semina rerum

produximus. Similia his Capanei dietis contra Amphiaraum Tydeo tribuit Æschyl. in Sept. e. Theb. » BARTH. — *Tuus o furor.* Non a Diis immissus, ut qui non eurant res humanas, ex sententia Capanei. Vide infra.

649. *Ista tibi, u. s. vaeuos ingl. Argos. Instet uti serves* in uno eodiee Barthii. — Reg. B, *vacuos inglorius annos* habet, Reg. C nost. leet. A. — *Ista tibi.* Supple, contingant, vel potius a te fietá sunt, ut nos deterreas. Supra, v. 616, enim dieit Capaneus: « Jamque hue timida eum fraude saeerdos Exeat. »

650. *Et tua non unquam. Et tua nonnunquam* Aldd. Colin. et Basil. Bernartius ex eodd. suis eorrexit: *Et tua non unqaam*: ita quoque in aliis scriptis eum Venett. et edd. recentt. — *Tyrrhenus elangor.* Id est, sonitus tubarum: Tyrrheni enim primi tubas æneas invenerunt.

652. *Natoque, domoque.* Filio Alemæone. Gloss. Manuscr. — Fuit hoc nomine filius Amphiarao. Vide Hygin. eap. 73. Fuit hic Alemæon postea Epigonorum Thebis evertendis dux, et multa fortiter egit, habuitque fratrem Amphiloehum. Videatur etiam Apollodor. lib. III.

653. *Et thalamis potiare jacens. Et th. potiare tuis* unus eodex Barth.

654. *Et arma Fœderis abrupti?* Non solum enim in Tydei persona jus gentium violatum, sed etiam fœdus quod erat inter Argivos et Thebanos ruptum ac fractum est.

655. *Quod si bella effera.* Unus Behot. *bella aspera.* — *Graios.* Græeos, quos semper opponit Sidoniis, Tyriisve, seu Thebanis.

656. *I Sidonias legatus ad urbes.* « Libri nostri omnes nil penitus mutant; at Laetantius legit: *I Sidonios legatus ad hostes.* Non male. » BARTH. — Hane lect. Reg. B etiam habet, Reg. C nostram. A. — *Sidonias.* Thebanas.

657. *Serta.* Serta seu coronæ, quas Amphiaraus, ut vates, capite gerebat. Intelligit laurum et olivam intextas infulæ. — *Tua prorsus Verba polo causas*, etc. Hæc ironiee proferenda sunt. Deridet enim Capaneus, ut impius et contemtor Deorum, Amphiaraum, qui nimium artem suam venditabat, quasi fata arbitrio suo disponeret, et hae posset intelligere rerum causas.

658. *Abstrusaque semina rerum.*

Eliciunt? miseret Superum, si carmina curæ,
Humanæque preces : quid inertia pectora terres?
Primus in orbe Deos fecit timor : et tibi tuto
Nunc eat iste furor : sed prima ad classica quum jam
Hostilem Ismenon galeis Dircenque bibemus,
Ne mihi tunc, moneo, lituos atque arma volenti,
Obvius ire pares, ventisque aut alite visa
Bellorum proferre diem : procul hæc tibi mollis
Infula, terrificique aberit dementia Phœbi.

Dan. uterque Behot. omnes Barthiani, et pleriqne *obstrusaque*; qnæ scriplura neuliqnam mntanda, ail Barthius. Amstel. et nonnulli, *abstrusaque*. — Reg. B, *abstrusaque nomina rerum* habet; Reg. C nost. lect. Ed. — *Abstrusaque semina.* Ut sacrilegus dicit : quia qnæcunque eveniunt, mundi vertigine, non nnminum dispositionibns fiunl.

659. *Eliciunt? miseret*, etc. Adi Excursum ad calcem hnjus lib. Ed.

660. *Quid inertia pectora terres?* Optimæ Barthii membranæ : *quid martia pectora terres?* quod ille approbat.

661. *Primus in orbe.* Negat Deos ulla alia re celebrari, nisi timore mortalium : ut Lucan. I, v. 486 : « Quæ finxere, timent. » Et Petronins Arbiter istnm (Lucanum) secntus : « primus in orbe Deos fecil timor. » Sie et Mintanor musiens : « Denm doloris quem prima compunctio Humani finxit generis. »

662. *Nunc eat iste furor.* Modo snpra vers. 648 : « Tuus o furor, augnr. »

663. *Hostilem I. galeis Dircenque bibemus. Dircenque bibamus* Dan. Heins. ad Clandian. III Cons. Honor. 48. — *Galeis.* Galeam sæpe militibus poculi vicem sustinuisse notum est. Perpetuns Nostri imitator Clandian. VII, De III Cons. Honorii, v. 49 : « in galea potare nives. » Quem cf. nost. edit. tom. I, pag. 234. Lucan. Phars. IX, 510 : « concitus ira Excnssit galeam, suffecitque omnibns nnda. » Ed.

664. *Ne mihi tunc, moneo. Nec mihi tunc* unus Behot. *Ne mihi te moneo* conj. Bernartins. — *Arma volenti.* Silins Italic. Pnnic. II, 518 : « arma volnnt, tentantqne, etc. » Virgilius, Æn. II, 340 : « arma velit, etc. » Conf. etiam Val. Flacc. I, 67. Ed.

665. *Ventisque aut alite visa.* « Optimns liber veritatem denno asserit : *venisque aut alite visa.* » Barth. Ita Heinsius, et Meursius in Miscellaneis Criticis ex conjeetnra. Vide Syllog. Epist. tom. IV, p. 640. — *Ventisque.* Quia solent etiam augures ventorum flatibus futura cognoscere.

666. *Proferre diem.* Dilationem bello dare, ut Terent. Andr. act. II, 1, 29 : « Saltem aliquot dies Profer, dum proficiscor aliquo. »

667. *Infula, t. a. dementia Phœbi.* Uterque Behot. *clementia Phœbi*; et sic Aldd. et nonnnlli. *Demen-*

Illic augur ego, et mecum quicunque parati
Insanire manu. » Rursus fragor intonat ingens
Hortantum, et vasto subter volat astra tumultu.
Ut rapidus torrens, animos cui verna ministrant
Flamina, et exuti concreto frigore colles,
Quum vagus in campos frustra prohibentibus exit
Objicibus, resonant permixto turbine tecta,

*tia Phœbi* Lang. omues Barthiaui, et cæteri. — Magis ex vero et decoro, si personam Capauei contemtoris Deorum respicias, scripta lectio : *aberit dementia Phœbi*. Nec dubium mihi fit, quin Papinius ita scripserit. Bernart. — Subintelligeudum, ut te protegere possit, seu uou tibi proderit. Sumtum ex Homero Il. A, Μή νύ τοι οὐ χραίσμῃ σκῆπτρον καὶ στέμμα θεοῖο. *Non utique tibi proderit sceptrum et corona Dei.* Ovidius Metam. IV, 648 : Atlas ad Perseum : « Hinc quoque, Vade procul, ne longe gloria rerum Quas mentiris, ait, longe tibi Juppiter absit. » Et Turnus Æneid. XII, 52 : « Longe illi Dea mater erit. » De infula vide notata ad Thebaid. II, 99, huj. tom. pag. 168 et 169. Ed.

668. *Illic augur ego et mecum quicunque parati Insanire manu.* Sic Q. Fabius maximus apud Tullium, lib. de Senectute : « Is quum augur esset, dicere ausus est optimis auspiciis ea geri, quæ pro Reipublicæ salute fierent : quæ contra Remp. ferrentur, contra auspicia fieri. »

669. *Rursus fragor.* Unus Behot. *rursum fragor.*

670. *Subter volat astra.* Hinc inde per cælum et usque ad astrorum sedem spasgitur. Schol. — Omnino eleganti expositione. Tangere enim pæne dicit, et sic subtervolare. Sic *subtexere astra* dicuntur globi volucrum, demum eorum adspectum, qui initio libri IX. Quod de fumo etiam Virg. Æneid. III, 583 : « intremere omnem Murmure Trinacriam, et cælum subtexere fumo. »

671, 672. *Ut r. t. a. cui verna m. Flamina, et exuti*, etc. « *Flumina*, Stolida omnino locutio, quam nollem meam : nec poterat bono animo excusare quispiam. Melius quod alibi *torrentem*, sive *amnem respirare* dixit. In optimo codice est *Flamina*, quæ utique vera scriptura est, agnoscente etiam Lactantio et Scholiis priscis. » Barth. — Reg. B, *Flamina, et e. e. frigore montes;* Reg. C nost. lect. habent. Ed. — *Ut rapidus torrens*, etc. Hae comparatione sæpe usi sunt poetæ. Cf. Lucret. I, 282 et sqq. Valer. Flacc. VI, 632 sqq. Sil. Ital. IV, 520 sqq. Claud. III, 269 sqq. et quæ præterea ad Sil. laudat Ruperti. Vide nost. edit. tom. I, p. 263 et 264. — *Flamina.* Favonii : nam flatu Favonii solutæ nives augent fluvios. — De hoc loco videsis quæ enarrat Marklandus ad Silv. V, 3, 171, nost. edit. tom. I, pag. 661. Ed. — *Concreto frigore.* Glacie, nive, quæ nihil aliud sunt quam concretum frigus.

674. *Objicibus.* Regg. B et C,

Arva, armenta, viri, donec stetit improbus alto
Colle minor, magnoque invenit in aggere ripas.
Hæc alterna ducum nox interfusa diremit.
At gemitus Argia viri non amplius æquo
Corde ferens, sociumque animo miserata dolorem,
Sicut erat pridem laceris turbata capillis,
Et fletu signata genas, ad celsa verendi
Ibat tecta patris, parvumque sub ubere caro
Thessandrum portabat avo jam nocte suprema
Ante novos ortus, ubi sola superstite plaustro
Arctos ad Oceanum fugientibus invidet astris.
Utque fores iniit, magnoque affusa parenti est:
« Cur tua cum lacrimis mœsto sine conjuge supplex

*Obicibus*. A. — *Resonant permixto turbine tecta, Arva, armenta, viri.* Noster Theb. I, 366 : « Passimque insano turbine raptas Pastorum pecorumque domos. »

676. *Magnoque in aggere*. Collis, scilicet.

677. *Hæc alterna ducum*, etc. *Dicta alterna ducum* conj. Barth.

678. *Argia*. H. e. uxor Polynicis.

679. *Sociumque animo miserata dolorem*. Unus Behot. *animo solata dolorem*. — *Sociumque dolorem*. Æquum est enim mulierem affectu proprio carere, ac consortem et sociam esse viro jocorum, seriorum, sollicitudinis ac gaudii.

680. *Sicut erat pridem laceris*. *Sic erat laceris pridem* Dan. Put. uterque Behot. nonnulli Barthiani, et alii. *Sic erat pridem laceris* optimæ Barthii membranæ, Petrens. et Delph. — Regg. B et C, *Sicut erat laceris pridem*. Ed.

681. *Et fletu*. In optimo Barthii libro : *Et fletu*; unde ille conj. *Et flectu*.

683. *Thessandrum*. Hic enim Thessandrus Sthenelusque duces, Polynicis et Capanei filii. Hic Thessandrus post ad Thebas evertendas dux fuit. Lege Herois hujus res apud Pausan. Diod. Apollod. Higin. etc.

684. *Ubi sola superstite plaustro Arctos ad Oceanum fugientibus invidet astris*. Quia nunquam occidit Arctos sive ursa, respectu scilicet nostri : Arctous enim circulus, in quo cardo convertitur, infra Horizontem non descendit. Reliqua vero signa omni nocte in Oceanum dicuntur mergi. — De quibus ampliora invenire si velis, adi notata nostra ad Theb. I, 371, huj. tom. pag. 72, et Excursum ad calcem hujus libri. Conf. etiam Claud. I, in Prob. et Olybr. Cons. vs. 26; nost. edit. tom. I, pag. 103. Ed.

686. *Magnoque affusa*. Petrens. *magnoque effusa*.

687. *Mæsto sine conjuge*. Melius legitur in libro : *mæsta et sine conjuge*. Properans autem vocem omittit Poeta, *dixit* scil. Omnia autem

Limina nocte petam, cessem licet ipsa profari,
Scis genitor : sed jura Deum genitalia testor,
Teque pater, non ille jubet; sed pervigil angor,
Ex quo primus Hymen, movitque infausta sinistram
Juno facem, semper lacrimis gemituque propinquo
Exturbata quies : non si mihi tigridis horror,
Æquoreæque super rigeant præcordia cautes,
Ferre queam : tu solus opem, tu summa medendi
Jura tenes : da bella, pater; generique jacentis

ex fastu majorum et Adrastum longo intervallo secutorum fingit Papinius, quum constet ex ipso Poeta, longe aliam pauperum illorum temporum principumque fuisse rationem. Barth.

689. *Sed jura Deum genitalia testor.* Barthius, qui lectionem nostram damnat, ex iisdem membranis affert : *genialia testor.* — Jurabant enim per ea, quæ sanctiora sibi erant : nulla autem jura mulieri sanctiora esse debent, quam conjugalia. — *Deum.* Multi Dei nuptiis præsidebant et in iis invocabantur, sed quinque præcipue : Juppiter, quem vocabant τέλειον, quasi nuptialem, τέλος enim priscis Græcis *nuptias* significat, ut discimus ex Pollucis Onomastico, Juno etiam τελεία cognominata, Venus, Πειθὼ, et Diana. Quæ erat præcipua causa, cur quinque faces in nuptiis accenderentur. Jungebantur et alia numina, ut Pilumnus et Picumnus, ut scribit Varro lib. II, de Vita Populi Romani.

690. *Teque pater.* Jurabant etiam per res sibi carissimas.

691. *Ex quo primus hymen, movitque infausta sinistram.* In uno codice pro v. l. *movitque infesta sinistram.* — *Hymen.* De quo vide notata ad Theb. II, 202; ad quem illustrandum adductus est hic locus; adi etiam Excurs. 283 et 691, ad calcem hujusce libri. Ed.

692. *Juno facem, semper lacrimis gemituque propinquo. Gemituque profundo.* Esset, suspiritu alte ducto. Meliores tamen et multi, *propinquo.* Quod videtur delicatius, insinuatque merito frangi eam et molliri, nec durare ulterius posse, cui tam vicini gemitus nihil quietis concedant. Gron. — *Juno.* Juno enim, ut supra diximus, nuptiis præsidebat. — *Facem.* Faces etiam ante nubentes ferebantur, ut diximus supra. Vide notata ad lib. præced. vs. 259; hujus tom. p. 191. Ed. — *Propinquo.* Id est, mariti juxta me cubantis.

693. *Exturbata quies.* De hac locutione videsis quæ diximus ad Theb. I, 441, ad quem illustrandum adductus hic locus. Ed. — *Non si mihi tigridis,* etc. Ex Virgilio adumbratum, Æneid. IV, 367, Dido enim ut Æneæ exprobraret cordis duritiam, ait : « sed duris genuit te cautibus horrens Caucasus. »

694. *Æquoreæque super. Æquoreasque super* optimæ Barthii membranæ.

696. *Generique jacentis.* Potio-

Adspice res humiles, atque hanc, pater, adspice prolem
Exsulis : huic olim generis pudor, obvia prima
Hospitia, et junctæ testato numine dextræ.
Hic certe est, quem Fata dabant, quem dixit Apollo.
Non egomet tacitos Veneris furata calores,
Culpatamve facem, tua jussa verenda, tuosque
Dilexi monitus : nunc qua feritate dolentis
Despiciam questus ? nescis, pater optime, nescis,
Quantus amor causæ misero nupsisse marito.

res, ait Gronovius, habent, *tacentis*. Et interpretatur, etiam non te interpellantis, aut eo miserioris, quod ne loqui quidem rem suam audet. Ut de Sequanis Cæsar, I, 32 : « Eorum hoc esse miseriorem gravioremque fortunam præ reliquorum, quod soli nec in occulto quidem queri, nec auxilium implorare auderent. » Non debes exspectare, donec ille te appellet : res, ipsius humiles et exsilium, et injuria satis pro tacente loquuntur. Sed τὸ *jacentis* optimum *est* : confirmat enim magis τὸ *res humiles* versus sequentis. Quum Argia maxime capiat movere patrem, ad danda genero auxilia, miserum ejus statum oratione, quantum potest, exaggerat; nec contenta est dicere *res humiles* : addit et *generi jacentis*, id est, egeni, pauperis, rebus omnibus destituti, ut patris animo magis inculcet, eum auxilio indigere.

697. *Adspice prolem*. Thessandrum dicit, qui patietur pudoris ignominiam, si dicatur exsulis filius. Virgil. Æneid. X, 851 : « Idem ego, nate, tuum maculavi crimine nomen, Pulsus ob invidiam solio. » Lactant.

698. *Huic olim generis pudor, obvia (pudor. Obvia) prima Hospitia*. Corruptus locus : quem felici conjectura emendavit Gruterus, et invenit in MSS. postea Behottius. Scribendum itaque : *Huic olim generis pudor*. Hæc proles tui generi, si perpetuo patrem habet exsulem, pudorem habebit sui ortus. Deinde : o *ubi prima Hospitia*. Recordare illius noctis, quum primum hospitem recepisti maritum meum, et dextra dignatus es, et generum destinasti. Gronov. — Reg. B, o *ubi prima* ; Reg. C nost. lect. habent. Ed.

699. *Et junctæ testato numine dextræ*. Barth. *ut junctæ testato numine dextræ*. Pro *testato* unus Behot. habet *funesto*. — Hanc lect. Reg. B exhibet; Reg. C nostram.

700. *Quem dixit Apollo*. Id est, quem oracula tibi generum per portenta dixerant. Lactant.

701. *Non egomet tacitos Veneris furata calores*. Non furtivo et culpando amore Polynicem cepi maritum, sed monitis parui, quum mihi hunc conjugem dedisti.

702. *Tua jussa verenda, tuosque*. Alter Behot. et optimus Barthian. *tua jussa tuosque verendos*.

705. *Quantus amor causæ*. « Procul omni dubio vera est lectio,

Et nunc mœsta quidem grave et illætabile munus
Ut timeam, doleamque, rogo : sed quum oscula rumpet
Mœsta dies, quum rauca dabunt abeuntibus armis
Signa tubæ, sævoque genas fulgebitis auro,
Hei mihi care parens, iterum fortasse rogabo. »
Illius humenti carpens pater oscula vultu,
« Non equidem has unquam culparim, nata, querelas :
Pone metus : laudanda rogas, nec digna negari.
Sed mihi multa Dei (nec tu sperare, quod urges,
Desine,) multa metus, regnique volubile pondus
Subjiciunt animo : veniet, qui debitus istis,
Nata, modus : nec te incassum flevisse quereris.

quam integram servavit optimus maximus codex, et conjectura voluit reductam Joannes Bernartius : *Quantus amor castæ*. Vetustum errorem scripturæ esse indicat alius liber, in quo interpretamentum hoc adjectum est : Id est, *Quanta causa amoris*. » Barth. Put. habet etiam, *castæ* pro *causæ*. — *Quantus amor causæ*. Hypallage, pro quanta causa amoris, etc. Lucanus, VIII, 76 : « non legum jura nec arma, Unica materia est conjux miser. » Nam maritum commendat affectio : si sit miser, auget misericordia caritatem.

707. *Ut timeam, doleamque*. Expressit affectum mulieris unice amantis conjugem : profecto enim ad bellum marito, necesse est, ut illa in perpetuo timore vivat, doleatque sollicita de marito.

710. *Hei mihi care parens*. « Omnes nostri libri : *care pater;* quod Papinianum puto, et ob non intellectam cæsuram, quam vocant, a librariis perditum. Vide ad Theb. II, 147. » Barth. Ita quoque legitur in Dan. — *Iterum fortasse rogabo*. Iterum ad te improvisa veniam, scilicet forsan contrarium rogatura, quum jam videam ire Polynicem in bellum. Eleganter autem exprimit Argiæ anxietatem. Petit impensissime a patre, ut copiis et opibus juvet generum, quibus restituatur in regnum, sed quum reputat animo discessum mariti, vicesque bellorum, statim illius ardor refrigescit.

711. *Carpens pater oscula*. De hac locutione vide notata ad Silv. II, 1, 172, nost. ed. tom. I, p. 185. Ad quem illustrandum adductus hic locus. Eo. — *Humenti vultu*. Et ipse lacrimans, scil. lacrimas in vultu filiæ offundens. Vet. Expos.

714. *Sed mihi multa Dei*. Ordo : Sed mihi multa Dei subjiciunt animo.

716. *Veniet, qui debitus istis, Nata, modus*. Solatur filiam pater, dicendo venturum quandoque diem, quo cuncta prosperum habebunt eventum.

717. *Nata modus*. Eleganter re-

Tu solare virum : neu sint dispendia justæ
Dura moræ; magnos cunctamur, nata, paratus.
Proficitur bello. » Dicentem talia nascens
Lux movet, ingentesque jubent assurgere curæ.

ligiosus pater sollicitæ filiæ belli pollicetur affectum. Lactant.

718. *Neu sint dispendia justæ Dura moræ.* Non putes damnum utiles moras; qnum summa rerum consistat in captanda temporum opportunitate.

719 *Magnos cunctamur, nata, paratus. Cunctari aliquem*, pro morari aliquem, sæpius occurrit. Sic apud Nostrum, Theb. VII, 1 et sq. « Atque ea cunctantas Tyrii primordia belli, etc. et lib. XI, 268 : « pugnas cunctantem Eteocla vidit. » Claudian. XXII, de Laudib. Stilich. lib. II, 284 : « quo me cnnctabere rursus. » Ed.

720. *Proficitur bello.* Prospicitur, consulitur. Peyraredus.

721. *Lux movet. Lux monet* Petrens. et optimæ Barthii membranæ; quod probat Jortinns nostras in Misc. Obss. tom. I. *Lux movet* Busl. nterque Behot. et alii.

# EXCURSUS

VEL

# NOTÆ AMPLIORES

AD LIBRUM TERTIUM

## THEBAIDOS.

---

VERS. 1. AONIÆ *moderator perfidus aulæ*. Aut quia regnum negavit, aut quia contra jus gentium legato paravit insidias. Docet enim Poeta malorum conscientiam esse pervigilem; quippe Eteocles, quamvis adhuc stellis labor supersit, ut adscenso axe perveniatur ad lucem, tamen otia non accepit. Vide Ovid. Met. II, 775 et seqq.

> Pallor in ore sedet: macies in corpore toto;
> Nusquam recta acies; livent rubigine dentes;
> Pectora felle virent; lingua est suffusa veneno, etc.

27. *Inclinat Orion*. Juppiter et Neptunus quum ad Œnopionem regem in hospitium venissent, et ab eo liberaliter excepti fuissent, optionem dederunt, ut si quid vellet ab eis exposceret. Ille liberos sine conjuge postulavit: cui Neptunus et Juppiter imperarunt, ut tauri corium, quem eis immolaverat, terræ infoderet. Illi in eo urinam fecere, unde natus est Orion. Qui quum Dianæ stuprum inferre vellet, illa Terræ ope scorpionem vindicem sumsit: quem occisum Juppiter in cælum transtulit: simili modo et Diana vindicem suum inter sidera collocavit. Mensis ergo Januarii tempus Poeta describit, quo Orion in occasu est constitutus. LACTANT.

35. *Hyperiona ponto*. Quum primum oceano sol exit. Ex Hyperione autem Græci fabularum scriptores stulte natos esse finxerunt venerabiles Deos, Solem et Lunam, pariter et Auroram, sperantes videlicet stolidi homines suis fallaciis nativitates posse auferri ab his, qui noverunt nec mundum nec diem sine sole lunaque esse potuisse a primordiis rerum, nec tanta lumina utero fuisse gestata. Hyperiona ergo, non ut Græci fingunt Titanis filium accipiendum, sed Latina simplicitate explicandum est ambiguum Græcitatis: Hyperiona dicunt super omnia sæcula. LACT.

61. *Seu, quod pudet ore fateri*. Scripti omnes, *ira*, non *ore*: unde mi-

nima mutatione amicus noster, bonus ille et veteres restituere versus, et novos facere veterum similes: *pudet ire fateri*. Nec refuto, etsi blandiatur: *seu*, *quod rubet ira fateri*. Erubescit. Ut in Epithal. Stellæ et Viol. Silv. I, 2, 245: « Quum Turno spectante rubet. » Theb. V, 356: « audaces rubuit mirata catervas Pallas. » Lib. XII, 588: « rubuit Neptunius heros Permotus lacrimis. » Sic plenius, et duplex affectus exprimitur. Alio sensu Theb. VII, 48: « Iræque rubentes. » Ovidius, Metam. VIII, 466: « Sæpe suum fervens oculis dabat ira ruborem. » Et hinc possis interpretari: quod irascor fateri vel indignor. *Pudor* adeo et *ira* sæpe communibus verbis exprimuntur, ut jam in Diatribe monuimus. Gron.

88. *Plenum capulo latus*. Mira locutio. Brevis videlicet fuerit et exiguus capulus, qui una cum gladio vulnus intraverit. Sed est, si non consideratissima, Papiniana tamen locutio. In glossatore manuscripto notatio est; « capulo, id est, ense usque ad capulum. » Excusari tamen poterit *capulum* pro gladio usurpans, quum *ensem eburnum* pro eboreo capulo aut vagina ornatum posuerit Virg. Æneid. XI, 10 et seq. « clipeumque ex ære sinistræ Subligat, atque ensem collo suspendit eburnum. » Barth.

92. *Turbataque mussant Concilia*. Quam scite servitutem expressit, quæ sub tyranno? verum sibi dici non vult, et maximum regni bonum credit, quod facta sua populus cogitur tam ferre quam laudare. Misellus! Equidem ut nunquam est obscurum quando ex veritate, quando adumbrata lætitia facta principum celebrentur, ita invicta veritatis vis in omnium animos lumen suum emittit, et illi ipsi qui eam opprimere nituntur, per latebras tandem quærunt. Fidem fecerit vel unus Tiberius, qui « quoquo modo dicta (Taciti verba sunt) vulgari malebat, veritatisque, cui adulatio officit, per probra saltem gnarus fieri. » Hæc crux interna, et Nemesis quæ in penetralibus hæret: at quanto gravior quæ imminet a tergo? enimvero « Quos cogit metus Laudare, eosdem reddit inimicos metus. » Pulchra loquentes iidem in pectore prava machinantur, adulatione sibi fidem struunt, ut cum magna mercede fallant. Lubet itaque exclamare: Miser est Imperator apud quem vera reticentur. Bernart.

106. *Et nemorum Dodona parens, Cyrrhæaque virgo*. In Chaonia regione, quæ pars est Epiri, Dodonei Jovis templum esse dicitur, notum numinis reverentia: ubi duæ columbæ fuisse dicuntur, sedentes super duas quercus, et responsa dantes, exprimentes in mutis animalibus quid homo adorare vellet, et postea una earum transvolavit Delphos, quæ civitas est in regione Bœotiæ, juxta Parnassum montem ejusdem regionis: ibique Delphici Apollinis oraculo opinionem paravit. Altera Hammonis Jovis templum in Africa tenuit. Dodoneum igitur fuit oraculum Jovis in Epiro, ubi de quercu columba hominibus responsa dabat. — *Cyrrhæaque virgo*. Apollinis Oraculum in radicibus Parnassi montis op-

pido Cyrrha, a Cyrrha Nympha appellatum, quum *Crissa* prisco nomine diceretur, et ita ab Homero vocetur: huic Circus adjacet, in quo equestres Pythiorum ludi celebrabantur. Consule Pausaniam Phocicis. Bern.

136. *Nec jam infelix*, etc. Tetra facies mulieris jam non ad miseriam spectantes, sed in timorem rapiebat: sic corpus tormentis laceratum Philotæ miserationem tetro adspectu eximebat Macedonibus. Si tamen ejus exemplum est, quod memoriæ incidit. Dubito. Barth.

179. *Sæpe quidem infelix*. Hæc oratio consolationem continet, quæ constat exemplis: ut Virgil. Æneid. I, 199: « O passi graviora. » Dicit autem, nunquam tantam scenam infelicitatis accidisse Thebanis: et ne contra præceptum faciat, si infelicitatem carere dicat exemplo, ideo dicit unum diem posse istis cladibus comparari, quo Niobe quatuordecim filios uno momento ira numinum perdidit. Omnes enim reliquæ historiæ de Thebanorum calamitate, præcipue ex superioribus, bene jam notæ sunt.

191. *Una dies*. Prope est ut hæc infelicitas consolatione careat, si nihil unquam tale contigit: ideo subdidit exemplum: quia, ut Ovidius ait, Niobe Latonam coli vetabat, in se cupiens transferre honorem numinis, quod illam in utroque sexu liberorum fœtibus jactabat anteire se. Tantalis autem Niobe, quia Tantali fuit filia. Filii Niobes hi: Arebemorus, Antehorus, Tantalus, Phædimus, Sipbylos, Xenarebus, Epinites. Item filiæ; Astieratia, Pelopeia, Chloris, Cleodoxe, Ogima, Phega, Neera. Lactant.

205. *In subitos regina lacus*. Respexit fabulam qua Dirce, Lyci Thebarum regis conjux, ab Amphione et Zetho, Jovis et Antiopæ filiis, caudæ indomiti equi alligata et per terram diu rapta, tandem in sui nominis fontem conversa fingitur. Conf. Thebaid. I, 38 et vide notata, hujusce tom. pag. 14. Ed. — *Sic dira sororum*. Ideo inquit illa non fleo, quia patientius fertur, quod fato accidit. Nunc ergo quinquaginta isti regis vitio ceciderunt. Sic Cicero in Philipp. I, cap. 4: « Multa autem impendere videntur, præter naturam præterque fatum. » Ideo et Poeta describit illud fatorum fuisse, hoc non: de qua re magna quæstio est. Sed si philosophice investigemus arcana, si hæc talia tamen evenisse credamus, reperire possumus hoc magis fato factum, quod per Eteoclis insidias contigit. Quod enim Deorum iracundiis extra fatum? licet enim Diis, quia ipsa fata senserunt, facere quod velint, quia humanum genus hoc vinculo ligaverunt, ut juvit suas voluntates atque licentias. Attamen si utrumque perpendas, et hoc et illud fato evenisse cognosces: nam ut quinquaginta morerentur, per regis perfidiam contigit: et illa quæ superius facta narravit de Dirce, de Niobe, de Pentheo, de Agave, de Actæone, etiam decreti fuisse poterimus agnoscere. Omne

enim quodcunque fato moritur: ut Virgilius, Æneid. X, 467: « Stat sua cuique dies. » LACTANT.

263. *Quum Venus ante ipsos nulla formidine gressum Figit equos.* « Venerem invocabant Veteres quum Mars pertenderet, ut cujus amoribus multum deferret. » Schol. Verum esse constat vel suavissimis suavioribus de Lucretii verbis, lib. I, 33 et seqq.

Nam tu sola potes tranquilla pace juvare
Mortaleis; quoniam belli fera mœnera Mavors
Armipotens regit, in gremium qui sæpe tuum se
Rejicit, æterno devinctus volnere amoris;
Atque ita suspiciens, tereti cervice reposta,
Pascit amore avidos, inhians in te, Dea, visus;
Eque tuo pendet resupini spiritus ore.
Hunc tu, Diva, tuo recubantem corpore sancto
Circumfusa super, suaveis ex ore loquelas
Funde, petens placidam Romanis, Inclata, pacem.

Si de horum quarto et septimo versuum legere velis quæ adnotavit recens ac laudandus Lucretii interpres DE PONGERVILLE, adi t. I, pag. 97 et seq. ED.

274. *Hoc mihi Lemniacæ de te meruere catenæ?* Quibus in Lemno deprehensa cum Marte vincta fuit; quanquam Veneris et Vulcani notissima fabula sit, breviter tamen exinde pauca perstringam. Postquam filiabus Solis Venus amores immisit, et singulæ exitiali morbo detentæ interiere, Vulcanus Minervæ consilio monile astu perfecit: nam conscia factum Minerva, indicant oculi Gorgonis, quos dicit Poeta in illo monili gemmis insertos. Fecit ergo monile pulcherrimum infausti ominis, quod dedit Harmione, quum Cadmo nuberet. Cujus malo omine in dracones cum marito conversa est. Deinde hoc monile Semele gestavit, quæ fulminibus Jovis assumta est. Inde habuit Ino, quæ, a marito Athamante occiso per furorem ex filiis uno Learcho, cum alio, id est Palæmone, se præcipitavit in mare, ut mariti insequentis vitaret insaniam. Post hanc habuit Agave, et ipsa filium furore percussit. Hæ omnes filiæ Cadmi et Harmiones fuerunt. Habuit et Jocasta, quæ per errorem filio nupsit. Habuit et Argia, sed Eriphylæ dedit, ut mariti proderet latebras. LACTANT.

283. *Infaustisque dabas Hymenæis?* Hymenæus puer genere Atheniensis fuit. Is quum annos puerilis ætatis excederet, neque adhuc virum posset implere, ea pulchritudine præditus fuisse dicitur, ut feminam mentiretur. Is quum unam ex civibus suis virginem nobilem adamasset, ipse mediocribus ortus parentibus, quia nuptias desperabat, quod poterat tamen, puellam extrema amoris linea diligens, satis animo solo faciebat adspectu. Quumque nobiles feminæ cum virginibus sacra Cereris Eleusinæ celebrarent, subito adventu piratarum raptæ sunt,

inter quas etiam Hymenæus : qui illo amatam fuerat subsecutus, quod puella crederetur. Quum igitur per longinqua maria prædam piratæ vexissent, ad quamdam regionem tandem devoluti pervenissent, ibique somno oppressi ab insequentibus sunt interempti. Hymenæus relictis ibi virginibus reversus Athenas, pactus est a civibus dilectæ nuptias, si eis filias suas restituisset. Quas ubi pro voto restituisset, exoptatam accepit uxorem. Quod conjugium quia felix fuerat, placuit Atheniensibus nomen nuptiis Hymenæi miscere. Conf. infra Excurs. 691, huj. tom. p. 365. Ed.

350. *Non gentibus æquum Fas.* Quia scelerati hac spe peccant, dum sperant Deos criminum vindices non fore, unde Virgil. Æn. VII, 648 : « Contemtorque Deum Mezentius. » Nam sunt philosophi, qui quum videant naturæ mala necessitate res contrarias ac pessimas in mundo parari, dicunt curam humanarum rerum penitus Deos non habere, unde Virgilius, Æneid. IV, 379, Epicurum secutus ait : « Scilicet is superis labor est, ea cura quietos Sollicitat : » aut si omnino ad Deum humanarum rerum pertinet cura, crudelis est : ut idem Ecl. VIII, 35 : « Nec curare Deum credis mortalia quemquam. » Lactant.

352, 353. *Servatoremque cruentum Bebrycii nemoris.* Pollux cum Argonautis ad Bebryciam appulsus est, quum cum Amycus rex Bebryciorum ad cæstuum provocasset certamen (Amycus autem hanc consuetudinem semper habuit, ut insidiaretur in Bebrycio nemore, ubi si quis forte advena devolutus fuisset, ab eo cæstibus provocatus occumberet) hunc Pollux eodem certamine superatum dicitur occidisse. Hic autem Amycus Neptuni et Melies filius fuit, quem Pollucem diximus prostravisse. Cujus mortem vindicatori cives quum Polluci instarent, Argonautæ asserturi commilitonem suum in aciem processerunt, victoriamque Bebryciorum tulerunt. Bebrycia autem Bithynia dicta est : ut Virg. Æneid. V, 373, ad Daretis augendum virtutis meritum, dixit : « qui se Bebrycia veniens Amyci de gente, ferebat. »

374. *Nec me adeo res dextra levavit.* Nec me, inquit, tantum extollit conjugii repentina felicitas, ut nesciam quam sit durum quietos homines ad bella compellere. Lactant. — Utinam omnes non a supremis labiis, sed e pectore, et ut ille ait ἐκ φρενῶν μυχῶν, hanc sententiam usurparemus, quam belle nobiscum ageretur ! vix afflavit melior quædam fortunæ aura, statim æquales, dein superiores, postremo nostras ipsi spes anteire paramus; insani, et Comici verbo Plaut. in Pœn. act. I, sc. 2, 78 « lapide silice stultiores ; » enimvero, quo « Fortuna altius Evexit ac levavit humanas opes, Hoc se magis supprimere felices decet. » Feri et inculti homines id scivere, qui animose apud Curtium, lib. VII, cap. 8, 4, inculcant regum maximo : « arbores magnas diu crescere, una hora exstirpari. » Imbibes tu qui infida fiducia te extollis, nisi serio, sed sero plorare velis ; quandoquidem non certius solem meridie

lucere, quam illud Tragici Senec. Hercol. Fur. act. II, v. 385: « Seqoitur superbos ultor a tergo Deus. » Bernart.

398. *Epidanrius Idmon*. Commeodat artem Idmouis a patria: in Epidaoro eoim Æsculapins Deus mediciuæ religiose colebatur. Cæterum tres sunt in Europo urbes hujusce nominis, qoarum uoa io Dalmatia, qnæ Europæis *Ragusi* appellatur, alteræ duæ in Pelopooneso sitæ sunt; una io Argolide ad sinum Saronicum delubro Æsculapii nobilis: extra urbem tamen fuisse hoc delubrum tradit Pausauias Corinthiacis. Et oriundos ex illa Idmon noster; illa hodie Sophiano vocatur *Cherronisi*, Nigro *Pighiada*: altera est io eadem Peloponoeso ad sinum Argolicum io Lacooia, *Epidauria* Strabooi, qoi eamdem prius Limeram cogoominatam dicit ob portus commoditatem: posterioribos Græcis, ut Plethori, Gregoræ, et Cedreno, *Monobasia*, vel *Monembasia* appellatur: hodie aotem vocatur *Maluasia*.

438. *Cyclades: ipsa tua Mycono, Gyaroque revelli, Dele, times.* Insulæ maris Ægæi in orbem circa Delom sitæ, uode et oomeo acceperuut. Quidam dicuot vocari Cycladas, non quod in orbem sitæ siut, sed quod longo ordine oporteat eas circuire propter promootoria. Suut aotem numero quiuquaginta tres. Castaldo vocantur *Isole del Archipelago*. — *Mycono*. Myconos una e Cycladibns. *Mycono* bene: nam Græcis Μύκονος. Noster Achilleid. I, 205: « Cyclades hiuc spretæ, Mycooos humilisque Seriphos. » Pliuio etiam, Stephaoo, Straboni, ao cæteris Geographis *Myconos* dicitur. Apud Virgiliom tamen Æneid. III, 76, et Ovidium Metam. VII, 463, *Mycone* vocatur, nisi *Myconos* utrique restituenda. Heynios *Mycono* recepit, vide varias lectiones ad honc locum nostri Virgilii, tom. II, pag. 836. Conf. etiam oost. Ovidiom tom. III, p. 513. Eo. — *Gyaro*. Gyaros etiam una e Cycladibus. — *Revelli, Dele, times.* Bene *revelli*: Apollo eoim Delom dicitor alligasse üs insulis, qoom prios fluctuaret, et stabilem reddidisse. De Delo vide notata ad Theb. I, 702, hoj. tom. pag. 117. Eo.

453. *Sed mente virens Phœboque Melampus*. Hic Prœtidas iusanientes accitus a Prœto seuex purgavit. Prœtus igitur Abantis filios, rex Argivorum, inimicam felicitatis suæ habuit coujugis fœcunditatem. Tres enim sustulit filias, et ad tempus nuptiarom usque perduxit: sed incontineos virginom liogua infelicitatis edidit causas: hæ enim feruotur sollemuiter templum Juoonis iotrasse, et se prætolisse Deæ. His rebus offensa Juuo iu juvencas vertit puellas, et cupiditatem iojecit silvas petendi, credentes se formam ioduxisse vaccarum. Quod eo usqoe passæ sont, douec Prœtus regui partem, si quis eas in pristiuom statum mentis restituisset, proposuit habiturum, et ex his coujogem. A Melampo ergo Prœtides sunt iosania liberatæ: acceptamque Melampos onam ex virginibus duxit uxorem et consors regui Prœti fuit, et gener. Lactant. — *Phœboque Melampus*. Et hic augur magni nominis, meminit inter

alios Homerus Odyss. Λ et Ο, Apollonius Argon. Α, Theocrit. Idyll. Τ, hic ille qui furentes Prœti filias veratro nigro vel albo purgasse creditur. Tu adi Strabon. lib. IX, qui de utraque Anticyra atque Elleboro agens, Grammaticorum de ea re pugnam componit. BERNART.

456. *Fibris. Fibræ* hic proprie sumuntur pro extremis jecoris, cordis, et cujusque visceris partibus, quibus inspectis haruspices futura divinabant. Haruspicinam invenisse Delphum scribit Plinius lib. VII, c. 56. Hetruscis vero haruspicinæ principia Tagetem tradidisse refert Cicero de Divinatione lib. II. Vide et Protrepticum ad Crispinum Silv. V, 2, 1, de Tagete, et notata ad hunc locum nost. edit. t. I, pag. 582. ED.

461. *Lernæi.* Argivi, a Lerne oppido Argolidis. — *Aphesanta.* Mons ille Apesas, seu Apesantus Plinio, idem est probabiliter, ac ille, quem Pausanias secundo Corinthiacorum collocat supra Nemeum, in quo Perseum primum Jovi Apesantio rem divinam fecisse tradont: unde infra, v. 633, Noster vocat « Perseium montem. » Nam quod Lactantius Papinii interpres hunc ponit in Sicilia, et ex quo dixit Perseum se librasse, quum Libyam peteret ad exstinguendam Gorgonem, ridiculum est: ex hoc loco enim fuisse in Argolide convincimur.

471. *Nam te pernicibus alis,* etc. Eadem pæne similibus verbis exprimit Ammianus Marcellinus lib. XXI, cap. 1: « Auguria et auspicia non volucrum arbitrio futura nescientium colliguntor (nec enim hoc vel insipiens quisquam dicet), sed volatus avium dirigit Deus, ut rostrum sonans, aut prætervolans pinna turbido meatu, vel leni, futura demonstret. Amat enim benignitas numinis, seu quod merentur homines, seu quod tangitur eorum affectione, his quoque artibus prodere, quæ impendent. »

476. *Aridus Hammon Invideat.* Ut Juvenal. Sat. VI, 554: « quidquid Dixerit Astrologus, credent a fonte relatum Hammonis. » Liber quum ex India veniens in deserta et in extrema parte Libyæ teneretur, ac siti laboraret exercitus, dicitur rogasse Jovem, ut se patrem probaret. Unde ex arena subito aries apparuit, quo duce Liber aquam invenit, petitque Jovem, ut arietem in astra transferret. In eo autem loco in quo aqua fluxit templum constituit, quod Jovis Hammonis dicitur. Simulacrum autem ejus adjectis cornibus arietinis confectum est, de quo templo postea dicuntur data esse oracula.

478. *Niliacumque pecus, patrioque æqualis honori Branchus.* Intelligit bovem Apim Ægyptiis cultum. De ejus oraculo hæc Plinius, Hist. Nat. lib. VIII, cap. 46: « Bos in Ægypto etiam numinis vice colitur, Apim vocant: insigne ei in dextro latere candicans macula, cornibus Lunæ crescere incipientis: nodus sub lingua, quem cantharum appellant. Non est fas eum certos vitæ excedere annos, mersumque in sacer-

dotum fonte enecant, quæsituri luctu alium, quem substituant: et donec invenerint, mœrent, derasis etiam capitibus: nec tamen unquam diu quæritur: inventus deducitur Memphim a sacerdotibus. Sunt delubra ei gemina, quæ vocant thalamos, auguria populorum: alterum intrasse lætum est, in altero dira portendit. Responsa privis dat, e manu consulentium cibum capiendo. Germanici Cæsaris manum aversatus est, haud multo postea exstincti. Cætero secretus, quum se proripuit in cœtus, incedit submotu lictorum; grexque puerorum comitatur, carmen honori ejus canentium: intelligere videtur, et adorari velle. Hi greges repente lymphati futura præcinunt. » Hactenus Plinius. Eadem Ammianus Marcellinus tradit lib. XXII: « Quumque, ait, initiante antistitum numero centum, inductus in thalamum esse cœperit sacer, conjecturis apertis signa rerum futurarum dicitur demonstrare: et adeuntes quosdam indiciis averti videtur obliquis, ut offerentem cibum aliquando Germanicum Cæsarem, sicut lectum est, aversatus, portenderat post eventura. » Vide et Diogenem Laertium in Eudoxo, et Pausaniam in Achaicis. — *Niliacum.* Quia in Ægypto, cujus Nilus fluvius est notissimus, Apis colebatur bos. — *Patrioque æqualis honori Branchus.* Scribendum *Patrioque æquatus honori Branchus*, ex Lact. ad Theb. VIII, 198 qui, ubi Poeta, « Et intonsi eludet penetralia Branchi, » hæc ait: « Branchus Apollinis est filius, et ipse futurorum peritissimus Deus. Ut ipse alibi: *Patrioque æquatus honori Branchus.* » Sic Noster Silv. III, 3, 145, Lacrimis Etrusci: « celse uatorum æquavit honori. » Intelligit autem oraculum Branchi quod erat apud Posideum oppidum Ioniæ, *oraculum Branchidarum* appellatum, nunc *Didymæi Apollinis*, ut ait Plinius, lib. V, cap. 29. Lactantius hic scribit Branchum fuisse puerum Thessalum dilectum Apollini, ut Hyacinthum, quem interfectum acriter dolens templo et sepulcro consecravit. Et Strabo, lib. XIV, hunc Branchum etiam non fuisse filium, sed amorem Apollinis scribit, posterosque ejus *Branchidas* vocatos, traditis Xerxi hujus templi thesauris, ipsum, incenso templo ab eodem, redeuntem in Persidem secutos fuisse, ne pœnas darent sacrilegii. Milesios vero postea templum omnium maximum construxisse, ornatumque templum donariis antiquarum gentium fuisse, *Didymæique Apollinis* vocatum. Meminit et Branchi Terentianus de Metris: « Hymnum Branchiadæ Phœbo cantasse Jovique Pastorem Branchum, quum captus amore pudico Fatidicas sortes docuit depromere Pæan. »

479, 480. *Et undosæ qui rusticus accola Pisæ Pana Lycaonia nocturnum exaudit in umbra.* Lactantius hic: « Pan apud Pisas rusticos numine suo replere solet, datque oracula, qui repletur Deo. » Locus hic singularis, quod rustici Arcadiæ repleantur Panis numine, ac futura prædicant: nam neque Pausanias in Arcadicis, nullusque alius scriptor id tradit. Pausanias dicit quidem, loco laudato, Arcades prædicare montem Mænalium tam proprium esse Panis, ut fistula canentem Deum accolæ affirmare non dubitent. Tradit etiam, Arcades referre priscis tem-

poribus Pana reddere solitum oraculorum responsa, ejusque interpretem Erato Nympham fuisse, quæ nupsit Arcadi filio Calistus. Cæterum hic mentio fit Lycaoniæ, quia olim magna pars Arcadiæ, seu, ut alii volunt, tota Arcadia vocabatur Lycaonia. — *Pisæ*. Quia, ut jam diximus, Diagon fluvius in Alpheum influens contra Erymanthum montem, Pisæum agrum ab Arcadio disterminat. Unde lux huic loco.

483, 484. *Hic honor alitibus*. Rationem redditurus est, unde concessum sit avibus futura prædicere. Quod Virg. quasi philosophus explicat Epicureus, hic quasi Platonicus. Prima opinio est ab Hesiodo, futura prædicere, quia supernus orbis conditor chaos figuraret in semina, hanc illis potestatem concessit. — *In nova semina*. Ut generatim omnia procrearent, quæ corpora, ut Epicurei testantur, inania fiunt atomorum, et mutantur, ad originem versis corporibus. Hoc physice: aiunt enim et apsin* fieri animarum in corpora; ut lectum est in Horatio, Epod. Od. XV, 21: « Nec te Pythagoræ fallant arcana renati. » Primum enim anima ejus in Euphorbum migrasse dicitur Trojano prælio, dum de clipeo ageretur Danai de poste refixum. Secundo in Pythagoram. Tertio in pavonem. Quarto in Homerum. Quinto in Ennium poetam. Ergo animas in quo sunt corpore eamdem tenere sapientiam. Hæc autem secunda opinio est. LACTANT.

506. *Non comes obscurus tripodum*. Corvus sacer Apollini, cujus tripodes sunt. Et lætum auspicium erat, si corvus a parte dextra advolaret, ut discimus supra ex Cicerone et Plauto. Immo si quoquo modo appareret, ut ex Livii lib. X colligimus: « Ante consulem hæc dicentem corvus clara voce occinuit. » — *Obscurus*. Quia niger. — Corvum dicit qui in tutela est Apollinis. Cur autem corvus Apollini sit dicatus hæc fabula est: Apollo, quum Coronidem gravidam fecisset, corvum ei custodem apposuit, ne quis ad eam occulte temerator accederet; cum hac Lycus occulte concubuit, quem Juppiter fulmine exstinxit. Ipsam Coronidem Apollo sagittis occidit, cujus mortuæ exsecto utero Æsculapium produxit in lucem. Unde Virgil. Æneid. VII, 773: « Fulmine pœnigenam Stygias detrusit in undas. » Id est, per pœnam matris natum. Corvum autem ex albo nigrum fecit, unde lac album Homerus dicit aut in calice, aut in alio vitreo vase missum, in sole umbram non facere. Unde lac digestum dicit. LACTANT. — *Non fulminis ardens Vector*. Aquila. Noster Theb. IX, 858: « utque feri vectorem fulminis albus Quum supra respexit olor. » Quo tempore Juppiter natus est, eodem natam esse Aquilam tradunt fabularum scriptores, et ad id prælium quod contra Gigantes commissum est advolasse, quasi victoriæ Deorum nuntium. Igitur in avium divisione inter Deos facta, Juppiter Aquilam sibi attribuit, ac fulmen ferre ei dedit; eaque ministra et nuntia uti solet ad eos, quibus læti aliquid significare, quosque illustres et claros reddere in mente habet. Propterea hæc avis visa semper lætum auspicium ferebat. Unde Priamus, Iliad. Ω, Jovem orat, ut aquilam mittat, cujus volatu in

bonam spem erectus, auspicioque secundo confisus, ad naves Græcorum sese conferat. Sic Tanaquil accepisse id augurium læta dicitur, quum in itinere Romam commigrando cum marito, Aquila suspensis demissa leniter alis pileum mariti abstulerit, moxque capiti apte reposuerit, et sublimis abierit. Unde etiam Romanis inter signa militaria recepta et sacrata. « Negant, ait Plinius lib. X, cap. 3. unquam solam hanc alitem fulmine fuisse exanimatam : ideo armigeram Jovis consuetudo judicavit. »

507. *Flavæque sonans avis unca Minervæ.* Hujus alitis talis est fabula. Nycteus Æthiopum rex, felix si nunquam pater fuisset, filiam habuit Nyctæam nomine, quæ, quum scelerato amore patrem diligeret, amorem suum nutrici confessa est, infandumque petivit auxilium. Ea quum mentita esset domino suo Nycteo a quadam illum extranea diligi virgine, impetravit ut filiæ suæ imprudens uteretur amplexibus. Sero illi cognitum facinus statuit vindicare. Quapropter agnitam inter ipsos amplexus filiam quum voluisset exstinguere, illa Minervæ imploravit auxilium, cujus protectione periculo est erepta, versaque in avem, quæ ex conscia commissi facinoris diei fugit adspectum, et Minervæ tutelæ dicata est. Alii dicunt filiam Prœti fuisse, patrisque vim timentem aufugisse, quam Minerva mutavit in noctuam. LACTANT.

508. *Non venit auguriis melior : quin (quam) vultur.* Male hunc locum intellexit et distinxit Bernartius, quum ponit punctum post τὸ *melior* et legit *quin*, et dicit esse sensum : Aquila Jovi, Corvus Apollini, et Noctua Minervæ, sacræ aves, secundi augurii iudices, nusquam apparent; sed vultures et accipitres passim debacchantur : unde excludit ab avibus boni ominis vultures et accipitres, quum tamen duodecim vulturum auspicio fundata dicitur Roma, ut videmus apud Livium, et Plutarchum in Romulo, qui etiam scribit ex Herodoto Pontico Herculem magni fecisse vulturem, et maxime lætatum, quum sibi in procinctu alicujus expeditionis aliquis appareret. Dicunt etiam Cæsari Octaviano in primo consulatu duodecim vultures sese ostendisse; unde ille spem concepit, se quandoque imperio totius orbis potiturum. Quantum ad accipitres, videntur etiam fuisse boni ominis, præsertim apud Græcos, de quibus hic agitur, quia erant etiam consecrati Apollini. Quodque confirmatur ex Homero Odyss. O, qui scribit Telemacho in patriam naviganti accipitrem velocem Apollinis nuntium apparuisse, quod augurium accepit Theoclymenus, ut lætum faustumque, nec sine Deo venire dextram affirmavit alitem, omniaque ei prospere eventura vaticinatus est. Quod Homerus sumsit ab Ægyptiis, quibus accipiter ut Apollini consecratus, cultus est, tradente Æliano Historiæ Animalium lib. X, cap. 14. Apud Romanos vero accipiter mali ominis habitus est, ut patet ex hoc Ovidii versiculo Art. Amat. II, 147 : « Odimus accipitrem, quia semper vivit in armis. » Plinius tamen Circon ex accipitrum genere claudum altero pede prosperrimi augurii nuptialibus negotiis et pecuariæ rei

esse tradit lib. X, c. 8, etiam Triorchem, cui principatum in auguriis Phœmonoe dedit: *buteonem* hunc appellant Romani; familia etiam ex eo cognominata, quum prospero auspicio in ducis navi sedisset. Sed ut verum dicatur, hæc scientia augurum magnis involuta erat difficultatibus, nihilque certi de iis rebus definiri potest, quum variantes scriptorum et poetarum auctoritates conciliare pæne impossibile sit. Et hoc præcipue apud Romanos. Græci enim magis secum invicem conveniunt, affirmantes auguria a parte dextra (quæ ipsis ea est, quæ Ortum spectat, ut et sinistra quæ Occasum) venientia semper læta ac prospera fuisse, e contra a sinistra, dira et infausta. De generibus vero auspiciorum, et quibus ea verbis fierent, consule Brissonium lib. I, p. 122 et 124.

511. *Striges*. Strix avis quædam nocturna, et importuna, a stridendo sic dicta. Lucanus, lib. VI, vs. 689:

Quod trepidus bubo, quod strix nocturna queruntur.

Tibullus, lib. I, Eleg. 5, vs. 51 seq.

Hanc volitent animæ circum, sua fata querentes;
Semper et e tectis strix violenta canat.

Plinius, Historiæ Naturalis lib. II, cap. 39: « Fabulosum arbitror de strigibus, ubera eas infantium labris immulgere. Esse in maledictis jam antiquis strigem convenit: sed quæ sit avium, constare non arbitror. » Sic et striges Ovidius describit Fast. VI, vs. 131 sqq.

Sunt avidæ volucres, non quæ Phineia mensis
Guttura fraudabant, sed genus inde trahunt;
Grande caput, stantes oculi, rostra apta rapinæ:
Canities pennis, unguibus hamus inest.
Nocte volant, puerosque petunt nutricis egentes,
Et vitiant cunis corpora rapta suis.
Carpere dicuntur lactentia viscera rostris,
Et plenum potu sanguine guttur habent.
Est illis strigibus nomen; sed nominis hujus
Causa, quod horrenda stridere nocte solent.

— *Et feralia bubo Damna canens*. Plinius, Hist. Nat. X, cap. 22: « Bubo, ait, funebris, et maxime abominatus, publicis præcipue auspiciis, deserta incolit: nec tantum desolata, sed etiam dira et inaccessa: noctis monstrum, nec cantu aliquo vocalis, sed gemitu. Itaque in urbibus, aut in luce visus, dirum ostentum est: privatorum domibus insidentem plurimis scio non fuisse feralem. Volat nunquam quo libuit, sed transversus aufertur. Capitolii cellam ipsam intravit Sex. Papellio Istro, L. Pedanio Coss. propter quod urbs Nonis Martiis lustrata est eo anno. »

560. *Scopulisque satæ*. Hujus fabulæ quod argumentum sit accipe: Jupiter quum videret humanum genus relicta innocentia vitiis se dedisse, emendaturus publicam mortalitatis pestem etiam periculo naturæ, effusione imbrium terras operuit, atque ita universum genus homi-

num delevit communi ruina. Habuit reverentiam pietas. Deucalion namque et Pyrrha fratres, iidemque conjuges, quum illibata sanctitate meruissent numinum misericordiam, navicula vecti Delphos impositi sunt, ibique Themidis, quæ oraculo præerat, audierunt responsum, ita posse reparari humanum genus, si ossa matris post terga jactarent. Obscurata veritas errore fuit, usque dum prudentia melior oraculo fieret. Intellexerunt enim matre terram significari, quippe rerum omnium genitricem, ossibus vero lapides ejus. Unde Virg. Georg. lib. I, vs. 62 :

> Deucalion vacuum lapides jactavit in orbem,
> Unde homines nati, durum genus.

Itaque saxa post terga jacta sunt, mirumque dictu, homines nati, atque solitudinem orbis replevit ingenium et pietas. Lactant.

595. *Enceladus mutare latus.* Enceladus gigas ferocissimus a Jove fulmine percussus, cui Siciliam insulam, montemque Ætnam impositum fabulantur poetæ, et tunc hanc insulam concuti, quum latus mutare vult. Virg. Æneid. lib. III, vs. 578 et sqq.

> Fama est, Enceladi semiustum fulmine corpus
> Urgeri mole hac, ingentemque insuper Ætnam
> Impositam, ruptis flammam exspirare caminis;
> Et, fessum quoties mutat latus, intremere omnem
> Murmure Trinacriam, et cœlum subtexere fumo.

— *Igneus antris Mons tonat.* Mons igneus, Ætna. — *Tonat.* Ob internos fremitus et strepitus ingentes qui exaudiuntur, antequam mons eructet, et emittat flammas et ignes. Solinus, cap. V : « In Ætnæ vertice hiatus duo sunt, crateres nominati, per quos eructatus erumpit vapor, præmisso prius fremitu, qui per æstuantes cavernarum latebras longo mugitu intra terræ viscera diu volvitur, nec ante flammarum globos attollit, quam interni strepitus antecedant. Mirum hoc est, nec illud minus, quod in illa ferventis pervicacia naturæ mixtas ignibus nives præfert, et licet vastis exundet incendiis, apicis canitie perpetua brumalem detinet faciem. Itaque in utroque violentia, nec calor frigore minuitur, nec frigus calore dissolvitur. » Et Virgilius, Æneid. lib. III, vs. 571 :

> .... horrificis juxta tonat Ætna ruinis,
> Interdumque atram prorumpit ad æthera nubem,
> Turbine fumantem piceo, et candente favilla;
> Attollitque globos flammarum, et sidera lambit:
> Interdum scopulos avulsaque viscera montis
> Erigit eructans, liquefactaque saxa sub auras
> Cum gemitu glomerat, fundoque exæstuat imo.

Ad quem locum Servius : « Sunt terræ, ait, desudantes sulfur, ut pæne totus tractus Campaniæ, ubi est Vesuvius et Gaurus, montes : quod indicat odor aquarum calentium. Item novimus ex aquæ motu creari ventum. Esse etiam concavas terras constat : et ab ea parte, qua Eurus vel Africus flant, habere speluncas et plenas sulfuris, et usque ad mare deductas. Hæ speluncæ, recipientes in se fluctus, ventum creant : qui agi-

tatus ignem gignit ex sulfure. » Elegantissimam autem habes hujus montis descriptionem apud Petrum Bembum. Vide et Justinum initio lib. IV. Cluverii Siciliam lib. I, cap. 8. Plinium lib. III, cap. 12.

598. *Capaneus.* Et hic unus ex septem ducibus hujus Thebani belli, Hipponoi filius, qui fulmine in oppugnatione urbis occisus fingitur. Late Statius, Thebaid. lib. XI, et Pausanias, Bœoticis. Fabulæ causam dedit, quod is primus fuerit, qui hostium muros, scalis admotis, voluit conscendere, et in ipsa oppugnatione ictu lapidis fuit oppressus. Euripides :

> Ἐκεῖνος (Capaneus) ἑπτὰ προσβάσεις τεκμαίρεται,
> Πύργων, ἄνω τε καὶ κάτω τείχη μετρῶν.

Vegetius, lib. IV, « Qui scalis in obsidione urbium utuntur, frequenter periculum sustinent exemplo Capanei, a quo primum scalarum propugnatio (lego, *oppugnatio*) perhibetur inventa : qui tanta mole lapidum fuit obrutus a Thebanis, ut fulminibus dicatur exstinctus. » Bern.

636. *Quæ fati exordia cunctis.* Veteres omnes præter Busl. *quæ prima;* unde prope est ut credam scribendum : *quæ priva exordia cunetis :* ut sensus sit : Quæ singularia exordia cunctis. *Priva* vetuste quæ nobis *singularia.* Lucretius, de Rerum Nat. lib. III, vs. 722 et seq.

> Quod si forte animas extrinsecus insinuari
> Vermibus, et privas in corpora posse venire
> Credis, nec reputas, cur etc.

Lucilius, Sat. I, 10 et seq.

> Ad cœnam adducam, et primum hisce abdomina thynni
> Advenientibu' priva dabo.

Idem :

> ... Culcitulæ accedunt privæ centonibu' binis.

Vellem vocem hanc restitutam Apuleio Met. II, « Sunt, aio, prima hujusce divinationis experimenta : nec mirum. » Cui rei hic τὸ *prima?* si attendas, sententiam turbare videbis, et scripsisse Apuleium : « Sunt, aio, priva. » Bernart.

659. *Eliciunt? miseret superum.* Revera quidquid loqueris fatum est. Aut tuo arbitrio fata disponis. — *Miseret Superum.* Totum hoc secundum Epicurum dicit Poeta. Ait enim Lucret. de Rer. Nat. I, 57 seqq.

> Omnis enim per se Divum natura necess' est
> Immortali ævo summa cum pace fruatur,
> Semota a nostris rebus sejunctaque longe ;
> Nam privata dolore omni, privata periclis
> Ipsa suis pollens opibus, nihil indiga nostri
> Nec bene promeritis capitur, nec tangitur ira.

Et Virgilius, Æneid. lib. IV, vs. 379 :

> Scilicet is Superis labor est, ea cura quietos
> Sollicitat !

Miseri, inquit, Dii sunt, si tuis precibus moventur, ad prædicanda futura mortalibus. Lactant.

685. *Arctos ad Oceanum fugientibus invidet astris.* Quia Arctos Oceano non immergitur, positione cursus sphæræ circularis. Sed fabulas, quæ in septemtrionem sunt fictæ a Græcis contra veri propositum, edisseramus. Calysto, Lycaonis Arcadiæ regis filiam, in comitatu Dianæ Juppiter quum vidisset, in amorem ejus incidit, naetusque a reliquis segregatam nymphis in Dianam mutatus, seductamque compressit, et gravidam fecit. Cujus quum crimen cresceus uterus proderet, indignata Diana comitatu suo eam repulit : quæ exactis decem mensibus enixa est parvulum, qui Arcas cognominatus est. Indignata Juno quod pellex sua ex Jove etiam mater esset, Calysto vertit in ursam. Cujus filius Arcas, quum esset in adultam productus ætatem, imprudens in matrem incidit, ursamque credens misso telo eam perimere voluit. Non sustinens Juppiter ignorantem parricidium perpetrare, statim eos inter sidera retulit. Ille Arcturus, et alio nomine Arctophylax vocatur. Illa Ἄρκτος μείζων, Latine Septemtrio major appellatur. Quod signum loco non movetur, neque mergitur. Thetis enim, uxor Oceani, nutrix Junonis fuit, quæ propter affectum nutritæ eam prohibet in Oceanum cadere : unde Virgil. Georg. lib. I, vs. 246 : « Arctos Oceani metuentes æquore tingi. »

691. *Hymen.* Hymen seu Hymenæus Deus nuptiarum, quem alii filium Bacchi et Veneris faciunt, ut Seneca Tragicus : alii, ut Asclepiades, Apollinis et Uraniæ : alii Magnetis. Repræsentabatur juvenis marcidus, diffluens voluptate, ebrius, cinctus caput rosis, ut scribit Seneca, vel amaraco, ut Catullus : dextra faces, sinistra flammeum gestans, in pedibus soccos luteos habens apud Catullum in Epithal. Juliæ et Manlii. Sunt qui dicant Hymenæum certas nuptias instituisse : alii fuisse juvenem Atheniensem, qui, filias Atheniensium a prædonibus raptas liberavit, ac in patriam reduxit : quam ob causam nubentes ejus nomen invocabant, tanquam liberatoris virginitatis; vide supra Excurs. 283. Hinc etiam Thalassio apud Romanos invocabatur : quum enim in raptu Sabinarum plebeius quidam nobilissimam ac pulcherrimam puellam abduceret, Thalassionis eam ducis nobilis esse finxit, ne sibi auferretur ab aliis; cujus nomine tuta fuit puellæ virginitas.



# PUBLII PAPINII STATII

# THEBAIDOS

## LIBER QUARTUS.

# ARGUMENTUM

## CARMINIBUS DESCRIPTUM.*

Mox septem Bellona viros in prælia cogit.
Primus init bellum mœstus longævus Adrastus;
Itque gener fulgens patriis Dirceus in armis.
Inde ferox animi Tydeus jam sævit in hostes;
Herculeam Hippomedon pubem movet inclytus armis,
Et Capaneus atrox Thebas exscendere quærit:
Amphiaraum prodit conjux, jam perfida vatem.
Parthenopeus init trepida genitrice maniplos.
At contra Eteocles Thebanos instruit omnes.
Necnon Tiresias infernas consulit umbras.
Argivisque sitim Bacchus molitur, et æstus.
Hypsipyle monstrat lymphas Langia perennes.

* Libri hujus quarti Argumentum quod supra legitur servant duo optimi codd. Barthiani, uterque Behot. Put. Lactant. Venett. 3, 4, Rom. Lindenbrog. Cruc. et Barth. — Hoc in Regg. B et C desideratur. Ed.

3. *Itque gener fulgens patriis Dirceus in armis.* Pro *in armis*, unus Behot. et codex Barth. habent *ab armis.*

7. *Amphiaraum prodit conjux.* *Amphiarum* unus Barthianus.

8. *Parthenopeus.* Unus Behot. *Partenopeus.*

9. *At contra Eteocles Thebanos instruit omnes. Ethiocles* idem codex. *Instruit ut Rex* optimæ Barthii membranæ.

10. *Necnon Tiresias. Theresias* unus Behot. *Tyresias* alter Behot.

11, 12. *Argivisque sitim Bacchus molitur, et æstus. Hypsipyle monstrat lymphas Langia perennes.* « Hic contaminatæ res. Scribe cum manuscripto: *Argivisque sitim Bacchus molitur; ad æstum Hypsipylæ monstrat limfas Langia perennes.* » Barth. Behot. 1, *Arguisque.* In eodem, *Hypsiphile.* Behot. 2, *Hysiphile monstrat lymphas Longia perennis;* Behot. 1, etiam *perennis.*

# PUBLII PAPINII STATII

# THEBAIDOS

## LIBER QUARTUS.

### ARGUMENTUM.

Adrastus impulsus fatis bellum tandem approbat; 1—12. Multa sacrificia fiunt Jovi et Marti. Aruspices, extis nihil læti prosperique portendentibus, spem vultu simulant; 13—15. Exercitus proficiscitur fiduciæ et animi plenus; 16—38. Argivos, Sicyonos, Achæos, et Corinthios Adrastus ducit; 39—73. Polynices copias Arenes, Ægii, et Trœzenes; 74—92. Tydeus Ætolos; 93—115. Sub Hippomedonte merent Dryopes, Epidaurii, Dymenses, et Pylii; 116—164. Sub Capaneo Messenii; 165—186. Amphiarao Lacones Eliique parere jussi; 187—245. Parthenopæus, licet admodum juvenis, gloriæ cupiditate inflammatus, ad ea arma volat, suosque Arcades secum rapit; quem mater frustra retinere nititur; 246—344. Alia ex parte Thebani ad se regemque Eteoclem defendendum se præparant. Bœotia, Eubœa, Locris, et Phocis stant cum eis; 345—362. Varia ostenta Eteocli referuntur; quibus territus Tiresiam vatem de belli eventu consulit; 363—408. Tiresias sacris quibusdam manes tam veterum principum Argivorum quam Thebanorum ex Inferis evocat, ratus hac potissimum ratione Deos mentem suam patefacturos; 409—499. Apparentibus mœsto vultu Argivis ac lacrimas fundentibus, auguratur hinc Thebanis felicem armorum successum : sed, ut certior fieret, Laium interrogat; 500—625. Laius clare respondet certam fore Thebanis victoriam;

obscuris vero verbis innuit, Eteoclem ac Polynicem secum invicem dimicaturos ac perituros; 626—645. Interea Argivi magnis itineribus Thebas contendunt; 646—651. Bacchus, cujus patriæ parabatur exitium, festinantes in medio cursu, quum jam Nemeæos agros pertransirent, sistit, ardentissimo calore excitato; 652—679. Fontes rivique arescunt, ac amnes siccantur; 680—722. Argivi intoleranda siti corripiuntur; 723—732. Quærentes huc et illuc aquas, obviam habent Hypsipylen, mulierem eximia regiaque forma, parvulo Archemoro, Lycurgi Nemeæ reguli filio, quem in sinu gestabat, mammam præbentem; 733—745. Adrastus ad nitorem et majestatem vultus, ut Deam veneratur, oratque sibi aquas ostendat, ac siti pereuntibus succurrat; 746—767. Hypsipyle respondet se mortalem esse, omnium feminarum miserrimam, divino tamen natam genere: fontem nosse, nomine Langiam, qui per calidiores etiam Caniculæ dies semper fluere soleat, et perennes aquas conservet, seque illos ad hunc ducturam; 768—778. Et statim, ut facilius iret, parvulum in gramine deponit; 779—796. Argivi ducem mulierem secuti ad fontem deveniunt; 797—823. Sedata siti, unus e ducibus numini fontis gratias agit, eique aras ac sacra promittit; 824—843.

---

TERTIUS horrentem Zephyris laxaverat annum
Phœbus, et angustum cogebat limite verno

1. *Tertius horrentem Zephyris laxaverat annum.* Reg. B, *Tertius horrentem Zeferis laxaverat annus;* Reg. C nost. lect. habent. ED. — *Laxaverat.* Seu quod eo tempore tum nives, tum glacies solvantur, et « algentes laxentur sole pruinæ; » Theb. III, 469. Quin etiam ut Virgilius ait, Georg. I, 44 : « Zephyro putris se gleba resolvit. » — *Horrentem annum.* Hiemem. De quo videsis notata ad Silv. I, 3, 8, nost. edit. tom. I, pag. 100, ad quem locum illustrandum hunc Thebaidos versum adduxit Marklandus. ED.

2. *Phœbus, et angustum cogebat limite verno.* Put. *limite vernum.* — *Phœbus.* Id est, annus; quod sol motu suo per Zodiacum annum describat. Tertius autem annus incipiebat, ex quo Polynices Thebis discesserat. Primus, quo regnavit

Longius ire diem, quum fracta impulsaque fatis
Consilia, et tandem miseris data copia belli.
Prima manu rutilam de vertice Larissæo
Ostendit Bellona facem, dextraque trabalem
Hastam intorsit agens, liquido quæ stridula cælo
Fugit, et adversæ celso stetit aggere Dirces.
Mox et castra subit, ferroque, auroque coruscis

Eteocles, et Polynices Adrasti filiam uxorem duxit : secundus, quo Tydeus Thebas ivit legatus, ut repeteret regnum pro Polynice, et quo reversus est Argos : tertius denique hic, quo Argivi arma sumunt ad recuperandum regnum pro Polynice. Motum etiam tertio a fuga Polynicis anno in Thebanos bellum, testatur Seneca in Thebaide, apud quem Jocasta, act. III, v. 370 et sqq. « Bruma ter posuit nives, Et tertia jam falce decubuit Ceres, Ex quo exsul errat natus, et patria caret, Profugusque regum auxilia Græcorum invocat. »

3. *Longius ire diem.* Verno enim tempore quum sol redit ad nos, dies magis ac magis crescunt. — *Fracta impulsaque fatis Consilia.* Adrasti scilicet : nam initio Adrastus bellum nolebat, sed quia id volebant fata, tandem ejus animus expugnatus fuit, et impulsus.

4. *Tandem miseris data copia belli.* Dan. *miserandi copia;* uterque Behot. *miseri data copia belli;* cæteri codd. scripti et edd. omnes : *miseris data copia belli.* — *Copia belli.* Valde enim illud efflagitabant, optabantque, ut videtur superiore libro.

5. *Vertice Larissæo.* Arce Argorum, ut jam diximus Thebaid. I, 382, et II, 253. Vid. Exc. Ed.

6. *Ostendit Bellona facem.* Capio Poetæ mentem : non abs re tamen fuerit monere, occasione tam hujus arcis, quam facis, Lynceum, quum de quinquaginta Ægypti filiis unus esset necis periculo liberatus, ad Lyrceum oppidum confugisse, atque hinc face prolata, signum Hypermnestræ dedisse : ipsam etiam vicissim, a Larissa, protulisse facem, quo et se ostenderet salvam, eamque ob causam Argivos quotannis *festum facularum* solitos celebrare. Pausanias Corinthiacis. Bernart. — Sil. Ital. Punic. v. 220 : « Ipsa facem quatiens, ac flavam sanguine multo Sparsa comam, medias acies Bellona pererrat. » Ad quem locum vide notata; nost. ed. tom. I, p. 310. Adi etiam Excursum ad calcem huj. lib., ampliora invenies. Ed.

7. *Hastam intorsit agens.* Reg. B, *Hastam intorsit gens;* litera a alio stilo suprascripta dat *agens.* Ed. — *Hastam int. agens.* De hoc loco enarrata vide ad Claudian. XX, in Eutrop. lib. II, v. 166 nost. edit. tom. I, pag. 573. Ed.

8. *Fugit et adversæ celso s. a. Dirces. Fugit et Aonio celso* optimæ Barthii membranæ, Put. et Glossographi. — Reg. B, *Fugit et Aoniæ celso*, etc. Reg. C nost. lect. habent. Ed.

Mixta viris, turmale fremit : dat euntibus enses;
Plaudit equos; vocat ad portas : hortamina fortes
Præveniunt; timidisque etiam brevis addita virtus.
Dicta dies aderat : cadit ingens rite Tonanti
Gradivoque pecus; nullisque secundus in extis
Pallet, et armatis simulat sperare sacerdos.
Jamque suos circum pueri, innuptæque, patresque,
Funduntur mixti, summisque a postibus obstant.
Nec modus est lacrimis : rorant clipeique, jubæque
Triste salutantum, et cunctis dependet ab armis
Suspiranda domus : galeis juvat oscula clausis
Inserere, amplexuque truces deducere conos.
Illi, quîs ferrum modo, quîs mors ipsa placebat,

10. *Turmale.* More turmarum. Sic *mortale* sonans infra v. 146, id est, more mortalium.

11. *Hortamina fortes.* Reg. B, *hortamine fortes;* Reg. C nost. lect. habent. Ed.

13. *Cadit ingens rite Tonanti Gradivoque pecus.* Et hoc ex more. Ituri enim in bellum solebant Diis, præsertim Jovi ac Marti, sacrificia facere, ac multas victimas immolare, ut eos sibi propitios redderent. Hinc hostiæ dictæ, ait Servius; victimæ vero, sacrificia, quæ post victoriam fiunt. Sed hæc usus confudit. — *Tonanti.* Tonans perpetuum epithetum Jovis, ut jam diximus. — *Gradivo.* Marti.

14. *Nullisque secundus in extis.* Id est, nulla exta habens secunda.

15. *Pallet, et armatis. Pallet et armatos* Aldd. Colin. et Basil. *armatis* Dan. Put. uterque Behot. et cæteri. — *Simulat sperare.* Sacerdos futuri mali metu pallebat ipse, propitios tamen Deos simulabat, ne militum animi frangerentur.

16. *Jamque s. c. pueri, innuptæque, patresque.* Petrens. Put. et optimæ Barthii membranæ : *pueri nuptæque;* sic quoque conj. Fea. Vide Theb. III, 114, *pueri innuptæque* uterque Behot.

19. *Triste.* Pro tristiter. — *Et cunctis dependet ab armis.* Exprimit eleganter, quod fieri solet in iis casibus. Alii enim osculaturi dependent a balteo, alii a clipeo, alii ab aliis armis. Quidam hunc locum sic interpretantur : Omnes armati dulcedine suæ domus tangebantur.

20. *Suspiranda domus : galeis juvat oscula clausis.* Unus Behot. *oscula clusis.* — *Suspiranda domus. Domum* pro familia; *suspiranda* pro desiderabili posuit, inquit Lactantius, « Sua cuique flebilis familia. » Gloss.

21. *Conos.* Apices galearum, quibus cristæ imponuntur.

22. *Quîs mors ipsa placebat.* Optimæ Barthii membranæ : *mors illa placebat;* cum hac glossa : « *illa*,

Dant gemitus; fractæque labant singultibus iræ.
Sic ubi forte viris longum super æquor ituris,
Quum jam ad vela Noti, et scisso redit ancora fundo,
Hæret amica manus : certant innectere collo
Brachia, manantesque oculos; hinc oscula turbant,
Hinc magni caligo maris; tandemque relicti
Stant in rupe tamen : fugientia carbasa visu
Dulce sequi, patriosque dolent crebrescere ventos;
Stant tamen, et notam puppem de rupe salutant.

nam jam velut mutatam intelligit.»

23. *Fractæque labant singultibus iræ.* Put. *fractaque labant singultibus ira.* — Hanc lectionem Reg. B præbet; Reg. C nostram. Ed.

24. *Sic ubi.* « *Sic ubi* inepta est lectio, nec habet istud *ubi* cui cohæreat. Optimus liber noster denuo veritatem veram reducit, legendo : *Sic uti.* Sic plana res.» Barth.

25. *Quum j. ad v. N. et scisso redit a. f.* Unus Behot. *et fisso redit.* — *Noti.* Hic pro quibuslibet ventis. — *Redit ancora.* Ancoræ enim tolluntur, quum navis vela facere debet.

26. *Certant innectere collo.* Bentleius ad Horat. Epod. XVII, 72, correxit : *certatim nectere collo.*

27. *Hinc oscula turbant.* Put. *hinc oscula turpant.* De confusione verborum *turpare* et *turbare*, vide Handium ad hunc locum, si ejus editio unquam in lucem prodierit.—Hanc Reg. B lectionem exhibet; Reg. C nostram. A. — *Oscula turbant.* Per oscula fletus fiebat, qui turbabat oculos. Lactant.

28, 29, 30, 31. *Hinc. m. c. maris : t. r. Stant in rupe tamen : f. c. v. Dulce s. p. d. c. ventos : Stant tamen, et n. p. de rupe salutant.* Hic locus ita legitur in Behot. 2. *Hinc magni caligo maris tandemque relicti, Stant tamen, et nota puppim de rupe salutant. Dulce sequi patriosque dolent crebrescere ventos.* At in Behot. 1, versus 28 et 31 sunt in margine scripti, vario stilo, quos præfixa nota rejicit post versum : *Brachia*, etc. tum sequuntur : *Stant in rupe tamen f. c. v. Dulce s. p. d. c. v. Hii magno catuere mari tendantque relinqui*; qui proximus versus, inducta linea, recenti manu deletus est. Vers. 29, 30 desunt in quibusdam codd. Linnenbrogii. « Nos eos ut in omnibus nostris codd. exstantes minime sede tam vetusta sua turbamus, quum præterea prorsus Statianum et spiritum et loquendi morem teneant. Potius est ut illum tollamus, qui hos duos sequens, Scholiastico aliquo rem pro captu suo graviter gerente, in Epitomen redigere voluit, et verba eorum quæ necessaria arbitrari potuit, conservavit. Nihil certius, et sic censemus. Optimus liber habet quidem eum versum, sed ideo velut notare eum videtur, quod nihil ejus interpretatione aut glossa aliqua dignatur.» Barth. — Reg. B nost. lect præbet, sed in

Nunc mihi, fama prior, mundique arcana vetustas,
Cui meminisse ducum, vitasque extendere curæ,
Pande viros : tuque o nemoris regina sonori,
Calliope, quas ille manûs, quæ moverit arma
Gradivus, quantas populis solaverit urbes,
Sublata molire lyra : nec enim altior ulli
Mens hausto de fonte venit. Rex tristis, et æger
Pondere curarum, propiorque abeuntibus annis,
Inter adhortantes vix sponte incedit Adrastus,
Contentus ferro cingi latus : arma manipli

eo versus 31 desideratur; hunc Reg. C habet, sed in eodem versus 29 deest. Ed. — *Dolent crebrescere ventos*. Quia iis visum dilectæ navis cito erepturi sunt. Berald. — *Crebrescere*, Crescere, augeri, ut apud Tacit. Hist. II, cap. 67, et Sil. Italic. Punic. X, 1 : « increbrescere pugnam. » Ad quem locum vid. notata; nost. ed. tom. I, p. 595. Ed. — *De rupe salutant*. Est ergo *salutare* etiam abeuntibus valedicere.

32. *Nunc mihi, fama prior*, etc. Videsis quæ ad Virgil. Æneid. VII, 645 et seq. enarrat Heynius; nost. edit. tom. III, pag. 327. Ed.

34. *Tuque o nemoris regina sonori*. *O nemoris regina sorori* Aldd. et nonnulli. Bernartius ex edd. Venett. 3, 4, et manuscriptis suis correxit *sonori;* quod alii codd. et edd. exhibent. — *Nemoris sonori*. *Nemus sonorum* est nemus Heliconium natale Musarum, quod personat cantu Musarum. Vel *sonorum* hic sumitur, pro celebri.

35. *Calliope*. Una ex Musis, earumque præcipua, mater Orphei, quæ carmini heroico præesse creditur.

36. *Quantas populis solaverit urbes*. Petreus. uterque Behot. Ven. 3, 4, alii, *spoliaverit urbes*; Put. Burm. et libri quibus usus Justus Zinzerlingius, cum Gronov. Barth. et Delph. *solaverit urbes*.

37. *Sublata m. lyra : nec enim a. u.* Petrens. Exc. Cantab. et codd. Handii : *neque enim;* quod ille restituendum censet; et sic alibi. Vide ad Silv. I, 2, 69. — *Sublata lyra*. Id est, sublimi et heroico stilo. Sic Silv. I, 3, 102 Tiburtina Manlii : « Sive chelyn tollas heroa ad robora. »

38. *Fonte*. Pyrenes seu Aganippes, aut alio quovis Musis consecrato, quibus potis poetas fieri dicebant. Infra vs. 60 et seq. Noster : « Cenchrææque manus, vatum qua conscius amnis Gorgoneo percussus equo. »

39. *Pondere curarum*. Sollicitudinum turba circa finem vitæ jam positus. Lactant.

40. *Inter adhortantes vix sponte*. « Inepte in aliquo uno libro scriptum offendimus *adorantes*. » Bar. — *Vix sponte*. Vel quod senectutis tardaretur incommodo, vel quod invitus in aciem ire cogeretur.

41. *Contentus f. c. latus : arma*

Pone ferunt: volucres portis auriga sub ipsis
Comit equos, et jam inde jugo luctatur Arion.
  Huic armat Larissa viros, huic celsa Prosymne,
Aptior armentis Midea, pecorosaque Phyllos,
Quæque pavet longa spumantem valle Charadron
Neris, et ingenti turritæ mole Cleonæ,

*manipli*. Marklandus ad Silv. V, 2, 154, legendum putat: *arma ministri*. Vide nost. edit. tom. I, p. 605. — *Contentus ferro*. Gladio tantummodo incedebat præcinctus, aut propter senectutem, ne armis gravaretur, aut propter potestatem, quæ munimini ejus poterat sola sufficere.

42. *Pone ferunt: volucres p. a. s. ipsis*. « Lædunt vulgo distinctionem, nam τὸ *volucres* ad equos Adrasti, non satellites pertinent. » BARTH. *Pone ferunt volucres: portis*, etc. Ald. Colin. Gryph. et Basil.

43. *Arion*. Arion, equus Adrasti, de quo Noster Thebaid. VI, 301 et sqq. prolixe agit. Is equus a Neptuno ex Cerere procreatus. Claudian. VIII, de IV Cons. Honorii, v. 555: « Nereidum stabulis nutritus Arion. » Ad quem locum videsis notata; nost. edit. t. I, p. 310; et Excurs. ad calc. hujus lib. ED.

44. *Huic armat Larissa viros, huic celsa Prosymne*. Unus Behot. *hinc celsa Prosimna;* alter Behot. *hinc celsa proligna;* Put. *huic celsa Prosymna*. — *Larissa*. Argos intelligit. — *Prosymne*. Urbs Argolidis. Vide Theb. I, 383. *Celsa* dicitur ob templum Junonis. Hic, quum omnis Peloponnesus arma sumserit pro Polynice, et Poeta fecerit mentionem præcipuarum gentium ac urbium hujusce peninsulæ, observandum est hanc distribui in sex partes, seu provincias, quarum quinque mari adjacent, quæ sunt Argolis, Laconia, Messenia, Elis, et Achaia. Sexta Arcadia omnino mediterranea est.

45. *A. a. Midea, p. Phyllos*. *Mide* Behot. 1, 2; *Mediæ* Put. *Media* Dan. nonnulli, optimæ Barthii membranæ, et edd. vett. *pecorosaque Philos* omnes codd. Barthiani. — Reg. B, *Medie, pecorosaqué Philus;* Reg. C, *Mide, p. Pilos* exhibent. ED. — *Midea*. Argolidis urbs ex hoc loco et Pausania in Corinth. et Eliacorum poster. Tandem excisa fuit ab Argivis, civesque Argos translati. Erat et altera *Midea* in Bœotia, quæ post Lebadia dicta. Paus. in Bœoticis. — *Phyllos*. Oppidum Argolidis, ut ex hoc loco patet. Lactantius tamen vult Phyllen esse in Arcadia et vocari Phylaliam; sed credo ipsum falli: Arcades enim merebant sub Parthenopæo, ut videbimus infra, nisi quædam pars Arcadiæ contribuere tur Argolidi, et sic pareret Adrasto.

46. *Quæque pavet*. *Quique pavet* unus Behot. — *Charadron*. De hoc vide Excursum. ED.

47. *Neris*. Neris vicus Argolidis secundum Pausaniam. Stephanus tamen collocat Nerin in Messenia: — *Cleonæ*. Urbs Argolidis. — *Turritæ*. A multitudine turrium. Erat

Et Lacedæmonium Thyre lectura cruorem.
Junguntur memores transmissi ab origine regis,
Qui Drepani scopulos, et oliviferæ Sicyonis
Culta serunt, quos pigra vado Langia tacenti
Lambit, et anfractu riparum incurvus Elissos.

et urbs ejusdem nominis in Achaia Peloponnesi, quæ nunc *Sauvasili* dicitur, et alia super montem Athon.

48. *Et Lacedæmonium Thyre lectura cruorem.* Hujus loci sensus pendet a cognitione historiæ. Orta inter Argivos et Spartanos controversia de agro Thyreatico, decreverunt Amphictyones, incertis iudiciis, quorum esset ille ager, hanc armis dirimendam esse, agrumque victorum fore. Missis igitur ex utraque parte trecentis armatis, tam acriter utrimque pugnatum est, ut omnes ceciderint, præter duos Argivos, qui celeriter Argos contenderunt, victoriam Argos nuntiari: sed surgens Othryades Spartanus, spoliatis pluribus hostium, ex eorum armis tropæum erexit, cui inscripsit proprio sanguine « Lacedæmonii de Argivis, » quo peracto, obiit. Nec solum ab hac re lumen Papinii verbis, sed etiam Flori lib. II, c. 2, de Calpurnio tribuno : « Hoc illustrior noster, ait Florus, quod tantæ expeditioni superfuit, et supervixit, licet nihil scripserit sanguine. » Hoc tamen factum Florus attribuit Leonidæ, non Othryadi. Cæterum Thyre, de qua agebatur, erat oppidulum, seu potius pagus in finibus Argivorum. Hoc bellum gestum est Theopompo Nicandri filio, regnante Spartæ. Vide Pausaniam Laconicis et Phocicis; Plutarchum in Parallelis; Valerium Max. et Stobæum.

49. *Regis.* Bene, non *reges*, ut habent priores editiones. *Regis*, nimirum Adrasti, ut optime observat Gronovius. Nam ex Theb. II, 179 et sqq. discimus Adrastum evocatum fuisse Argos Sicyone avito regno : « quis te solio Sicyonis avitæ Excitum infrenos componere legibus Argos, Nesciat ? »

50. *Drepani.* Drepanum hoc promontorium Achaiæ Peloponnesi, notatum Pausaniæ. Illuc Saturnus falcem projecisse dicitur, qua patrem Cælum exsecuerat; unde ratio nominis; δρέπανον enim Græcis *falcem* significat. Est et Promontorium et urbs ejusdem nominis in Sicilia, et in Cyrenaica, et Pharacia. — *Sicyonis.* Vide not. ad Theb. II, 179, huj. tom. pag. 179. Ed.

51. *Culta s. q. p. vado Langia tacenti.* Put. et Reg. B, *trangilla tacenti;* unus Behot. *stagilla tacenti;* unus Barthian. *turgilla tacenti;* duo alii Barth. *trangilla tacenti;* codd. Lactantii : *strigilla tacenti.* Ed. — *Culta serunt.* De hac locutione videsis notata ad Sil. Italic. Pun. VIII, 564; nost. edit. tom. I, pag. 531. Conf. etiam Virgil. Æn. VII, 798. Ed. — *Langia.* Fons in Nemea silva, de qua pluribus agit sub finem hujusce libri Papinius.

52. *Lambit, et anfractu riparum incurvus Elissos.* Petrens. *Ambit.* — Reg. B, *Lambit*, et *anfractum riparum incurvis Elisson.* — *Elissos.* Fluvius Sicyoniæ in Achaia Pelo-

Sævus honos fluvio : Stygias lustrare severis
Eumenidas perhibetur aquis ; huc mergere suetæ
Ora, et anhelantes tuto Phlegethonte cerastas :
Seu Thracum vertere domos, seu tecta Mycenis
Impia, Cadmeumve larem : fugit ipse natantes
Amnis, et innumeris livescunt stagna venenis.
It comes Inoas Ephyre solata querelas,

ponnesi. Est in Arcadia fluvius Helisson dictus, qui influit in Alpheum.

54. *Eumenidas p. aquis: huc mergere suetæ. Eumenides* Behot. *huic mergere* Lang. Petav. et edd. vett. *huc mergere* Put. Dan. et Behot. cum edd. recentt.

55. *Anhelantes tuto Phlegethonte cerastas.* Put. *anhelantes poto.* Nic. Heinsius ad Claud. III, Rapt. Proserp. 386, legit etiam *poto;* et ita Gnyetus alios legere notavit : simile quid occurrit apud eumdem Claud. II, Rapt. Proserp. 333, et seq. Jortinus conjectabat : *anhelantes potum*, vel *totum*, *Phlegethonta;* hoc ultimum habet optimus Barthian. pro v. l. sed in textu *toto Phlegethonte;* quod ille probat. — Reg. B, *poto* habet ; Reg. C nostram lect. Ed. — *Tuto Phlegethonte.* Phlegethon fluvius infernalis. — *Tuto.* Quia in hoc fluvio soliti bibere serpentes Eumcuidum, ei terrorem et venenum injiciunt, nisi prius in Elisso sitim sedaverint. Ed.

56. *Seu T. v. d. seu tecta Mycenis.* Idem codex Barth. *tecta Mycenas;* Gronovius conj. *Mycenes.* Vide Syllog. Epist. tom. II, pag. 565. — *Seu Thracum vertere domos.* Hinc Æscbylus furias vocat οἰκοποίνους, id est, *quæ evertunt domos.* Tangit autem hic fabulam Procnes, quæ tanto exarsit furore in maritum Therea, ob stupratam Philomelam sororem, ut ipsi proprium filium comedendum apposucrit. Hoc autem in Thracia gestum est. — *Seu tecta Mycenis.* Respexit et fabulam Atrei, qui et fratri Thyesti proprium filium epulandum obtulit.

57. *Cadmeumque larem.* Intelligit vel antiquas fabolas Penthei discerpti ab Agave matre, et omnia crimina stirpis Cadmi : vel cædem Laii perpetratam a filio OEdipo, ejusque incestas nuptias cum matre : quæ omnia scelera furiis adscribuntur. Totum autem hunc locum imitatus est Claudian. XXXVI, de Raptu Proserpinæ lib. III, 386 et sqq. « Qualis pestiferas animare ad crimina taxos Torva Megæra ruit ; Cadmi seu mœnia poscat, Sive Thyesteis properet sævire Mycenis. »

58. *Et innumeris livescunt stagna venenis.* Forte Poeta occasionem arripit dicendi Furias abluere se in Elisso fluvio, quod babeat noxias et insalubres aquas, vel quod serpentibus scateat, vel denique quod non procul ab hoc fluvio Eumenides seu Furiæ templum habuerint. Vide Pausaniam Corinthiacis.

59. *It comes Inoas Ephyre. Ionias* Dan. et unus Behot. *Inonias* alter Behot. — Reg. B, *Id comes Inoas*,

Cenchreæque manus, vatum qua conscius amnis
Gorgoneo percussus equo, quaque objacet alto
Isthmos, et a terris maria inclinata repellit.
Hæc manus Adrastum numero ter mille secuti
Exsultant : pars gesa manu, pars robora flammis
Indurata diu, non unus namque maniplis
Mos, neque sanguis inest, teretes pars vertere fundas

etc. Reg. C, *It comes Ionias Epire*, etc. præbent. A. — *Ephyre*. Corinthus, antiquitus *Ephyre* vocata. Erant et urbes ejusdem nominis in Ætolia, Arcadia, Macedonia, Elide, et in Italia. Adi Excurs. — *Inoas solata querelas*. Institutione certaminum in honorem Palæmonis filii Inus.

60, 61. *Cenchreæque manus*. Cenchreæ oppidum prope Corinthum in ipso Isthmo, immo portus ipsius Corinthi. Plinius, Hist. Nat. IV, cap. 4 : « Lecheæ hinc, Cenchreæ illinc angustiarum termini » Etiam hodie *Kenchreai* vocant. Ed. — *Vatum qua conscius amnis Gorgoneo percussus equo*. Designat fontem Pirenen, Straboni et Suidæ situm ad radicem Acrocorinthi, Musis sacrum, quem poetæ fabulantur ortum esse ictu ungulæ Pegasi equi, qui ideo *Gorgoneus* dicitur, quod vexerit Perseum euntem ad expeditionem Gorgonum. Fons autem iste dicitur *conscius vatum*, seu poetarum : qui enim hoc « fonte labra proluerit, » poeta fit. Pegasus ex hoc fonte quum biberet a Bellerophonte deprehensus est : unde etiam fons iste Persio *Caballinus* vocatus. Alii in Helicone posuerunt. — *Quaque objacet*. Bene scribit Papinius objacere alto sive, mari Isthmum : objacet enim certe, et tanquam erectus umbo concurrere Ionium et Ægæum mare non patitur, sed inclinata ac declivia maria ab altioribus terris repellit ac rejicit.

62. *Isthmos*. Isthmos, fauces quibus Peloponnesus adhæret Helladi seu Græciæ, ut jam diximus. — *Maria inclinata repellit*. Hinc et inde enim Isthmos et mari Ægæo et mari Ionio urgetur, et impedit, quo minus hæc duo maria jungantur, ut jam diximus. Vide Theb. I, 120. Conf. etiam notata ad v. 30 Petronii Trojæ Halos. Poet. Lat. Min. nost. édit. tom. III, pag. 652; ad quem locum illustrandum adductus est Statii versus. Ed.

64. *Pars gesa manus*. Reg. B, *Pars cæsa manu*; Reg. C, *lesa* sed litera *g* supra *l* scripta. Ed. — *Gesa*. Tela Gallica. — *Robora flammis Indurata diu*. Sudes. Talibus armis usos Veteres in præliis testantur Lucretius, Virgilius, Propertius, Sallustius in Catilina.

65. *Indurata diu*. *Indurata ferunt* Petrens. et sic codd. Handii quem vide ad Silv. tom. I, p. 161.

66. *Mos, n. s. inest, t. pars vertere fundas*. Reg. B, *M. neq. sanguis habet, t. p. vertice f.* habet. A. — *Neque sanguis*. Ordo : Alii robora flammis indurata pro telis habent; nam quia non ipsis unus sanguis, aut origo fuit, ideo dissimilis

Assueti, vacuoque diem præcingere gyro.
Ipse annis sceptrisque subit venerabilis æque.
Ut possessa diu taurus meat arduus inter
Pascua, jam laxa cervice, et inanibus armis,
Dux tamen: haud illum bello attentare juvencis
Sunt animi; nam trunca vident de vulnere multo
Cornua, et ingentes plagarum in pectore nodos.
Proxima longævo profert Dircæus Adrasto
Signa gener, cui bella favent: cui commodat iras
Cuncta cohors: huic et patria de sede volentes
Advenere viri; seu quos movet exsul, et hæsit
Tristibus aucta fides, seu quîs mutare potentes
Præcipuum: multi, melior quos causa querenti
Conciliat: dederat nec non socer ipse regendas

arma gestabant. Hæc sunt Lactant.

67. *Vacuoque diem præcingere gyro*. Quod nimirum illam aeris partem, quam funda in orbem ducta circumeant funditores, gyro illo cingere quodammodo, et circumcludere videantur. — *Vacuo*. Quia nullum in aere vestigium relinquit. Noster Achilleidos, II, 420: « et flexæ Balearicus actor habenæ Quo suspensa trahens libraret vulnera tortu, Inclusum quoties distringeret aera gyro. »

68. *Ipse*. Adrastus.

70. *Jam laxa cervice*. Edd. vett. *lassa*; codd. vero Behot. 1, 2, omnes Barthiani, et alii. — *Laxa*. Id est, non pingui, sed macie et pendente pelle deformi.

71. *Dux tamen: haud illum bello attentare juvencis*. *Dux tamen aut* unus Behot. *bello tentare* alter Behot. — Reg. B, *haud bello illum adtemptare juvencis;* Reg. C nost. lect. exhibent. Ed.

74. *Dyrcæus*. Gener Polynices est, de fonte Bœotiæ sic nominatus, qui ex Dyrcæo funere, cujus corpus juxta eum qui taurum traxit inventum est. Inde nomen accepit. Polynicem ergo *Dyrcæum* appellat, propter quem ab omnibus populis prodiebatur ad bellum.

78. *Tristibus aucta fides*. « Minime sollicito hanc lectionem (*aucta*); in optimo tamen exemplari alia scriptio, alius sensus, alia interpretatio una litera mutata: *Tristibus arcta fides*, id est, rara. Videat lector. » Barth. Bebot. 1, *acta*. — *Aucta fides*. In quibus est fides aucta calamitatibus, quia misericordia commoti sunt. Sive quibus præcipuum erat potentes immutare. Lactant. — *Seu quîs mutare potentes Præcipuum*. Mobilis ingenii viros notat, et quibus in tantum princeps, qui necdum princeps est. Ita Theb. I, 170, « et, qui mos populis, venturus amatur. »

Ægion, Arenenque, et quas Theseia Trœzen
Addit opes, ne rara movens inglorius iret
Agmina, neu raptos patriæ sentiret honores.
Idem habitus, eadem arma viro, quæ debitus hospes
Hiberna sub nocte tulit. Theumesius implet
Terga leo: gemino lucent hastilia ferro:
Aspera vulnifico subter latus ense riget Sphinx.
Jam regnum matrisque sinus, fidasque sorores
Spe votisque tenet: tamen et de turre suprema
Attonitam, totoque exstantem corpore longe

81. *Ægion Aranenque.* Scripti Codices et quidem bene *Ægion Arenenque;* Arene siquidem Messeniæ urbs, condita ab Aphareo, filio Corphones, Persei filiæ, qui ei ab uxore sua Arena nomen imposuit, ut Pausanias Messenicis tradit. B. — *Ægion*, urbs Achaiæ. — *Theseia Trœzen.* Thessaliæ civitas, quam Theseiam dicit, quod Theseus Trœzenæ civitatis iter obsessum a latronibus liberum præstitisset; vel quia Theseus Æthræ filius in hac urbe natus et educatus est.

82. *Ne rara movens inglorius iret.* Confer Claudian. XIX, in Eutrop. lib. II, prol. v. 25 et ibi notata; nost. ed. tom. I, p. 548. Ed.

83. *Neu raptos patriæ*, etc. Id est, ne sentiret exsilium suum.

84. *Debitus hospes.* Fatis vel responso Apollinis debitus.

85. *Hiberna sub nocte tulit.* Optimus codex Barthii: *de nocte.* — *Theumesius implet Terga leo.* Theb. I, 483 seqq. « tergo videt hujus inanem Impexis utrimque jubis horrere leonem, Illius in speciem, quem per Theumesia Tempe Amphitryoniades fractum juvenilibus armis Ante Cleonæi vestitur prælia monstri. » — De Theumesio leone in Herculis fabulis omnia nota. Causam gestati leonis Adrasto percontanti ipse Polynices reddit apud Hyginum c. 69. Vide et Plutarchum in Theseo.

86. *Terga leo: gemino lucent*, etc. *Terga leo et gemino* Dan. Put. et edd. vett. nonnulli. — Hanc lect. Reg. B præbet; Reg. C nostram. A. — *Et* non agnoscunt Petrens. Gronov. Barth. et Delph.

87. *Sphinx.* Portabat hanc Polynices ad capulum ensis, in memoriam illius monstri occisi ab Œdipo patre. Moris enim erat apud Veteres, ut aliquas majorum victorias, aut triumphos ensis capulo effingerent. Seneca in Hippolyto, act. III, 899 seq. « Regale parvis asperum signis ebur Capulo refulget gentis Actææ decus. »

88. *Fidasque sorores.* Duæ enim sorores erant Polynici, Antigone et Ismene, ut videbimus sequentibus libris.

90. *Totoque exstantem corpore longe.* Put. *instantem corpore.* — Reg. B hanc lect. præbet; Reg. C nostram. A. — *Totoque extantem corpore longe.* Affectum amantis

Respicit Argian : hæc mentem oculosque reducit
Conjugis, et dulces avertit pectore Thebas.
Ecce inter medios patriæ ciet agmina gentis
Fulmineus Tydeus ; jam lætus, et integer artus,
Ut primum strepuere tubæ : ceu lubricus alta
Anguis humo verni blanda ad spiramina solis
Erigitur, liber senio, et squalentibus annis
Exutus, lætisque minax interviret herbis :
Ah miser, agrestum si quis per gramen hianti
Obvius, et primo siccaverit ora veneno.
Huic quoque præstantes Ætolis urbibus affert

conjugis mire exprimit Papinius.

91. *Hæc mentem oculosque reducit.* Unus Behot. *mentemque oculosque.*

92. *Et Dulces avertit*, etc. Idem Behot. Codex *et dulcis.* — *Et dulces avertit pectore Thebas.* Argia enim hoc visu totum ad se revocaverat Polynicem.

94. *Integer artus.* Integros artus habens post vulnerum curationem. Dicit ergo Tydeum audito tubarum sonitu nondum curatis vulneribus, tanquam integro corpore ad bellum prodiisse, cujus arma ita ut verno tempore anguis lubricus splendore radiabant.

95. *Ut primum strepuere tubæ.* Reg. B, *Ut primum stupuere tubæ*, sed syllaba *tre* alio atramento supra *stu* scripta dat strepuere : Reg. C nost. lect. exhibet. Ed. — *Ceu lubricus alta*, etc. Præclara comparatio quam Noster debet Virgilio, Æneid. II, 471 et sqq. Ad quem videsis notata; nost. edit. tom. II, pag. 269. Hunc Maronis locum expressit etiam Sil. Italic. Punic. XII, 6 et sqq. quem cf. nost. ed. tom. II, pag. 4 et 5. Adi etiam notata ad Silv. I, 4, 7, nost. Stat. tom. I, pag. 135. Ed.

97. *Erigitur l. s. et squalentibus annis.* Put. *squallentibus arvis.* — Hanc lectionem Reg. B exhibet; Reg. C nostram. A. — *Liber senio, et squalentibus annis Exutus.* Quotannis enim veterem pellem serpentes exuere dicuntur, unaque senectutem deponere, ac renovari in juventutem. Ovid. Art. Amat. III, 77 : « Anguibus exuitur tenui cum pelle vetustas. » Tibull. lib. I, Eleg. 4, 35 : « serpens novus exuit annos. » — Herba quædam dicitur marathros, quam quum comederint, senium deponunt ætatis.

98. *Interviret.* Serpentes maxima ex parte virides sunt.

100. *Siccaverit ora veneno.* In Put. codice : *fraudaverit ora.* — Hanc lect. Reg. B habet; Reg. C nostram. Ed.

101. *Præstantes Ætolis*, etc. Habet etiam idem codex Put. *præsentes* pro *præstantes.* — *Ætolis.* Ætolia Græciæ regio, Epiro, Acarnaniæ, et Locridi vicina.

Belli fama viros : sensit scopulosa Pylene,
Fletaque cognatis avibus Meleagria Pleuron,
Et præceps Calydon, et quæ Jove provocat Iden
Olenos, Ioniis et fluctibus hospita portu
Chalcis, et Herculea turpatus gymnade vultus
Amnis; adhuc imis vix truncam attollere frontem
Ausus aquis, glaucoque caput submersus in antro
Mæret : anhelantes ægrescunt pulvere ripæ.

102. *Sensit scopulosa Pylene. Phylene* Behot. 1; *Pilene* Behot. 2, et edd. vett. — *Pylene.* Urbs Ætoliæ, *Prosehia* Straboni.

103. *Fletaque cognatis avibus. Fœtaque cognatis* Put. — *Meleagria Pleuron.* Pleuron ejusdem Ætoliæ oppidum. Cognominatur *Meleagria* a celebri illo Meleagro qui aprum Calydonium peremerat : dicitur plorata fraternis avibus : fabulantur enim poetæ sorores Meleagri in aves Meleagrides conversas fuisse misericordia Deorum, quod mortem Meleagri immoderatius lugerent. Videsis supra, ad Theb. II, 727 notata, hujusce tom. pag. 248. Ed.

104. *Calydon, et quæ Jove provocat Iden. Idam* Lang. Buslid. Lipsian. et edd. vett. *Iden* Petrens. Dan. uterque Behot. alii. — *Calydon.* Urbs Ætoliæ. — *Quæ Jove provocat Iden Olenos.* Olenos urbs Ætoliæ. Erat et ejusdem nominis oppidum in Achaia Peloponnesi, ex qua fuit capra Amalthea, quæ Jovem uberibus nutrivisse dicitur : hincque Olenia Arato, aliisque scriptoribus vocata. Qua nominum similitudine deceptus Papinius adscripsit Oleno Ætoliæ, quod tantum convenit Oleno Achaiæ; nimirum contendere posse cum Ida de solo natali ac educatione Jovis : Ida enim est mons Cretæ, in quo Juppiter etiam altus dicitur. Non conveniunt enim auctores de patria et loco educationis Jovis.

105. *Olenos. Olenon* Behot. 2. — *Ioniis et fluctibus hospita portu Chalcis.* Chalcis urbs Ætoliæ ad Acheloum amnem sita, portumque præbens navibus Ionium mare navigantibus : Ætoliæ enim ora mari Ionio alluitur.

106. *Herculea turpatus gymnade vultus.* Ineptissime libri viliores *turbatus.* Barth. — Hanc Reg. B lectionem, Reg. C nostram exhibent. A. — *Herculea t. g. vultus.* Conf. Calpurnii Siculi Eclog. VI, 88; Poet. Lat. Min. tom. I, p. 506. Adi Excursum. Ed.

107. *Adhuc imis vix truncam.* Aldd. Colin. Gryph. et Basil. *adhuc imos.* — Reg. B, *via*, sed litera *x* super *a* scripta dat *vix.* A. — *Adhuc imis vix truncam attollere frontem Ausus aquis.* Ovid. Met. IX, 96 seq. « vultus Achelous agrestes Et lacerum cornu mediis caput abdidit undis. »

108. *Glaucoque caput submersus in antro.* Fluviorum Diis antra attribuunt poetæ, in quibus recubant. — *Glauco.* Ob juncos et ulvas.

109. *Mæret.* Ob amissam Dejaniram, et quod victus fuerit. —

Omnibus æratæ propugnant pectora crates;
Pilaque sæva manu, patrius stat casside Mavors.
Undique magnanimum pubes delecta coronant
OEniden, hilarem bello, notisque decorum
Vulneribus: non ille minis Polynicis, et ira
Inferior, dubiumque adeo cui bella gerantur.
 Major at inde novis it Doricus ordo sub armis,
Qui ripas, Lyrcie, tuas, tua litora multo
Vomere suspendunt, fluviorum ductor Achivum,
Inache: (Persea neque enim violentior exit

*Anhelantes ægrescunt pulvere ripæ.* Siccato scilicet uno ex ostiis. Vide Ovidium Metam. IX, 1 et sqq. ubi describitur certamen Herculis et Acheloi.

110. *Æratæ p. pectora crates.* Put. *pectore crates;* Behot. 2, *tempora crates.* — Reg. B, *pectore grates;* Reg. C nost. lect. exhibent. Ed. — *Æratæ crates.* Ære seu ferro obductæ. Vet. Scholiast. Quæ mens fuit dubia tamen doctissimo etiam Lipsio de Militia Romana lib. III, cap. 6. Certe non alius quam de « ligneis cratibus laminis ferreis obductis, » Papinio, pro illo videlicet ævo, armaturæ ad talia solidioris nondum vulgato usu. Barth.

111. *Pila.* Proprie tela Romanorum. — *Patrius stat casside Mavors.* Quia Ætolorum pater Ætolus Martis filius. Vel quia uxor OEnei a Marte adamata. Sic Theb. I, 464: « et Marti non degenerare paterno Accipies. »

112. *Delecta coronant.* Uterque Behot. *delecta coronat.*

113. *OEniden, h. b. notisque decorum vulneribus.* Jortiuus conjectabat: *noctisque decorum Vulneribus:* ita quoque invenit Barthius in codd. — *OEniden.* Tydeum.

116. *Major a. i. n. it Doricus o. sub armis.* Behot. 1, *antris*, et pro v. l. *armis.* — *Major at inde.* Transitus ad Hippomedontem. Magna arte, ac varietate sermonis, primo copiæ, deinde dux describitur. — *Doricus.* Cognominatus a Doriensibus, qui ducibus Heraclidis majorem partem Peloponnesi postea occuparunt, ut diximus Theb. II, 182, nimirum Argolidem, Laconiam, et Messeniam, expulsis prioribus incolis.

117. *Qui ripas, Lyrcie, tuas.* Non *Lyncæe*, ut habent priores editiones. Scripti enim, observante hic Gronovio, habent *Lichie*, aut *Litie* aut *Lyrcie.* Strabo enim lib. VIII, scribit Inachum habere ortum ex Lyrcio fonte Arcadiæ sub Cinuria monte. Ovidius, Met. I, 598, de Io: « jam pascua Lernæ Consitaque arboribus Lyrcia reliquerat arva. » Inde haud dubie et huic fluvio nomen. Meminit ejusdem et inf. v. 711 in vicinitate Inachi: « Aret Lyrcius et ingens Inachus. » — Reg. B, *Lycie*, sed litera *r* suprascripta dat *Lyrcie;* Reg. C nost. lect. Ed.

119. *Inache.* Fluvius est maxi-

Amnis humo, quum Taurum, aut Pliadas hausit aquosas
Spumeus, et genero tumuit Jove:) quos celer ambit
Asterion, Dryopumque trahens Erasinus aristas:
Et qui rura domant Epidauria: dexter Iaccho
Collis, at Ennææ Cereri negat: avia Dyme

mus in Græcia, cujus Io filia a Jove compressa in vaccam mutata est: ut Virg. Æneid. VII, 789: « At levem clipeum sublatis cornibus Io. » De Inacho vide notata ad Theb. I, 357; hujus tom. pag. 70. Ed. — *Persea humo*. Argiva, ubi Perseus regnavit: *Persea* ergo principale pro derivativo *Perseia*: unde et longam posuit *se*. Lactant.

120. *Taurum*. Taurus, unum e signis Zodiaci, cujus ortus pluvias excitat. — *Pliadas*. Pleiades sex vel potius septem stellæ, quæ in dorso tauri conspiciuntur: dicuntur *aquosæ*, quia eorum ortus gravissimas facit tempestates, et multas fundit pluvias.

121. *Spumeus*. Superioribus verbis subtiliter more suo Poeta defectum Inachi fluminis notat, qui media æstate una cum Cephisso et Asterione amnibus solet arescere, nec undis unquam abundat, nisi ab imbribus adjuvetur. — *Et genero tumuit Jove*. Eleganter *tumuit*; *tumere* enim dicitur et de mari, seu fluviis inflatis, et de homine superbiente: quasi Inachus aquas inflare cœperit, ex quo Jovis gener fuit. Et hoc dicit, quod Io Inachi filia adamata fuerit a Jove.

122. *Asterion*. Asterion fluvius Argolidis placide fluens, ut habet Noster infra, v. 714: « et æquus Fluctibus Asterion. » Hic fluvius distat Mycenis quindecim stadiis auctore Pausania, et in specum demersus absconditur. — *Dryopum trahens Erasinus aristas*. Erasinus fluvius Argolidis, ut jam diximus. Vide Theb. I, 357 et conf. notata, hujus tom. p. 70. Ed. — *Trahens aristas*. Erasinus enim frequenter exundat, ut habet infra vs. 714, Noster: « Et nunquam in ripis audax Erasinus. » — De Dryopibus vide Excurs. ad calcem hujusce libri. Ed.

123. *Et qui rura domant Epidauria*. Epidaurus hæc est in Argolide ad Sinum Saronicum, delubro Æsculapii celebris, ut libro præcedente diximus v. 398; hujus tom. pag. 314. Vide etiam Excurs. ad calcem ejusdem libri, pag. 357. Ed. — *Dexter Iaccho Collis*. Hinc etiam Homero hæc Epidaurus dicitur ἀμπελόεις, id est, *vitifera*. Homeri autem catalogum navium operæ pretium est cum iis conferre. — *Iaccho*. Baccho, seu vino.

124. *Collis, at Ennææ Cereri*. *Ætnææ Cereri* Dan. uterque Behot. et alii. *Ennææ* Gronov. in Diatr. et Toll. ad Auson. p. 579, hinc receptum in edd. recentt. — Reg. B, *Hennee*; Reg. C, *Ethnee* exhibent. Ed. — *At Ennææ Cereri negat*. Vult dicere Epidaurum esse vitiferam, agros vero ejus Cereris, id est, frumentorum non esse fertiles: *Ceres* enim hic pro frumento, quia Ceres inventrix frugum, ut jam diximus. Hunc autem loquendi modum Papinii imitatus est Paulinus scribens

Mittit opes, densasque Pylos Neleia turmas,
Nondum nota Pylos, juvenisque ætate secunda
Nestor, et ire tamen peritura in castra negavit.
Hos agitat, pulchræque docet virtutis amorem
Arduus Hippomedon : capiti tremit ærea cassis,
Ter nivea scandente juba : latus omne sub armis
Ferrea suta terunt : humeros ac pectora late

ad Ausonium : « Negant Camœnis, nec patent Apollini Dicata Christo peetora. » — *Ennææ*. Id est, Sicnlæ, ab Enna urbe Siciliæ, in qua Ceres eximie colebatnr : tota enim Sicilia erat Cereri et Liberæ conseerata. In quibnsdam editionibus legitnr *Ætnææ*, ab Ætna ejusdem Siciliæ monte. — *Dyme*: Dyme urbs Aehaiæ ad Caneonem flnvinm sita, auetore Stephano, antiqnitns *Palæa* eognominata, ut refert Pausanias. — *Avia*. Quia in locis aviis, et fere inaccessis sita.

125. *Mittit opes. Mittit opem* Lips. nnus Behot. et nonnulli. *Mittit opes* Petreus. alter Behot. et cæteri. — Reg. B, *opem ;* Reg. C nost. lect. habent. Ed. — *Pylos Neleia*. Pylos oppidum Messeniæ, Nestoris regia: dicitnr *Neleia*, a Neleo Nestoris patre. Strabo taman collocat Pylon Nestoris in Arcadia. Erant et duæ urbes ejusdem nominis in Peloponneso.

126. *Ætate secunda*. Quia nondum militaverat Nestor, multumqne ipsa novitate deelaravit : nam prima ætas triginta annorum est, secnnda sexaginta : Nestorem vero constat tertia ætate ad bellum venisse Trojanum, ideo adbne juvenem ætate secunda dixit, quia postmodum militavit. Lactant. — De hoe loco vide Excurs. Ed.

127. *Nestor, et ire. Nestor at ire* Lipsian. nonnulli et edd. vett. et *ire* Dan. nterque Behot. omnes Barthiani, et receutt. — *Peritura*. Quia fere totns exereitns Argivorum in hoe bello Thebano periit.

129. *A. H. capiti tremit ærea cassis*. Aldd. et Basil. *ærea classis;* Lang. alii eum edd. Rom. Lindenbrog. Crue. Gevart. et recentt. *ærea cassis* : ita quoque ex codd. suis legit Dan. Heinsius ad Clandian. in Prob. et Olyb. Cons. 120. — *Hippomedon*. Hippomedon unns e septem ducibus Argivorum. — *Arduus*. Ob proeeritatem corporis.

130. *Ter nivea scandente juba. Ter nivea candente* nnus Bebot. *Ter niveum scandente* Dan. alii et codd Heinsiani, qnem vide ad Claudian. l. l. — Reg. B, *Ter niveum* habet. Ed. — *Ter nivea scandente juba*. Tripliei juba, una super alteram ; gallice *à trois étages*. Virg. Æneid VII, 785 : « Cui tripliei erinita juba galea alta Chimæram. » Ad quem locum ab Heynio notata videsis; nost. edit. tom. III, pag. 345. Cf etiam Sil. Ital. Punic. V, 134, nost. edit. tom. I, p. 302 ; nost. Clandian. III, in Rufin. tom. I, p. 171. Ed.

131. *Ferrea suta terunt : humeros ac pectora late. Ferrea suta tegunt* Taurin. et Burm. nt cnnj. Bernartius, et edidere Lindenbrog. et

Flammeus orbis habet, perfectaque vivit in auro
Nox Danai : sontes Furiarum lampade nigra
Quinquaginta ardent thalami : pater ipse cruentis
In foribus laudatque nefas atque inspicit enses.
Illum Palladia sonipes Nemeæus ab arce
Devehit arma pavens, umbraque immane volanti
Implet agros, longoque attollit pulvere campum.
Non aliter silvas humeris et utroque refringens
Pectore, montano duplex Hyleus ab antro
Præcipitat; pavet Ossa vias, pecudesque, feræque

Croc. *Ferrea suta premunt* Exc. Cantab. et Veoett. *Ferrea suta tenent* Petrens. *terunt* Dao. Put. uterque Behot. alii et recentt. *et pectora* Dan. Put. et edd. vett. *ac pectora uterque* Behott. 1, 2. Amstel. Gronov. et receott. *ac pectora lata* conjectabat Jortinus.

133. *Nox*. Noo nox, sed ea, quæ per noctem a Danao gesta sunt. Et tangit Poeta fabolam, qua filiæ Danai, consilio patris, prima noptiarom nocte sponsos soos Ægypti filios interfecerunt, exeepta Hypermnestra quæ Lynceum servavit. — *Lampade nigra*. Qoia faces nuptiis adhibitæ. — *Nigra*. Id est, iofausta, quia hinc mors tot juvenum aecidit.

134. *Quinquaginta thalami*. Totidem enim erant Danai filiæ, et totidem sponsi, filii Ægypti, quorum mortem maou filiarum procurabat Danaus : oraculum enim acceperat se a quodam filio fratris occisum iri.

135. *Inspicit enses*. Ao satis acuti sint.

136. *Illum*. Hippomedontem. — *Palladia ab arce*. Larissa scilicet, arce Argorum, quæ erat in tutela Minervæ, ut vidimus Theb. II, 253.

137. *Devehit arma pavens*. « Non hene hunc locum inquinationis suspectum habet Joannes Barclaius. Etiam generosus equus *arma pavet*, assoetus antea curriculis solis, aot exercitationibus pacificis. » BARTH. — *Arma pavens*. Ut præliis nondum assuetus. — *Umbraque immane volanti*. Ob proceritatem Hippomedontis.

138. *Longoque attollit*, etc. Loog. Lipsiao. et nonnulli *longeque attollit*; uterque Behot. optimæ Barthii membraoæ, et edd. vett. et recentt. *longoque attollit*. — *Attollit pulvere campum*. Quasi ipse campus pulvere assurgat. Sic Thebaid. VII, 117 : « falso Nemeæum pulvere campum Erigit. »

139. *Utroque pectore*. Eleganter *utroque*, scilicet hominis et equi, quod bimembres sint; id est, humaoo et equino pectore.

140. *Duplex Hyleus*. Hyleus nomen Centauri ferocissimi, qui *duplex* dicitur, ob duplicem naturam hominis et equi.

141. *Ossa*. Mons Thessaliæ, in qoo erant sedes Centaurorum. Videsis notata ad Theb. II, 82; huj. tom. pag. 166. ED.

Procubuere metu : non ipsis fratribus horror
Abfuit, ingenti donec Peneia saltu
Stagna subit, magnumque objectus detinet amnem.
Quis numerum ferri, gentesque, et robora dicto
Æquarit mortale sonans? suus excit in arma
Antiquam Tiryntha Deus : non fortibus illa
Infœcunda viris, famaque immanis alumni

142. *Non ipsis fratribus horror.* In uno Behot. *ipsis frigidus;* sed in gloss. supra τὸ *ipsis* scriptum est, *fratribus.* « Vera lectio (*non ipsis fratribus*, etc.) nec convellenda; sed quid libris tam optimo illi quam cæteris item omnibus facias, qui claris literis præferunt : *inde fratris fratribus horror Abfuit.* Si horum rationem habendum putes, sit scribendum : *Adfuit.* Sed nulla mutatione opus est. » Barth. — *Fratribus.* Centauris aliis.

143. *Peneia stagna.* Intelligit Peneum, fluvium Thessaliæ, qui ortum habet juxta Gomphos; interque Ossam et Olympum nemorosa convalle defluit, quingentis stadiis dimidio ejus spatio navigabilis. In eo cursu Tempe vocantur quinque mill. passuum longitudine, et ferme sesquijugeri latitudine, ultra visum hominis attollentibus se dextra lævaque leniter convexis jugis : intus vero luco viridante allabitur Peneus, viridis calculo, amœnus circa ripas gramine, canorus avium concentu. Accipit amnem Eurotou, nec recipit, sed olei modo supernatantem, ut dictum est Homero, brevi spatio portatum abdicat : pœnales aquas, dirisque genitas, argenteis suis misceri recusans : in Thermaicum sinum evolvitur. Hæc ex Plinio lib. IV, cap. 8.

145. *Quis n. ferri, g. et robora dicto.* « Vox *ferri* minime sana est. An scripserit? *Quis numerum versu*, etc. » Barth. Unus Behot. *et robora dictu.* — Hanc Regg. B et C lectionem habent. Ed.

146. *Mortale sonans.* Id est, ut homines sonare solent.

147. *Antiquam Tiryntha.* Tiryns urbs Argolidis, in qua Hercules educatus fuit, unde *Tirynthius* vocatus. — *Antiquam.* Quia Cyclopes hanc urbem condidisse dicuntur. Destructa fuit ab Argivis, civibus in suam civitatem receptis. Pausanias Corinthiacis. — *Deus.* Hercules.

148. *Famaque immanis alumni Degenerat.* Nicolaus Heinsius notis in Epistolas ex Ponto Ovidii (III, 1, 45, nost. edit. Ovid. t. VII, p. 372, cujus loci nota cum hac omnino congruit. Ed.) legendum censet : *famamque immanis alumni Degenerat.* Statius enim Silv. III, 1, 160. Herc. Surrent. : « Nam capit, et tantum non degenerabit honorem; » unde Marklandus hic corrigit, *famamve.* Columella lib. VII, c. 12, « Venus si teneris conceditur, carpit et corpus et vires, animosque degenerat. » — *Alumni.* Nutritus enim ibi Hercules, Thebis natus. Servius ad Æneid. VII, 662, Tirynthius Hercules a « Tirynthia civitate

Degenerat; sed lapsa situ fortuna, neque addunt
Robur opes: rarus vacuis habitator in arvis
Monstrat Cyclopum ductas sudoribus arces.
Dat tamen hæc juvenum tercentum pectora, vulgus
Innumerum bello, quibus haud amenta, nec enses
Triste micant: flavent capiti tergoque leonum
Exuviæ, gentilis honos, et pineus armat
Stipes, inexhaustis arctantur tela pharetris.
Herculeum Pæana canunt, vastataque monstris
Omnia: frondosa longum Deus audit ab OEta.

Argis vicina, in qua nutritus est. » Lubens in Silvis hoc nomine Herculem notat Papinius. Vide Apollod. lib. II. BARTH.

149. *Sed lapsa situ*. Put. *sed elapsa situ*. Vide Nic. Heins. ad Ovid. Pont. pag. 388. — *Neque addunt Robur opes*. Scribit Barclaius sibi magis e mente Papinii videri, *neque addit Robur opus*; ut sensus sit, longo squalore, et temporis tractu evanuit Tirynthiorum fortuna; neque illis robur ad comparandas opes et divitias quidquam prodest.

151. *Cyclopum ductas sudoribus arces*. Virgilius, Æneid. I, 423: « pars ducere muros. » Id est, ædificare. Et tangit id quod supra diximus, Cyclopes condidisse Tiryntha.

153. *Innumerum bello*. Id est, quod instar esset multitudinis in bello, ob fortitudinem et virtutem. — *Quibus haud amenta*. *Amentum* proprie lorum est hastarum et jaculorum, cujus ope majori cum vi torquebantur. De hoc verbo vide notata ad Claudian. XVII, de Fl. Mallii Theod. Cons. v. 322; nost. edit. tom. I, pag. 480 et 481. ED.

154. *Triste micant: flavent capiti t. l.* Put. *flava capiti*. — Reg. B, *flavæ capiti*; Reg. C nost. lect. habent. ED. — *Triste*. Quia ad usum belli cædisque conflantur enses.

155. *Exuviæ, g. h. et pineus armat*. Unus Behot. *arma* pro *armat*.

156. *Stipes, i. arctantur tela pharetris*. Uterque Behot. *artantur tela*; Buslid. et Venett. *optantur tela*. — *Stipes*. Clava. — *Inexhaustis pharetris*. Id est, ita erat pharetra referta sagittis, ut exhauriri non posset. Tyrinthiis autem bene dat Poeta eosdem habitus armaque ac Herculi; nempe pelles leonis, clavas et pharetras. Unde Tertulliano Hercules *Scytalosagittipelliger* dictus.

157. *Herculeum Pæana canunt*. Vide Excursum ad calcem hujus lib. ED.

158. *Frondosa longum Deus audit ab OEta*. Jortinus conjectabat: *lætum Deus audit*. — *Deus audit ab OEta*. Decore: quoniam in OEtæa silva crematus Hercules. Seneca Tragicus Hercul. act. V, 1646 et sequent.: « Ut pressit OEten, ac suis oculis rogum Lustravit omnem, fregit impositus trabes. » Cicero, Tuscul. Quæst. lib. II: « Adspice Philoctetem: cui concedendum est ge-

Dat Nemee comites, et quas in prælia vires
Sacra Cleonæi cogunt vineta Molorchi.
Gloria nota casæ, foribus simulata salignis
Hospitis arma Dei, parvoque ostenditur arvo,
Robur ubi et laxos qua reclinaverit arcus
Ilice, qua cubiti sedeant vestigia terra.
At pedes, et toto despectans vertice bellum,
Quatuor indomitis Capaneus erepta juvencis

menti; ipsum enim Herculem viderat in OEta magnitudine dolorum ejulantem. » Papinius ipse Hercul. Surrentino, Silv. III, 1, 6 et seq. « ceu tædis iterum lustratus honesti Ignis, ab OEtæa conscenderis æthera flamma. » Bernart.

159. *Dat Nemee comites.* Regg. B et C, *Neméa* exhibent. Ed. — *Nemee.* Regio et silva Argolidis inter Cleonas et Phliuntem. Vide notata ad Theb. I, 355; hujus tom. pag. 69. Ed.

160. *Cleonæi Molorchi.* Molorchus senex pastor agri Cleonæi, qui Herculem euntem ad debellandum leonem Nemeæum, seu Cleonæum, hospitio excepit. Huic seni sacra postea instituta, *Molorchæa* appellata. Adi Excursum. Ed.

161. *Foribus simulata salignis.* Unus Behot. *signata saliguis*, et pro v. l. *simulata salignis*; alter Behot. *simulata salinnis*; in nonnullis aliis: *similata*.

162. *Hospitis Dei.* Herculis, quem hospitio receperat Molorchus. — *Arvo.* Alii codices, *auro.* Egregia antithesis: in parvo agello Molorchi, ait Poeta, locus ostenditur, ubi jacuit quondam magnus ac robustus Hercules, adeo ut vestigia recumbentis incubitum conspiciantur. Dissimile est quod de Polyphemo tradit Virgilius Æneid. III, 631, « jacuitque per antrum Immensus. » Ex quo magnitudo Cyclopis tacite significatur.

163. *Robur u. et laxos qua reclinaverit arcus.* Pro *laxos* alii legunt *lassos*, et pro *arcus*, *artus.* — Reg. B, *laxos quæ r. arcus;* Reg. C, *laxos qua r. artus.* Ed.

164. *Qua cubiti sedeant.* Ordo: Qua terra cubiti sedeant vestigia. *Cubitum* posuit pro loco cubilis. Cubiti cujus generis sit in Captivis Plauti lectum est, ex persona Ergasili parasiti act. IV, sc. 2, v. 15: « Ne quis hac platea negoti conferat quidquam sui, Nam meus est balista pugnus, cubitus catapulta est. » — *Sedeant.* Mire. Significat enim factam lacunam terræ Herculis mole. Hanc descriptionem Poetæ pictam ipsius Tirynthæ portabat exercitus. Lactant.

165. *At pedes.* Pedes quidem erat Capaneus, sed omnibus eminebat. Solent enim equites altiores esse pedestribus. — *Bellum* ergo pro bellatoribus posuit. Lactant.

166. *Capaneus erepta juvencis.* Behott. 1, 2, et optimus Barth. *erecta juvencis;* alii, *direpta juvencis.* Gronov. in Syllog. Epist. tom. II, p. 565, conj. *derepta juvencis.* — *Capaneus.* Unus e ducibus Argivis,

Terga, superque rigens injectu molis ahenæ
Versat onus; squalet triplici ramosa corona
Hydra recens obitu: pars anguibus aspera vivis
Argento cælata micat; pars arte reperta
Conditur, et fulvo moriens ignescit in auro:
Circum amnis torpens, et ferro cærula Lerne.

Vide notata ad Theb. I, 45, et libro præcedente v. 602. — *Erepta juvencis.* Virgil. Æneid. XI, 679: « Cui pellis latos humeros erepta juvenco Pugnatori operit. » Clipei fere pellibus tecti, ut et scuta. Talis fuit famosus ille Ajacis Telamonii clipeus.

167. *Superque r. injectu molis ahenæ.* Heinsius ad Ovid. Met. III, 52, legit: *injectum molis ahenæ.* — *Superque rigens injectu molis ahenæ Versat onus.* Innuit multis taurorum coriis, laminis etiam ferreis obductum Capanei clipeum fuisse. — *Versat.* Ad demonstrandum robur Capanei, quo clipeum tam gravem multa cum facilitate versaret.

168. *Squalet.* Tò *squalet* operis asperitatem notat, id est, præminet seu exstat. Virgilius Æn. X, 314; « tunicam squalentem auro. » — *Triplici ramosa corona.* An quod Hydra per clipei ambitum tres orbes faceret, vel quod triplicem coronam in uno quoque capite haberet? — *Ramosa.* Tò *ramosa* capitum multitudinem denotat.

169. *Hydra.* Serpens quæ plura capita habebat, quam Hercules ad Lernam Argolidis lacum ægre confecit. — *Recens obitu.* Au morte sua crescens: abscisso enim uno capite, statim duo repullulabant. Vel *recens obitu*, quod cælatura tam bene veritatem exprimeret, ut pæne recenti obitu hydra cum suis serpentibus interiret. — *Vivis.* Id est, tanta arte expressis, ut in argento vivere etiam crederentur.

170. *Pars arte reperta.* In optimo Barthii: *arte repressa*, vel *torre repressa.* — *Pars arte reperta Conditur.* Id est, pars serpentium, quæ deberet repullulare, nisi ignis admotus fuisset, reprimitur seu non repullulat, ubi artem reperit, qua enasci amplius non possent capita ex detruncatæ Hydræ cervicibus. Et tangit factum Herculis, qui quum videret, secto uno capite hydræ, duo alia in locum secti succrescere, admovit tandem ignem, ubi unum caput secuerat, sicque impedivit, quominus repullularent: quod hic *artem repertam* vocat Poeta.

171. *Fulvo moriens ignescit in auro.* In duobus codd. Barthii: *pallescit in auro.* Quidam codices, *nigrescit.* — Reg. B hanc lectionem; Reg. C, *pallescit* exhibent. Ed. — *Ignescit.* Ob admotum abscissis capitibus ignem.

172. *Circum amnis torpens*, et *ferro cærula Lerne.* Behott. 1, 2, et nonnulli, *Lerna.* — Hanc lectionem Regg. B et C exhibent. Ed. — *Amnis torpens.* Palus Lernæa. — *Et ferro cærula.* Erumpente enim ex amputatis capitibus hydræ sanguine, palus cærula seu livida fiebat.

At laterum tractus, spatiosaque pectora servat
Nexilis innumero chalybum subtemine thorax,
Horrendum, non matris opus, galeæque corusca
Prominet arce gigas, atque uni missilis illi
Cuspide præfixa stat frondibus orba cupressus.
Huic parere dati, quos fertilis Amphigenia,
Planaque Messene, montanaque nutrit Ithome,
Quos Tbrion, et summis ingestum montibus Æpy,

173. *At laterum tractus*. Reg. B, *Ad laterum*; Reg. C nost. lect. habent. Ed. — *Laterum tractus, spatiosaque pectora*. Hoc dicit ad exprimendam magnam corporis molem ac proceritatem Capanei; Capaneus enim pæne gigas. Sic *laterum passus*. Noster, Silv. I, 1, 29, Eqno Domitiani: « At laterum passus. » Ad quem locum vide notam 29; hujusce ed. tom. I, pag. 24. Conf. etiam Sil. Italic. Punic. IV, 617, nost. edit. tom. I, pag. 271. Ed.

174. *Innumero chalybum subtemine thorax*. Dan. Behott. 1, 2, et alii, *sub tegmine*; Venett. et Rom. *subtemine*; hoc habent etiam Petrens. et edd. recentt. — *Nexilis innumero chalybum subtemine*. Id est, annulis ferreis contextus.

175. *Horrendum, non matris opus*. Optimæ Barthii membranæ *PMarotis opus*; unde ille tentabat: *Pyragmonis opus*. — De prisco more quo invaluerat, ut matres texerent chlamydes militares filiorum, vide Excurs. ad calc. huj. lib. Ed.

176. *Prominet arce gigas*. Gronov. conj. *galeæque corusco P. a. gigas*. Vide Syllog. Epist. tom. II, p. 565. Idem pro *arce* conj. etiam, *ære*. — *Uni missilis*. Heroibus tela dantur tanti ponderis, ut ab alio nemine torqueri possint, ad indicandas eorum incredibiles vires. Sic insulæ finguntur jaculabiles gigantibus. Sidon. Epithal. Polemii: « Hic Lemnum pro fratre gigas contra Ægida torquet, Impulsumque quatit jaculabilis insula cælum. » Barth.

177. *Orba cupressus*. Nonnulli codd. *orba cypressus*; uterque Behot. *orba cupressus*; Paschalius de Coronis lib. IV, cap. 17, legit: *alta cupressus*. — *Cupressus*. Hyperbolice, hasta ex cupressu.

178. *Huic parere dati*. *Huic parere duci* unus codex Barthianus. — *Amphigenia*. Amphigenia oppidum Messeniæ, ex Homero et Strabone.

179. *P. Messene, montanaque n. Ithome*. *Planaque Messena* Dan. et nonnulli. *Massane* unus Behot. *Messene* Petrens. alter Behot. alii, cum edd. Amstel. Gronov. *montosaque* Put. *Ithone* Dan. uterque Behot. et alii. *Ithome* Gronov. et recentt. — Reg. B, *Montosaque n. Ithyme*; Reg. C nost. lect. exhibent. Ed. — *In Messenen et Ithomen* vide Excurs. ad calc. huj. lib. Ed.

180. *Quos Thrion*. *Quos Thiron* Behot. 1, *Et Thrion* Priscianus principio lib. VI, et VII. — *Thrion, Æpy*. Oppida ejusdem Messeniæ. — *Æpy*. Oppidum Messenæ dissimile: nam ut illa in campo posita

Quos Helos, et Pteleon, Getico quos flebile vati
Dorion : hic fretus doctas anteire canendo
Aonidas, mutos Thamyris damnatus in annos
Ore simul, citharaque (quis obvia numina temnat?)
Conticuit præceps, qui non certamina Phœbi
Nosset, et illustres Satyro pendente Celenas.
Jamque et fatidici mens expugnata fatiscit
Auguris; ille quidem casus, et dira videbat
Signa, sed ipsa manu cunctanti injecerat arma
Atropos, obrueratque Deum; nec conjugis absunt
Insidiæ, vetitoque domus jam fulgurat auro.
Hoc aurum vati fata exitiale monebant

est, ita hoc in montibus collocatum.

181—183. *Quos Helos, et Pteleon, G. q. fl. v. Dorion : h. f. d. anteire canendo A. mutos Thamyris d. in a.* « In antiquissimo libro est, *Quos Elon;* sed *Helos* cum aspiratione scribendum ex Homero. » Barth. *Quos Helos et Pheleon* Behot. 1, *Quos Helos et Theleon* Behot. 2. — « Fatui nonnulli libri habent : *animare canendo;* nisi aliud remotius latius. Optimus codex nihil mutat. » Barth. — *Aonidas multos* Dan. omnes Barthiani, uterque Behot. alii. *Mutos* est ex conj. Gronovii. Vide Syllog. Epist. tom. II, p. 565. *Tamyrus* uterque Behot. *Thamiris* in quibusdam aliis. — Adi Excurs. ad calc. huj. lib. Ed.

185. *Qui non certamina Phœbi.* Behott. 1, 2, Dan. et plerique *quis non;* Gronov. Barth. et Delph. *qui non.*

186. *Et i. S. p. Celenas. Gelænas* conjectabat Daum. in marg. ed. Barth. — *Et illustres Satyro pendente Celenas.* Imitatur Lucanum Pharsal. III, 206 : « Lugent damnatæ Phœbo victore Celenæ. » Celenæ urbs caput quondam Phrygiæ fuit : migratum inde haud procul veteribus Celenis, novæque urbi Apameæ nomen inditum ab Apamea sorore Seleuci regis. In hac urbe fabulantur poetæ Marsyam, ausum provocare Apollinem ad certamen cantus, victum fuisse, excoriatumque, et pellem ejus Apollinem suspendisse in monumentum victoriæ. Vide Herodotum in Polymnia. Adi etiam not. ad Theb. II, 666, hujusce tom. pag. 241. Ed.

187. *Jamque et fatidici.* « In vetustissimo libro est : *Et jam fatidici:* id magis placet. » Barth.

188. *Auguris.* Amphiarai.

190. *Obrueratque Deum.* Id est, Apollinem, seu divinos monitus : fata enim obruerant præsentionem animi, auguriaque. — *Conjugis absunt Insidiæ.* Eriphyle enim latitantem maritum prodiderat Polynici, spe potiundi Hermiones monilis.

191. *Vetito auro.* Monili Hermiones. Quod erat vetitum seu ominosum.

Argolico : scit et ipse nefas, sed perfida conjux
Dona viro mutare velit, spoliisque potentis
Imminet Argiæ, raptoque excellere cultu.
Illa libens (nam regum animos, et pondera belli
Hac nutare videt, pariter ni providus heros
Militet) ipsa sacros gremio Polynicis amati
Deposuit nexus haud mœsta, atque insuper addit:
« Non hæc apta mihi nitidis ornatibus, inquit,
Tempora, nec miseræ placeant insignia formæ
Te sine : sat dubium cœtu solante timorem
Fallere, et incultos aris adverrere crines.

193. *Scit et ipse nefas.* Unus Bebot. *scit et ipsa nefas.* — *Perfida.* Prodidit enim maritum.

194. *Dona viro mutare velit.* Ita velit pacisci, ut malit monile habere, quam maritum. — *Spoliisque potentis Imminet Argiæ.* Polynices enim monile, quod fuerat Hermiones, dono dederat Argiæ uxori, ut vidimus Thebaid. II, 297 et seq. « Tum donis Argia nitet, vilesque sororis Ornatus sacro præculta supervenit auro. »

195. *Raptoque excellere cultu.* In eodem codice : *excedere cultu.*

197. *Hac nutare videt.* Hæc est vera scriptura, et ponderibus convenit *nutatio*, non *mutatio*. Sicque omnes nostri Codices, itemque Aldus, et aliæ veterum Editiones. Illud *mutare* nimirum videtur tueri velle Lactantius, quum ait : « Videt Argia belli totius mutari sententiam, si Amphiaraus desit auxiliis. » Sed aliter se res habet. Barth. — *Ni providus.* Dan. Put. Petav. Regg. B et C, *si providus.* Ed. — *Providus heros.* Amphiaraus.

198. *Sacros.* Abominandos, execrandos. Sic Virgilio, Æneid. III, 57 : « Auri sacra fames. »

199. *Deposuit nexus haud mœsta.* *Exuerat cultus* uterque Bebot. et Put. — Hanc Reg. B præbet lectionem, Reg. C nostram. Ed.

201. *Nec miseræ placeant insignia formæ Te sine.* Ovidius Epist. Heroidum XV, 78, « Cui colar infelix, aut cui placuisse laborem? Ille mei cultus unicus auctor abest. »

202. *Sat dubium cœtu solante timorem.* De hoc loco et variis lectionibus, vide Excursum ad calcem hujusce lib. Ed.

203. *Incultos aris adverrere crines.* Codd. et edd. vett. *advertere crines.* Lipsius l. l. correxit. Vide Modium Epist. 52. Dan. Heinsium ad Sil. Ital. VIII. Gebhardum ad Tibull. I, 2. Heraldum ad Arnob. lib. I, et Brissonium de Formulis lib. II. — *Adverrere crines.* Tangit morem tritum, quo mulieres in magnis casibus non solum per templa supplices ibant, sed etiam crinibus passis templorum pavimenta et aras verrebant. Conf. Polybius, lib. IX.

Scilicet (heu Superi) quum tu cludare minaci
Casside, ferratusque sones, ego divitis aurum
Harmoniæ dotale geram? dabit aptior ista
Fors Deus, Argolicasque habitu præstabo maritas,
Quum regis conjux, quum te mihi sospite, templa
Votivis implenda choris: nunc induat illa,
Quæ petit, et bellante potest gaudere marito. »
Sic Eriphylæos aurum fatale penates
Irrupit, scelerumque ingentia semina movít,

204. *Sc. (heu Superi) quum tu cludare minaci. Scilicet (infandum!) c. t. c. minanti* Put. *claudere minaci* uterque Behot. *claudere minaci* optimæ Barthii membranæ. — Reg B, *Sc. infandum cum tu claudere minanti*; Reg. C, *Sc. h. s. tum cum claudare minaci* habent. Ed. — *Minaci casside.* Ut *dira* apud Sil. Ital. Punic. VII, 295: « et dira e summa pendebat cuspide cassis. » Quem conf. nost. edit. tom. I, pag. 431.

205, 206. *Ego divitis aurum Harmoniæ dotale geram? d. a. ista.* In iisdem Barth. membranis: *ego ditior aurum. Hermione* Behot. 1, *Hermiones* Behot. 2. *Aptior isto* Put. — Reg. B, *Armoniæ d. g. d. aptior isto*; Reg. C, *Harmonies d. g.* etc. habent. Ed. — *Divitis aurum Harmoniæ dotale geram.* Intelligit monile Harmonies. Videsis notata ad Thebaid. II, 272; hujus tom. pag. 193. Ed.

207. *Fors Deus, Argolicasque habitu. Forte dies Graiasque habitu* unus Barthii codex. *Argolidasque* Heins. ad Ovid. Epist. p. 45. — De his lect. conf. Theb. II, 228; hujus tom. pag. 186. Ed. — *Fors Deus.* Conjungit hic, separavit vero Thebaid. II, 540, « audenti Deus et Fortuna recessit. » — *Præstabo maritas.* Sequitur Virgilium Papinius, Æneid. XI, 438: « Vel magnum præstet Achillem. » Ita etiam Cornelius Nepos, Valerius Maximus, aliique sæpe. Sallustius dixit Bell. Catil. cap. 1: « præstare cæteris animalibus. » — *Maritas.* Horatius, Epod. 8, 13: « Nec sit marita, quæ rotundioribus Onusta baccis ambulet. »

210. *Bellante potest gaudere marito.* Vetustissimus Barthian. *gaudere potest bellante marito*, quod Barthio magis arridet.

211. *Sic Eriphylæos. Sic Euriphileos* unus Behot. — *Eriphylæos.* Eriphyles uxoris Amphiarai. — *Fatale.* Omnibus scilicet mulieribus, quæ illud monile habuerunt. — Hunc locum fortasse respexit Sulpicius Lupercus Serv. Jun. qui de Cupiditate, v. 5 et seq. « Sic latebras Eriphyla viri patefecit, ubi aurum Accepit turpis materiam sceleris. » Vid. Poet. Lat. Min. nost. edit. tom. II, pag. 292.

212. *Irrupit.* Optimæ Barthii membranæ: *Irrepsit*; quod ipse probat. — *Scelerumque ingentia semina movit.* Nam primo Eriphyle prodidit maritum, Amphiaraus jussit

Et grave Tisiphone risit gavisa futuris.
Tænareis hic celsus equis, quam dispare cœtu
Cyllarus, ignaro generarat Castore prolem,
Quassat humum : vatem cultu Parnassia monstrant
Vellera, frondenti crinitur cassis oliva,
Albaque puniceas interplicat infula cristas.
Arma simul, prensasque jugo moderatur habenas.

filio matrem oecidere, ac Alcmæon matrem jussu patris occidit. Horatius, Od. III, 16 : « Concidit auguris Argivi domus ob lucrum Demersa exitio. »

213. *Grave Tisiphone risit gavisa futuris.* Decet enim Furiam ridere et lætari criminibus ac flagitiis, quæ futura prævidebat. — *Grave.* Pro, *graviter.*

214. *Hic.* Amphiaraus. — *Dispare.* Bene *dispare;* nobilis enim genere equus non equam tam præstantem invenire potuit.

215. *Cyllarus.* Nomen equi Castoris. — *Castor.* Filius Jovis ex Leda, frater Pollucis, equitandi peritissimus.

216. *Parnassia Vellera.* Sunt vittæ laneæ ab infula, sacerdotum insigni, hinc et inde dependentes. — *Parnassia.* Phœbea, seu Apollinea, quia Parnassus Apollini sacer.

217. *Frondenti crinitur cassis oliva.* Fronde enim olivæ vittæ et infulæ augurum ornabantur, ut supra vidimus lib. II, 99, hujus tom. pag. 169, et lib. III, 466, ejusd. tom. pag. 322. Verbum *criniri* rarum et fortasse unius Statii est : hac voce utitur in Silv. IV, 5, 10 : « Nunc cuncta veris frondibus annuis Crinitur arbos ; » *crinitos agros*, ubi seges est dicit Prudentius in Symmachum, vers. 454 : « Unde seges late crinitis fluctuet agris. » Ed.

218. *Albaque puniceas interplicat infula cristas.* Infula augurum alba erat. Conf. Sil. Ital. Punic. V, 165, et ad hunc videsis not. nost. edit. tom. I, pag. 304. Ed.

219. *A. s. prensasque jugo moderatur haben.* In iisdem Barth. membranis : *pressasque jugo;* Dan. nonnulli, *pensasque jugo;* Behott. 1, 2, Petrens. et alii, *prensasque jugo.* Marklandus ad Silv. I, 2, 13, ita scribit : « Locus, ut mihi videtur, depravatissimus. Elige enim quamvis verborum constructionem; sive hanc, moderatur habenas *prensas jugo*, i. e. secundum Gronovium *junctas*, falsum continet : quippe habenæ non junguntur *jugo* : sive illam, *jugo* moderatur *prensas* habenas, absurda est; jugum enim non potest moderari habenas. Nihil igitur hinc probari potest, nisi locum esse corruptissimum. Lege : *Arma simul prensisque jugum moderatur habenis.* Dicit Amphiaraum armatum pugnare e curru : sinistra manu *arma*, i. e. clipeum moderatur, dextra *prensis habenis*, tenens habenas, regit et moderatur equos seu currum. » — *Arma. Arma* Latinis, ut Græcis ὅπλα, scutum est aut clipeus. Inde *arma ancilia*, unde *armilustrium*, scuta. — *Jugo.* Curru. Parte pro toto.

Hinc atque inde moræ jaculis, et ferrea curru
Silva tremit: procul ipse gravi metuendus in hasta
Eminet, et clipeo victum Pythona coruscat.
Hujus Apollineæ currum comitantur Amyclæ,
Quos Pylos, et dubiis Malea vitata carinis,
Plaudentique habiles Caryæ resonare Dianæ,
Quos Pharis, volucrumque parens Cythereia Messe,

220. *Inde moræ*. Id est, impeditæ, occnpatæ fuerant manus ejus ex jaculis. — Adi Excurs. Ed.

221. *Gravi metuendus in hasta.* Confer Sil. Italic. Punic. II, 132, et videsis ad hunc locum notata; nost. edit. tom I, pag. 101. Ed.

222. *Eminet, et clipeo victum Pythona. Eminet et victum clipeo* unus Behot. *Phitona* uterque Behot. — *Clipeo victum Pythona coruscat.* Tangit morem, quo Veteres insigne aliquod in scuto gestare solebant. Et sane decebat vatem Apollinis insculpi curare clipeo gloriosum facinus primumque Apollinis sui, nimirum victoriam relatam de Pythone serpente, quod facinus vocat Papinius initio Theb. VI, 9: « Apollineæ bellum puerile pharetræ. » — *Coruscat.* Pro coruscare facit. Sic Virgilio Æneid. X, 651, et XII, 431, « Strictumque coruscat Mucronem » et « hastamque coruscat. » Et postea, 887, « telumque coruscat. » Valerius Flacc. II, 228, « ferrumque super Bellona coruscet. » *Coruscat* vero, quia armorum splendor valde ab Heroibus affectatus; non tam ad decus, quam ad metum hostibus incutiendum.

223. *Amyclæ.* Amyclæ oppidum Laconiæ, regia Tyndari, et patria Pollucis et Castoris, ubi templum erat Apollinis, inter cætera ejusce regionis templa opere divitiisque celeberrimum. Strabo, lib. VIII, Thucydid. lib. V. Erant et aliæ urbes ejusdem nominis, una in Eubœa insula, et altera in Italia, quæ auctore Plinio a serpentibus deleta est. Vide Excurs. Ed.

224. *Dubiis Malea vitata carinis.* Maleæ quæ propter periculum a navigantibus circumeuntur: ut Virgil. Æneid. V, 193: « Maleæque sequacibus undis. » Historia autem de hoc monte fertur hujusmodi: Maleus, Tuscolorum rex, qui primus tubam invenit, is quum piraticam exerceret, et mare tempestatibus esset infestum, hunc montem insedit, qui et Apollinem Maleoticum de suo vocabulo, et montem ipsum Maleam nominavit. Alii dicunt hunc montem Achaiæ esse. Bene Statius hæc dicit auxilia vatem habuisse, quia hi populi præcipue Deum venerantur Apollinem Cariæ. — De hoc promontorio cf. notata ad Theb. I, 100, huj. tom. pag. 26 et 128, et ad Thebaid. II, 33, ejusdem tom. pag. 160 et 253.

225. *Plaudentique habiles*, etc. De hoc loco vide Excurs. ad calc. hujus libri. Ed.

226. *Pharis.* Pharis, seu Pharæ oppidum Laconiæ: unde Thebaid. II, 163: « Pharæi duces. » — *Volucrumque parens Cythereia Messe.*

Taygetique phalanx, et oliviferi Eurotæ
Dura manus: Deus ipse viros in pulvere crudo
Arcas alit, nudæque modos virtutis, et iras
Ingenerat: vigor inde animis, et mortis honoræ
Dulce sacrum: gaudent natorum fata parentes,
Hortanturque mori: deflet jamque omnis ephebum

Messe urbs Laconiæ, quam Homerus vocat etiam πολυτρήρωνα, id est, *columbis abundantem*, quæ sacræ sunt Veneri; ideo Messe cognominata *Cythereia*. Adi Excurs. Ed.

227. *Taygetique phalanx*, et *oliviferi Eurotæ*. Dan. *Targeique phalanx*. — *Taygetique*. Taygetus seu Taygeta, mons Laconiæ prope fluvium Eurotam, et Amyclas. — *Et oliviferi Eurotæ*. Eurotas, fluvius Laconiæ. — *Oliviferi*. Reperitur in membranis bonæ notæ, ut observat Gronovius, *oloriferi*, quod in Parisiensi receptum. Hic est enim, qui in Theb. X, 504: « falso gurges cantatus olore: » nec aliunde in Silv. I, 2, 142: « Amyclæos ad frena citavit olores. » — Reg. B, *oriferi*; Reg. C, nost. lect. habent.

228. *Deus Arcas*. Mercurius inventor palæstræ, quam hic Poeta vocat *nudam virtutem*: nudi enim luctabantur. *Nudam virtutem* alio sensu accepit Gratius in Cynegetico his versibus 3 et seq. « Prius omnis in armis Spes fuit, et nuda silvas virtute movebant Inconsulti homines. » Violenter enim omnia agere, viribus fidere primi venatores solebant, nullisque instrumentis aut canibus utebantur. De hoc loco videsis notata; Poet. Lat. Min. nost. edit. tom. I, pag. 35. Ed.

230. *Vigor inde animis*, etc. Dan. *inde viris et mortis honoræ*. — *Et mortis honoræ Dulce sacrum*. Nota omnibus διαμαστίγωσις seu *flagellatio* puerorum Spartanorum ante aram Orthiæ Dianæ, et qua constantia ac animi firmitudine plagas tolerabant. Plutarch. « Pueri apud Lacedæmonios verberibus lacerati per totum diem supra aram Orthiæ Dianæ sæpe perseverant usque ad mortem, læti et gestientes; » ait etiam: « Vocatur autem hæc probatio, flagellatio. » Hinc *dulce sacrum*: nam et hæc sollemnitas maxima, et quæ fit in honorem Dianæ. Vide et quæ dicemus Theb. VIII, vers. 437.

231. *Gaudent n. fata parentes*. Lang. et nonnulli, *natorum in fata*; Taurin. Petrens. Barthii membranæ, uterque Behot. Barth. *natorum fata*. — *Gaudent natorum fata parentes, Hortanturque mori*. De fortitudine mulierum Spartanarum legendi Plutarchus aliique Scriptores. Unicum exemplum sufficiet adducere. Matres, euntibus in bellum filiis clipeos tradentes, dicebant: Aut cum hoc, aut supra hunc. Quod significat, vel victores debere reverti cum clipeo, aut saltem referri supra hunc; flagitium enim erat clipeum amittere: « relicta non bene parmula », ut ait Horatius, lib. II, Od. 7, 10.

232. *Deflet jamque omnis ephebum*. Reg. B, *deflent jamque omnis ephœbum*; Reg. C nostram lectionem exhibent. Ed.

Turba; coronato contenta est funere mater.
Frena tenent, duplexque inserto missile nodo,
Exerti ingentes humeros : chlamys horrida pendet,
Et cono Ledæus apex : non hi tibi solum,
Amphiarae, merent : auget resupina maniplos
Elis : depressæ populus subit incola Pisæ,
Qui te, flave, natant terris, Alphee, Sicanis

233. *Coronato contenta est funere*. In optimis Barth. membranis : *contemta est funere*. — *Coronato contenta est funere mater*. Qui enim majori cum constantia ac animi fortitudine in illa *διαμαστιγώσει* usque ad mortem perseveraverat, tanquam victor rei difficillimæ, nimirum doloris, coronabatur. Et tantus erat Spartanis matronis animi vigor, ut quum cædendum juvenem omnis turba defleat, satis ipsi sit matri, si aut mortem aut verbera forti ac generoso animo ferat.

234. *Duplexque inserto missile nodo*. « Nobis difficultas occurrit in hoc nodo : itaque probamus lectionem veterum librorum veterrimi : *duplicique insertum missile nodo*. » Barth.

235. *Pendet*. Dorso, scilicet.

236. *Et cono Ledæus apex*. Olorinæ pennæ, dictæ *Ledææ*, quod Juppiter in olorem mutatus concubuit cum Leda.

237. *Merent*. *Merere*, verbum militare, unde *emeritus*, qui non amplius militat.

238. *Depressæ populus*. Put. *deprensæ populus*. — *Elis*. Elis, regio et urbs Peloponnesi, *resupina* dicitur, quia in colle ædificata. — *Depressæ Pisæ*. Pisa urbs Elidis, regia quondam OEnomai. — *Depressa*. Quia vallibus undique cingitur, et Crotonio monte premitur, ut ait Lactantius.

239, 240. *Qui te, flave, natant terris, Alphee, Sicanis Advena, tam longo* non *unquam infecte profundo*. Creditur enim Alpheus fluvius Elidis, ut jam diximus, ex Elide influere per medium mare in Siciliam, purasque ac impermixtas mari, per quod meat, aquas conservare. Et Pisæos intelligit, qui sudore et pulvere e palæstra contracto Alpheum suum natabant, ut Spartani Eurotam, et Romani Tiberim. « Après le travail, inquit nostras Montesquieu, *Grandeur et Décadence des Romains*, chap. 2, « ils se jetaient dans le Tibre, pour « s'entretenir dans l'habitude de na- « ger, et nettoyer la poussière et la « sueur. » De quo more ampliora legere si velis, adi Vegetium de Re Militari, et recens opus cui titulus *De la Natation et de son Application à l'art de la guerre*. Hic perutilem illam artem plenius tractavit peritissimus Vicecomes *de Courtivron*. Ed. — Aliqui cod. habent *notant*. Sed male. Si describeret Siculos, ferendum esset forte, quippe penes quos ille se impermixtum mari spectandum præbere credebatur. — *Flave*. Fluvii *flavi* ob juncos ulvasque quibus abundant. — *Advena*. Quia ab Elide in Siciliam fluit.

Advena, tam longo non unquam infecte profundo.
Curribus innumeris late putria arva lacessunt,
Et bellis armenta domant : ea gloria genti
Infando de more, et fractis durat ab usque
Axibus OEnomai : strident spumantia morsu
Vincula, et effossas niveus rigat imber arenas.
Tu quoque Parrhasias ignara matre catervas
Ah rudis annorum, tantum nova gloria suadet,
Parthenopæe, rapis : tum saltus forte remotos
Torva parens, neque enim hæc juveni foret ire potestas,

241. *C. i. late putria arva l.* Dan. Put. Petav. nterque Behot. Aldd. Colin. Gryph. Basil. Plant. *patria arva;* Lang. Laur. Lipsian. Buslid. omnes Barthiani, alii, cum Gevart. Amstel. Gronov. Barth. Veen. et Delpb. *putria arva.* — Reg. B, *patria;* Reg. C nost. lect. exhibent. En. — *Curribus innumeris*, etc. Intelligit ludos celebrari solitos apud Olympiam prope Pisas.

242. *Et bellis a. d. ea gloria genti. Aut bellis* glossographus, *ea gloria gentis* nnus Behot. — *Et bellis armenta domant.* His enim ludis et exercitationibus equos ad bellum aptiores reddebant. — *Armenta.* Eqnos.

243. *Inf. de more, et fractis durat ab usque. Infando de more venit, duravit ab usque* optimæ Barthii membranæ. — *Infando de more.* Quia OEnomans, qui primus instituit hos ludos, procos filiæ, quos cursu vincebat, occidebat. — *Fractis ab usque Axibus.* Notat fabulam qua OEnomaum tandem Pelops vicit, corrupto Myrtilo OEnomai auriga, qui axi vectem non objecit: ea ratione OEnomaus curru delapsus collum fregit.

244. *Strident spumantia.* Reg. B, *stridens;* Reg. C nost. lect. En.

245. *Vincula, et effossas. Frænaque et effossas* in iisdem membranis, qnod verum putat Barthins.

246. *Parrhasias.* Arcadiæ, a Parrhasiis popnlis, et nrbe Arcadiæ. — *Matre.* Atalanta.

247, 248. *Ah rudis annorum, t. n. g. suadet, Parthenopæe, rapis: tum saltus forte remotos. Ha rudis* omnes Barthiani, Dan. Pnt. et Petav. *armorum* Dan. et pleriqne; *annorum* nterque Behot. Gron. Barth. et Delph. Porro hic versns cnm sequenti ita in Behot. 1 leguntur: *Partenopæe rapis (tantum nova gloria suadet) Ha rudis annorum (saltus cum forte remotos)*; sed quæ uncinnlis inclusa vides, scripta erant in litura. — *Parthenopæe.* Parthenopæns nnus e ducibus Argivis, juvenis admodnm ad bellum Thebanum profectus, nt jam diximus. — Adi Excurs. ad calc. huj. lib. En.

249. *T. p. (neque enim hæc. . foret i. p.* Vox *enim* deest in Put. et particula *hæc* in nno Barth. Pro *foret*, quod habent nterque Behot. et plerique, *forte* exhibent Dan. Petav. Lindenbr. et Crno. — Vox

Parabat cornu, gelidique aversa Lycei.
Pulchrior haud ulli triste ad discrimen ituro
Vultus, et egregiæ tanta indulgentia formæ:
Nec desunt animi, veniat modo fortior ætas.
Quos non ille duces nemorum, fluviisque dicata
Numina, quas magno non impulit igne Napæas?
Ipsam, Mænalia puerum quum vidit in umbra,
Dianam, tenero signantem gramina passu,
Ignovisse ferunt comiti, Dictæaque tela

*enim* in Reg. B deest; hanc Reg. C habet. Ed. — *Torva parens.* Atalanta, ob exercitationes viriles, venationem nempe. — *Juveni.* Parthenopæo.

250. *Pacabat c. g. aversa Lycei.* *Placabat cornu* unus Behot. et Petrens. *adversa Lycæi* Behot. 1, et nonnulli codic. Barthiani. — *Pacabat cornu.* Venando scilicet. Pacata reddebat ferarum cæde. Cf. Sil. Italic. Punic. II, 480 et vide notata ad hunc locum; nost. edit. tom. I, pag. 130. Ed. — Virgil. Æn. VI, 803: « Aut Erymanthi Pacarit nemora, et Lernam tremefecerit arcu. » — *Aversa.* Id est, loca soli non exposita. — *Lycei.* Lyceus mons Arcadiæ. — *Gelidi.* Ob silvas quibus cingitur Lyceus.

251. *Pulchrior.* Id est, Parthenopæo pulchrior nullus fuit.

253. *Nec desunt.* Id est, in Parthenopæo animarum vigebat insigne: si modo ad id ætatis robur etiam accederet.

254. *Quos (Quas) non ille duces nemorum.* Quidam codices habent *Quos*, et sic legendo *duces nemorum* sunt Satyri, Silvani, Panes, et cætera ejusmodi nemorum numina. Sed absque dubio scripsit Papinius *Quas*, quod honestius est, et per *duces nemorum* intellexit Dryades, Hamadryades, ac Deas nemorum. — Regg. B et C, *quas* præbent. Ed. — *Fluviisque dicata Numina.* Nymphas, aquarum numina.

255. *Impulit igne.* Dan. *abstulit igne*: et ita quoque ex codd. scriptis legit Nic. Heinsius ad Ovid. Heroid. Epist. XV, 140; quem videsis; nost. edit. tom. I, pag. 273. Ed. — *Napæas.* Herbarum, pratorum, ac florum Deas.

256. *Mænalia in umbra.* Id est, in silva Mænalia supra Mænalon montem Arcadiæ. — *Umbra.* Quia silvæ umbram efficiunt.

257. *Signantem gramina.* Eleganter infantis gressum non calcantem, sed signantem ostendit: ut Horat. Art. Poet. vs. 158 et seq. « Reddere qui voces jam scit puer, et pede certo Signat humum. » Dicit ergo Dianam, quum tam pulchrum vidisset Parthenopæum, Atalantæ dedisse veniam, cui propter concubitus fuerat irata Meleagri.

258. *Comiti.* Atalantæ, cui erat Diana irata, quod nupserat: Atalanta enim totam se cultui Dianæ ac venationi addixerat. — *Dictæaque tela.* Id est, Cretensia, a Dicte

Ipsam, et Amyclæas humeris aptasse pharetras.
Prosilit audaci Martis percussus amore,
Arma, tubas audire calens, et pulvere belli
Flaventem sordere comam, captoque referri
Hostis equo : tædet nemorum, titulumque nocentem
Sanguinis humani, pudor est nescire sagittas.
Igneus ante omnes auro micat, igneus ostro,
Undantemque sinum nodis irrugat Iberis,
Imbelli parma pictus Calydonia matris
Prælia : trux læva sonat arcus, et aspera plumis
Terga, Cydonæa corytos arundine pulsat,

**monte Cretæ. Dicit autem tela Cretensia, quia Cretenses sagittandi peritissimi.**

259. *Ipsam et Amyclæas. Ipsa* et *Amyclæas* Dan. — *Amyclæas.* Ab Amyclis oppido Laconiæ, in quo optimæ pharetræ fiebant.

260. *P. audaci Martis percussus amore. Prosilit audacis* uterque Bebot. et Dan. *perculsus amore* optimi libri Barthiani et Dan.

263, 264. *Titulumque n. S. h. pudor est nescire sagittas.* Marklandus ad Silv. III, 2, 83, correxit, *pudor, et nescire.* — Mens : Erubescebat Parthenopæus, quod tantum sagittæ suæ occidendis feris inservierant, et quod nondum cruore humano infectæ fuerant, quodque hac crudelitate nondum fuerat honoris titulum adeptus.

265. *Igneus.* An belli ardore calens, an id *igneus* referendum ad vestes, quæ lucerent auro et purpura ?

266. *Undantemque sinum.* Quia undantem chlamydem quassando facit. — *Iberis.* Duplex Iberia, Europæa una, quam nunc Hispaniam vocamus, sic dicta ab Ibero fluvio, hodie *Ebro;* Asiatica altera, prope Pontum Euxinum Colchosque, quæ nunc etiam *Iveria* vocatur. — Cf. Nemesiani Cynegetic. vs. 91 et sqq. et vide Excursum secundum, ad calcem ejusdem carminis; Poet. Lat. Min. n. edit. t. I, p. 133. En.

267. *Imbelli parma.* Quia nondum bello interfuerat Parthenopæus, nullumque gloriosum facinus ediderat, quo insigniret clipeum, ut mos erat. — *Matris prælia.* Hoc est, scuto picta gerens prælia. Calydonium quippe aprum comitata viros Atalanta sagittis fixit, ut priore libro docuimus.

268. *Trux læva sonat arcus.* Behot. 1, *læva tonat,* et pro v. l. *sonat.* — Hanc Reg. B lectionem, Reg. C nostram habent. A. — *Aspera plumis.* Id est, squamis seu laminis in modum plumarum dispositis. Virgil. Æn. XI, 771 : « quem pellis, ahenis In plumam squamis, auro conserta tegebat. »

269. *Terga, Cydonæa corytos arundine pulsat. Cidonia* Behot. 2. — Paucis : Pharetra ex humero

Electro pallens, et iaspide clarus Eoa.
Cornipedem trepidos suetum prævertere cervos
Velatum geminæ dejectu lyncis, et arma
Mirantem gravioris heri sublimis agebat,
Dulce rubens, viridique genas spectabilis ævo.
Arcades huic veteres, astris Lunaque priores,
Agmina fida datis: nemorum vos stirpe rigenti

pendens latera diverberat. — *Cydonea*. Id est, Cretensi, a Cydone Cretæ urbe. — *Corytos*. Corytus proprie theca arcus. Sumitur et pro pharetra. Adi Excurs. Ed.

270. *Electro pallens*, etc. Hic versus aberat a recentiore cod. Behot. in altero erat deletus recenti litura. — Electrum, gemma nigri coloris, quæ vulgo *ambra* dicitur, quanquam et album et croceum inveniatur. Est etiam genus metalli mixtum, nempe quoties in auro quinta portio argenti commixta est; hoc vero modo naturale est, modo cura fit; quod si quintam partem non excedat, incudibus non resistit. Plinius, XXXIII, 4; et XXXVII, 2. — *Iaspide*. Iaspis lapidis pretiosi genus. Vide Plinium XXXVII, 8. — *Eoa*. Dicitur quia hi lapides solum inveniuntur in Oriente.

272. *Velatum geminæ dejectu lyncis*. Gebhardos Cur. Juvenil. lib. III, cap. 24, malit: *geminæ detectu lyncis*, improbante Barthio. — *Velatum geminæ*, etc. Pellibus ferarum uti pro strato equorum solebant præcipue venatores. Nemesianus de Aucupio, v. 20. « Fultus equi niveis... exuviis. » Vide Poet. Lat. Min. nostr. edit. tom. I, pag. 184. Ed.

273. *Mirantem gravioris heri*. Armorum permutatio graviorem equo fecerat dominum: addita enim lorica onerosior Parthenopæus exstiterat.

274. *Dulce rubens*. Idem Statius Theb. III, 211: « Quanti crudele rubebitis amnes! » Achill. I, 323: « Mulcetur, lætumque rubet. » Et Claudianus I, 4, consulatu Olybrii et Probini IV: « Blandius elato rubeant temone jugales. » Ad quem locum videsis notata; nost. edit. tom. I, pag. 99. Ed.

275. *Arcades*. Mediterranea Peloponnesi incolentes populi hoc nomen sortiti sunt ab Arcade Jovis et Calistus filio. — *Astris Lunaque priores*. Arcades prædicabant se omnium populorum vetustissimos esse, et natos antequam astra et luna forent: hinc προσέληνοι, *antelunares*, vocantur Stephano et Lycophroni. Quidam dicunt huic fabulæ locum datum, quod Endymion Arcas primus lunæ cursum invenerit ac observaverit. Adi Excursum. Ed.

276. *Nemorum vos stirpe rigenti*. Pro *vos* unus Behot. habet *quos*, prima litera, quanquam veteri, diversa tamen manu; *quos* habent etiam Lang. et Lipsiau. — Reg. B *regenti* et ad marginem *virenti*, Reg. C nost. lect. exhibent. — *Stirpe rigenti*. Veteres credebant Ar-

Fama satos, quum prima pedum vestigia tellus
Admirata tulit: nondum arva, domusque, nec urbes,
Connubiisque modus: quercus, laurique ferebant
Cruda puerperia, ac populos umbrosa creavit
Fraxinus, et fœta viridis puer excidit orno.
Hi lucis stupuisse vices, noctisque feruntur
Nubila, et occiduum longe Titana secuti
Desperasse diem. Rarescunt alta colonis
Mænala: Parthenium fugitur nemus: agmina bello
Rhipeque, et Stratie, ventosaque donat Enispe.
Non Tegea, non ipsa Deo vacat alite felix
Cyllene, templumque Aleæ nemorale Minervæ,

cades primos hominum ortos fuisse ex arboribus. Noster infra, v. 280: « quercus laurique ferebant Cruda puerperia, » etc. Berald. — Non quod de arboribus vere nati sunt, sed quia adhuc non erat usus earum, et in morem pecorum vagabantur. Filios autem suos, ait, arborum caveis aut concavis specubus contegebant, quos transeuntes arborum filios existimabant: quam opinionem Virgil. Æn. VIII, 315, asserit dicens: « Gensque virum truncis et duro robore nata. » Lactant.

277. *Quum prima pedum.* Humanorum, scilicet.

278. *Arva.* Adde, divisa erant inter homines, seu culta.

279. *Connubiisque modus. Connubiique modus* optimus cod. Barth. et Put. *Connubiisve* unus Behot.

280. *Cruda.* Alii codices *Dura*, quod in idem recidit.

281. *Et fœta viridis puer.* Unus Behot. *viridi;* optimus vero Barth. *fœta nudus puer.*

282. *Hi.* Arcades.

283. *Secuti.* Oculis, vel cursu.

284. *Desperasse diem. Despensare diem* in eodem Barthii codice. — *Desperasse diem.* Dicit homines natos ex arboribus perpetuam noctem timuisse solis occasu. — *Rarescunt.* Desolantur necessitate bellorum.

285. *Mænala.* Mons Arcadiæ. — *Parthenium.* Nemus in Arcadia. Est et mons ejusdem nominis.

286. *Rhipeque, et Stratie, ventosaque donat Enispe. Ripheque et Strati* Behot. 1. *Ripheeque stratia* Behot. 2 postremis literis reconcinnatis; *Ripæque et Stratie* Put. *Enipse* clare in utroque Behot. — *Rhipeque, et Stratie, ventosaque Enispe.* Oppida Arcadiæ. Homerus: Ῥίπην τε Στρατίην τε καὶ ἠνεμόεσσαν Ἐνίσπην.

287. *Non Tegea. Non Tegee* in iisdem codd. — *Tegea.* Urbs Arcadiæ. — *Deo alite felix Cyllene.* Cyllene mons Arcadiæ, ubi Mercurius natus dicitur: hinc *Deo alite felix.*

288 *Templumque Aleæ nemo-*

Et rapidus Cliton, et qui tibi, Pythie, Ladon
Pæne socer, candensque jugis Lampia nivosis,
Et Pheneos nigro Styga mittere credita Diti.
Venit et Idæis ululatibus æmulus Azan,
Parrhasiique duces, et quæ risistis, Amores,
Grata pharetrato Nonacria rura Tonanti,
Dives et Orchomenos pecorum, et Cynosura ferarum.

*rale Minervæ.* Behot. 1, 2, cum edd. antiq. *altæ nemorale Minervæ. Aleæ* Aldd. et recentt. cum aliis codd. — *Aleæ Minervæ.* Alea oppidum Arcadiæ, in qua erant templa Dianæ Ephesiæ et Minervæ Aleæ. Vide Pausaniam Arcadicis, et Excurs. ad calc. huj. lib. Ed.

289. *Et r. Cliton, et q. t. Pythie. Clitor* optimus Barthii, quod ille probat. *Pycie* unus Behot. — *Cliton.* Cliton seu Clitor fluvius Arcadiæ influit in Aroanium haud plus septem stadia procul ab oppido Clitorum. — *Ladon.* Fluvius Arcadiæ e paludibus Phenei ortus, in Alpheum influit. Pausanias dicit Ladonem aquæ pulchritudine omnibus Græciæ fluminibus antecellere: celebrari vero maxime Daphnes filiæ causa, et ob ea quæ de illa poetæ commemorant, nimirum adamatam fuisse ab Apolline, et pæne compressam, nisi mutata fuisset in laurum: hinc dicit Noster: *qui tibi, Pythie, Pæne socer.* Nota fabula.

290. *Candensq. j. Lampia nivosis. Lampria* optimæ Barthii membranæ; *Lampia* in aliis codd. et edd. omnibus. — *Lampia.* Mons Arcadiæ Pani sacer. In hoc monte Erymanthus suos fontes habere dicitur.

291. *Et P. n. S. mittere credita Diti.* Unus Behot. *credita mittere Diti.* — *Styga mittere.* Palus a qua Styx sumit exordium. Constat inter prudentes Peneum undas Stygi submittere et subministrare. Adi. Excurs. ad calc. huj. lib. Ed.

292. *Idæis ululatibus æmulus Azan.* Azan mons Arcadiæ sacer Cybelæ Deorum matri. Constat autem ex Scriptoribus sacra ejusce Deæ ingenti strepitu cymbalorum ac tympanorum, acutisque ululatibus, fuisse celebrata in Phrygia, præcipue in Ida monte. Unde *Idæis ululatibus æmulus Azan.*

293. *Parrhasiique.* Parrhasii populi Arcadiæ. — Quidam *risistis amores*, Jovis scilicet cum Calistone.

294. *Grata pharetrato Nonacria rura Tonanti.* Nonacris oppidum et mons Arcadiæ, cujus agri dicuntur grati pharetrato Jovi ob concubitum cum Calistone. — *Pharetrato.* Quia Juppiter in Dianam conversus deceperat Calistonem, et sub Dianæ forma pharetram et arcum gerebat.

295. *Dives et Orchomenos. Archemonos* Behot. 1; *Orchemenos* scribi jussit Lindenbrogius. — *Orchomenos.* Urbs Arcadiæ. Erat et ejusdem nominis urbs in Bœotia. — *Cynosura.* Urbs Arcadiæ, in qua sepultum Æsculapium scribit Clemens Alexandrinus. — Locus Ar-

Æphitios idem ardor agros, et Psophida celsam
Vastat, et Herculeo vulgatos robore montes,
Monstriferumque Erymanthon, et ærisonum Stymphalon.
Arcades hi; gens una viris, sed dissona cultu
Scinditur: hi Paphias myrtos a stirpe recurvant
Et pastorali meditantur prælia trunco:
His arcus, his tela sudes: hic casside crines
Integit: Arcadii morem tenet ille galeri:
Ille Lycaoniæ rictu caput asperat ursæ.

cadiæ, inquit Lactantius, unde et minor ursa Cynosura dicitur. *Æphitios*, a civitate vel monte ducis nomine nuncupatos, hi quoque Arcadiæ populi sunt.

296. *Æphitios.... et Psophida. Ægyptios... Psophidaque.* Put. — Hanc lect. Reg. B habet. Ed. — *Agros Sophidaque celsam* uterque Behot. — *Psophida.* Psophis urbs Arcadiæ a Psophide Lycaonis filio; aut, ut alii volunt, a Psophide Erycis Sicani filia condita.

297, 298. *Et Herculeo vulgatos robore montes, Monstriferumque Erymanthon, et ærisonum Stymphalon.* Erymanthus mons Arcadiæ, in quo Hercules proditur occidisse aprum insignem magnitudine et robore, ob quem vocat Poeta *monstriferum* Erymanthum. Est et fluvius ejusdem nominis in Arcadia, qui in Alpheum defluit. — *Ærisonum Stymphalon.* Stymphalus mons et lacus in Arcadia, qui dicitur *ærisonus*, quod Hercules, ut produnt Pysander Camyrensis aliique scriptores, referente Pausania, crepitaculorum sonitu fugavit et expulit Arcadia aves Stymphalidas dictas, quæ hunc lacum obsidebant, ac humana carne vescebantur. Ovidius tamen, et Seneca Tragicus, aliique sagittis ab eodem Hercule interemtas tradunt. Vide Pausaniam Arcadicis, Strabonem lib. VIII. Diodor. lib. V, hinc montes hos *vulgatos robore Herculeo* dicit Poeta.

300. *Scinditur*, etc. Hic versus deest in optimo Barthii. — *Paphias myrtos.* Myrti dictæ *Paphiæ*, quia erant sacræ Veneri, cujus summus apud Paphon cultus erat. — *Recurvant.* Ut ex iis facerent peda.

301. *Pastorali trunco.* Id est, pedo, quod armorum genus vocat Homerus ῥόπαλον. Ut Virgil. Æneid. X, 318: « sternentes agmina clavâ. »

302. *Hic casside crines.* Unus Behot. et Put. *his cassida crines..* — Hanc lect. Reg. B habet; Reg. C nostram. Ed.

304. *Ille Lycaoniæ rictu. Lycaoniæ ritu* Aldd. Colin. et nonnulli. *Lycaoniæ rictu* omnes codd. cum edd. Lindenbrog. Gevart. Grasser. et recentt. — *Lycaoniæ.* Arcadiæ Arcadia enim Lycaonia prius vocata. — *Rictu caput asperat ursæ.* Veteribus enim alicujus feræ pellem capiti imponere usitatum: certe galeis inducere. Silius Punic. III, 389: « ore ferarum Et rictu horri-

**Hos belli cœtus, jurataque pectora Marti,**
**Milite vicinæ nullo juvere Mycenæ.**
Funereæ tum namque dapes, mediique recursus
Solis, et hic alii miscebant prælia fratres.
Jamque Atalantæas implerat nuntius aures
Ire ducem bello, totamque impellere natum
Arcadiam: tremuere gradus, elapsaque juxta
Tela: fugit silvas pernicior alite vento
Saxa per et plenis obstantia flumina ripis,
Qualis erat, correpta sinus, et vertice flavum
Crinem sparsa noto: raptis velut aspera natis
Prædatoris equi sequitur vestigia tigris.
Ut stetit, adversisque impegit pectora frenis:
(Ille ad humum pallens) « Unde hæc furibunda cupido,

ficant galeas. » Noster lib. VII, 276: « Tela rudes trunci, galeæ vacua ora leonum. »

305. *Jurataque*. Devota, consecrata. *Jurare* proprium militiæ verbum ad sacra translatum.

306. *Mycenæ*. Urbs Argolidis Arcadiæ vicina. Vide Excursum ad calcem hujus lib. Ed.

307. *Funereæ tum*, etc. *Funereæ tunc* unus Behot. et Reg. B habent. Ed. — *Funereæ dapes*. Alludit ad fabulam, qua Atreus Thyesti fratri filios comedendos apposuit: quo viso dicitur sol refugisse.

308. *Fratres*. Atreus et Thyestes.

309. *Jamque Atalantæas impleverat*, etc. *Jamque Atalante as* vetustissimus Barthii codex; unde ille: *Jamque Atalanta tuas*.

313. *Plenis obstantia flumina ripis*. Unus Behot. *obstacia flumina*. — *Plenis*. Aquis scilicet.

314. *Qualis erat*. *Talis erat* Lang. Buslid. Lipsian. et edd. vett. *Qualis erat* uterque Behot. et cæteri. — *Qualis erat*. Id est, sicut erat. — *Correpta sinus*. Guyetus explicat, *correpta* a vento, seu ventilata veste. Sed hic *correpta sinus*, pro succincta sinus, ut expeditius curreret in venatione.

315. *Crinem sparsa noto*. *Crinem parsa noto* unus Behot. *raptis velut aspera tigris* antiquissimus codex Barth. De hoc loco vide Excursum.

316. *Præd. equi sequitur vestigia tigris*. In eodem codice Barthii; *sequitur vestigia natis*. — *Prædatoris equi*. Equus bellator dicitur Maron. Æneid. X, 891; XI, 89, ac Valerio Flacco, Argon. V, 585, et Tacito de Moribus Germanorum, cap. 14. Venatorem vocat etiam Noster Thebaid. IX, vers. 685: « primus tunc passus habenas Venator raptabat equus. » Ed.

317. *Adversisque impegit*. Unus Behot. *inversisque impegit*.

318. (*Ille ad humum pallens*).

Nate, tibi? teneroque unde improba pectore virtus?
Tu bellis aptare viros? tu pondera ferre
Martis, et ensiferas inter potes ire catervas?
Quanquam utinam vires! nuper te pallida vidi,
Dum premis obnixo venabula cominus apro,
Poplite succiduo resupinum ac pæne ruentem:
Et ni curvato torsissem spicula cornu,
Nunc ubi bella tibi? nil te mea tela juvabunt,
Nec teretes arcus, maculis nec discolor atris
Hic, cui fidis, equus: magnis conatibus instas,
Vix Dryadum thalamis, Erymanthiadumque furori

Supple, desilit. Hæc verba in parenthesi posita violentiam matris, pudoremque ac stuporem filii egregie exhibent. Simul abrupta oratio indicat affectum loquendi præcipitem in matre, tardum in filio, velut in facinore inexcusabili deprehenso. Mirus talium artifex Papinius. BARTH.

319. *Teneroque unde*. In duobus optimis reperi; *tenero unde*, quod prorsus verum judico, et τὸ *que* adjectum ab iis, qui jus poetarum in talibus ignorabant. Virgil. Æneid. VI, 507: « Nomen et arma locum servant; te, amice, nequivi Conspicere. » GRONOV.

320. *Tu bellis aptare viros? Tu bellis aptare virum* margo ed. Barth. ex codice manuscripto.

323. *Dum premis obnixo*, etc. *Dum premis obnixus* unus Behot. — *Premis*. Est verbum venatorium. Venatores enim quum investigant, errant: quum prosequuntur, premunt. — Ovidius in Epistola IV, 41: « In nemus ire libet, pressisque in retia cervis, Hortari celeres per juga summa canes. » Virgilius, Georg. III, 413: « Ingentem clamore premes ad retia cervum. » — *Obnixo apro*. Vide Thebaid. II, vers. 475.

324. *Poplite succiduo*. Nam valido nisu firmoque gradu venatori opus est. Unde recte Claudianus, V, in Ruf. lib. II, 397: « nixusque genu venabula tendit.

325. *Et ni curv. Et nisi curvato* unus Behot. et optimus Barthianus.

326. *Nil te mea tela juvabunt*. In bello, scilicet.

327. *Maculis nec discolor*. Imitatur Maronem de Turni equo, colorem tantum macularum mutans, Æneid. IX, 49: « maculis quem Thracius albis Portat equus, cristaque, etc. » Sane mihi magis placeant atræ quam albæ maculæ. BARTH.

329. *Vix Dryadum thalamis*. Venereæ voluptati ideo filium dehortatur, ut nec se virum credat. LACTANT. — *Dryadum*. Dryades, Deæ silvestres, sic dictæ, quod quercus incolebant, δρῦς enim Græce *quercum* significat. Veteres credebant singulis arboribus numina quædam inesse, quæ Dryadas et

Nympharum mature puer. Sunt omina vera:
Mirabar cur templa mihi tremuisse Dianæ
Nuper, et inferior vultu Dea visa, sacrisque
Exuviæ cecidere tholis: hinc segnior arcus,
Difficilesque manus, et nullo in vulnere certæ.
Exspecta, dum major honos, dum firmius ævum,
Dum roseis venit umbra genis, vultusque recedunt
Ore mei: tunc bella tibi, ferrumque, quod ardes,
Ipsa dabo, et nullo matris revocabere fletu.
Nunc refer arma domum: vos autem hunc ire sinetis,
Arcades? o saxis nimirum, et robore nati! »

Hamadryadas vocabant. — *Erimanthiadum*. Incolentium Erymanthum.

330. *Nympharum m. p. Sunt omnina vera.* Unus Behot. *omina veri*, Lang. et plerique, *omnia vera*. — *Nympharum*. Nymphæ Deæ aquarum præsides. De aquis et de fontibus idem sentiebant Veteres, quod de arboribus. — *Sunt omina vera*. Id est, vera sunt prodigia quæ videbam: quasi irata, vel tristis futura morte.

331. *Templa mihi tremuisse*. Aldd. Colin. et nonnulli, *tremuere;* Dan. uterque Behot. alii et edd. recent. *tremuisse;* et sic Nic. Heins. in Advers. p. 704. — *Tremuisse*, etc. Hoc signum, et sequentia ominosa semper et infausta Veteribus habita, et visa insignem calamitatem portendere.

332. *Inferior v. D. v. sacrisque*. Dan. Put. Lindenbrog. et Cruc. *sacrique*. — *Inferior*. Aut humilis, aut non læta.

333. *E. c. t. hinc segnior arcus*. Petrens. uterque Behot. et plerique, *hoc segnior*, libri vero impressi: *hinc segnior*. — *Exuviæ cecidere tholis*. Hoc etiam in malum omen acceptum. — *Hinc segnior arcus*. Celeres sagittas non mittens. Lact.

335. *Major honos, dum firmius ævum*. Dan. *et firmius*. — *Major honos*. Omnes vident jam te adhuc puerum esse: exspecta dum majestatem et auctoritatem virilem adipiscaris. Et vires tibi etiamnum desunt et æstimatio. Forma enim puerilis est, robur ad arma et res bellicas prorsus infirmum et ineptum. Vet. Scholiast.

336. *Vultusque recedunt*. Ne levitate vultus femina esse credaris; dum tuo ore mei vultus recedunt, id est, dum viri sumis formam, nam adhuc similis es matri. Lactant.

337. *Tunc bella tibi*. Behott. 1, 2; Venett. Aldd. et nonnulli, *tunc tela tibi;* Lang. Laur. alii, et Delph. *tunc bella tibi*.

338. *Revocabere fletu*. Optimæ Barthii membranæ: *revocabere luctu*.

339. *Vos autem hunc ire sinetis*. In iisdem Barthii: *vos, en, hunc ire;* ita quoque duo alii eodd.

340. *O saxis nimirum, et robore*

Plura cupit : fusi circum natusque, ducesque
Solantur, minuuntque metus, et jam horrida clangunt
Signa tubæ : nequit illa pio dimittere natum
Complexu, multumque duci commendat Adrasto.
At parte ex alia Cadmi Mavortia plebes,
Mœsta ducis furiis, nec belli territa fama,
(Quando his vulgatum descendere viribus Argos)
Tardius illa quidem, regis, causæque pudore,
Verum bella movet : nulli distringere ferrum
Impetus, aut humeros clipeo clausisse paterno
Dulce, nec alipedum juga comere, qualia belli
Gaudia : dejecti trepidas sine mente, sine ira,
Promisere manus : hic ægra iu sorte parentem
Unanimum, hic dulces primævæ conjugis annos

*nati*. Supra v. 340 : « Nemorum vos stirpe rigeuti Fama satos. » Origini animus respondel : materno enim uon moventur affectu.

341. *Plura cupi*l. Supple, dicere.

342. *Et jam horrida clangunt*. Behott. 1, 2, *etiam horrida*.

344. *Adrasto*. Hic Adrastus dux Arcas, alius ab Adrasto Argivorum rege, de quo superioribus libris.

345. *Cadmi Mavortia plebes*. *Mavortia proles* Aldd. Colin. Gryph. Basil. et Plant. *Mavortia plebes* omnes codd. cum cæteris edd. — *Cadmi Mavortia plebes*. Thebani, quorum conditor Cadmus. — *Mavortia*. Vel quia Hermione Martis filia nupsit Cadmo, vel propler illos quiuque Spartos e dentibus serpentis Marti sacræ nalos, qui Cadmum in condendis Thebis adjuverunt, vel quia Thebani bellicosi.

346. *Nec belli*. Alii codices *molli*. Quam lectionem Regg. B el C præbeul. Ed.

348. *Causæque pudore*. Injustum enim erat bellum, quo fiebat, ut Eteocles regnum sibi indebitum couservaret.

349. *Verum bella movet*. *Demum bella movel* duo codd. Barlhiani.

350. *Clipeo clausisse paterno*. Optimæ Barth. membranæ : *clausisse marilo*.

351. *Belli*. Alii codices *vulgi* ; *belli* magis placet, seu militum.

353. *Promisere manus*. An polliciti sunt operam suam ad bellum? Au porrexere mauus? Metaphora sumta a certantibus in ludis gymuicis, in quibus porreclio manuum eral indicium animi promti, el parati ad capessendum certamen. E contrario remissio mauuum, seu dimissio, cessio fuil, laborisque ac certaminis detreclatio.

354. *Unanimum*. *Unanimem* Lang. Laur. nonuulli, el edd. vett *Unanimum* uterque Behol. optimæ Barthii membranæ, Gron. Barth.

Ingemit, et gremio miseros accrescere natos.
Bellator nulli caluit Deus : ipsa vetusto
Mœnia lassa situ, magnæque Amphionis arces,
Jam fessum senio nudant latus, et fide sacra
Æquatos cælo, surdum, atque ignobile, muros
Firmat opus : tamen et Bœotis urbibus ultrix
Adspirat ferri rabies, nec regis iniqui
Subsidio, quantum socia pro gente moventur.
Ille velut pecoris lupus expugnator opimi,

356. *Bellator nulli.* Contra enim mandatum Jovis est, qui superioribus libris Martem tam Thebanorum quam Argivorum pectora belli ardoribus inflammare jubet. Vet. Scholiast. — Locutio alias ipsa Papiniana est, *nulli caluit* pro *nullius* pectore ardebat amor armorum. Barth.

357. *Mœnia lassa situ. Mœnia lapsa situ* unus Behot. ut conj. Grævius in Syllog. Epist. t. IV, p. 101. Ita conjectabat etiam Wakef. in Silv. Crit. P. v, p. 162; ubi aliam lectionem proposuit : *Mœnia læsa situ.* Vide Heinsium Grævio in Syllog. Epist. tom. IV, pag. 103. — Regg. B et C, *Mœnia lapsa* exhibent. Ed. — *Magnæque Amphionis arces.* Amphion enim muros arcesque Thebarum condidisse fertur.

358. *Fide sacra.* Amphion enim condidit muros Thebanos ad cantum citharæ, quam a Mercurio seu Apolline acceperat : hinc *fide sacra.*

359. *Surdum, atque ignobile.* Opponit eleganter illud *surdum atque ignobile* illi canoro, et illustri operi, quo constructæ arces utrique Thebani ab Amphione. — Et *surdum*, quia manu, non carmine firmabantur. Sil. Italic. Punic. VI, 75 : « et haud surda tractarat prælia fama. » Ad quem locum videsis notata; nostræ editionis tom. I, pagin. 354. Ed.

360. *Tamen et Bœotis urbibus.* Hoc dicit, Eteocli quoque dedisse Bœotiæ urbes auxilia. Nullus enim regis causa veniet ad bellum, sed aut vicinitate compulsæ sunt, aut misericordia civitatis. Lactant. — *Bœotis.* Bœotia regio in finibus Græciæ in longum ad Atticam protensa, duo respicit maria, Ægæum et Ionium, objecta insulæ Eubœæ, ab Attica Cithærone monte divisa : ita dicta, uti volunt, a bove, cujus ductu Cadmus pervenit ad eum locum, ubi postea Thebas Bœotias condidit. Alii afferunt ejusce nominis rationes alias, quas citat Stephanus : olim etiam vocata fuit Aonia, Ogygia, Hyantis, Messapia, et Cadmeis Thucydidi aliisque.

361. *Nec regis iniqui Subsidio, quantum socia pro gente moventur.* Mens : Bœotos non moveri causa regis, sed miseratione erga confœderatam gentem. — *Regis iniqui.* Eteoclis.

362. *Quantum socia pro gente moventur.* Optimus Barthii codex et unus Behot. *movetur.*

Pectora tabenti sanie gravis, hirtaque setis
Ora cruentata deformi hiantia lana,
Decedit stabulis, huc, illuc turbida versans
Lumina, si duri comperta clade sequantur
Pastores, magnique fugit non inscius ausi.
Accumulat crebros turbatrix fama pavores.
Hic jam dispersos errare Asopide ripa
Lernæos equites : hic te, bacchate Cithæron,
Ille rapi Theumeson, ait, noctisque per umbras
Nuntiat excubiis vigiles arsisse Plateas.
Nam Tyrios sudasse lares, et sanguine Dircen

364. *Hirtaque setis.* Noster Theb. II, 541 : « atraque setis. » Ubi vide notata hujusce tom. pag. 227. Ed.

365. *Deformis hiantia lana.* Hyperbaton : *ora deformis*, daformia habens, at hiantia cruanta lana.

366. *Huc, illuc turbida versans.* Veen. *huc, istuc;* Petrens. Burm. Taurin. Exc. Cantab. alii codd. cum edd. omnibus : *huc illuc.* — *Turbida Lumina.* Non terribilia, sed conturbata.

368. *Non inscius.* Occisi pecoris, ut conscins audacis facti.

369. *Accumulat crebros turbatrix fama pavores.* Lucanus pulchre in eamdem sententiam Phars. I, 484 seq. « sic quisque pavendo Dat vires famæ; nulloque auctore malorum, Quæ finxere, timent. »

370. *Asopide ripa.* Ut Lucan. Phars. I, 473 : « Est qui tauriferis ubi se Mevania campis Explicat, audaces ruere in certamina turmas Afferat. » — De Asopo vide not. ad Theb. III, 337, hujusce tom. pag. 308. Ed.

371. *Lernæos.* Argivos. — *Cithæron.* Mons Bœotiæ. — *Bacchate.* Quia in hoc monte orgia Bacchi celebrari solita.

372. *Ille rapi Theumeson.* Thaumesos mons est haud longe a Thebis.

373. *Nuntiat excubiis.* Id est, nuntiat Argivos hostili more excubias agere. — *Arsisse Plateas.* Oppidum Bœotiæ, apud quod quinto quoque anno Eleutheria, maximis de cursu propositis præmiis, celebrari solent; incolis etiam hujus oppidi sollemne, septimo circiter anno, dies festos celebrare, quæ *Dædala* nuncupantur, a simulacris ligneis. Originem et ritum late describit Pausanias Bœoticis, quem adi : sunt enim uberiora quam ut huc transferantur. Bern.

374. *Nam Tyrios,* etc. *Jam Tyrios* Behott. 1, 2, Dan. et nonnulli. — Non spernendum fuit scriptorum : *Nam Tyrios* : quum et vim eamdem et elegantiam habeat. Finem hujus membri recte format Bernartius, sed oblitus est addere interrogationis notam : *petris, cui non et scire licentia passim, Et vidisse fuit?* nam ista, sudasse Lares The-

Irriguam, fœtusque novos, iterumque locutam
Sphinga petris, cui non et scire licentia passim,
Et vidisse fuit? novus his super anxia turbat
Corda metus: sparsis subito correpta canistris
Silvestris regina chori decurrit in æquum

banos, etc. quis non tantum indulsit sibi, ut et se scire et vidisse diceret? Apud Ovidium Met. VIII, 528 sqq. OEneus « vultusque seniles Fœdat humi fusus spatiosumque increpat ævum. Nam de matre manus diri sibi conscia facti Exegit pœnas. » Noster in fine Achill. II, 440: « Nam procul OEbalios in nubila condere discos, etc. » Ubi etiam vulgo fecerunt, *Jam.* Gron. — Reg. B, *Nam Tyrios sudare*; Reg. G, *Jam T. sudasse* habent. En. — *Tyrios.* Thebanos. — *Sudasse lares*, etc. Hoc signum et sequentia prodigia semper præcedebant magnas calamitates ac publicas futuras, eorumque Veteres observantissimi fuerunt, diversaque sacra instituerunt ad ea procuranda, ut videre est apud scriptores. — *Et sanguine Dircen Irriguam.* Dirce fons Bœotiæ. Virgilius Georgic. I, 480, 485: « Æraque sudant, Nec puteis manare cruor cessavit. » Vid. Varias Lect. nost. edit. tom. I, pag. 325. En.

375. *Fœtusque novos.* Id est, monstrosos. Lucan. I, 563 sqq. « Monstrosique hominum partus, numeroque modoque Membrorum, matremque suus conterruit infans. » Et solent ad omen publicum portenta gigni.

376. *Cui non et scire.* Dau. Pet. uterque Behot. et plerique, *est scire*; alii codd. cum edd. Amstel. Gronov. Barth. *et scire.* — *Cui non et scire licentia passim, Et vidisse fuit.* Tacitus, Histor. I, cap. 34: « Vagus primum et incertus rumor: mox, ut in magnis mendaciis, interfuisse se quidam et vidisse affirmant; credula fama inter gaudentes et incuriosos. » Idem: « Visa, seu metu credita. »

377. *Novus his.* Bacchantis mulieris accedit insania. Hausta de exemplo Cassandræ. Barth.

378. *Sparsis canistris.* Canistra enim ferebant Bacchantes in sacris Bacchi. Unde τὰ κανᾶ festum Athenis, quo virgines in templum Bacchi canistra ferebant. Barthius vero pro *canistris* legit *capillis*, et affirmat lectionem *canistris* vel nullum suorum codicum agnoscere, in quibus consensu est *capillis*. Non enim hic Cereris res agi, nec ad Bacchi pompam canistrorum usus pertinere. Et addit, *capillis sparsis* ingruere afflatos homines, omnes historias ac fabulas docere. Certe matronæ Amatam secutæ apud Virgil. Æneid. VII, 394: « ventis dant colla comasque. » Et ipsa Amata eas sic hortatur: Æneid. VII, 403: « Solvite crinales vittas. » — *Subito correpta.* Adde, furore.

379. *Silvest. r. ch. d. in æquum.* Optimus Barthii codex exhibet: *in æquor.* — *Silvestris regina chori.* Antistitam Liberi patris intelligit, ducemque Baccharum, quæ orgia Bacchi in silvis celebrare solebant: unde dicitur *regina silvestris chori.*

Vertice ab Ogygio, trifidamque huc tristis, et illuc,
Lumine sanguineo pinum dejectat, et ardens
Erectam attonitis implet clamoribus urbem:
« Omnipotens Nisæe pater, cui gentis avitæ
Pridem lapsus amor, tu nunc horrente sub arcto
Bellica ferrato rapidus quatis Ismara thyrso,
Pampineumque jubes nemus irreptare Lycurgo,
Aut tumidum Gangen, aut claustra novissima rubræ

380, 381. *Vertice ab Ogygio.* Intelligit Cithæronem montem, Ogygium verticem dictum Papinio, quod Ogyges Bœotiæ olim imperavit; nam in hoc monte orgia Bacchi celebrabant. — *Trifidamque huc tristis, et illuc, Lumine sanguineo pinum dejectat.* Totus hic locus ex Virgilii Æneid. VII, 497 sqq. adumbratus, ubi de Amata loquitur: « Ipsa inter medias flagrantem fervida pinum Sustinet,... Sanguineam torquens aciem. — *Pinum.* Facem pineam. — *Sanguineo.* Oculis furore inflammatis.

382. *Urbem.* Thebas.

383. *Nisæe.* Nisæus cognomentum Bacchi a Nysa, urbe seu Arabiæ, in qua educatus fuit, sive Indiæ, quam condidit, vel ab aliis urbibus ejusdem nominis Baccho sacris. Erat enim et Nysa etiam Bœotiæ, et Thraciæ, aliæque plures. — *Gentis avitæ.* Ob Semelen matrem Thebanam.

385. *Bellica ferrato rapidus quatis*, etc. Reg. B, *firmato* sed litera *e* super i et litera r super *m* scriptæ dant *ferrato*. Ed. — *Ismara.* Ismarus, vel Ismara in plurali, mons Thraciæ Baccho sacer, asper et incultus ex una parte, ex altera vero fertilis vitis et olivæ, quem Orpheus incoluisse dicitur, hincque Ismarius vocatus. Virg. Georg. II, 37: « Juvat Ismara Baccho Conserere. » Ed.

386. *Jubes nemus irreptare Lycurgo.* Uterque Behot. *irreptare Licurgo.* — Reg. B, *juvet nemus inreptare Lycargo;* Reg. C, *juvat nemus irreptare Ligurgi* exhibent. Ed.

387. *Gangen.* Ganges, Indiæ fluvius, per quem Indos significat, quos Bacchus, aliasque orientales gentes domuisse fertur, primusque triumphasse de subactis populis, vectus elephanto Indico. — *Rubræ Tethyos.* Intelligit Rubrum Mare: Tethyn enim pro mari sumi omnibus notum est. Mare vero Rubrum Latinis, Græcis Erythræum, est portio Oceani Arabiam a Meridie alluentis, ad Occidentem Arabico, ad Ortum Persico sinu terminati. Græci ab Erythra rege sic vocatum scribunt. Hebræi *jam souf*, seu mare algæ, vocarunt: Arabes mare Colzumæ, ab oppido Alcholzum in litore Ægypti opposito Elane, seu promontorio Pharan. Urbs inde dicta, quod prope submersus credatur Pharao. *Kalzem* enim est deglutire, absorbere. Unde Turcis Mare Rubrum dicitur, Pharaonis mare. Hodie pro Colzuma est *Sues.* De hoc loco vide notata ad Silv. IV, 6, 18, nost. edit. tom. I, pag. 488. Ed.

Tethyos, Eoasque domos flagrante triumpho
Perfuris, aut Hermi de fontibus aureus exis.
At tua progenies, positis gentilibus armis
Quæ tibi festa litat, bellum, lacrimasque, metumque,
Cognatumque nefas, injusti munera regni,
Pendimus : æternis potius me, Bacche, pruinis
Trans et Amazoniis ululatum Caucason armis
Siste ferens, quam monstra ducum stirpemque profanam
Eloquar : en urges; alium tibi, Bacche, furorem

389. *Perfuris.* Id est, furore concutis : aut vertis in furorem Indos et Orientales gentes.—*Hermi.* Hermus fluvius aureas arenas volvens. Oritur juxta Dorylaum Phrygiæ civitatem, in monte Dorylo, interfluensque Smyrnæum agrum, Phrygiamque a Caria dividens, tandem Lydiam alluens in mare influit. — *Aureus.* Quia Hermus arenas aureas trahere dicitur. Est item Achaiæ fluvius.

390. *Tua progenies.* Thebani. — *Positis gentilibus armis.* An thyrsis positis, quos ex patrio ritu gestabant in Orgiis Bacchi?

391. *Quæ tibi festa litat. Quæ tibi festa litant* Behot. 2. — Hanc Regg. B et C lectionem præbent. Ed. — *Quæ tibi festa litat.* Si hic versus adulterinus non est, ait Guyetus, legendus est, cum interrogatione, *Quæ tibi festa litat?*

392. *C. n. injusti munera regni.* In eodem codice : *munera regis*, et pro v. l. *regni.* — *Cognatumque nefas.* Ob regnum injuste negatum Polynici ab Eteocle fratre. — *Injusti.* Injuste retenti.

393. *Pendimus.* Invidiose, quasi pro sacrificiis, « bellum, lacrimasque tibi pendimus : » tuis enim sacris solum vacare volentes, cogimur nunc bellum sustinere.

394. *Trans et Amazoniis. Amosoniis* in quibusdam scriptis eum edd. Lindenbrog. et Cruc. *Amasoniis* Lang. Buslid. Lipsian. Plant. et Gevart. *Amazoniis* uterque Behot. Aldd. Colin. et Gryph. —*Amazoniis ululatum Caucason armis.* Caucasus pars Tauri montis inter pontum Euxinum et mare Caspium. *Graucasum* vocari a Scythis, id est, nive candidum, auctor est Plinius : Haithoni et Geographis Neotericis *Cochias* dictus est. — *Amazoniis ululatum armis.* Amazones enim, quum per Caucasum iter faciebant, bellum Scythis illaturæ, hæc loca horrendis ululatibus replebant. De Amazonibus vide Achilleid. I, 353

395. *M. d. stirpemque profanam.* Optimus Barthii liber : *stirpemque nefandam.* — *Monstra ducum stirpemque profanam.* Obscure innuit impietatem et flagitia Eteoclis et Polynicis.

396. *En urges.* «Melius puto quod in eodem codice : *anne urgues?* inest enim indignatio : minime talis tamen, qualem exspectaveris. » Barth. — *Alium tibi, Bacche, furorem Juravi.* Furore enim Bacchi-

Juravi : similes video concurrere tauros :
Idem ambobus honos, unusque ab origine sanguis :
Ardua collatis obnixi cornua miscent
Frontibus, alternaque truces moriuntur in ira.
Tu pejor, tu cede nocens, qui solus avita
Gramina, communemque petis defendere montem.
Ah miseri morum! bellatis sanguine tanto,
Et saltus dux alter habet. » Sic fata gelatis
Vultibus, et Baccho jam demigrante quievit.
At trepidus monstro, et variis terroribus impar,
Longævi rex vatis opem tenebrasque sagaces

co correptæ Bacchæ non divinabant, ut tunc facit hæc sacerdos Bacchi.

397. *Juravi tibi*. In furorem sacrorum, non bellicum : hoc est, non ut bella canerem, sed ut sacrorum causas intelligerem : et bene de more militiæ *juravi* dixit, quia militiæ sacramentum dicitur : et sacerdotio dixit jurasse, non bello. — *Similes tauros*. Obscuris verbis innuit Eteoclem et Polynicem, eorumque certamen ac mutuam cædem.

399. *Ardua collatis obnixi cornua miscent*. Imitatur Virgil. Georg. III, 222 : « Versaque in obnixos urgentur cornua vasto Cum gemitu. » Ad quem locum videsis notata, nost. edit. tom. I, pag. 458. Ed.

401. *Tu pejor, tu cede nocens*. *Tuque prior, tu cede nocens* Dan. Heins. ad Claudian. de Bell. Get. 410. — *Tu pejor*. Eteoclem indicat. — *Avita Gramina*. Persistit in comparatione. — *Avita*. A majoribus accepta.

402. *Petis defendere montem*. Lang. Buslid. et nonnulli, *defendere campum*; Dan. Put. alter Behot. Petrens. Cantab. cum edd. Lindenbr. Croc. et recentt. *defendere montem*; et sic legit Dan. Heins. ad Claudian. loco citato. In Petav. additum est : *montem*, i. e. Hæmum montem. — *Defendere*, i. e. *vindicare*. De hoc loco adi notata ad Silv. I, 3, 4, nost. ed. tom. I, pag. 99. Ed.

403. *Ah miseri morum! Ha miseri* Dan. Put. Petav. et nonnulli Barthiani, ut edidit Lindenbrogius. — *Miseri morum*. Modus loquendi familiaris Papinio, ut lib. I, 638 : « Fortunate animi. » Thebaid. III, 368 : « Vitæque nocens. »

404. *Et saltus dux alter habet*. *Et saltum* optimus codex Barthii. — Quam lectionem Regg. B et C etiam præbent. Ed. — *Dux alter*. Creontem designat, qui Eteocli successit. — *Gelatis*. Pallore : nam jam deposuerat Bacchi furorem.

406. *Terroribus impar*. Urgente conscientia. Solus enim causa erat tot malorum, de quibus per pervicaciam tamen dubitabat. Vet. Scholiast.

407. *Longævi vatis*. Tiresiæ. — *Rex*. Eteocles. — *Tenebrasque sagaces*. Id est, doctam cæcitatem.

Tiresiæ (qui mos incerta paventibus) æger
Consulit: ille Deos non larga cæde juvencum,
Non alacri penna, aut verum spirantibus extis,
Nec tripode implicito, numerisque sequentibus astra,
Thurea nec supra volitante altaria fumo,
Tam penitus, duræ quam mortis limite manes
Elicitos patuisse, refert, Lethæaque sacra,

Tiresias enim cæcus erat, ut diximus lib. II, 96, sed in locum oculorum artem divinandi a Jove seu Minerva acceperat.

409. *Ille Deos non larga cæde juvencum.* Optimus Barthii codex exhibet: *longa cæde juvencum.* — De hoc loco vide Excursum ad calcem hujusce libri. Ed.

410. *Non a. p. aut verum spirantibus extis.* Put. habet: *salientibus extis;* quod magis placet Lindenbrogio. — Hanc Reg. B lectionem, Reg. C nostram exhibent. Ed. — *Alacri penna.* Intelligit auspicia per aves oscines, et præpetes. — *Aut verum spirantibus extis.* Innuit extorum inspectionem, de qua Thebaid. III. Hinc Tibull. lib. I, Eleg. 9, *fibram* vocat *Deorum consciam*, et Eleg. 2, *Deorum nuntiam.*

411. *Tripode implicito.* Intelligit oraculum Delphicum: tripodi enim insidens Pythia oracula reddebat. — *Implicito.* Quia oracula obscura sunt et explicatione indigent: unde λοξίας dictus Apollo. — *Numerisque sequentibus astra.* Designat Astrologiam. Astrologi autem certis numeris motus cælorum, ac planetarum adstrinxerunt, ut citius per eos res futuras cognoscerent.

412. *Volitante fumo.* Ex fumo aræ, ejusque divisione, ac colore verum etiam prædicere posse arbitrabantur. Ars καπνομαντεία dicta. Vide Theb. X.

413. *Tam penitus, duræ quam mortis.* « Sane nebulosa et caliginosa oratio. Sensus tamen est perspicuus. Distinctio vitiosa est, quam si post voculam *Tam* hoc versu conjicias, illustrabis sententiam et verba. » Barth. « Sunt apud me duo vetustissima Prisciani exemplaria, in quorum recentiore legitur: *Tam penitus duræ qui mortis*, etc. In altero decrepito codice clare scripta est vulgata lectio. » Idem. Vide Priscian. lib. X, post initium. — *Tam penitus, duræ quam mortis limite manes Elicitos patuisse, refert.* Legit Guyetus: *Tum penitus diræ qua*, etc. Quidam explicant: Tam interius patere Inferos, quam sint mortis duræ spatia demersa.

414. *Elicitos patuisse.* Reg. B, *Elicit hos patuisse;* Reg. C, *Elicios*, sed litera *t* super scripta dat *Elicitos.* Ed. — *Lethæa sacra.* Inferna. Sic vocat νεκρομαντείας: in hac enim animæ mortuorum avocabantur. Et hic intelligit licitam, qua solæ animæ evocabantur sacris quibusdam, quibus exorati Dii eas remittere consulentibus credebantur. Illicitam infra intelligit iis versibus 507 et sqq. « si non attollere bustis Corpora, etc. » Et solum fieri ope magorum putabant Veteres.

Et mersum Ismeni subter confinia ponto
Miscentis, parat ante ducem, circumque bidentum
Visceribus laceris, et odori sulfuris aura,
Graminibusque novis, et longo murmure purgat.
Silva capax ævi, validaque incurva senecta,
Æternum intonsæ frondis, stat pervia nullis

415. *Et mersum Ismeni. Se mersum Ismeni* correxit Joannes Barclaius. « Sed id nou est facilius; neque opus est correctione. » Barth. — *Et mersum Ismeni subter confinia ponto Miscentis, parat ante ducem*. Mens : Parat aute Eteoclem positum ad confinia, quibus Ismenus in mare se miscet. Ismenus fluvius Bœotiæ, ut jam diximus. Et supplendum « se miscentis. » Regibus tamcu nou licuisse sacris Inferorum, quibus manes evocabantur, interesse testatur Seneca Tragicus in OEdipo, act. II, 398 et seq. : « Nam te, peues quem summa regnorum est, nefas Invisere umbras. » Conf. Tibull. lib. I, Eleg. 2, v. 63, et ad hunc locum notata; nost. edit. pag. 27. Ed.

416. *Bidentum*. De bidentibus vide A. Gellium et Macrobium. Iu lustrationibus adhibebatur ovis, cujus corpus vivo sulfure adurebatur, quod hic iunuere Statium existimo. Ovid. Fast. IV, 739 : « Cærulei fiant vivo de sulfure fumi, Tactaque fumanti sulfure balet ovis.

417. *Et odori sulfuris aura*. Aldd. Coliu. Gryph. et Basil. *et odoris sulfuris;* Bernartius ex codd. suis correxit : *et odori sulphuris*, quod habent etiam uterque Behot. Petrens. aliique cum edd. receut. — *Et odori sulfuris aura*. Usus sulfuris in sacris antiquissimus. Mos euim erat suffiendi sulfure loca, victimasque ac vasa destinata ad sacrificia, quod arbitrabantur Veteres illud magnas facultates viresque habere ad expiandas domos suffitu, fugandumque noxium aerem, ac dæmonia. Plinius lib. XXXV, cap, 15 : « Habet, ait, et sulfur iu religiouibus locum ad expiandas suffitu domos. » Et Ovid. Art. Amat. II, 329 : « Et veniat, quæ lustret anus lectumque locumque; Præferat et tremula sulfur et ova manu. » Homer. Iliad. Π : Τό ῥα τότ' ἐκ χηλοῖο λαβὼν ἐκάθηρε θεείῳ Πρῶτον, ἔπειτα δὲ νίψ' ὕδατος καλῇσι ῥοῇσι. *Illam* (pateram) *ex arca capiens lustravit sulfure primum, mox abluit pulchris fluentis aquæ*. Theocritus Herculisco : Καὶ καθαρῷ πυρώσατε δῶμα θεείῳ. *Et expiate domum puro sulfure*. Unde Græcis sulfur θεῖον, id est, *divinum*, dictum; quod vocabulum refert Plutarchus Sympos. VII, Quæst. 2, ad convenientiam quam habet sulfuris odor cum odore fulminis.

418. *Graminibusque novis*. Id est, recens decerptis : et intelligit verbenam, aliasque herbas ad sacra adhibitas, quæ vim purgandi ac lustrandi habebant. — *Murmure*. Id est, verbis, quæ etiam vi expiandi pollebant.

419. *Silva capax ævi*. H. e. nemus antiquum. Ed.

420. *Æternum intonsæ frondis*.

Solibus : haud illam brumæ minuere, Notusve
Jus habet, aut Getica Boreas impactus ab Ursa.
Subter opaca quies, vacuusque silentia servat
Horror, et exclusæ pallet mala lucis imago.
Nec caret umbra Deo : nemori Latonia cultrix
Additur : hanc piceæ, cedrique, et robore in omni
Effictam, sanctis occultat silva tenebris.
Hujus inaspectæ luco stridere sagittæ,
Nocturnique canum gemitus, ubi limina patrui
Effugit, inque novæ melior redit ora Dianæ.

Unus Behot. *intonsæ frondes.* — *Nullis solibus.* Nullis radiis solis.

421. *Haud illam.* Lang. Buslid. Aldd. Colin. et nonnulli, *aut illam;* Dan. Put. Petav. aliique cum edd. Lindenbr. et recentt. *haud illam.*

422. *Getica Ursa.* Septemtrionem Ursa designari omnibus notum est. — *Getica.* Quia Getæ ad Septemtrionem spectant. — *Boreas.* Boreas ventus Septemtrionalis.

423. *Subter opaca quies. Subter operta quies* uterque Behot. *opaca* alii codd. cum libris impressis. — Conf. Claudian. XX, in Eutrop. lib. II, vs. 421 et seq. nost. edit. tom. I, pag. 602. Ed. — *Vacuusque silentia servat Horror.* Quia in magno silentio horror quasi nascitur. Plinius, de Silvis Hist. Nat. XII, cap. 1 : « Lucos et in iis silentia ipsa adoramus. »

424. *Pallet.* Eleganter dictum. — *Et mala.* Id est, non similis.

425. *Nec caret umbra Deo.* Nemora enim lucique alieni Deo consecrati erant, præsertim Dianæ. — *Latonia.* Diana Latonæ filia.

426. *Additur: hanc piceæ.* Dicitur *hanc piceæ* in quibusdam Barthiania. — *Robore in omni Effictam.* Quasi in omnibus arboribus imago Dianæ esset insculpta.

328. *Hujus inaspectæ,* etc. Tale quid accidere dicunt in silva Fontisbellacensi, audirique noctu, etiamque diu strepitus venantium, latratusque canum, ut refertur in historia Henrici Magni apud Serranum.

429. *Nocturnique canum.* Ut solent Hecate præsente. Nam formidant monstrosum Dæmonem. Virg. Æneid. VI, 257 : « visæque canes ululare per umbram, Adventante Dea. » Senec. OEdip. act. III, 569 : « Latravit Hecates turba. » Barth. — *Patrui.* Plutonis. Diana enim eadem dicitur ac Proserpina, et Luna, quæ pro ratione officiorum diversa sortitur nomina. Erat Luna in cælis, in terris Diana, apud Inferos Proserpina, ut notat Servius in Georg. I.

430. *Effugit.* Luna, quum dimidia est, aut plena non est, dicitur apud inferos degere, et Proserpina compellari. Quum totum orbem habet, dicitur apud superos esse, et Diana dicitur; quum ad magica excitatur, Hecate vocatur. Schol. — *Inque novæ melior redit ora Dia-*

Ast ubi fessa jugis, dulcesque altissima somnos
Lux movet, hic late jaculis circum undique fixis,
Effusam pharetra cervicem excepta quiescit.
Extra immane patent, tellus Mavortia, campi,
Fœtus ager Cadmo, durus qui vomere primo
Post consanguineas acies, sulcosque nocentes,
Ausus humum versare, et putria sanguine prata
Eruit: ingentes infelix terra tumultus
Lucis adhuc medio, solaque in nocte per umbras
Expirat, nigri quum vana in prælia surgunt

*næ*. Quando deserit Inferos, ubi severo tristique vultu est. Lucan. Phars. VI, 736 et seq. « ad quos alio procedere vultu Ficta soles, Hecate. » Hecaten enim et Dianam eamdem esse Deam existimabant plerique.

431. *Ast ubi fessa j. d. altissima s. Aut* ubi Behot. 1, *Et* ubi Behot. 2, *Ast* ubi alii codd. et edd. *dulcisque* unus Behot. *aptissima* Lang. Buslid. et Venett. *altissima* Dan. Put. Petav. cæteri, cum edd. Aldd. Colin. — Hic versus et duo sequentes in Reg. B aberant, nunc leguntur ad marginem; hos Reg. C habet. Ed. — *Altissima Lux*. Meridies.

432. *Lux movet, h. l. j. circum undique fixis. Lux movet* optimi codd. Barthiani, unus Bernartii, et nonnulli. *Lux monet* in aliis codd. et libris impressis. In uno cod. Barthii: *circum undique fusis*.

434. *Extra immane patent*. Dan. *immane patet;* uterque Behot. Put. Lindenbrog. Gevart. et Venett. *immane patens;* Laud. Buslid. alii, cum edd. Aldd. Colin. Basil. Plant. Gronov. Barth. et Delph. *immane patent*. — Reg. B *immane patens*, Reg. C nost. lect. habent. Ed. — *Extra*. Supple nemus, vel lucum. — *Tellus Mavortia*. Mavortia, ob dentes serpentis Marti sacræ in ea satos. Videsis Theb. III, 182; ad quem locum illustrandum hic adductus est locus. Ed.

435. *Fœtus ager Cadmo, durus*. Barthius interpungit: *Cadmo. Durus*, etc. — *Qui vomere primo*. Quisquis hunc primo aravit. Id est, Cadmus satis draconis dentibus.

436. *Consanguineas acies*. Communem enim originem habebant: unde etiam *fraternas* vocat Theb. I, 1. — *Sulcosque nocentes*. Quia hi armati, qui e terra prodierant, se invicem mutuis vulneribus conciderunt.

437. *Et putria sanguine prata*. In optimo Barthii codice: *et putrida sanguine;* Dan. Put. et Petav. *et mollia sanguine;* alii codd. cum edd. omnibus: *et patria sanguine*. — *Sanguine*. Humano scilicet.

438. *Tumultus*. Quasi adhuc contra se invicem præliarentur terrigenæ.

439. *Lucis adhuc medio*. *Lucis adhuc media* Dan.

440. *Nigri*. Simulacra enim mortuorum nigra videntur. — *Vana*

Terrigenæ : fugit incepto tremebundus ab arvo
Agricola, insanique domum rediere juvenci.
Hiç senior vates (Stygiis accommoda quippe
Terra sacris, multoque placent sola pinguia tabo)
Velleris obscuri pecudes armentaque sisti
Atra monęt : quæcungue gregum pulcherrima cervix
Ducitur : ingemuit Dirce, mœstusque Cithæron,
Et nova clamosæ stupuere silentia valles.
Tum fera cæruleis intexit cornua sertis
Ipse manu tractans, notæque in limine silvæ
Principio largos novies tellure cavata

*in prælia.* — Non enim tunc se lædere possunt.

441. *Terrigenæ : f. i. t. ab arvo.* Optimus Barthii codex : *ab agro.* — *Terrigenæ.* Armati e terra orti.

442. *Insanique domum rediere juvenci.* In uno vetere libro est : *domum properavere ;* an dicendum Papinium scripsisse, *properare ?* Nihil mutamus. In alio : *insani tandem domum rediere juvenci.* Ausos aliquid dicas corruptores. Barth.

443. *Hic senior vates.* De hoc loco videsis notata ad Claud. III, in Rufin. lib. I, 154, tom. I, p. 152. Conf. etiam Sil. Italic. XIII, 424 et sqq. Senec. Med. v. 752 et sqq. Ed.

444. *Multoque placent sola pinguia tabo.* Put. *niveoque placet.* Unus Behot. *putria tabo.* — *Pinguia tabo.* Satiata cruore. Illic de Manium evocatione ampliora invenies.

445. *Velleris obscuri pecudes.* Furvæ enim hostiæ Diis inferis immolabantur. Virgilius Æneid. V, 755 : « huc casta Sibylla Nigrarum multo pecudum te sanguine ducet. » — *Armentaque sisti Atra.* Juvencos, seu tauros. Virgil. Æn. VI, 243 : « Quatuor hic primum nigrantes terga juvencos Constituit. »

446. *Quæcunque gregum pulcherrima cervix.* Pulcherrimæ etiam et integerrimæ victimæ eligebantur, et unius coloris, quum diversi omnino rejicerentur.

447. *Ingemuit Dirce, mœstusque Cithæron.* Dirce fons, Cithæron mons Bœotiæ. — *Ingemuit.* Quod se gregibus destitutos viderent.

448. *Nova silentia.* Mactatis scilicet gregibus, qui mugitibus ac balatu eas replebant.

449. *Tum fera cæruleis intexit cornua sertis.* Per *fera cornua* intelligit tauros, tangitque morem ornandi coronis et sertis cornua taurorum, ac omnium victimarum, quæ mactari debebant.

450. *Ipse manu tractans.* Cæcus enim erat Tiresias.

451. *Principio largos novies tellure cavata,* etc. Discimus ex F. Pompeio antiquos Diis superis in ædificiis, seu aris a terra exaltatis, Diis terrestribus in terra, Diis in-

Inclinat Bacchi latices, et munera verni
Lactis, et Actæos imbres, suadumque cruorem
Manibus : aggeritur, quantum bibit arida tellus. 454
Trunca dehinc nemora advolvit, mœstusque sacerdos
Tres Hecatæ, totidemque satis Acheronte nefasto

feris in effossa terra, sacra fecisse. Una scrobe igitur facta, aut pluribus semper impari, ut plurimum, numero factis, ut hic, infundebant mel, vinum, lac, et sanguinem victimarum, cujus avidissimi erant manes. Videtur tamen Lucianus in sua νεκυομαντείᾳ innuere, quod scrobes adspergebantur quidem sanguine, non tamen totus infundebator. Vide Apoll. Argon. III. Homerum Odyss. Λ, et Ovid. Metam. VII.

452. *Bacchi latices.* Vina.

453. *Actæos imbres.* Mel Atticum. Attica enim prius *Acte* vocata. — *Imbres.* Quia mel liquidum. Vide Plin. Hist. Nat. II, 12. — *Suadumque cruorem.* Victimarum scilicet, quod eo invitentur et persuadeantur manes, tanquam gratissimo libamine, ut ad sacrificantis vatis preces in medium prodeant. Unde Noster paullo post v. 607, de Laii umbra : « Non ille aut sanguinis haustus, Cætera ceu plebes, aliumve accedit ad imbrem. » Adi Excurs. ad calcem hujusce lib. plura invenies da *Actæis imbribus.* Ed.

454. *Manibus : aggeritur, quantum bibit arida tellus.* In edd. vett. interpungitur : *suadumque cruorem Manibus aggeritur*, etc. Primus correxit Gevartius. *Quicquid bibit* legit Barthius.

455. *Nemora advolvit.* Qui potest bonus Tiresias? Immo *advolvunt*, ut est in scriptis, scilicet ministri sacrorum, et qui aderant. Gronov. — Optimus Barthii codex *nemora advolvat.* — Reg. B *nemora advolvunt*, Reg. C nost. lect. habent. Ed.

456. *Tres Hecatæ, t. s. A. nefasto. Tris hostias* in Comment. Lactantii; *Tris hecatæ t. s. A. nefastos* unus Behot. — *Tres Hecatæ.* Hecaten alii Persei et Asteries faciunt filiam : unde ab Ovidio Met. VII, et Seneca Medea, et ipso Papinio infra vocatur *Perseis :* alii Cereris et Jovis, ut Scholiastes Theocriti Idyl. II, alii Noctis, ut Bacchylides. Plerumque tamen confunditur cum Proserpina, Diana, ac Luna: non eamdem tamen semper Græci habebant, quos, ut in multis, hic Papinios sequitor. Eadem Trivia vocabatur, quia in triviis illi vota suscipiebant. Tres autem pyras strui vult Poeta Hecatæ, quia dicebatur, τρίμορφος, τρικέφαλος, τριπρόσωπος : repræsentabatur enim cum tribus capitibus, equino, humano, et canino : dicta fuit Hecate ab ἑκατὸν, quod innumeras haberet vires, ut testatur Hesiodus in Theogonia; vel ab ἑκὰς, ut sic dicatur, quod in longe dissita operetur. Consule Vossium de Idol. lib. II, 29. — *Totidemque satis Acheronte nefasto Virginibus.* Id est, Eumenidibus, seu Furiis, natis ex Acheronte et Nocte, unicuique suam pyram; tres enim erant, et semper virgines.

Virginibus jubet esse focos : tibi, rector Averni,
Quanquam infossus humo, superat tamen agger in auras
Pineus : hunc juxta cumulo minor ara profundæ
Erigitur Cereri : frondes, atque omne cupressus
Intexit plorata latus : jamque ardua ferro
Signati capita et frugum libamine puro
In vulnus cecidere greges : tunc innuba Manto
Exceptum pateris prælibat sanguinem, et omnes

457. *Jubet esse focos.* Hoc est, statui, et pertinet ad celeritatem focorum. Vet. Scholiast. Optime quidem. Et sic in simili re alii. Apuleius lib. VII : « Denique noluit esse Cæsar Hemi Latronis collegium, et confestim interiit, tantum potest nutus etiam magni principis. » Habet alioquin verbum *esse* rituale aliquid et pontificale.

459. *Profundæ Cereri.* Proserpinæ filiæ Cereris, Inferorum reginæ, unde *profundæ*. Claudianus, XXXIII, de Raptu Pros. lib. I, 2 : « caligantesque profundæ Junonis thalamos. » Hic autem observandum aras tres Hecatæ, totidem Furiis, Plutoni et Proserpinæ singulas statui, ut octo omnino sint : id autem genus numerus sacris accommodatus est, et quem adeo Veteres observabant, ut propter dies pares Februarium Inferis, Januarium propter impares Superis attribuerint.

460. *Frondes* (*frontes*). Pyrarum scilicet. Quidam legunt *frondes*. — *Cupressus plorata.* Cupressus hic adhibetur, quia erat Diti sacra, et ideo, ait Plinius Hist. Nat. XVI, 33 : « Funebri signo ad domos posita, » ne quis nescius ingressu pollueretur ; et quia excisa non repullulat, sicut mortui non reviviscunt. — *Plorata.* Quia rogis et funeribus, in quibus ploratur, adhibetur. Vide Excursum. Ed.

462. *Signati.* Designata capita habentes : prius enim setæ tolluntur, aut lana, et aris imponitur, et ita quasi designatur immolationis victima. Adi Excurs. ad cal. huj. lib. Ed.

463. *Cecidere greges.* Sacerdotum consuetudo talis est, ut aut ipsi percutiant victimas, et *agones* appellantur; aut sic tenentes cultrum alter impingat : ideo dicitur, *In vulnus cecidere greges*, quia *victimatores* dicuntur. — *Manto.* Filia Tiresiæ virgo. Lact.

464. *Exceptum p. pr. sanguinem, et omnes.* Postquam enim vecte stantem victimam percusserant ad tempora, tunc in ejus jugulum immittebant cultros, et excipiebant sanguinem in pateris, quæ Græce σφάγια dicebantur. — *Prælibat.* An degustat, ut in quibusdam sacris fieri consueverat, vel fundit aliquid sanguinis, priusquam exta reddat ? — *Sanguinem et omnes.* Non inepta hic elisio. Nam optimis etiam poetis elisiones frequentes. Virg. Æneid. I, 599 : « Omnium egenos. » In libro tamen optimo clare est *sanguen*, (ut ait Barthius,) ut et in potiore illo-

Ter circum acta pyras, sancti de more parentis,
Semineces fibras et adhuc spirantia reddit
Viscera : nec rapidas cunctatur frondibus atris
Subjectare faces : atque ipse sonantia flammis
Virgulta et tristes crepuisse ut sensit acervos
Tiresias (illi nam plurimus ardor anhelat
Ante genas, impletque cavos vapor igneus orbes)
Exclamat : (tremuere rogi, et vox impulit ignem :)
« Tartareæ sedes, et formidabile regnum
Mortis inexpletæ, tuque, o sævissime fratrum,
Cui servire dati Manes, æternaque sontum

rum quos contulit Lindenbrogius.

465. *Ter.* Numero semper impari, quod in omnibus sacris observabatur. Virgilius, Ecl. VIII, 75, « numero Deus impare gaudet. »

466. *Semineces fibras*, etc. Palpitantia enim et spirantia exta raptim avellebantur victimis, et offerebantur sacrificulo, ut possent inspici. Sed quia Tiresias cæcus erat, dicitur Manto reddidisse exta, id est, vel aris imposuisse, ut mos erat : *reddi* enim exta dicebantur, quum probata, et elixa aræ superimponebantur : vel narrasse Tiresiæ patri, qualia erant. Cæterum omne sacrificium his quatuor peragebatur, libatione, qua vinum capiti victimæ infundebatur, immolatione, quum mola salsa adspersæ feriebantur, redditione vero, quum exta aris imponebantur, litatione demum quum signis certis cognoscebant sacrificium Diis acceptum fuisse.

467. *Nec rapidas cunctatur.* Barthius legere malit : *nec raptas.*

468. *Ipsa sonantia flammis.* Hostias, et sic futura dicit. Ars autem aruspicina hæc habet, ut et thuris motus et crepitus, et fumi meatus et flexus aruspex ipse colligat, quoniam hæc primum signa aut testantur extorum promissus si bona sint, aut si contraria refragantur, ut testator liber de thuris signis qui ipsius Tiresiæ scribitur. LACTANT.

469. *Sensit.* Quia carebat oculis sacerdos. LACTANT.

470. *Ardor anhelat.* Hoc bene adjecit; nam quomodo cæcus posset intelligere aras ardere, nisi ignis afflatu? LACTANT.

472. *Et vox impulit ignem.* « Satius puto quod in optimo codice legitur : *et vox expulit ignem.* » BAR. — Reg. B *et vox truit ignem*, Reg. C omn. lect. habent. ED. — *Vox impulit.* Id est, illius precibus flamma nutrita est.

474. *Inexpletæ.* Quia mors non satiatur.

475. *Cui servire dati Manes.* In divisione orbis facta inter tres fratres, Saturni filios, Jovem, Neptunum, et Plutonem, Inferi obvenerunt Plutoni. Datus huic fabulæ locus, quod Plutonem funerum, sepulturæ, ac parentationis ritus ostendisse ferunt, quum prius nul-

Supplicia, atque imi famulatur regia mundi,
Solvite pulsanti loca muta, et inane severæ
Persephones, vulgusque cava sub nocte repostum
Elicite, et plena redeat Styga portitor alno.
Ferte simul gressus : nec simplex Manibus esto
In lucem remeare modus : tu separe cœtu
Elysios, Persei, pios, virgaque potenti
Nubilus Arcas agat : contra per crimina functis,

la eorum cura tangerentur homines : quapropter dictum potestatem ei esse mortuorum : ac antiquitus ei principatus et cura mortuorum attributa.

476. *Imi mundi.* Inferi, ad discrimen superi mundi.

477. *Solvite pulsanti.* De usu verbi *pulsare* videsis notata ad Petronii de Mutat. Reip. Rom. Poet. Lat. Min. nost. edit. tom. II, p. 109. Eo. — *Loca muta.* Silentia inferorum, et ipsi Silentum nomine ab omnibus poetis celebrantur, Ovid. Met. IV, 433 : « Ducit ad infernas per muta silentia sedes. » — *Inane.* Virgilius Æneid. VI, 269 : « domos Ditis vacuas et inania regna. » In quibus scilicet, neque corpora, nec animæ, sed idola tantum, umbræ, et simulacra rerum. — *Severæ Persephones.* Proserpinæ, quæ Græcis Περσεφόνη dicitur. *Severæ.* Proprium epithetum Proserpinæ.

479. *Portitor.* Charon Erebi ac Noctis filius, quem poetæ lingunt defunctorum animas futili cymba per Stygiam paludem tranare. Vide hujus descriptionem Virgil: Æneid. VI, 298 et seqq.

480. *Ferte simul gressus.* Nocentes inquit de Tartaro, pii de Elysio veniant. — *Manibus.* Manes Græcorum dicit.

481. *Separe. Separ*, ut dispar. Qua voce utuntur Valerius Flaccus et Solinus.

482. *Elysios, Persei, pios. Elysios Persea pios* optimæ Barthii membranæ, Lang. et plerique. *Elysios Persæ pios* Dan. Put. uterque Behot. Lindenbrog. *Elysios Persei pios* Amstel. Gronov. et Delph. quod non displicet Barthio. Sed hæc est conjectura Jani Parrhasii ad Claud. Rapt. Pros. I. — *Elysios.* Elysii incolas. Elysii campi apud Inferos, ubi Piorum animæ habitant. — *Persei.* Hecate filia Persei et Asteries apud Hesiodum in Theogonia. Hinc Ovid. Met. VII, 74 et seq. « Ibat ad antiquas Hecates Perseidos aras, Quas nemus umbrosum, secretaque silva tegebat. » — *Virgaque potenti Nubilus Arcas.* Plures erant Mercurii. Primus Jovis et Maiæ filius, secundus Cæli et Diei, tertius Liberi patris et Proserpinæ, de quo hic agitur, et *nubilus* dicitur, quia in Inferis degit; quartus tandem Jovis et Cyllenes filius. — *Arcas.* Quia primus Mercurius in Arcadia natus erat. — *Virga potenti.* Vide Theb. I, 306, et ibi enarrata. En.

483. *Nubilus Arcas argat.* Barthius aliique nonnulli : *Arcas agit.* Adi Excursum ad calc. huj. lib. En.

Qui plures Erebo, pluresque e sanguine Cadmi,
Angue ter excusso, et flagranti prævia taxo,
Tisiphone, dux pande diem, nec lucis egentes
Cerberus occursu capitum retorqueat umbras. »
Dixerat: et pariter senior Phœbeaque virgo
Erexere animos: illi formidine nulla,
(Quippe in corde Deus,) solum tremor obruit ingens
OEdipodioniden, vatisque horrenda canentis
Nunc humeros, nunc ille manus, et vellera pressat
Anxius, inceptisque velit desistere sacris.
Qualis Gætulæ stabulantem ad confraga silvæ

484. *Erebo, pluresque e sanguine Cadmi.* « Probabilior optimi aliorumque librorum scriptura: e *semine Cadmi.* » BARTH. Ita etiam Lipsian. et edd. antiquissimæ. — *Erebo.* Inferis, Tartaro. Vide Theb. I, 298.

485. *Angue ter excusso. Angue ter incusso* in optimis Barthii membranis, quod ille recipiendum putat. — *Angue ter excusso.* Serpentem enim manu gestare jam vidimus Tisiphonem Thebaid. I, 113: « hæc vivo manus aera verberat hydro. » — *Et flagranti prævia taxo.* Id est, tæda taxea: taxus autem dira arbor, ut cujus umbra succusque letalia sunt. Faeam etiam Furias gestare supra vidimus.

486. *Tisiphone, dux pande diem.* Mens: Hecate et Mercurius pias ducant animas, tu, Tisiphone, duc nocentes.

487. *Retorqueat umbras.* Barthius aliique: *detorqueat umbras;* unus codex, *deterreat.* — *Cerberus occursu.* Hujus enim officium erat, blandiri venientibus, ut tristia loca intrarent, terrere et devorare conantes regredi. Vide Hesiod. in Theogon. vs. 769. Fingitur natus hic canis ex Typhone et Echidna. Vide Hygin. Fab. XXX et cap. 151, et Hesiod. Theog. vs. 310. Pascebatur sanie, et venenum spumabat. BARTH. — *Retorqueat umbras.* Avertat ad superos quidem venire cupientes.

488. *Et pariter senior Phœbeaque virgo.* In Barth. codice: *senior pariter.* Edd. vett. cum multis edd. *Phœbeiaque virgo;* unus Behot. *Phœbeaque virgo;* et sic edd. recentt. — *Senior.* Tiresias. — *Phœbeaque virgo.* Manto, quæ erat etiam Phœbi antistita.

489. *Illi formidine nulla.* Tiresias et Manto scilicet.

490. *Solum tremor obruit ingens.* Optimæ Barthii membranæ, *timor* pro *tremor.*

491. *OEdipodioniden.* Eteoclem OEdipi filium.

492. *Pressat.* Alii codices *prensat.* Hanc lectionem malit Bernartius. — *Vellera pressat.* Amplectitur, constringit.

494. *Gætulæ.* Gætulia interior

Venator longo motum clamore leonem
Exspectat, firmans animum, et sudantia nisu
Tela premens: gelat ora pavor, gressusque tremiscunt
Quis veniat, quantusque: sed horrida signa frementis
Accipit, et cæca metitur murmura cura.
Atque hic Tiresias nondum adventantibus umbris:
« Testor, ait, Divæ, quibus hunc saturavimus ignem,
Lævaque convulsæ dedimus carchesia terræ,
Jam nequeo tolerare moram: cassusne sacerdos
Audior? an rabido jubeat si Thessala cantu
Ibitis? et Scythicis quoties armata venenis

Africæ regio hodie *Biledulgerid* vocatur: leonibus abundat. — *Confraga*. Aspera et deserta.

495. *Longo motum clamore leonem*. Sic Noster Theb. VI, 600, de cervis: « rapit attonitos fuga cæca, metusque Congregat, et longum dant cornua mixta fragorem. » Videsis Handium ad Silv. I, 1, 57; hujus edit. tom. I, pag. 30 et 31. Ed.

496. *Sudantia nisu*. Nimius enim nisus sudorem provocat.

497. *Gelat ora pavor*, etc. Claudianus V, in Rufinum, lib. II, 131: « stetit ore gelato Incertus peteretne fugam, etc. » Ed.

498. *Quis veniat*, etc. Hic versus sequensque inutiles et suppositilii videntur Guyeto.

499. *Cæca*. Ob summum scilicet metum, quo percellitur venator.

500. *Nondum adventantibus umbris* Optimus liber Barthii: *nondum advenientibus*; duo alii ejusdem codices: *nondum venientibus*.

501. *Testor, ait, Divæ, quibus hunc saturavimus ignem*. « Omnino melius quod in nostris codd. manus interpolatorum effugit: *Testor, ait, Divi*. » Barth. Laur. Lips. alii, cum edd. Rom. Aldd. Lindenbrog. Gevart. *Testor, ait, Divos*; Petrens. unus Behot. aliique codd. cum Gronov. Barth. et Delph. *Testor, ait, Divæ*; sed Behot. in margine habet, *Diræ*. Unus Taurin. *Testor, ait, manes*. Dan. uterque Behot. et plerique; *sacravimus ignem*; Lipsian. Amstel. Gronov. et recentt. *saturavimus ignem*. — *Quibus hunc saturavimus ignem*. Victimis videlicet interjectis et combustis. Bern.

502. *Lævaque carchesia*, etc. In sacris enim inferis conversa in sinistram partem manu ita fundebant, ut patera converteretur: hoc proprie vergere, et invergere dicitur. Vel sinistra manu inferis pocula libabantur.

504. *An rabido jubeat si*, etc. Unus Behot. *an rapido*. — *Thessala*. Saga. Thessalæ enim mulieres Magiam exercebant, ut sæpius diximus.

505. *Et Scythicis quoties armata venenis*. Multi codd. et edd. vett. *an Scythicis*. Dan. Pul. Petav. Lindenbrog. et Cruc. *medicata venenis*;

Colchis aget, trepido pallebunt Tartara motu?
Nostri cura minor, si non attollere bustis
Corpora, nec plenas antiquis ossibus urnas
Egerere, et mixtos cælique Erebique sub unum
Funestare Deos libet? aut exsanguïa ferro
Ora sequi, aut ægras functorum carpere fibras?
Ne tenues annos, nubemque hanc frontis opacæ,
Spernite ne, moneo, et nobis sævire facultas.
Scimus enim et quidquid dici, noscique timetis,

alii codd. et edd. *armata venenis.* — Reg. B. *Et Scyticis quotiens medicata venenis*, Reg. C *quotiens armata venenis* habent. A. — *Scythicis armata venenis Colchis.* Intelligit Circen Æetæ Colchorum regis sororem, quæ, sublato veneno conjuge Scytharum rege, profugit in Italiam ad Circeum montem, quem incoluit. Hinc discimus Scythiam venenis feracissimam. Potest et intelligi Medea Æetæ filia; utraque enim arte magica et veneficiis celeberrima.

507. *Cura minor.* Hoc est, illis obtemperatis, et nostra præcepta contemnitis. Lactant. — *Si non attollere bustis*, etc. Ea omnia, quæ hoc versu et sequentibus referuntur, sunt effectus Magiæ scelestissimæ. Vide Apuleium Met. II, « Sed et bustis et rogis reliquiæ quædam et cadaverum præsegmina ad exitiales viventium fortunas petuntur. » Tacitus Annal. II: « Reperiebantur solo ac parietibus erutæ humanorum corporum reliquiæ, » etc. — Tibullus, lib. I, Eleg. 2, 48: « manesque sepulcris Elicit, et tepido devocat ossa rogo. » Ad quem locum videsis ab Heynio enarrata; nost. edit. pag. 24. Ed.

509. *Mixtos cælique Erebique.* Confusis juribus. Nefas enim erat inferorum Deos conspicere Solem. Itaque et spectra et umbræ excitæ Solem fugere orientem a poetis dicuntur. Sic jurat Pluto pro inaudito penitus monstro apud Claud. XXXIII, de Rapt. Proserp. lib. I, 113 et seq. « patefacta ciebo Tartara; Saturni veteres laxabo catenas.... Fulgidus umbroso miscebitur axis Averno. » Barth.

511. *Ora sequi, aut ægras functorum carpere fibras.* Unus Behot. *et ægras.* Margo ed. Barth. *sanctorum carpere fibras.* — Regg. B et C *Ora sequi, atque ægras* etc. exhibent. A.

512. *Ne tenues annos.* « In aliis membranis est: *tenues artes;* sed illud longe Poeta dignius. » Barth. — *Nubemque hanc frontis opacæ.* Id est, cæcitatem. Silius Italic. Punic. VIII, 611: « Nec nubem frontis amabat. » Ad quem confer notata, nost. edit. t. I, p. 539. Ed.

513. *Spernite ne, moneo.* « In optimo codice legitur: *io moneo;* quod minime librariorum est. B.

514. *Scimus enim.* Reg. B *Noscimus enim*, etc. Reg. C nost. lect. habent. Ed. — *Scimus enim*, etc.

Et turbare Hecaten, ni te, Thymbræe, vererer:
Et triplicis mundi summum, quem scire nefastum est:
Illum sed taceo: prohibet tranquilla senectus.
Jamque ego vos. » Avide subicit Phœbeia Manto:
« Audiris, genitor, vulgusque exsangue propinquat.
Panditur Elysium Chaos, et telluris opertæ
Dissilit umbra capax, silvæque, et nigra patescunt

Dicit se optime callere magicam artem, et posse omnia facere, quæ Magi faciunt, ac etiam posse cogere mortuos, totaque Tartara, ut sibi morem gerant: sed reverentiam quam præstat Apollini, summoque illi Deo triplicis mundi domino, obstare.

515. *Ni te, Thymbræe, vererer.* Buccatius hunc versum citans legit: *in te Thymbræe timerem.* — *Ni te, Thymbræe, vererer.* Thymbræus, Apollo. Dicit Apollinis reverentia se nolla contumeliam facere ejus sorori. Ipsa enim Hecate *Diana* dicitur.

516. *Et t. m. s. quem scire nefastum est.* Optimæ Barthii membranæ: *quem scire nefandum est.* Bart. — *Triplicis mundi.* Cælorum scilicet, terræ, et Inferorum. — *Nefastum.* De hac locutione vide not. 6 ad Tit. Liv. VI, cap. 28 nost. edition. tom. VIII, pag. 296 et 297. Ed. — *Quem scire nefastum est: Illun. sed taceo.* Id est, cujus nomen proferre non licet θεὸς ὁ πάντων δεσπότης, οὗ τοὔνομα φοβερὸν, οὐδ' ἂν ὀνομάσαιμι ἐγώ. *Deus omnium dominus, cujus nomen formidabile est, neque hunc nominavero.* Idque ingenita omnibus reverentia divini nominis; quod præ cæteris gentibus religiose observarunt Hebræi, Chaldæi, ac Arabes, qui nomen Dei non tantum mystice scribebant; sed et illud aperte scribere, ac temere quoque pronuntiare sub gravissima pœna prohibebant. Unde Rabbi Joanan filius Berocæ in Pirque Avot dicit: *Col hammekalled chem Chamaim beseter, nifrahin mimmennou begalui ekad chogueg ekad merid behilloul hachem.* « Quicunque profanaverit nomen Dei in secreto, iste palam punietur, idem sive quia errore, sive de industria profanaverit nomen: » ac proinde summa cura magnum illud nomen Dei τετραγράμματον, *quatuor literarum*, quod *hammeforach* appellant, tegebant. Quinetiam, sicut ob summam divini numinis reverentiam id humano ore pronuntiando profanari nollent, ita nec legi. — Vide Excurs. ad calc. huj. lib. Ed.

517. *Illum sed taceo. Illud si taceo* unus codex Lindenbrogii.

518. *Jamque e. v. Avide subicit.* In libris nonnullis est *avido;* sed illud præfero. — *Jamque ego vos.* Supple, cogam, aut in ordinem redigam.

520. *Elysium Chaos.* Chaos ob tenebras quibus Inferi replentur.

521. *Dissilit umbra capax. Dissilit umbo capax* Marklandus ad Silv. II, 3, 45, et III, 1, 110, (vide hujus edit. tom. I, pag. 310, Ed.) quod probat Jortin. in Misc. Obss. —

Flumina, liventes Acheron ejectat arenas.
Fumidus atra vadis Phlegethon incendia volvit,
Et Styx discretis interflua Manibus obstat.
Ipsum pallentem solio, circumque ministras
Funestorum operum Eumenides, Stygiæque severos
Junonis thalamos, et mœsta cubilia cerno.
In speculis Mors atra sedet, dominisque silentes

*Umbra capax*. Id est, quæ replet totos Inferos.

522. *Flumina, liventes Acheron ejectat arenas. Tartara liventes Acheron* nonnulli codd. cum edd. vett. *Flumina liventes Acheron* Dan. uterque Behot. optimus Barthianus, alii et Delph. *liventis* unus Behot. *liventesque Acheron* Marklandus ad Silv. II, 3, 45, quem adi, nost. edit. tom. I, pag. 226. Ed. — *Acheron*. Fluvius Infernus.

523. *Phlegethon*. Fluvius Inferorum. Vide not. ad Theb. II, 6; hujusce tom. pag. 157. Conf. etiam Senec. Thyest. act. I, 73, et ad hunc not. nost. edition. tom. I, p. 221. Ed.

524. *Et Styx discretis interflua Manibus obstat*. Ad utramque enim Stygis ripam sedes erant Manium, inter quas fluit. Cf. Heynium ad hunc Virgil. Georg. IV, 480: « et novies Styx interfusa coercet; » nost. edit. tom. I, pag. 570.

525. *Ipsum pallentem solio*. Inepta lectio: quid enim *pallor* ad *solium*, aut *solium* ad *pallorem*? In optimo libro nihil opis; et tamen certum nobis scripsisse Papinium: *pollentem solio*. » Barth. — *Ipsum*. Plutonem.

526. *Funestorum operum Eumenides. Eumenidas* in uno Behot. — Hanc lect. Reg. B exhibet, Reg. C nostram. A. — *Stygiæque Junonis*. Proserpinæ. Ut Virgil. Æn. VI, 138: « Junoni infernæ sacer dictus. »

527. *Junonis thalamos*. Pythagoras dicit duo esse hemispheria, quibus proprios Deos assignat, et facit superioris regem Jovem, et reginam Junonem. Inferioris Ditem Jovem esse infernum, Proserpinam Junonem infernam. Et duas Veneres, unam supernam, et alteram Libitinam, et alios Deos binos constituit, Hecaten, sicut Ditem Jovem, ita et hanc Stygiam Junonem.

528. *In speculis Mors atra sedet, dominisque silentes*. Servius ad Æn. XI, 197, citat: *In scopulis Mors sæva sedet*; Nic. Heinsius in Advers. lib. I, cap. 11. p. 113 legit: *In foribus Mors atra sedet*. Optimæ Barthii membranæ: *dominoque silentes*, cum v. l. *nocentes*: Membranæ Collegii Magdalensis Oxonii habent etiam: *dominoque silentes*; Dan. Put. et unus Behot. *dominique silentes*; et sic etiam scripti codd. Dan. Heinsii ad Claudian. Rufin. I, 124. Lang. alter Behot. et plerique. *Dominique silentis*. Dan. Heins. ad Claudian. l. l. et Nic. Heins. in Advers p. 113 correxerunt: *dominisque silentes*: et ita est in edd. Gronov. Barth. et Delph. — *In speculis Mors atra sedet*. De hoc loco videsis notata ad Virgil. Æneid. XI,

Annumerat populos : major supereminet ordo.
Arbiter hos dura versat Gortynius urna,
Vera minis poscens, adigitque expromere vitas
Usque retro, et tandem pœnarum lucra fateri.
Quid tibi monstra Erebi, Scyllas, et inane furentes

197 : « Multa boum circa mactantur corpora Morti ; » nost. edition. tom. IV, pag. 217. Ed.

529. *Major supereminet ordo.* Meliores codices : *major super imminet ordo*. Non *supereminet*. Quasi diceret hoc quoque illic esse miraculi, ut semper plures numerandi restent, quam numerati sunt. Gr.

530. *Arb. hos d. v. Gortynius. Cortinius* in quibusdam scriptis. Vide Dan. Heinsium ad Claudian. p. 10. — *Arbiter Gortynius.* Minos Jovis et Europæ filius, rex Cretensium, dictus *Gortynius* a Gortyno urbe Cretæ. Hic tam juste regnasse et judicasse fertur vivus, ut mortuus habitus sit judex Inferorum, datique putantur ipsi assessores Æacus et Rhadamanthus, quod et ipsi severe judicaverint. — *Versat urna.* Ex more Romano, Græcove. Judex enim movebat urnam, ut cujus litigatoris nomen primum exiret urna, hujus et causa primum expediretur. Vide Servium Æn. VI, 432, ubi exponit illud Virgilii : « Quæsitor Minos urnam movet. » Ad quem locum notata ab Heynio confer etiam, nost. edit. tom. III, pag. 147. Ed. — Nec solum in judiciis, et actionibus, et quæstionibus sortes et urna locum habebant, sed pleraque sortibus decernebant, ut videre est apud scriptores tam Græcos quam Latinos. Ampliora invenies ad Excurs. Ed.

531. *Vera minis poscens.* « Stultissima lectio, (*Vera nimis*) quæ omnes tamen libros lacteous collatos manuscriptos editosque insedit, extra quidem unicum illum, omnibus longo intervallo meliorem, nostrum, in quo clare scriptum: *Vera minis.* » Barth. Lectionem nostram primus restituit Dan. Heinsius in Amstel. et hinc recepta est in Gronov. Barth. et Delph. — *Adigitque expromere vitas.* Theb. VIII, 22 : « Dux Erebi, populos poscebat crimina vitæ. »

532. *Usque retro.* Id est, a primo rationis usu. — *Pœnarum lucra.* Id est, scelera, quibus meruerunt et lucrati sunt pœnas.

533. *Quid t. m. E. Scyllas, et inane furentes.* Dan. *inane furentis* ; Put. *inane furenti.* — *Scyllas, et inane furentes Centauros.* Horum etiam monstrorum simulacra in Inferis erant. Vide descriptionem Inferorum apud Virgilium Æneid. VI, 273 et sqq. legere etiam operæ pretium est Excursus VIII, IX, XI, ad calcem ejusdem libri ; nost. Virg. tom. III, pag. 226 et sqq. Ed. — *Scyllæ* autem finguntur monstra quædam parte superiori mulieres, a pube vero deorsum canibus et lupis succinctæ, sic dictæ a Scylla Phorci filia, quæ furore correpta se in fretum Siculum præcipitem egit, ac in ejusmodi monstrum a Circe conversa est. De Centauris vide Theb. I, 458, et ibi notata ; huj. tom. pag. 84. Ed.

Centauros, solidoque intorta adamante gigantum
Vincula, et angustam centeni Ægæonis umbram? »
« Immo, ait, o nostræ regimen viresque senectæ,
Ne vulgato mihi: quis enim remeabile saxum,
Fallentesque lacus, Tytionque alimenta volucrum,
Et caligantem longis Ixiona gyris
Nesciat? ipse etiam, melior quum sanguis, opertas
Inspexi sedes, Hecate ducente, priusquam

534. *Gigantum*. Gigantes Telluris filii immanis staturæ, ac pedibus anguineis. Hi bellum Diis inferre ausi in Phlegræis campis, alii partim fulmine Jovis percussi, partim sagittis Apollinis et Dianæ perierunt, alii sub Ætna monte, alii sub Mycono et Lipara insulis obruti: nonnulli etiam in Tartara detrusi sunt, ubi æternis et adamantinis catenis vinciuntur.

535. *Angustam centeni Ægæonis umbram*. Nonnulli codd. *augustam;* alii: *angustam*. Jortinus mallet legere: *ambustam*. — *Et angustam Ægæonis umbram*. Ægæon seu Briareus, centenus a centum brachiis quæ habebat dictus, detrusus fuit in Inferos. — *Angustam*. Quia quum umbræ in visum vix cadant, parvæ apparent. Ut de Amphiarao Inferos subeunti dicitur Theb. VIII, 86: « Jam tenuis visu, jam vanescentibus armis. »

536. *O nostræ regimen viresque senectæ*. Optimus Barthianus: *o nostræ vires regimenque senectæ*. — *O nostræ regimen viresque senectæ*. Seneca initio Phœniss. I, 1: « Cæci parentis regimen, ac fessi unicum Patris levamen. »

537. *Ne vulgato mihi: quis enim remeabile saxum*. *Ne vulgata mihi* Petrens. *quid enim* unus Behot. — *Remeabile saxum*. Supple, Sysiphi. Sysiphus enim hac pœna punitur in Inferis, ut ingentem lapidem in verticem cujusdam montis cogatur provolvere: quum ad summum pæne multo cum labore ac molestia subvexerit, ille repente deorsum relabitur.

538. *Fallentesque lacus*. Supple, Tantali, qui eo supplicio damnatus est in Inferis, ut perpetua fame sitique torqueatur, aquis fluvii, quibus mentu tenus immersus est, et pomis, quæ capiti ejus imminent, fugientibus, sive bibere sive capere velit. Bene *lacus* pro potu posuit. Sic Hor. lib. I, Sat. I, 68: « Tantalus a labris sitiens fugientia captat Flumina. » — *Tytion*. Vide Theb. I, 710, et ibi notata, hujus tom. pag. 118 et 119. En.

539. *Et caligantem longis Ixiona gyris*. Ixion in Inferis alligatus est rotæ, quæ perpetuo convertitur: hinc vertigine laborans dicitur *caligare*.

540. *Ipse etiam, melior quum sanguis, opertas*. « In libris nostris clare scriptum, *opacas;* utrumque de Inferorum rebus poetis usitatum. » Barth.

541. *Hecate*. Vid. vs. 515 et 527.

Obruit ora Deus, totamque in pectora lucem
Detulit. Argolicas magis huc appelle precando,
Thebanasque animas : alias avertere gressus
Lacte quater sparsas, mœstoque excedere luco,
Nata, jube, tunc quis vultus, habitusque, quis ardor
Sanguinis affusi, gens utra superbior adsit,
Dic agedum, nostramque move per singula noctem. »
Jussa facit, carmenque serit quo dissipet umbras,
Quo regat et sparsas : qualis, si crimina demas,

542. *Obruit ora Deus, totamque in pectora lucem Detulit.* Excæcatus enim fuerat Tiresias, et in locum oculorum arte vaticinandi donatus : ita ut lux ab oculis ablata videretur, et in animo ac pectore collocata.

544, 545. *Thebanasque animas: alias a. g. Lacte quater sparsas. Thebanasque alias animas* in uno Behot. *Lacte quater sparso* in eodem Behot. codice. — *Alias avertere gressus Lacte quater sparso.* Tibullus lib. I, Eleg. 2, 50 : « Jam ciet infernas magico stridore catervas : Jam jubet adspersas lacte referre pedem. » De quaternarii numeri mysteriis multa disputat Macrobius Comm. I, in Somnio Scipionis, cap. 5 et 6. Eo.

546. *Tunc quis vultus.* Dan. *quis vultum ;* Behott. 1, 2, et optimæ Barthii membranæ : *qui vultus;* cæteri omnes et scripti et impressi: *quis vultus.*

547. *Sanguinis affusi, gens utra superbior adsit. Sanguinis effusi* unus Behot. plerique et edd. vett. *Affusi* alter Behot. Amstel. Gronov. Barth. et Delph. *superbior. assit* uterque Behot. — Reg. B *sanguinis adfusi, gens u. superior adsit.* Sed litera *b* suprascripta dat *superbior*, Reg. C nost. lect. habet. A.

548. *Nostramque move per singula noctem.* Petrens. et Exc. Cantab. *move per singula;* sic alii codd. et edd. vett. — *Nostram noctem.* Cæcitatem.

549. *Carmenque serit, quo dissipet umbras.* Optimus Barthii, *discipet ;* unus Behot. Lang. et edd. vett. *dissipet;* Lipsian. alter Behot. Dan. alii, *dissipat.* — Hanc lect. Reg. B præbet, Reg. C nostram. A. — *Jussa facit, carmenque serit* etc. quæ sic vertit *Cormiliolle :* « Prompte à obéir, Manto compose un « nouveau charme pour dissiper « les ombres qu'elle ne veut point « interroger, et rassembler celles « qu'elle veut consulter. » Eo.

550. *Quo regat et sparsas : qualis, si crimina demas.* Lipsian. Dan. nonnulli et Cruc. *regit.* Unus codex Barthii : *Congreget et sparsas;* unde ille : *Quo greget et sparsas.* Alii codd. et edd. *Quo regat.* Dan. Put. Petav. Lindenbrog. et Cruc. *demat;* cæteri omnes, *demas.* — Reg. B *quo regit et sparsas q. s. c. demat* habet, Reg. C nostram lectionem. En. — *Qualis si crimina demas.* Id est, Manto erat eodem habitu vultuque ac Cir-

Colchis, et Ææo simulatrix litore Circe.
Tunc his sacrificum dictis affata parentem :
« Primus sanguineo submittit inertia Cadmus
Ora lacu, juxtaque virum Cythereia proles;
Effluit amborum geminus de vertice serpens:
Terrigenæ comites illos, gens Martia, cingunt.
His ævi mensura dies : manus omnis in armis,
Omnis et in capulo : prohibent, obstantque, ruuntque
Spirantum rabie : nec tristi incumbere sulco

ce seu Medea, quum magicam artem exerceret, quæ scelesta est : Medea autem et Circe erant arte magica famosæ. Ad Excursum ampliora invenies; vide ad calcem hujusce lib. Ed.

551. *Colchis, et Ææo. Colchis Elnæo* Put. — *Et Ææo simulatrix litore Circe.* De Circe vide supra. Dicitur *simulatrix*, quod præstigiis suis eos, quos casus ad se deferebat, apparere faciebat alia forma quam qua erant : aliis enim porcorum, aliis leonum, aliis aliorum animalium formam dabat. Virgilius Æneid. VII, 19 et seq. « potentibus herbis Induerat Circe in vultus ac terga ferarum. » — *Ææo in litore.* Apud Colchos, cui Æetes imperabat : unde expulsa profugit in Italiam, ut jam diximus, et in Circæo monte sedem sibi deligit. Vide Odysseam.

552. *Tunc his sacrificum. Tunc sic sacrificum* optimus Barthianus.

553. *Primus sanguineo.* Eleganter cœpit a conditore Thebarum posteriorum historias narraturus. Cadmum et Harmonien diximus in dracones esse conversos, quorum veniunt animæ, ut bibant fossam sanguinis plenam. Lactant.

554. *Cythereia proles.* Harmonie filia Veneris, et uxor Cadmi.

555. *Effluit amborum geminus de vertice serpens. Insequitur geminusque bibit de vertice* edidit Fr. Lindenbrogius ex codd. Dan. et Petav. ut videtur: alii tamen codd. uterque Behot. omnes Barthiani, exhibent ut in textu : solus Barthii optimus : *gemino.* — Reg. B, *Insequitur gemin'q. bibit de vertice serpens;* Reg. C nost. lect. exhibent. Ed. — *De vertice serpens.* Quia uterque Cadmus et Harmonie in serpentem mutati sunt.

556. *Terrigenæ.* Orti terra e dentibus satis serpentis. — *Gens Martia.* Quia erant orti e dentibus serpentis Marti sacri.

557. *His ævi mensura dies.* Eodem enim die, quo nati, sunt exstincti. — *Manus omnis in armis,* etc. Ut innuat furorem, quo se invicem occiderunt.

558. *Prohibent, obstantque, ruuntque.* Dan. Put. Petav. alii et edd vett. *prohibentque obstantque.*

559. *Spirantum rabie nec t. inc. sulco.* Put. *fosso* pro *sulco;* unus Behot. *fossa.* — Reg. B, *fosso;* Reg. C nost. lect. A. — *Spirantum rabie.* Id est furore viventium adhuc arma

Cura, sed alternum cuperent haurire cruorem.
Proxima natarum manus est, fletique nepotes.
Hic orbam Autonoen, et anhelam cernimus Ino
Respectantem arcus, et ad ubera dulce prementem
Pignus, et oppositis Semelen a ventre lacertis.
Penthea jam fractis genitrix Cadmeia thyrsis,
Jam dimissa Deo, pectusque adaperta cruentum,
Insequitur planctu : fugit ille per avia Lethes,
Et Stygios, superosque lacus, ubi mitior illum

tractabant, summque magis fundere sanguinem festinabant, quam eum qui erat fusus in fossa. Lact.

560. *Sed alternum cuperent haurire cruorem.* « Optimus librorum, *cupiunt;* optime. » Barth. ita quoque Behot. 1. — Reg. B, *sed alternum sitis exhaurire cruorem;* Reg. C nost. lect. habent. Ed.

561. *Proxima natarum manus est.* In eodem codice Barthii: *domus est.* — *Fletique nepotes.* Pentheus et Actæon, Learchus ac Palæmon.

562. *Hic orbam Autonoen. Autoneen* unus Behot. — *Orbam Autonoen.* Autonoe prima filiarum Cadmi et Harmonies. Dicitur *orba*, ob amissum Actæonem filium a canibus discerptum. — *Ino.* Filia Cadmi, et uxor Athamantis Corinthiorum regis.

563. *Respectantem arcus.* Mariti Athamantis, qui furore correptus communem filium Learchum sagittis confixerat. — *Ad ubera dulce prementem Pignus.* Mire exprimit maternum affectum. — *Dulce Pignus.* Palæmonem alterum filium.

564. *Et oppositis Semelen a ventre lacertis.* Semele mater Bacchi, cujus nota fabula ex ante dictis. — *A ventre.* Ante ventrem, et exprimit eleganter maternum affectum. Non immemor enim Semele pignoris, manus ventri opposuit, ne perimeretur, quasi filio, non sibi, fulmen timeret. Sic Iasus ille Arabum celeberrimus Physiognómus certo conjecit puellam gravidam esse, quod, navi in qua erant gravissima tempestate jactata, ipsa manum ad ventrem tulerit, quasi fœtum defensura. Sic supra *a postibus*, ante postes.

565. *Genitrix Cadmeia.* Agave, quæ furore a Baccho immisso in frusta discerpsit filium Pentheum in Orgiis Bacchi. Hæ omnes fabulæ ex præmissis notæ sunt. — *Fractis thyrsis.* Quos in Orgiis gesserat, ut mos erat Baccharum.

566. *Jam dimissa Deo. Jamque remissa* Put. — Reg. B, *Jam premissa Deo;* Reg. C nost. lect. exhibent. Ed. — *Deo.* Baccho. — *Pectusque adaperta cruentum.* Ex more, quo mulieres lacerabant in luctu vestes, pectusque denudabant ac percutiebant.

568. *Et Stygios, superosque lacus. Et Stygio super ipse* Put. unde Lindenbrogius et Barth. conj. *super usque.* — Reg. B, *Et Stygios super ipse lacus;* Reg. C nost. lect.

Flet pater, et lacerum componit corpus Echion.
Tristem nosco Lycum, dextramque in terga reflexum
Æoliden, humero jactantem funus onusto.
Nec dum ille aut habitus, aut versæ crimina formæ
Mutat Aristæo genitus: frons aspera cornu,
Tela manu, rejicitque canes in vulnus hiantes.
Ecce autem magna subit invidiosa caterva
Tantalis, et tumido percenset funera luctu,
Nil dejecta malis: juvat effugisse Deorum

præbent. Ed. — *Ubi*. Hæc præterita tanquam præsentia narrat Manto.

569. *Lacerum corpus*. Pentheus enim in frusta discerptus fuerat a matre Agave, ac Bacchantibus. — *Echion*. Unus e Spartis, pater Penthei.

570, 571. *Lycum*. Lycus ille, vel est Lycus rex Thebanorum, maritus Antiopes Nictei filiæ, qui necisus fuit ab Amphione et Zetho ejusdem Antiopes, quam expulerat, et Jovis filiis. Vel Lycus ille est, qui occupato Thebano regno, vim inferre voluit Megaræ uxori Herculis, sed subito illius reditu oppressus, ac cum suis omnibus ab Hercole interfectus est. — *Dextramque in terga reflexum Æoliden, humero jactantem funus onusto*. Designat Athamantem Æoli filium, qui repræsentabatur ferens supra humerum, et dextra in tergum reflexa cadaver Learchi filii, quem telis confixerat: Theb. III, 185 et sqq. « neque funerea cum laude potitus Infelix Athamas trepido de monte veniret, Semianimem heu læto referens clamore Learchum. »

572. *Aut versæ crimina formæ*. Propter crimina, quia in Dianam nudam inciderat.

573. *Mutat Aristæo g. frons aspera cornu*. Dan. Put. alii, et Gev. *cornu est*; in cæteris codd. et edd. recent. non habetur τὸ *est*. — *Aristæo genitus*. Actæon filius Aristæi et Autonoes filiæ Cadmi. — *Frons aspera cornu*. Actæon enim in Inferis eamdem formam retinuerat, quam habuerat quum discerptus fuit a canibus suis, i. e. habens cornua.

574. *Vulnus*. Quidam codices habent *vultus*.

575. *Invidiosa*. Hic quæ invidentiæ morbo laborat; invidebat enim Niobe, de qua hic agitur, et obtrectabat Latonæ, quod hæc divinis honoribus coleretur, ipsa vero neglecta esset, licet numerosiorem sobolem haberet, quam Latona. Verbum *invidiosus* significat etiam, cui invidetur, et odiosum, et invisum. — *Magna caterva*. Supple liberorum.

576. *Tantalis*. Niobe Tantali filia et Peniopes, quæ partus sui fœcunditate elata cum filiis septem a Diana et Apolline probatur exstincta. — *Tumido*. Superbiam enim etiam in calamitate retinuit, nec deposuit Niobe.

577. *Nil dejecta malis*, etc. Filiis delectatur exstinctis amplius si-

Numina, et insanæ plus jam permittere linguæ. »
Talia dum patri canit intemerata sacerdos,
Illius elatis tremefacta assurgere vittis
Canities, tenuique impelli sanguine vultus.
Nec jam firmanti baculo, nec virgine fida
Nititur: erectusque solo, « Desiste canendo,
Nata, ait; externæ satis est mihi lucis; inertes
Discedunt nebulæ, et vultum niger exuit aer.
Umbrisne, an supero me missus Apolline complet
Spiritus? en video quæcunque audita. Sed ecce
Mærent Argolici dejecto lumine manes.
Torvus Abas, Prœtusque nocens, mitisque Phoroneus,

bi non posse Deorum injuriam nocere, quum desint in quibus peccatorum licentia vindicetur. Lact. — *Juvat effugisse Deorum Numina.* Quia jam mortua nihil gravius timet.

578. *Permittere.* Licentius loqui exstinctis liberis, quos non potest amplius amittere. Vide Theb. III, 180 usque ad 203; ubi hæc fusius explicantur; hujusce tomi pag. 292, 293, 294. Ed.

579. *Patri.* Tiresiæ.

580. *Illius.* Tiresiæ. — *Vittis.* Quia sacerdos erat.

581. *Tenuique impelli sanguine vultus.* Unus Behot. *tenuisque impelli;* alter Behot. *tenui impelli;* Venett. Rom. et unus codex Bernartii: *impleti sanguine.* — *Tenuique impelli sanguine vultus.* Id est, levi rubore tingi, suffundi. Guyetus legit *impleri*, et explicat, commoveri afflatu divino.

582. *Nec jam firmanti baculo.* « Libri nihil mutant, et tamen suspectum hæc quædam tinniunt. Dicit procubuisse. Forte scripsit Papinius: *Nec jam firmat iter baculo.* » Barth.

584. *Externæ satis est mihi lucis.* Optimus Barthii codex: *æternæ satis est.* — *Externæ.* Id est, humanæ. — *Inertes nebulæ.* Cæcitas.

585. *Discedunt nebulæ. Descendunt nebulæ* Put. et unus Behot. — *Niger aer.* Cæcitas.

586. *An me missus Apolline.* Put. *supero dimissus.* Hanc Regg. B et C præbent lectionem. A.

587. *Audita.* De Inferis nempe.

588. *Dejecto lumine.* Quod signum est tristitiæ et pudoris.

589. *Torvus Abas.* Abas rex Argivorum. — *Torvus.* Quia ferox et bellicosus. — *Prætusque nocens.* Prœtus Abantis filius rex Argorum. — *Nocens.* Quia innocentem Bellerophontem occidere voluit. — *Mitisque Phoroneus.* Phoroneus rex Argorum. Vide Theb. I, 252, et ibi notata, hujusce tom. pag. 51. Ed. — *Mitis.* Quia dispersos antea vagosque homines in unius civitatis jus compulit, ac ad mitiores mores traduxit. Adi Excursum ad calcem

Truncatusque Pelops, et sævo pulvere sordens
OEnomaus, largis humectant imbribus ora.
Auguror hinc Thebis belli meliora : quid autem
Hi grege condenso (quantum arma et vulnera monstrant
Pugnaces animæ) nobis in sanguine multo
Oraque, pectoraque, et falso clamore levatas
Intendunt sine pace manus? rex, fallor, an hi sunt
Quinquaginta illi? cernis Chthoniumque Chrominque,
Phægeaque, et nostra præsignem Mæona lauro.

huj. lib. ampliora de his iuvenies.

590. *Truncatusque Pelops.* Quum Tautalus Pelopem filium Diis epulandum apposuit, Ceres imprudens humerum ejus sinistrum comedit. Errore igitur cognito Dii Tantalum in Tartarum detruserunt; Pelopem vero in vitam restituerunt, et pro humeco carneo eburneum substituerunt. Unde *truncatus Pelops.* Virgilius Georg. III, 7 : « humeroque Pelops insiguis eburno. — *Sævo pulvere sordens OEnomaus.* Vide supra pluribus in locis. — *Sævo pulvete sordens.* Quia currendo in stadio pulverem excitabat, quo conspergebatur. — *Sævo.* Quod victos curuli certamine occidebat.

591. *Largis humectant imbribus ora.* Lang. Laur. Buslid. Lipsian. et edd. vett. *largisque humectant*; alii codd. τὸ *que* non agnoscunt.

592. *Auguror hinc Thebis belli meliora. Auguror hinc Thebis bellum* legit Cledonius Grammaticus; *majora* pro *meliora* unus Behot.

593. *Hi grege condenso. Hic grege condenso.* Sane est in scriptis nonnullis, unde Bernartius admisit : sed male : nam ejus auctores vitiosa distinctione sunt decepti, quum conjungerent, *hi pugnaces animæ.* At duo ista verba addenda sunt in præcedentem proxime parenthesin : et ita evidens est τοῦ *Hi* necessitas : *quid autem Hi grege condensa (quantum arma et vulnera monstrant, Pugnaces animæ) nobis*, etc. intendunt manus. Δεικτικῶς. Gronov.

595. *Falso clamore levatas.* « In optimo codice non *levatas*, sed *levantes* diserte exaratum est. » Barth. — *Falso clamore.* Æneid. VI, 493 : « inceptus clamor frustratur hiantes. »

596. *Rex, fallor, an hi sunt.* O rex Eteocles. Eos ostendit Eteocli, quos ipse etiam posset cognoscere. *Sine pace* autem dixit, aut bellicosas, aut ipsi discordes, cujus causa fuerant intercempti. Lact.

597. *Quinq. illi? cernis Chthoniumque Chrominque.* Dan. Put. nonnulli, et edd. vett. *cernas*; uterque Behott. *cernis.* Pro *Chthoniumque*, quod restituit Gronovius, codd. nonnulli et edd. vett. exhibent *Chroniumque*; alii *Ctoniumque*, vel *Thoniumque.* Vide supra Theb. II, 538 et ibi notata, hujusce tom. pag. 227. Ed.

598. *Et nostra præsignem Mæona lauro.* Venett. cum nonnullis

Ne sævite, duces : nihil hic mortalibus ausum
Credite consiliis : hos ferrea neverat annos
Atropos : existis casus : bella horrida nobis,
Atque iterum Tydeus. » Dixit, vittaque ligatis
Frondibus instantes abigit, monstratque cruorem.
Stabat inops comitum Cocyti in litore mœsto
Laius, immiti quem jam Deus ales Averno
Reddiderat, dirumque tuens obliqua nepotem,
(Noscit enim vultu) non ille aut sanguinis haustus,

scriptis : *et nostra præsagum ;* quod probat Bernartius.—*Mæona lauro.* Mæonem illum vatem dicit ; ideo præsignem lauro, quoniam fuit sacerdos Apollinis, et divinatione pollebat. Quem Tydeus a quinquaginta virorum cæde servatum remisit Thebas incolumen. Qui se in conspectu regis, donatam vitam respuens, conscientia virtutis occidit. Vide Theb. II, 691 et ibi notata, hujusce tom. pag. 244. Ed.

599. *Ne sævite, duces.* Adi Excursum. Ed. — *Nihil hic mortalibus ausum Credite consiliis.* Virgil. Æneid. XII, 427 : « Non hæc humanis opibus, non arte magistra, Proveniunt. » Unde mitigari debebant : Exitium enim eorum fato adscribendum, non virtuti Tydei.

600. *Hos ferrea neverat annos.* Unus Behot. *noverat annos.*

601. *Atropos.* Una e Parcis. — *Existis.* Evasistis. Quo sensu et Virgilius, Æneid. V, 438 dixit : « atque oculis vigilantibus exit. » — *Bella horrida nobis.* Supple, supersunt, vel imminent.

602. *Atque iterum Tydeus. Dixit, vittaque ligatis. Atque iterum Deux hæc dixit* Put. *dicit*, non *dixit*, in optimo Barthii et utroque Behot. *vittasque* Put. — Reg. B, *dicit, vittasque ligatis* exhibet ; Reg. C, nostram lectionem. Ed. — *Atque iterum Tydeus.* Supplendum, remanet.

603. *Frondibus instantes abigit.* Idem codex pro *abigit* habet *abicit.* — Hanc lectionem Reg. B, nostram Reg. C exhibent. Ed.

605. *Deus ales.* Mercurius ob plantaria. Virg. Æn. IV, 240.

606. *Obliqua.* Hellenismus, pro oblique. — *Nepotem.* Eteoclem.

607. (*Noscit enim vultu*). Unus Behot. Petav. Laur. et nonnulli, edd. vett. *vultum ;* alter Behot. Petrens. Cantab. Taurin. alii, cum edd. Amstel. Gronov. Barthian. et Delph, *vultu.* — *Non ille aut sanguinis* Obliquus ob parricidium posteris, horret nepotem Laius scelere procreatum, nec sacrificii oblatione mitescit ; nam quum importune instantes abigit, illos quinquaginta qui manu Tydei fuerant interemti, quos vittis redimitos dicit ut reges, eosque sacrificii sanguine placat ostenso ; illum tamen non sanguis sacer, non alius liquor, qui sacrificiis consuevit offerri mitigat ; i. e. vini, aut mellis, aut lactis ; sed immortale odium posteris servans, nulla oblatione sacrificii placatur.

Cætera ceu plebes, aliumve accedit ad imbrem,
Immortale odium spirans: sed prolicit ultro
Aonius vates: « Tyriæ dux inclyte Thebes,
Cujus ab interitu non ulla Amphionis arces
Vidit amica dies: o jam satis ulte cruentum
Exitium, et multum placata minoribus umbra,
Quos, miserande, fugis? jacet ille in funere longo
Quem premis, et junctæ sentit confinia mortis,

608. *Aliumve ad imbrem.* Non tantum enim sanguis infusus, sed vinum, mel, lac etiam infusa. Vide not. supra.

609. *Sed prolicit ultro.* Dan. Put. et Petav. *proligit;* uterque Behot. Lang. Buslid. et edd. ante Gronovium, *prosilit;* omnes vero Gronovioni codd. *prolicit*, quod primus ille restituit. — Reg. B, *proligit* habet; Reg. C nostram lectionem.

610. *Aonius vates.* Tiresias vates Thebanus. — *Tyriæ Thebes.* Servius ad Æneid. V, 52, « Urbe Mycene, » Græce dixit: unde singularem numerum posuit. Mycene autem, sicut Thebe Juvenalis Sat. XV, 6: « Atque vetus Thebe centum jacet obruta portis. » — *Tyriæ.* Quia Thebani a Tyriis oriundi, ut jam diximus.

611. *Amphionis arces.* Thebas, quia Amphion Thebas mœnibus cinxit, arcibusque munivit.

612. *Vidit amica dies o jam satis ulte.* Optimus Barthianus: *olim satis ulte*, quod ille probat, et veram Papinii manum putat. — *Vidit amica dies.* Prospera, id est, quæ ab exsecrabilibus facinoribus est aliena: nam post ejus obitum uxor filii sui OEdipodis est sortita conjugium. Qui funestam rem sæpissime fœcunditate partus incerti significavit. Secutum est nihilominus, ut re cognita filius conjux voluntaria se cæcitatis pœna damnaret, deinde voluntarium Polynicis exsilium, et post omnia imminens bellum. LACT.

613. *Exitium. Exilium* Put. *Exitium.* Supple, tuum, per pœnas quas a se ipso exegit infelix OEdipus. — *Et multum placata minoribus umbra.* Quidam interpretantur *minoribus*, posteris. Ego existimo supplendum, pœnis, seu calamitatibus, quas patitur OEdipus.

614. *Quos, miserande, fugis. Quo miserande* Dan. Put. Lang. Buslid. uterque Behot. et plerique. *Quos miserande* optimæ Barthii membranæ, Petrens. Gron. Barth. et Delph. — *Ille.* OEdipus.

615. *Quem premis, et junctæ sentit confinia mortis. Quem fremis* Put. et sic ex codd. legit Heins. ad Ovid. Met. I, 199. *Quem premis* Petrens. Cant. alii, *et junctæ sensit* uterque Behot. Lang. Busl. et edd. vett. *et junctæ sentit* Lipsian. Dan. Petav. Petr. optimæ Barthii membranæ, Lindenbr. et alii. — *Premis.* Cæsar de Bello Gall. lib. III, « Si nemo premeret. » — *Junctæ.* Per cæcitatem scilicet, quam Thebaid. XI, 582: Noster vocat, « mortem imperfectam. »

Obsitus exhaustos pedore et sanguine vultus,
Ejectusque die : sors leto durior omni,
Crede mihi : quænam immeritum vitare nepotem
Causa tibi? confer vultum, et satiare litanti
Sanguine, venturasque vices, et funera belli
Pande vel infensus, vel res miserate tuorum.
Tunc ego te optata vetitam transmittere Lethen
Puppe dabo, placidumque pia tellure reponam,
Et Stygiis mandabo Deis. » Mulcetur honoris
Muneribus, tingitque genas; dehinc talia reddit:
« Cur tibi versanti manes, æquæve sacerdos,
Lectus ego augurio? tantisque potissimus umbris

616. *Obsitus exhaustos* Dan. Put. et Petav. *exhaustus*; alii *exhaustos*, vel *exhausto*.

617. *Ejectusque die.* Per cæcitatem. — *Sors leto durior omni.* Misero enim quanto longior vita, tanto plus supplicii est.

618. *Crede mihi : quænam immeritum*, etc. *Crede mihi, quæ jam* optimus Barthianus.

619. *Et satiare litanti.* Nonnulli codd. Barth. et Bernart. et *satiare litato.* — *Litanti.* Pro litato.

621. *Pande vel infensus, vel res miserate tuorum.* Quin jam, si iratus es, narra quod doleant; si placatus es, posteris ede, quod caveant : ut in squalore perpetuo inferorum posito regi suaderet, quæ poscebat edicere, spem ulterioris ripæ, ad quam (præter gloriosam mortem, quam belli necessitas ingerebat) violenter occisi prohibebantur accedere, promittit carminibus posse concedere. Et Deis inferis se commendat, quamvis esset contra jura prohibitum. LACTANT.

622. *Tunc ego te*, etc. Vocula *te* exulat ab optimo Barthii codice. Unus Lindenbrogii habet : *et optata.* — *Te optata*, etc. Nondum enim Laius Lethen trajecerat ob rationem allatam Theb. I, 298.

624. *Mulcetur honoris.* Placatus muneribus sacerdotis sumsit sacra libamina, et tunc demum reddidit consultanti responsum. Alii *tingitque genas* magis intelligi volunt fletu, quam sanguine. LACT.

625. *Tingitque genas, dehinc talia reddit.* « In optimo libro *tinguitque* scriptum est; et *fatur*, non *reddit* : quod Maroniana imitatione placeat magis; sæpius enim ille sic. » BARTH. — *Tingitque genas.* Paullum sanguinis ore libat, Gloss. Manusc. — Ambiguam de lacrimis et sanguine sententiam facit fatuus non raro usus *genarum* vocis, qua sibi nec quid, nec quare placuit Papinius. Agnoscit ambiguum sensum et Lactantius et Scholiastes. Nos quum fata canat, et invitetur ad sanguinem a Tiresia, de hoc capere malimus. BARTH.

627. *Tantis.* Pro tot. — *Potissi-*

Qui ventura loquar? satis est meminisse priorum.
Nostrane præclari (pudeat) consulta nepotes
Poscitis? illum illum sacris adhibete nefastis,
Qui læto fodit ense patrem, qui semet in ortus
Vertit, et indignæ regerit sua pignora matri.
Et nunc ille Deos, furiarumque atra fatigat
Concilia, et nostros rogat hæc in prælia manes.
Quod si adeo placui deflenda in tempora vates,
Dicam equidem, quo me Lachesis, quo torva Megæra

mus. Supplendum, *lectus ἀπὸ τοῦ κοινοῦ*, vel *visus*.

628. *Quid ventura loquar? satis est meminisse priorum*. Reg. B, *loquor* habet; Reg. C nost. lectionem. Ed. — « Non sollicitarem hanc scripturam, si citra optimum codicem esset, qui et hoc loco veritatem nobis conservavit, referendo : *sat sit meminisse priorum*. » Barth. — *Satis est meminisse priorum. Nostrane*, etc. Id est, quid me futura dicere cogitis, quum priora et præsentia, id est, cædes mea et incestæ Œdipi nuptiæ vos satis instruere debuerunt, seu ex iis facile conjectura augurari potuistis, nihil boni in hoc bello sperandum vobis ac exspectandum esse.

630. *Illum ill. sac. adhibete*. Reg. C, *adhibere* exhibet. Ed. — *Illum illum*. Œdipum designat. — *Sacris adhibete nefastis*. Œdipus parricida, et qui incesto flagitio propriam matrem polluit, potior erit vates quam ego : ergo illum sacris hisce adhibete. — *Sacris nefastis*. Necromantiam vocat *scelesta sacra*.

631. *Qui læto fodit ense patrem*. *Qui leto dedit* Dan. Put. unus Behot. Lang. Buslid. *Qui leto fodit* alter Behot. unus Lindenbrog. *Qui læto fodit* edd. Amstel. Gronov. Barth. habent. — *Læto dedit*. Stulta lectio. Mirum enim nisi aliquo loro ex aqua. Servant vitium omnes editi : at optimo libro nostro consentiunt restituendæ veritati Membranæ tam Lindenbrogio, quam Behottio, olim collatæ : *læto fodit ense Patrem*. Cardo rei est : quod exsultavit in cæde paterna, ut quidem hæc maligna Umbra convitiatur. Barth. — *Semet in ortus Vertit*, etc. Invidiose in Œdipum, quia matrem uxorem duxerat. Thebaid. I, 234 et sqq. « et immeritæ gremium incestare parentis Appetiit, proprios monstro revolutus in ortus. » Ibi videnda sunt notata ; adi hujusce tom. pag. 49. Ed.

632. *Sua pignora*. Id est, qui genuit filios ex propria matre. Seneca Œdipo, act. III, sc. 1, vers. 638 : « Egit qui in ortus semet, et matri impios Fœtus regessit. »

633. *Et nunc ille Deos*, etc. Hoc vidimus Theb. I.

634. *Et nostros rogat hæc in prælia*. « In optimo libro est : *regat hæc* ; sed error est. Potius puto *roget hæc*, si liceat nempe. » Barth.

636. *Lachesis*. Una ex Parcis. — *Megæra*, Una ex Furiis.

Usque sinunt : bellum innumero venit undique bellum
Agmine, Lernæosque trahit fatalis alumnos
Gradivus stimulis : hos terræ monstra, Deumque
Tela manent, pulchrique obitus, et ab igne supremo
Sontes lege moræ : certa est victoria Thebis,
Ne trepida, nec regna ferox germanus habebit.
Sed furiæ, geminumque nefas, miserosque per enses
(Hei mihi) crudelis vincet pater. » Hæc ubi fatus,
Labitur, et flexa dubios ambage reliquit.
Interea gelidam Nemeen, et conscia laudis

637. *Usque sinunt. Usque sinit* in eodem Barth. codice.

638. *Lernæos*. Græcos, a Lerna palude Arcadiæ.

639. *Hos terræ monstra, Deumque Tela manent*. Obscure innuit, quo modo Amphiaraus et Capaneus morituri erant : hunc enim Juppiter fulmine percussit ; illum vero terra dehiscens absorbuit.

640. *Pulchrique obitus*. Alii enim duces Argivorum gloriosa morte, multisque rebus præclare gestis perierunt, ut Tydeus, Hippomedon, et Parthenopæus. — *Et ab igne supremo Sontes lege moræ*. Sepultura mortuorum apud Veteres summe commendabatur, ideoque piaculum erat illam differre : quod fecit Creon, qui sub gravi pœna edictis suis vetuit, ne duces Argivi, qui in hoc bello ceciderant, sepultura afficerentur : ideo *sontes* vocat *moras*. — *Igne supremo*. Rogo. — *Ab igne sup. Sontes lege moræ*. « Non valde absentio Joanni Bernartio, qui suspecta hæc habet, licet libri multi non variant. Sane nec nostrorum quisquam a vulgata scriptura abit. » Barth.

642. *Ferox germanus*. Quia armis repetit. Quam imaginariam causam habet Eteocles non reddendi ex pacto regni apud Euripidem *Phœnissis*. Hæc autem ita proferuntur, ut magna simul Thebanis infortunia prædicent. Barth.

643. *Sed furiæ, geminumque nefas*. Glossa interlinearis codicis Puteani habet, *vos agent*. — *Miserosque per enses (Hei mihi) crudelis vincet pater*. Innuit Œdipodem imprecationibus ac diris suis tandem impetraturum a Diis, quod tantopere efflagitaverat, nimirum ut filii singulari certamine et cum scelere perirent.

644. *Crudelis vincet pater*. Unus Behot. *vincit pater*. Hanc lectionem Reg. B præbet, Reg. C nostram. Ed.

645. *Et flexa dubios ambage reliquit*. Optimæ Barthii membranæ : *et fluxa*. Behott. 1, 2, *relinquit*.

646. *Interea gelidam Nemeen*. « In uno codice glossa interlinearis est : *valde gelidam* : unde suspiceris primitus scriptum : *egelidam*. » Barth. — *Nemeen et conscia laudis Herculeæ dumeta*. In Nemea enim silva Hercules leonem Nemeæum occidit.

Herculeæ dumeta, vaga legione tenebant
Inachidæ : jam Sidonias avertere prædas,
Sternere, ferre domos ardent, instantque. Quis iras
Flexerit, unde moræ, medius quis euntibus error,
Phœbe, doce : nos rara manent exordia famæ.
Marcidus edomito bellum referebat ab Hæmo
Liber; ibi armiferos geminæ jam sidere brumæ
Orgia ferre Getas, canumque virescere dorso
Othryn, et Icaria Rhodopen assueverat umbra,

647. *Vaga legione tenebant.* In optimo Barthii codice : *vaga statione legebant;* quod ille non improbat.

648. *Inachidæ : jam Sidonias avertere prædas.* In eodem codice : *advertere prædas.* — *Inachidæ.* Argivi. — *Sidonias.* Thebanas, quia Thebarum conditor Cadmus. Sidonius vero Tyrius.

649. *Sternere, ferre domos ardent, instantque.* « Vetus Scholiastes : « Et *audent* et perficiunt omnia hostilia. » Puto legisse : *audentque.* Sed nihil mutandum. » BARTH.

650. *Medius quis euntibus error.* Unus Behot. *horror* pro *error.*

651. *Nos rara manent exordia famæ. Non*, quidam codices. — Optimus liber Barthii et unus Lindenbrogii : *rara movent.*

652. *Marcidus edomito bellum referebat ab Hæmo. Marcidus Edono b. r. ab Æmo* legit Marklandus ad Silv. IV, 1, 45. Vid. nost. edit. tom. I, pag. 418. Ed. — *Marcidus.* Bacchus pæne languens et enervis. Ita Ovid. Met. III, 608 : « Ille, mero somnoque gravis, titubare videtur, Vixque sequi. » — *Hæmo.* Hæmus mons Thraciæ. — Hunc adduximus locum ad illustrandum Theb. II, versum 78; vide Excursum ad calcem illius libri hujusce tom. pag. 259. Ed.

653. *Armiferos geminæ jam*, etc. Put. *gelidæ* pro *geminæ*, quam lectionem Reg. B exhibet; Reg. C nostram. Ed. — *Geminæ brumæ.* Brumas pro annis posuit, eleganter sane, quia apud Getas « semper hiems, semper spirantes frigora Cauri. » Virgil. Georg. III, 356.

654. *Orgia f. g. canumque virescere dorso.* Optimæ Barthii membranæ : *canum vitescere dorso.* — *Orgia.* Sacra Bacchi. — *Getas.* Getæ, gens Thraciâ bellicosa, et ad mortem paratissima, ut tradit Mela lib. II, cap. 2.

655. *Othryn et Icaria.* Pro Icaria Reg. B, *unifera* et ad marginem *Icaria.* Ed. — *Othryn.* Othrys notissimus mons Thessaliæ, Lapitharum sedes. Sed hic videtur esse mons Thraciæ, quia cum Hæmo et Rhodope montibus Thraciæ conjungitur. — *Canus* dicitur, ob nives quibus tegitur. — *Icaria umbra.* Vite, quam « Icariam umbram » vocat ab Icaro Bacchi comite. — *Rhodopen.* Rhodope mons Thraciæ. — *Assueverat.* Supple, virescere.

Et jam pampineos materna ad mœnia currus
Promovet : effrenæ dextra lævaque sequuntur
Lynces, et uda mero lambunt retinacula tigres.
Post exsultantes spolia armentalia portant
Seminecesque lupos, scissasque Mimallones ursas.
Nec comitatus iners; sunt illic Ira, Furorque,
Et Metus, et Virtus, et nunquam sobrius Ardor,
Succiduique gradus, et castra simillima regi.

656. *Pampineos.* Pampinis cinctos. — *Materna ad mœnia.* Thebas, ubi præcipue cultus Bacchus. Horatius, lib. I Od. 7, 3 et sq. « vel Baccho Thebas, vel Apolline Delphos Insignes. » Thebarum solarum gloria, omnis mundi confessione, Deos apud eas duos prognatos, Herculem et Bacchum. Barth.

658. *Lynces.* Poetæ passim tigres et lynces jungunt Bacchi currui. Quidam pantheras etiam jungunt, quia hoc animal vino mitigatur. lynx autem animal ex Cervariorum genere, vario colore, tergore maculoso, et acutissimo visu præditum. Sunt lynces in tutela Bacchi; hinc Virgilius Georg. III, 264 : « variæ lynces Bacchi. » « Harum urinas, ait Solinus, cap. II, coire in duritiem pretiosi calculi fatentur, qui naturas lapidum exquisitius persecuti sunt. Istud etiam ipsas lynces persentiscere hoc documento probatur, quod egestum liquorem illico arenarum tumulis, quantum valent contegunt, invidia scilicet, ne talis egeries transeat in nostrum usum, ut Theophrastus perhibet. Lapidi isti ad succinum color est, pariter spiritu attrahit propinquantia, dolores renum sedat, medetur regio morbo, λυγκούριον Græce dicitur. » Vide et Plinium Hist. Nat. VIII, cap. 38. Adi etiam Excursum. — *Tigres.* Junctæ enim tigres currum Bacchi trahere dicebantur, et vini appetentes Seneca Hippol. V, 755 : « Tigres pampinea cuspide territans. » Cf. Calpurnii Siculi, Ecl. X, 19, Poet. Lat. Min. nost. edit. tom. I, p. 558.

659. *Spolia armentalia portant.* Unus Behot. *spolia armentaria.* — *Spolia armentalia.* « Spolia armentalia » vocat Poeta laceras partes majorum animalium, quæ furore percitæ Bacchæ occiderant, easque partes ferebant, ut illustria monumenta suæ fortitudinis.

660. *Mimallones ursas.* Lingua Macedonum, Bacchæ. Hinc Persius Sat. I, v. 99 : « Torva Mimalloneis implerunt cornua bombis. » Ad quem locum vide notata, nost. edit. pag. 55.

661. *Ira, Furorque*, etc. Pessimæ matris Ebrietatis pessimam sobolem indicat. Adi Excursum. Eo.

662. *Et virtus, et nunquam.* In eodem codice : *sed nunquam.* — *Virtus.* Hic *virtus* non pro vera virtute sumitur, sed pro umbra virtutis : licet enim ebrii pericula adeant intrepide, cum tamen hoc ratione privati faciant, non possunt dici vere *fortes.*

663. *Regi.* Supple, suo, id est,

Isque ubi pulverea Nemeen effervere nube
Conspicit, et solem radiis ignescere ferri,
Necdum compositas belli in certamina Thebas;
Concussus visis, quanquam ore et pectore marcet,
Æraque, tympanaque, et biforem reticere tumultum
Imperat, attonitas qui circum plurimus aures;
Atque ita: « Me manus ista, meamque exscindere gentem
Apparat, et longe recalet furor: hoc mihi sævum
Argos et indomitæ bellum ciet ira novercæ.
Usque adeone parum cineri data mater iniquo?

Baccho. — *Succiduique gradus.* Ebrietate titubantes.

664. *Isque ubi pulverea Nemeen effervere nube. Is ubi* error est typothetæ in ed. Gronov. hinc receptus in Barth. et Delph. quamvis correxerit Gronovius in Erratis. *Nemeen effervescere* Put. unde Lindenbrogius conj. *Nemeam effervescere.* — Reg. B *effervescere* habet, Reg. C nost. lect. Ed.

665. *Ferri.* Id est, armorum ferreorum.

668. *Æraque, tympanaque.* Hæc Baccharum instrumenta in sacris Cybeles usitata etiam erant, ut apud Virg. *Æn.* IX, 618 et seqq. Per *æra* expone cymbala vel tintinnabula. Usus autem tympani in plerisque sacris, ut docet Aristophanes in Lysistrata. — Videndus etiam Excursus ad calcem libri II Thebaidos, hujusce tomi p. 259. Ed. — *Biforem tumultum.* Dissimilem, dissonum: tibiæ enim non pari modulatione compositæ. Usus etiam tibiarum in sacris Bacchi.

670. *Me manus ista, meamque exscindere gentem.* In eodem Puteaneo codice: *globus iste meamque.* — Hanc lectionem Reg. B præbet, Reg. C nostram exhibet. Ed.

671. *Et longe recalet furor.* Reg. B *Ex longo recalet*, Reg. C nost. lect. exhibent. Ed. — *Et longe recalet furor.* Junonis scilicet novercæ mihi semper infestæ. Gronovius in nonnullis codicibus repperit: *ex longo.* Quod fortasse non improbandum. Vetus illa simultas atque odium novercæ erga me recrudescit. — *Sævum Argos.* Argos in singulari neutrius est generis. Ut etiam Horatius Carmin. lib. I, Od. 7, v. 9: « Aptum dicit equis Argos. »

672. *Argos.* In plurali numero masculini tantum generis esse Virgilius, Æneid. II, 95, docet: « Si patrios unquam remeassem victor ad Argos: » Idem, Æneid. I, 24: « Prima quod ad Trojam pro caris gesserat Argis. » Ubi consule Servium, et nost. edit. vol. II, pag. 65. Ed. — *Indomitæ.* Cujus iram in me nullum tempus, nulla pietas, nulli mei labores domare aut satiare possunt. Vet. Schol. — Aliæ membranæ: *Indomitæ*, insatiatæ

673. *Usque adeone parum cineri data mater iniquo.* Tangit fabulam Semeles, quæ fulmine percussa est.

Natalesque rogi? quæque ipse micantia sensi
Fulgura? relliquias etiam, fusæque sepulcrum
Pellicis, et residem ferro petit improba Theben.
Nectam fraude moras : illum, illum tendite campum,
Tendite, io, comites. » Hyrcanæ ad signa jugales
Intumuere jubas; dicto prius adstitit arvis.
Tempus erat, medii quum solem in culmina mundi
Tollit anhela dies, ubi tardus hiantibus arvis
Stat vapor, atque omnes admittunt æthera luci.
Undarum vocat ille Deas, mediusque silentum
Incipit : « Agrestes fluviorum numina Nymphæ,

674. *Nat. r. quæque ipse micantia sensi.* Reg. B *minantia sensi*, Reg. C nostram lectionem exhibent. — *Natalesque rogi.* In mediis enim flammis, quibus ardebat Semele, Bacchus extractus est utero materno : unde *natales rogi.*

675. *Relliquias etiam, fusæque sepulcrum.* Jortin. conj. *reliquias etiam ambustæque sepulcrum.*

676. *Pellicis, et residem ferro p. i. Theben.* Dan. Put. unus Behot. nonnulli Barthiani, Rom. et plerique *resides f. p. i. Thebas;* alter Behot. unus Lindenbrogii, et optimæ Barthii membranæ : *residem f. p. i. Theben.* — *Pellicis.* Semeles.

677. *Nectam fraude moras.* Veteres credebant Deos ipsos impedire non posse, quæ fatis decreta erant, sed tantum iis quasdam solum moras afferre posse. — *Illum, illum.* Supple, *in*, in illum.

678. *Hyrcanæ jugales.* Tigres, quia abundant in Hyrcania, quæ provincia Persidis ad mare Caspium; unde et *Hyrcanum* etiam dictum fuit.

680. *Tempus erat, medii*, etc. Descriptio meridiei, sole existente in circulo meridiano.

681. *Tollit anhela dies, ubi tardus hiantibus arvis.* In optimo Barthii codice et duobus aliis : *hiantibus artus*; Barthius conj. *hiantibus auris.* — *Anhela.* Id est, æstuosa, quando Sol in Cancro est, et necesse est, quando Sol medio cælo est, omnia illustret. LACTANT. — *Anhela.* Quia reddit animalia anhela, calore scilicet. — *Tardus.* Quia tardos seu pigros homines hoc tempore efficit ob calorem.

682. *Atque omnes admittunt æthera luci.* In libris Barthianis : *admittunt sidera.* — *Æthera.* Solis radios.

683. *Undarum Deas.* Nymphas. — *Mediusque silentum.* Quum silerent Nymphæ, quibus convocatis medius ipse constiterat.

684. *Agrestes fluviorum.* Oratio Liberi ad Nymphas, ut cuncta siti exhausta siccarent. Numina autem sunt fluviorum Nymphæ, a fontibus enim originem ducunt : unde Virg. Æneid. VIII, 71 : « Laurentes Nymphæ, genus amnibus unde est. »

Et nostri pars magna gregis, perferte laborem,
Quem damus. Argolicos paullum mihi fontibus amnes,
Stagnaque, et errantes obducite pulvere rivos.
Præcipuus Nemees, qua nostra in mœnia bellis
Nunc iter, ex alto fugiat liquor : adjuvat ipse
Phœbus ad hoc summo, cesset ni vestra voluntas,
Limite : vim cœptis indulgent astra, meæque
Æstifer Erigones spumat canis : ite volentes,
Ite in operta soli : post vos ego gurgite pleno

685. *Et nostri pars magna gregis.* Apposite Nymphæ dantur comites Baccho, quia dum Bacchus vinum significet, Nymphæ, per quas aqua designatur, convenienter Bacchum sequuntur.

686. *Argolicos paullum mihi fontibus amnes.* Optimus Barthii codex, conspirante altero uno : *Argolicosque parum.*

687. *Et errantes obducite pulvere rivos.* In iisdem codd. Barth. *et arentes.* — *Rivos.* Id est, vis tanta sit siccitatis, ut rivorum alvei pulvere impleantur. LACTANT.

688. *Præcipuus Nemees, qua nostra in mœnia bellis. Præcipue* omnes Barthiani, Petav. unus Behot. alii. *Præcipuum* Put. *Præcipuus* Dan. alter Behot. et omnes Gronovii codd. quod ille restituit, eumque secuti sunt Barth. et Delph. *Nemeen* unus Behot. optimus Barthianus, aliique nonnulli. Pro *bellis* idem codex optimus habet *bello.* — Reg. B, *Præcipuam Nemeen* exhibet; Reg. C nostr. lectionem. En. — *Nemees.* Paludis nomen unde erant Argivi, ex qua et campum significat, quo adventat exercitus Argivus. — *Nostra in mœnia.* Thebas, quia Bacchus Thebanus.

689. *Ex alto fugiat liquor.* Penitus imperat, ut humor ex alto in profundum discedat.

690. *Phœbus ad hoc summo, cesset ni vestra voluntas. Phœbus ad huc* Dan. Put. Lindenbrog. Cruc. et Reg. B. En. *Ad hæc* Busl. Laur. unus Behot. nonnulli, Gevart. et Grasser. *ad hoc* alter Behot. omnes Barthiani, Lipsian. Petrens. Gron. et Delph. *ni cessat* uterque Behot. — *Ad hoc.* Pro, præterea. Terentius Adelphis act. IV, sc. 4, v. 11 : « Satis adhoc tua nos frustrata 'st fides. » Tacitus Historiarum I, « Multi adhoc numeri. » Et Sallustius passim.

691. *Meæque Æstifer Erigones spumat canis.* Intelligit caniculam, quam fingunt poetæ fuisse Erigones, ac contabuisse dolore, quod Icarum herum a pastoribus occisum, Erigonemque ejus filiam vitam laqueo finisse vidisset : ob quam pietatem Juppiter eam una cum Erigone et Icaro in cælum transtulit. Ab eadem stella *dies caniculares* dicti sunt, et ipsa cum sole conjuncta calorem duplicat. — *Meæ.* Quia Erigone filia erat Icari comitis Bacchi. — *Spumat.* Rabie scilicet per æstum correptus.

Eliciam, et quæ dona meis amplissima sacris
Vester habebit honos : nocturnaque furta licentum
Cornipedum, et cupidas Faunorum arcebo rapinas. »
Dixerat : ast illis tenuior percurrere visus
Ora situs, viridisque comis exhorruit humor.
Protinus Inachios haurit sitis ignea campos.
Diffugere undæ : squalent fontesque, lacusque,
Et cava ferventi durescunt flumina limo.
Ægra solo macies, tenerique in origine culmi
Inclinata seges : deceptum margine ripæ

694. *Eliciam, et quæ dona meis*, etc. *Eliciam quæ dona* unus Behot.

695. *Licentum Cornipedum*. Panes, Silvani, Fauni, Satiri, Dii agrestes, pedes caprearum habere dicebantur : salaces multum, et lascivi crediti. De his vide ab Heinsio notata ad versum 49 Respons. Ulixis Penelopæ, Ovid. nost. edit. t. I, pag. 21. Ed.

697. *Ast illis tenuior percurrere visus*. Dan. unus Behot. et plerique, *ast illi*; optimus Barthianus, alter Behot. Gronov. Barth. et Delph. *ast illis*; *ast illic* Put. suos *tenuior* repræsentasse, notat Justus Zinzerlingius in Promuls. cap. 38, idque probat aliis Statii locis. Hoc exhibent edd. Barth. et Veen. cæteri codd. et impressi libri, *tenuis*. — *Ast illis tenuior* (*tenuis*). Bini omnium optimi, *tenuior*. Qui possum spernere? memor illius Theb. V, 607 : « Tenuia ossa patent, » ubi etiam mutarant. Theb. VI, 196 : « Obnubit tenuia ora comis. » Thebaid. XII, 2 : « instantem cornu tenuiore videbat Luna diem. » Soteriis pro Gallico. « Sperne coli tenuiore lyra. » Sed, inquis, sufficiebat *tenuis*. Sane sed et sufficiebat senex, ubi toties dicunt *senior*, et et *juvenes*, ubi toties *juniores*. *Illi* legit Lactantius. Scripti tamen omnes, *illis*, et appingunt interpretationem, *Nymphis* vel *aquis*. Gron.

698. *Ora situs, viridisque comis exhorruit humor*. Vox *sitis* suspecta erat Barthio. Venett. *evanuit humor*. — Alii codices *exarsit*. — *Humor*. Uvæ et pampini.

699. *Haurit sitis ignea campos*. Dan. Put. Venett. Rom. Aldd *sitis arida*; Lang. et plerique Lipsian. uterque Behot. omnes Barthiani, aliique, cum edd. Amstel. Gronov. et Delph. *sitis ignea*. — Omnes nostri libri habent, *ignea*, et recte; vox enim *protinus* subitam atque extraordinariam vim designat. Virgil. Georg. III, 482 et seq. « ubi ignea venis Omnibus acta sitis miseros adduxerat artus. » Barth.

702, 703. *Ægra s. m. tenerique in origine culmi inclinata seges : deceptum margine ripæ*. Hæc verba, *tenerique in origine culmi Inclinata seges*, desunt in Behott. 1, 2, Dan. et Put. margini tamen Behot. 1, adscripta fuerunt recenti manu : *ab origine* Petav. Lang. et alii; *in origine* Behot. 1, in margine, optimæ

Stat pecus, atque amnes quærunt armenta natatos.
Sic ubi se magnis refluus suppressit in antris
Nilus, et Eoæ liquentia pabula brumæ
Ore premit, fumant desertæ gurgite valles,
Et patris undosi sonitus exspectat hiulca
Ægyptos, donec Phariis alimenta rogatus
Donet agris, magnumque inducat messibus annum.
Aret Lerna nocens, aret Lyrcius, et ingens

Barthii membranæ, Amstel. Gronov. Barthian. et Delph. Pro *seges* unus et alter codex habet *Ceres:* pro *margine* omnes Barthiani: *in margine.*

704. *Atque amnes quærunt armenta natatos.* Behott. 1, 2, *amnis quærunt armenta natatus;* Puteau. *amnes quærunt armenta natatus.* — Hanc lectionem Reg. B præbet; Reg. C nostram. Ed. — *Natatos.* Quos nando trajecerant.

705. *Refluus suppressit in antris.* Optimus Barthianus *sepressit in antris.* — *Refluus* Nilus enim fluit et refluit instar maris; sed solum semel in anno: augetur enim æstivo tempore, et quum tota æstate obrutam oppletamque tenuit Ægyptum, tum recedit, mollitosque et oblimatos agros ad serendum relinquit.

706. *Nilus.* Fluvius Ægypti a Nileo rege sic dictus, vel a novo inferendo luto. — *Et Eoæ liquentia pabula brumæ.* Imbres, quibus per hiemem alitur Nilus. — *Eoæ.* Quia apud Orientales populos imbres continui tenent locum hiemis.

707. *Ore premit. Ore tenet* legit Gronovius in Obss. IV, 5, et interpretatur, *comprimit.* — *Desertæ valles.* Id est, alveus Nili aquis destitutus. Et imitatus est Poeta Ovidium Met. I, 422 et seqq. « Sic ubi deseruit madidos septemfluus agros Nilus, et antiquo sua flumina reddidit alveo, Ætherioque recens exarsit sidere limus. »

708. *Patris.* Bene *patris*, quia exundans Nilus agros Ægypti fœcundat: hinc *altor* dicitur Ægypti, et *pater*, ut videbimus mox ex Heliodoro. — Est quidem *patris* nomen fluviis omnibus commune; sed Nilo præter omnes datur honore quodam peculiari, ob singularem ejus beneficentiam. Tibull. lib. I, Eleg. 7, 24: « Nile pater, quanam possum te dicere causa! etc. » Ed. — *Hiulca Ægyptos.* Calore fissa: ut Virg. Georg. II, 343: « Hoc, ubi hiulca siti findit canis æstifer arva. »

709. *Ægyptos. Ægyptus* Dan. et unus Behot. cæteri omnes cum libris impressis: *Ægyptos.*

710. *Annum.* Id est, annonam, ubertatem. Lucanus, Pharsal. III, 70: « Effusis magnum Libye tulit imbribus annum. » Et Valer. Flaccus, Arg. V, 423 et seq. « Arsinoen illi, tepidæque requirunt Otia læta Phari, pinguemque sine imbribus annum. »

711. *Lerna.* Palus Argolidis: dicitur *nocens* ob hydram. — *Lyrcius.*

Inachus, adverrensque natantia saxa Charadrus,
Et nunquam in ripis audax Erasinus, et æquus
Fluctibus Asterion : ille alta per avia notus
Audiri, et longe pastorum rumpere somnos.
Una tamen tacitas, sed jussu numinis, undas,
Hæc quoque secreta, nutrit Langia, sub umbra.
Nondum illi raptus dederat lacrimabile nomen

Fluvius Argolidis. Supra vs. 117.

712. *Inachus, adverrensque natantia saxa Charadrus.* Optimus Barthii codex : *advertensque ;* unde ille effinxit : *avertensque ;* Put. uterque Behot. alii et Gevart. *advolvensque ;* Dan. *adverrensque*, quod receptum est in Amstel. Gronov. Barth. et Delph. *saxa Carandrus* Put. *saxa Cara dux* uterque Behot. — Reg. B, *advolvens natantia saxa Carandrus* habet; Reg. C nost. lect. En. — *Inachus.* Fluvius Argolidis. Vide supra vs. 119.

713. *Et nunquam in ripis audax Erasinus.* Erasinus fluvius Argolidis, de quo supra. — *Audax.* Quià ripis suis se contineri non patitur, ut bene explicat Lactantius. In quo fallitur Gronovius, et temere reprehendit Lactantium, attribuitque Asterioni, quod tantum intelligit Poeta de Erasino : supra enim loquens Poeta de Erasino hæc seribit : « Dryopumque trahens Erasinus Aristas. » Quud optime dicitur de fluvio, qui ripis suis se contineri non patitur. — *Et æquus Fluctibus Asterion.* Asterion fluvius Argolidis. Vide supra vs. 122. — *Æquus Fluctibus.* Id est, cujus undæ nemini nocent. Legunt aliqui *Fructibus.* At Gronovio Asterion *æquus fluctibus*, est tanto rumore ac sonitu labundus, ut mare possit videri. In quo fallitur, ut lector facile judicare potest.

714. *Ille.* Erasinus. — *Alta per avia notus Audiri.* Bene *notus :* sic enim magnò consensu scripti, non *suetus.* Gronovius.

715. *Et longe pastorum rumpere somnos.* « In optimo librorum elegantior lectio : *pastorum irrumpere somnos.* Nihil tamen mutandum, quum gravior sit vulgata scriptura. » Barth.

716. *Jussu numinis.* Non de Baccho, ut fecit Lactantius, sed de Jove intelligendum esse censet Guyetus : tamen videtur infra « sic « Evius ipse parabat. » Et bene. Si enim defecisset hic fons, Argivi siti periissent, nec fuisset bellum, quod fatis decretum erat.

717. Hic Reg. B sequentem versum exhibet quem nulli habent: *Rapta ruit Phaetontis equos magnumque laborem.* En. — *Langia.* Fons in Nemea silva, dictus postea *Archemorus* a casu Archemori filii Lycurgi, hujusce tractus reguli, ac Jovis sacerdotis; quem, Archemorum, in gramine relictum ab Hypsipyle nutrice, serpens occidit, dum illa siti confectos Argivos, ad expeditionem Thebanam euntes, ad hunc fontem ducit. Adi Excursum ad calcem huj. lib. En.

718. *Nondum illi raptus*, etc

Archemorus, nec fama Deæ; tamen avia servat
Et nemus, et fluvium : manet ingens gloria nympham,
Quum tristem Hypsipylen ducibus sudatus Achæis
Ludus, et atra sacrum recolit trieteris Ophelten.
Ergo, nec ardentes clipeos vectare, nec arctos
Thoracum nexus (tantum sitis horrida torquet)
Sufficiunt : non ora modo, angustisque perusti
Faucibus, interior sed vis quatit : aspera pulsu
Corda : gelant venæ, et siccis cruor æger adhæret

Hoc dicit, quia ob casum Archemori fons iste postea *Archemorus* nominatus fuit.—*Lacrimabile* Quia nomen hoc *Archemorus* significat malorum principium. Ampliora invenies in Excurs. ad calcem hujusce libri. Ed.

719. *Deæ*. Fontes enim habebant sua numina, ut et fluvii : vocabantur Nymphæ et Naiades.

720. *Et nemus, et fluvium : manet ing.* etc. Uterque Behot. *et fluvii manet*.

721. *Quum tristem Hypsipylen*, etc. *Dum tristem* ed. Barth. in margine. *Hypsiphilen* Behot. 1, *ysiphilen* Behot. 2. — *Hypsipylen*. Hypsipyle filia Thoantis regis Lemni, cujus historia ex Theb. V, petenda est. Matrem habuit Myrinam, a qua Myrina urbs Lemni nomen accepit. — *Sudatus*. Quia in his ludis magno sudore et labore decertabant athletæ. — *Achæis*. Græcis.

722. *Ludus, et a. s. recolit*, etc. Barthius ex veteri codice legit, *recolet*. — *Ludus*. Supple, Nemeæus : vel potius ludi Nemeæi. — *Atra*. Quia ad sepulcrum Archemori, et in memoriam mortis ejus, hi ludi fiebant : vel, quia horum ludorum præsides atris seu nigris vestibus induti. — *Trieteris*. Trieteris est spatium trium annorum; quia ludi Nemeæi tertio quoque anno fiebant. — *Ophelten*. Opheltes, idem qui Archemorus. Ratio mutati nominis infra videbitur. Cæterum hi duo versus præcedentes suspecti sunt Guyeto.

723. *E. n. a. clipeos vectare, nec arctos*. Lang. Buslid. et Ven. *clypeos portare;* Dan. Pot. Petav. omnes Barthiani, Aldd. Colin. Basil. Plant. etc. *clypeos vectare*. Behot. 1, *nec artos*. Hanc quoque lectionem Regg. B et C exhibent. Ed. — *Vectare nec arctos Thoracum nexus*. Quia arcti et angusti efficiebantur ob crebriorem anhelitum, quo pectus concutiebatur.

724. *Tantum sitis horrida torquet*. Put. *horrida torret*. Hanc lectionem Reg. B habet; Reg. C nostram. Ed.

725. *Non ora modo, angustisque perusti*. Unus Behot. *ore* per lituram recentem; in eodem *angustique;* sed correctum alio stilo. — *Non ora modo*, etc. Hic versus tresque sequentes inculcati videntur Guyeto ac Papinio indigni.

727. *Siccis cruor æger adhæret*. Alter Behot. *æger inhæret*.

Visceribus : tunc sole putris, tunc pulvere tellus
Exhalat calidam nubem. Non spumeus imber
Manat equum : siccis illidunt ora lupatis,
Ora catenatas procul exertantia linguas;
Nec legem dominosve pati, sed perfurit arvis
Flammatum pecus : huc illuc impellit Adrastus
Exploratores, si stagna Lycimnia restent,
Si quis Amymones superet liquor : omnia cæcis
Ignibus hausta sedent; nec spes humentis Olympi :
Ceu flavam Libyen desertaque pulveris Afri

728 *Putris*. Rectissime glossa *solubilis*. Hoc enim indicatur *putris* voce, non quod fluat modo, ut vulgo loquimur et intelligimus, sed etiam quod resolvatur instar arenæ. Servius in Georgic. I, 44 : « Putres glebas » solubiles explicat, quas tepor efficit et aratrum. BARTH.

729, 730. *Non spumens imber Manat equum : siccis illidunt ora lupatis*. Optimus Barthii : *non spumeus imber Manat, equi siccis illudunt ora*; in duobus aliis codd. ejusdem Barthii : *siccis illidunt torva lupatis Ora*.

731. *Catenatas*. Frenatas.

732. *Nec legem dominosve pati*. Dan. Petav. Aldd. Lindenbr. Cruc. et nonnulli, *dominumve;* uterque Behot. Petrens. Lang. Gronov. et Delph. *dominosve*. — *Legem Dominumve pati*. Scripti nostri libri, cum iis, quos contulerunt alii *Dominosve*. Et recte. Una enim *schola* Equorum, qui ad eumdem modum patientiam docentur, multi jam parentium Domini. De verbo *pati* ad paritionem pertinente Seneca Thyeste act. III, 469 et seq. « Rebusque parvis alta præstatur quies : Immane regnum est posse sine regno pati. » Vid. nost. Senec. l. I, p. 264.

733. *Fl. pecus : huc illuc imp*. Unus Beh. *huc illucque imp*. — *Recus*. Pecus etiam de equis dicitur.

734. *Si stagna Lycimnia restent*. *Lycinis*, vel *Licinia* edd. vett. posterius habent Lang. Laur. Lips. et Buslid. *Lycimnia* Dan. Put. Pet. alii, cum edd. Amst. Gron. Barth. et Delph. *restant* pro *restent* unus Behot. — Reg. B, *Lycumnia;* Reg. C, *Licinia* exhibent. ED. — *Lycimnia*. Stagnum Lycimnium Argolidis.

735. *Si quis Amymones superet liquor*. Dan. Put. unus Behot. et plerique *superest;* alter Behot. optimi Barthiani, Gronov. Barth. et Delph. *superest*. — *Amymones*. Amynone fons Argolidis ab Amymone Danai filia sic dictus. — *Cæcis*. Latentibus, quia eorum causa latebat.

736. *Ignibus hausta sedent*. *Ignibus alta sedent* unus Behot. sed ab alia manu correctum.

737. *Flavam Libyen*. Juppiter Epaphum, qui hoc petiverat, in Ægyptum oppida communire, ibique regnare jussit. Oppidum Memphin et alia plura constituit, et ex

Collustrent, nullaque umbratam nube Syenen.
Tandem inter silvas, sic Evius ipse parabat,
Errantes subitam pulchro in mærore tuentur
Hypsipylen: illi quamvis et ab ubere Opheltes
Non suus, Inachii proles infausta Lycurgi
Dependet, neglecta comam, nec dives amictu;
Regales tamen ore notæ, nec mersus acerbis

Cassiopa uxore suscepit filiam Libyen, quæ postea in Africa regnum possedit. Cujus nomine terra Libyes est appellata. — *Flavam*. Ob arenas, vel messes. — *Desertaque pulveris Afri*. Pleraque enim loca Africæ aut arenis obducta sunt, aut ariditate terræ deserta sunt.

738. *Nullaque umbratam nube Syenen*. Syene urbs in confinio Ægypti et Æthiopiæ, sub tropico Cancri directe sita: unde sole existente in Cancro, medio Solstitii die supra verticem civitatis, nullam ibi prorsus umbram corpora jaciunt, sed circum undique illustrantur; puteusque ejus experimenti gratia factus, totus illuminatur. Ut est auctor Plinius, lib. II, c. 73, et quum ibi nunquam pluit, ideo *nulla nube umbratam* dicit.

739. *Sic Evius ipse parabat*. Put. *ipse pararat*. — *Evius*. Evius cognomentum Bacchi. Vide Thebaid. II, 72, et ibi notata, huj. tom. pag. 165; adi etiam Excurs. 72, ad calcem ejusdem libri. Ed.

740. *Errantes subitam pulchro in m. t.* Unus Behot. et nonnulli Barthiani: *subito pulchram*. — *Pulchro in mærore*. Id est, qui formam ejus non exstinguebat. Isidorus Pelusiota: « Corporis pulchritudo non mutatur in stupore animi: servat illud etiamsi sit in lacrimis. » Curtius de Darii conjuge jam captiva, lib. III, c. 11, 24: « Formæ pulchritudine ne illa quidem sorte corrupta. » Manilius de Andromeda Astron. V, 550 et seqq. « Adstrinxere pedes scopulis.... Et cruce virginea moritura puella pependit. Servatur tamen in pœna vultusque decorque; Supplicia ipsa placent. »

741. *Hypsipylen*. *Hypsipilen* Behot. 1, *ysiphilen* Behot. 2, *Ophettes* in eodem codice. — *Opheltes*. Archemorus postea dictus.

742. *Inachii*. Ad distinctionem aliorum dixit. Nam plures fuerunt. Non igitur Thrax ille intelligendus, non Thebanus Bacchi inimicus. Vet. Schol. — *Proles infausta Lycurgi*. Lycurgi duo fuerunt, Thracius et Xemeus, de quo loquitur Poeta. Ille in mari præcipitatus dicitur, quia primum aquis vina permiscuit et rem in haustu sinceram pluribus venenis infecit. — *Infausta*. Ideo dicit, quia peritura. Lact.

743. *Neglecta comam*. Codd. Barthiani, unus Behot. et Dan. pro v. l. *nec lecta comam*; Dan. et alter Behot. *nec læta comam*; in aliis codd. et libris impressis: *neglecta comam*.

744. *Nec mersus acerbis Exstat honos*. Seneca Hercule Œtæo, act. II, 393: « per ipsas fulget ærumnas decor. »

Exstat honos. Tunc hæc adeo stupefactus Adrastus:
« Diva potens nemorum, nam te vultusque pudorque
Mortali de stirpe negant, quæ læta sub isto
Igne poli non quæris aquas, succurre propinquis
Gentibus: arcitenens seu te Latonia casto
De grege transmisit thalamis, seu lapsus ab astris
Non humilis fœcundat amor, neque enim ipse Deorum
Arbiter Argolidum thalamis novus, adspice mœsta
Agmina: nos ferro meritas exscindere Thebas
Mens tulit: imbelli sed nunc sitis anxia fato
Submittitque animos et inertia robora carpit.

745. *Hæc.* Id est, pulchritudinem Hypsipyles, regiamque dignitatem in vultu ejus fulgentem.

747, 748. *Mortali de stirpe negant, quæ læta sub isto Igne poli non quæris aquas*, etc. *Mortalem de stirpe* unus Barthii. Verba, *quæ læta sub isto Igne poli non quæris aquas*, desiderantur in Put. et in optimo Barthii minutis punctis subter notata sunt. — Hæc desiderantur etiam in Reg. B; Reg. C exhibet. Ed. — *Quæ læta*, etc. Si enim mortalis fuisset, siti confecta fuisset, ut ipsi Argivi.

749. *Arcitenens Latonia.* Diana filia Latonæ. — *Arcitenens.* Quia gerit arcum et pharetram, ut venatrix. — *Latonia casto.* Sive te, inquit, Diana de grege suo uxorem dedit alicui, sive te Deus aliquis suo amore dignatus est, nam posse hoc fieri Jovis docemur exemplis, qui multas Græciæ feminas amavit. Lactant.

750. *Transmisit thalamis.* Hoc est in matrimonium collocavit, hoc ideo quia videt illam infantem gestare.

751. *Amor.* Amans seu amator. — *Deorum arbiter.* Juppiter.

752. *Arbiter Argolidum thalamis novus. Argolicum* in omnibus Barthii codd. *Argolidum* cæteri codd. et edd. vett. Ita quoque legit Nic. Heins. ad Ovid. Heroid. Epist. VI, 81, *flammis* pro *thalamis.* Barth. — *Arbiter Argolidum thalamis novus.* Quasi qui consuevit cum Argolicis matribus sæpe concumbere, an quia Inachi Argivi filiam amavit, et Danaen, item Acrisii Argivi filiam. Ergo verisimile est et hanc Jovis paruisse complexibus, quia Juppiter frequenter est Argivarum concubitu delectatus. — *Adspice mœsta agmina.* Tot millium hominum miserere, qui simul siti emoriuntur, et justa arma, non petulantia sumserunt. Vet. Scholiast. — *Meritas Thebas.* Propter facinus Eteoclis et cædem Tydeo intentatam, contra pietatem Græcam et fraternum honorem. Scholiast.

754. *Imbelli sed nunc sitis anxia fato.* Unus Behot. *sitis aspera.* — Hanc lectionem Reg. B habet; Reg. C nostram. Ed.

Da fessis in rebus opem, seu turbidus amnis,
Seu tibi fœda palus: nihil hac in sorte pudendum,
Nil humile est: tu nunc ventis, pluvioque rogaris
Pro Jove: tu refugas vires, et pectora bello
Exanimata reple: sic hoc tibi sidere dextro
Crescat onus: tantum reduces det flectere gressus
Juppiter, o quanta belli donabere præda!
Dircæos tibi, Diva, greges, numerumque rependam
Plebis, et hic magna lucus signabitur ara.»
  Dixit, et orantis media inter anhelitus ardens
Verba rapit, cursuque animæ labat arida lingua.

757. *Fœda palus.* Cœnosa sordibus.

758. *Pluvio.* Erat enim hoc unum ex cognomentis Jovis. Refert Pausanias in Hymetto Atticæ monte fuisse aras «Pluvii Jovis et Præsagi.» Tibullus in Genethliaco Messalæ lib. I, Eleg. VII, v. 26: «Arida nec Pluvio supplicat herba Jovi.» Juppiter enim pro pluvia sumi solet. Maro Georg. II, 419: «Et jam maturis metuendus Juppiter uvis.»

759. *Tu refugas vires, et pectora bello.* Put. *et pectora bellis;* Barth. ex optimo codice malit: *tu pectora bello.* — Reg. B, *pectora bello* exhibet; Reg. C nost. lect. Ed.

761. *Crescat onus.* Reg. B, *crescat honos;* Reg. C nostram lectionem habent. Ed. — *Onus.* Archemorus, quem in ulnis gestabat.

762. *Juppiter, o quanta belli,* etc. *Jupiter heu quanta* Petreus. — *O quanta belli donabere præda.* Tangit morem Veterum consecrandi Diis, quorum favore vicerant, hostium spolia.

763. *Dircæos tibi, Diva, greges,* etc. Adrastus, Hypsipyleu Deam esse ratus, promittit se illi immolaturum victimas, e præda ab hostibus Thebanis abacta (*τὸ Dircæos* enim Thebanos innuit), pro numero exercitus servati, erecturumque aram, ut monumentum accepti ab ea beneficii. Veteres enim, ut pietatem testarentur erga Deos, a quibus beneficia acceperant, aras in honorem eorum erigere solebant, quibus sua nomina inscribebant, collatamque sibi a Diis gratiam. — *Numerumque rependam Plebis.* Id est, omnis te plebs venerabitur, ut pro numero exercitus de Thebanis gregibus tot tibi victimas immolemus: perseverat in opinione quam cœpit, ut tot hostias de grege Thebano numeret, quantus fuerat plebis numerus nominatus. Lactant.

764. *Plebis, et hic magna lucus signabitur ara. Sanguinis hic magna* Put. *sanabitur ara* optimus Barthii codex; unde ille: *sacrabitur ara.* — Reg. B, *Sanguinis et hic magna l. signabitur a.* præbet; Reg. C nost. lectionem. Ed.

765. *Dixit, et orantis media in-*

Idem omnes pallorque viros, flatusque soluti
Oris habet : reddit demisso Lemnia vultu :
« Diva quidem vobis, etsi cælestis origo est,
Unde ego? mortales utinam haud transgressa fuissem
Luctibus! altricem mandati cernitis orbam
Pignoris : at nostris an quis sinus, uberaque ulla,
Scit Deus : et nobis regnum tamen, et pater ingens.
Sed quid ego hæc? fessosque optatis demoror undis?
Mecum age nunc : si forte vado Langia perennes
Servat aquas : solet et rapidi sub limite cancri
Semper, et Icarii quamvis juba fulgeret astri,
Ire tamen : » simul hærentem, ne tarda Pelasgis
Dux foret, ah miserum vicino cespite alumnum,

*ter*, etc. *Dixit et ora viri* in eodem codice Barthii.

767. *Flatusque soluti Oris.* Gallice, *courte haleine.*

768. *Lemnia.* Hypsipyle. Erat enim Lemnos ejus patria.

769. *Etsi cælestis origo est.* Nam pater ejus Thoas Liberi patris filius fuisse dicitur: ergo ista neptis Liberi fuit.

771. *Orbam.* Hæc cum Jasone in Lemno aliquando concubuit, ex quo est enixa geminos, quorum alter Thoas, alter Euneus dictus est, quos fugiens reliquit in Lemno : et quia incertum erat an viverent orbam pignoris se esse confessa est. Lact.

773. *Regnum.* Regio a erat Lemni insulæ, ut videbitur lib. sequenti. — *Et pater ingens.* Ob Bacchum, ut supra diximus.

774. *Sed quid ego hæc? fessosque optatis demoror undis? Ecquid ego* in quibusdam codicibus. Pro *optatis* Put. habet *optatos;* optimus Barthii, *obtatis.* — Reg. B, *optatos* habet; Reg. B nost. lectionem. Eo. — *Sed q. e. h.* Supple, memoro.

775. *Langia.* Fons, de quo supra ad vs. 717.

776, 777. *Rapidi sub limite cancri Semper, et Icarii quamvis juba fulgeret* (*fulguret*) *astri.* Meus : quando sol emensus est jam fere totum signum cancri, et ingreditor primam partem leonis, quo tempore exoritur canicula, quam vocat *Icarium astrum* ob rationem supra vs. 691, allatam; quo etiam tempore maximus calor esse solet. — *Juba* enim non dicitur de cane, sed de leone. Ideo *jubam* leonis junxit cum *Icario astro* seu canicula, quia prima pars leonis et canicula simul exoriuntur. — *Fulguret.* Ob frequentia tunc temporis fulgura et tonitrua. — *Sub limine.* In præstantissimo codice scriptum est, *sub fulmine*, quod non ausim damnare. Pariter enim mox *fulguret*, de Sirii vehementia, dixit. Barth.

778. *Pelasgis.* Argivis.

779. *Alumnum.* Archemorum

Sic Parcæ voluere, locat, ponitque negantem
Floribus aggestis, et amico murmure dulces
Solatur lacrimas : qualis Berecynthia mater,
Dum circa parvum jubet exsultare Tonantem
Curetas trepidos : illi certantia plaudunt
Orgia, sed magnis resonat vagitibus Ide.
At puer in gremio vernæ telluris, et alto
Gramine, nunc faciles sternit procursibus herbas
In vultum nitens ; caram modo lactis egeno
Nutricem clangore ciens, iterumque renidens,

Lycurgi filium, quem draco interemit.

780, 781. *Locat, ponitque negantem.* Cuivis apparet fatuam esse conjunctionem verborum, *locat* et *ponit.* Itaque suspicabar olim, *ponique:* quod mihi firmarunt postea plane exhibentes membranæ. Accessit unus ex optimis, qui pro varia lectione inter versus ostentat: vel, *ponique negantes.* Fuit igitur: *ponique negantis Floribus adgestis et amico murmure dulces Solatur lacrimas.* Lib. sequente, 412 : « clavumque audire negantem. » Gron.

782. *Berecynthia mater.* Cybele, sic dicta a Berecynthu monte Phrygiæ, ubi eximie colebatur : vocata et *Rhea* et *Mater Deorum.*

783. *Dum circa parvum. Dum parvum circa* vetustissimus codex Barthii et unus Behut. — Hanc lectionem Reg. B præbet; Reg. C nostram. Ed. — *Dum circa parvum,* etc. Tangit fabulam, qua Curetes jussu Cybeles tympana pulsabant circa puerum Jovem, ne vagitus ejus audiretur a Saturno, qui illum voraturus erat.

784. *Curetas trepidos.* Sacerdotes Cybeles vocabantur *Curetes* et *Corybantes* et *Galli.* — *Trepidos.* Metu, ne Saturnus audiret Jovis vagitum, eumque voraret, vel jam agnoscentes majestatem Jovis. — *Certantia plaudunt Orgia.* Id est, certatim percutiunt tympana, et quia hinc mos pulsandi tympana in orgiis seu sacris Cybeles fursan originem sumsit, ideo tympana vocat *orgia.* Vel plausu tympanorum orgia celebrant.

785. *Magnis vagitibus.* Jovis scilicet. Quod jam magnum ac divinum quid in Jove significat : quamvis enim certatim Curetes tympana sua percuterent, ac strepitum ingentem ederent, tamen vagitibus pueri resonabat Ide. — *Ide.* Ide mons Cretæ, in quo Juppiter altus et educatus fuit.

786. *Puer.* Archemorus. — *Vernæ telluris.* Commentarium MS. vult vere hæc gesta esse, maxime quum terra effloresceret. Mirum antem, ait Barthius, calorem illum et extremam siccitatem nec puerum Archemorum, nec nutricem ejus sensisse. Respondere posset, hoc totum sic Bacchum, sive Jovem, disposuisse.

789. *Nutricem clangore ciens.*

Et teneris meditans verba illuctantia labris,
Miratur nemorum strepitus, aut obvia carpit,
Aut patulo trahit ore diem : nemorisque malorum
Inscius, et vitæ multum securus inerrat.
Sic tener Odrysia Mavors nive, sic puer ales
Vertice Mænalio, talis per litora reptans
Improbus Ortygiæ latus inclinabat Apollo.
Illi per dumos et opaca virentibus umbris
Devia pars cingunt, pars acta plebe sequuntur,
Præcelerantque ducem. Medium subit illa per agmen
Non humili festina modo : jamque amne propinquo

Behot. 1, pro *clangore* habet *clamore* a recenti manu, deleta veteri scriptura.

790. *Teneris verba illuctantia labris.* Quia infanti quasi quoddam est inter verba et labra certamen : nam dum conatur verba proferre, impeditur ab infirmioribus adhuc labris. Id eleganter expressit Minucius Felix in suo Octavio : « Et quod est, ait, in liberis amabilius, adhuc annis innocentibus, et adhuc dimidiata verba tentantibus, loquelam ipso offensantis linguæ fragmine dulciorem. »

791. *Miratur nemorum strepitus.* « Scripserit Papinius noster : *Miratur volucrum strepitus*, vel : *Miraturve avium strepitus;* vel si concinnius quid cuipiam obvenerit. » Barth.

792. *Aut patulo trahit ore diem.* Unus Behot. *terit ore diem.*

794. *Sic tener Odrysia*, etc. In eodem Behot. codice *puer* recenter suppositum; adeo ut per lituram legere esset *tener*. — *Odrysia.* Thracia, ab Odrysis Thraciæ populis. In Thracia enim Mars educatus dicitur. — *Nive.* Quia Thracia frigidissima est. — *Puer ales.* Mercurius.

795. *Vertice Mænalio, t. p. l. reptans.* In nonnullis codd. Barthii *tentans* pro *reptans;* optimus vero non variat. — *Vertice Mænalio.* Cyllenes potius, quia Mercurius in Cyllene monte Arcadiæ natus est. Mænalus etiam mons Arcadiæ.

796. *Improbus.* Hic nimium gravis. — *Ortygiæ.* Deli insulæ, quæ prius Ortygia vocabatur, in qua natum Apollinem Veteres credebant. — *Inclinabat.* Suo pondere scilicet, quia fluctuabat, neque fixa tunc erat Delos.

797. *Opaca virentibus umbris.* Unus Behot. *virentibus herbis.* — *Virentibus umbris.* Id est, virentibus silvis umbras efficientibus, seu obscuris.

799. *Præcelerantque ducem.* De hoc verbo vide quæ adnotavimus ad Theb. II, 495, hujus tom. p. 222 et 223. — *Ducem.* Hypsipylen.

800. *Jamque amne propinquo.* Reg. B, *jamque omne propinquo;* Reg. C, *jamque amne profundo* exhibent. Ed.

Rauca sonat vallis, saxosumque impulit aures
Murmur: ibi exsultans conclamat ab agmine primo,
Sicut erat, levibus tollens vexilla maniplis
Argus, Aquæ; longusque virum super ora cucurrit
Clamor, Aquæ: sic Ambracii per litora ponti
Nauticus in remis juvenum monstrante magistro
Fit sonus, inque vicem contra percussa reclamat
Terra, salutatus quum Leucada pandit Apollo.

801. *Rauca sonat vallis. Rauca sonant* alter Behot. *saxorumque* in plerisque Barthianis. — *Saxosum.* Quia saxis, seu lapidibus ab aqua rotatis editur.

802. *Ibi Exsultans conclamat ab agmine primo.* Dan. Put. Petav. Lindenbrog. et Cruc. *primus* pro *primo.* — Expressi scripturam libri veteris, vulgati inficete, si sententiam introspicias, *ab agmine. primus.* Bernart.

804. *Argus. Arcas* pro *Argus* in Put. — Hanc quoque lectionem Regg. B et C exhibent. Ed. — *Argus, aquæ.* Hic vexillum portabat, et ut erat in armis positus exclamavit, aquæ sunt hic: cui tota multitudo respondet exercitus *aquæ*: ut Virg. Æneid. III, 523 et seq. « videmus Italiam; Italiam primus conclamat Achates, Italiam læto socii clamore salutant. » Lactant.

805. *Sic Ambracii per lit.* Regg. B et C, *Sic Ambrachii* exhibent. Ed. — *Ambracii ponti.* Ambracium sinum intelligi, nunc *golfo de Larta*, qui pars maris Adriatici Epiro adjacentis, in cujus ore Actium, colonia Augusti cum templo Apollinis nobili. — Civitas Epyri, inquit Lactantius, de qua mare nomen accepit. Lucanus, Phars. V, 650: « Oræque malignos Ambraciæ portus. » *Malignos* dicit quia saxosi sunt: sive quia illic Terentius obiisse dicitur.

806. *Nauticus in remis. Nauticus in remos* unus Behot.

808. *Salutatus quum Leucada pandit Apollo.* Leucas oppidum Leucadiæ peninsulæ prope Epirum. « Egressos sinu Ambracio, ait Plinius Histor. Natur. IV, cap. 1, in Ionium, excipit Leucadium litus, promontorium Leucates: dein sinus, ac Leucadia ipsa peninsula, Neritis quondam appellata, opere accolarum abscissa a continenti, ac reddita ventorum flatu congeriem arenæ accumulantium, qui locus vocatur Dioryctos. Oppidum in eo Leucas, quondam Neritos dictum. » In hac igitur Pliniana locorum positione, non capiebant navigantes portum Leucadis, nisi prius prætervecto, seu Actio, in quo erat templum Apollinis, seu Leucate promontorio, in quo erat etiam templum Apollinis, referente Strabone, ac sic salutabant præternavigantes Apollinem. Apud Veteres enim hic mos servatus, ut non sine summa veneratione templa præterirent. Unde est illud apud Apul. in Apol. I, « Si fanum aliquod prætereat, nefas habet adorandi gratia manum labris admovere. »

Incubuere vadis passim discrimine nullo
Turba simul, primique: nequit secernere mixtos
Æqua sitis: frenata suis in curribus intrant
Armenta, et pleni dominis, armisque feruntur
Quadrupedes; hos turbo rapax, hos lubrica fallunt
Saxa: nec implicitos fluvio reverentia reges
Proterere, aut mersisse vado clamantis amici
Ora. Fremunt undæ, longusque a fontibus amnis
Diripitur; modo lene virens, et gurgite puro
Perspicuus, nunc sordet aquis egestus ab imo
Alveus: inde toros riparum, et proruta turbant
Gramina: jam crassus cœnoque et pulvere torrens,
Quanquam expleta sitis, bibitur tamen. Agmina bello
Decertare putes, justumque in gurgite Martem
Perfurere, et captam tolli victoribus urbem.

811. *Æqua s. frenata s. in curribus intrant.* Alter Behot. *in cursibus.* — *Æqua sitis.* Ut omnibus æqua sitis fuerat, ita omnibus æquam fecerat dignitatem. — *In curribus.* Pro, cum curribus impliciti ut biberent. LACTANT.

813. *Quadrupedes; hos turbo rapax, hos,* etc. Uterque Behot. *hos turba rapax.* — Hanc lectionem Reg. B exhibet; Reg. C nostram.

815. *Proterere. Præterere* in optimis Barthii membranis.

816. *Longusque a fontibus amnis.* Behot. 1, *e fontibus.* — Reg. C, *longosque a fontibus;* Reg. C nost. lectionem. ED.

817. *Diripitur.* Populatur, bibentibus siccantur tori riparùm. LACT.

818. *Nunc sordet aquis egestus ab imo.* Reg. B, *nunc sordet aquis egressus ab imis* exhibet, Reg. C nostram lectionem. ED.

819. *Toros riparum.* Tori sunt cespites crassiores, nec tamen cum fundamentis solidis, sed ad ripas succrescentes, et ripas facientes atque attollentes, quos avulsos tumultu concurrentium militum dicit. Vetus Scholiastes. Virg. Æneid. VI, 674: « Riparumque toros et prata recentia rivis. »

820. *Jam crassus c. et p. torrens.* Reg. B, *jam crassus c. et p. sordens* habet; Reg. C nost. lectionem. ED.

822. *Justumque in gurgite Martem.* Markland. ad Silv. I, 2, 158, legit: *justumve in gurgite:* ita quoque Haudius ibidem.

823. *Perfurere, et captam tolli,* etc. *Perfurere et captam* Petrens. Burm. Lang. Buslid. Lipsian. Vide ad Theb. II, 420, ubi eadem varietas. Marklandus ad Silv. l. l. legit: *Perfurere aut captam.* — *Perfurere.* Perspicua veritas, et ita in codicibus scriptis reperi. Vulgati sine dubio depravate *præfurere.* BERN.

Atque aliquis regum medio circumfluus amni:
« Silvarum, Nemee, longe regina virentum,
Lecta Jovi sedes, quam nunc, non Herculis actis
Dura magis, rabidi quum colla minantia monstri
Angeret, et tumidos animam angustaret in artus:
Hac sævisse tenus populorum incepta tuorum
Sufficiat: tuque o cunctis insuete domari
Solibus, æternæ largitor corniger undæ,

825. *Silvarum, Nemee, longe.* Poeta memor sui laudat Nemeam silvam quæ inter Thebas et Argos est, quod in ea Juppiter colitur, cujus sacerdos erat Lycurgus rex, pater Archemori. LACTANT.

826. *Lecta Jovi sedes, quam nunc, non Herculis actis.* Unus Behot. *quantum non Herculis.* — Reg. B, *Lecta Jovis sedes, quam tu non H. a.* Reg. C, *Lecta Jovis sedes,* etc. exhibent. En. — *Lecta Jovi sedes.* Quia ibi Jovis Nemeæi templum insigne. Vide Pausaniam Corinthiacis. — *Quam. nunc, non Herculis actis Dura magis.* Non magis dura Herculis actis; non magis molesta ac adversa Herculi, eo tempore quo leonem Nemeæum interfecit, quam nunc nobis, quum siti pæne perimus. — *Herculis actis.* In hac enim silva Hercules leonem *Nemeæum* dictum occidit. Cæterum hunc versum sexque sequentes rejicit Guyetus, ut ineptiarum plenos et Papinio indignos, dicitque etiam non agnosci a Laetantio.

827. *Dura magis, rabidi quum colla minantia monstri. Clara magis* Marklandus ad Silv. II, 7, 46, *colla comantia* Put. unus Behot. Lipsian. et Reg. B; *colla immantia* optimus Barthianus; unde ille: *colla immania.*

828. *Angeret, et tumidos.* Pro *tumidos* Behot. 1 exhibet *timidos.* — *Angeret.* Bene. Nam et sic proprie interfecit leonem ἄτρωτον. Apollodorus Bibl. lib. II, « Et compositis collo manibus, eo usque adstrictum tenuit, donec eum præfocavit. » Seneca Hercule Œtæo act. IV, 1235: « Hisne ego lacertis colla Nemeæi mali Elisa pressi? » Qualem videmus Herculem in Græcorum Numismatibus, et C. Poblicii Denariis. Adi etiam Poet. Latin. Minores, nost. edit. tom. I, p. 306, invenies quæ ad vs. 137 Nemesian. in Landib. Herculis, de hoc loco Statiano diximus. En.

829. *Hac sævisse tenus populorum incepta tuorum.* Supplendum in, in incepta, seu incepta tuorum populorum impediisse.

830. *Tuque.* Langiam fontem alloquitur. — *O cunctis insuete domari Solibus.* Refer ad hoc, quod supra dixit: « Si forte vado Langia perennes Servat aquas, etc. »

831. *Corniger.* Tauriformes enim depicti fluvii, et innixi urnis aquam emittentibus. Inde Nostras BOILEAU graphice de Rheno: « Le Rhin tranquille, .... Appuyé d'une main sur son urne penchante, Dormait au bruit flatteur de son onde naissante. » En.

Lætus eas; quaecunque domo gelida ora resolvis
Immortale tumens: neque enim tibi cana repostas
Bruma nives, raptasque alio de fonte refundit
Arcus aquas; gravidive indulgent nubila Cori:
Sed tuus, et nulli ruis expugnabilis astro.
Te nec Apollineus Ladon, nec Xanthus uterque,
Sperchiusque minax, centaureusque Lycormas
Præstiterint: tu pace mihi, tu nube sub ipsa
Armorum, festasque super celebrabere mensas.
Ab Jove primus honos: bellis modo lætus ovantes

832. *Lætus eas.* Unus Behot. *Levis eas.*

833. *Neque enim tibi cana repostas.* Dan. Put. Lang. omnes Barthiani, unus Behot. et plerique *reportat;* Gronovius vero ex suis optimis membranis edidit *repostas;* ita quoque Petreus. et alter Behot. — *Repostas.* Coacervatas et diu servatas.

834. *Bruma nives. Bruma nivem* optimæ Barthii membranæ. — *Raptasque alio de fonte refundit Arcus aquas.* Lips. liber scriptus: *portasque:* quæ lectio etsi nec ipsa sincera, propius tamen ad veritatem et germanam lectionem accedit; quæ ut mihi quidem videtur, est: *potasque alio de fonte refundit Arcus aquas.* Plautus Curcul. act. I, sc. 2, 41: « Ecce autem bibit arcus; pluet Credo Hercle hodie. » Propertius lib. III, Eleg. 5, 32: « Purpureus pluvias cur hibat arcus aquas. » Bernart.

835. *Arcus aquas; gravidive indulg. Iris aquas* in quibusdam codd. ex glossa; *Arquus aquas* in aliis; *gravidique* unus Behot. — *Arcus.* Supple cælestis. — *Cori.* Cori venti spirantes ab occasu solstitiali, et pluvias facientes.

836. *Sed tuus, et nulli ruis,* etc. *Sed ruis, at nulli* Exc. Cantab. *expugnabilis Austro* unus Barthianus. — *Tuus.* Id est, propriis, non alienis aquis scatens.

837. *Te n. Ap. L. nec Xanthus uterque. Saxtus uterque* unus Behot.

838. *Sperchiusque minax.* Sperchius Thessaliæ fluvius, qui monte Pelio effusus rapidissimo cursu, unde *minax,* in sinum Maliacum evolvitur. — *Centaureusque Lycormas.* Lycormas, postea *Evenus* dictus, fluvius Ætoliæ, ortus in monte Callidromo, et juxta Calydonem in mare Ionium effunditur: dicitur *Centaureus* a Nesso Centauro, qui hunc custodiebat, vel quod in eo fluvio Herculis sagittis Centaurus Nessus sit peremtus.

840. *Festasque super celebrabere mensas.* Tangit morem, quo super mensam Dii invocabantur, iisque fiebat libatio.

841. *Ab Jove primus. A Jove* uterque Behot. — *Ab Jove primus honos.* Id est, post Jovem secundus invocabere.

Accipias, fessisque libens iterum hospita pandas
Flumina, defensasque velis agnoscere turmas. »

843. *Defensasque velis.* In iisdem codd. Behott. *defessaque velis.* — *Defensasque velis.* Nos pro tuis redeuntes domum agnoscere velis, quos modo ab interitu præsenti defendisti, et sic tibi devinxisti, ut post summum Jovem nulli amplius debeamus. Vet. Scholiast.



# EXCURSUS

VEL

# NOTÆ AMPLIORES

AD LIBRUM QUARTUM

## THEBAIDOS.

---

Vers. 5. De *vertice Larissæo.* Arx Argivorum, Larissa dicta a Pelasgi filia, in qua fanum Minervæ fuit, variis signis exornatum, et inprimis simulacro Jovis nobile : enimvero hic ille Juppiter qui in Priami regia sub Divo positus, et ad cujus aram, capto Ilio, Priamus confugisse et a Pyrrho occisus scribitur : obtigit vero in divisione prædæ Sthenelo Capanei filio, et hoc ipso in loco, ab eo, in rei memoriam est dicatus. Quod ideo noto, quia simulacrum hoc duos oculos habebat, qua in parte eos homini Deus locavit, tertium vero in fronte; auctor Agatharcides Asiaticis, et Pausanias Corinthiaeis, qui et causam reddit, dignam certe ut hic transcribatur. Verba hæc sunt : « Habere autem tres oculos ideirco conjicere quis possit, quod communis omnium hominum sermo regnare in cælo Jovem prædicat. Sed et eum Deum, qui sub terra imperare dicitur, Homeri quidam versus Jovem nominat : « Juppiter infernus simul et Proserpina Diva. » Æschylus quidem, Euphronis filius, ipsum maris etiam regem Jovem appellat. Quare hac ductus ratione, quicunque illum fecit, tres ei oculos attribuit, unum et eumdem significans Deum tribus, quas Dii tres sortiti inter se dicuntur, mundi partibus imperare. » Hæc ille, Christiana fide destitutus, Christianæ religioni convenientissima tradit. Bernart.

6, 7. *Bellona facem.* Quia Dea Bellona sæpius repræsentabatur ferens facem ardentem dextra ; quandoque etiam flagellum, et tuba sonans ; et hæc omnia ad excitandas copias in acie. Et forsan mos hinc receptus, sic illam depingendi, quod Veteres, referente Lycophrone, ante inventas tubas facibus utebantur pro signo committendi prælii : præmittebantur enim aliqui ex utraque parte, faces ardentes manibus præferentes, moxque, ubi sibi invicem injecerant faces, congrediebantur exerci-

tus. Sacerdotes autem utriusque sexus hujusce Deæ Bellonarii vocabantur. Hi sibi dissecabant lacertos, pectusque, ac latera; et utraque manu exerentes gladios, non alieno, sed proprio cruore numen illius placabant. Tibull. lib. I, Eleg. 6, 45 et seqq.

Hæc ubi Bellonæ motu est agitata, nec acrem
Flammam, non amens verbera torta timet.
Ipsa bipenne suos cædit violenta lacertos,
Sanguineque effuso spargit inulta Deam.
Statque latus præfixa veru; stat saucia pectus,
Et canit eventus, quos Dea magna monet.

Lucanus, lib. I, 565, Pharsaliæ:

.... Tum, quos sectis Bellona lacertis
Sæva movet, cecinere Deos....

Vide Lactantium Institution. Christian. lib. I. Lampridium Commodo. Tertullianus Apologetico addit et femora: « Bellonæ sacratus sanguis de femore proscisso in palmulam exceptus. » Hæc missio sanguinis fiebat nono Kalend. Aprilis, qui dicebatur *dies sanguinis*, ut indicat Trebellius Pollio in Claudio. — *Dextraque trabalem Hastam intorsit agens.* Hic Bellona supplet vices patris patrati. Ex more enim Romano pater patratus mittebatur cum fecialibus in fines hostium, ubi præfatus quædam sollemnia, clara voce se dicebat bellum indicere propter certas causas; quo peracto, hastam in eorum fines emittebat. Hunc ritum prolixe explicant Livius lib. I, in Anco Martio, et Servius ad hunc Virgilii versum Æneid. IX, 52: « et jaculum adtorquens emittit in auras, Principium pugnæ. » Erat et Romæ ante fanum Bellonæ parva columna marmorea quæ *bellica* vocabatur, supra quam hastam jaciebant, quum bellum indicebatur. Vel respexit ad morem ducum Romanorum, de quo Varro in Caleno ita ait: « Duces, quum primum hostilem agrum introirent, ominis causa prius hastam in eum agrum mittebant, ut castris locum caperent. » Vel certe respexit ad morem Græcorum, quo dux, hasta missa, signum dabat proficiscendi. Noster Theb. XII, 649, « Dixit, et emissa præceps iter inchoat hasta. »

43. *Luctatur Arion.* Equus hic Adrasti, cujus in posterum frequens fiet mentio. Poetæ de eo varia tradidere. Nonnulli ex terra ortum asseruut. Vide Antimachi Thebaida. Alii ab ipso Neptuno procreatum volunt, et huc trahunt illud Homeri:

Οὐδ' εἴ κεν μετόπισθεν Ἀρίονα δῖον ἐλαύνοι
Ἀδρήστου ταχὺν ἵππον, ὃς ἐκ θεόφιν γένος ἦεν.

Virgilius Georg. I, 12, pugnantes sententias componere videtur, dum ait: « Tuque o, cui prima frementem Fudit equum, magno tellus percussa tridenti, Neptune. » Si modo Arionem hunc intelligit, et prodiisse vult in certamine hoc cum Pallade. Noster Papinius libro VI, 301 et sqq. nihil nisi domitum a Neptuno scribit:

Ducitur ante omnes rutilæ manifestus Arion

Igne jubæ: Neptunus equo, si certa priorum
Fama, pater: primus teoeris læsisse lupatis
Ora, et litoreo domitasse in pulvere fertur.

Sed de his plus satis. Tu, si otium tibi, adi Pausaniam Arcadicis. Bern.

46. *Charadron*. Charadrus torrens prope Argos ad viam, quæ ducit Mantineam. Noster infra 712: « Adverrensque natantia saxa Charadrus. » Est et fluvius Phocidis influens in Cephisum: alter est etiam in Achaia. — Fluvius Achaiæ, ait Bernartius, quo (Pausania teste) quæ verno tempore potarunt pecudes, mares gignere creduntur fœtuum partem maximam.

47. *Turritæ mole Cleonæ*. Media inter Corinthum et Argos urbs, a Cleone Pelopis filia, seu, ut alii volunt, Asopi filia appellata. Adjacet huic urbi Leonis Nemeæi, ab Hercule interfecti, specus: quare et idem Leo a poetis Cleonæus dicitur. Lucanus Phars. IV, 612: « Ille Cleonæi projecit terga Leonis. » Statius Theb. I, 485 sqq.

Illius in speciem, quem per Theumesia Tempe
Amphitryoniades fractum juvenilibus armis
Ante Cleonæi vestitur prælia monstri.

Bernart.

59. *Ephyre*. Ipsa est quæ Corinthion, quæ Dyrrachium, in qua mater Palæmonis colitur: huic templum civitas prima Ephyre dedit, quia de Scyradibus petris se Ino, uxor Athamantis, præcipitavit in mare: et quum corpus filii Melicertæ Corinthum fuisset appulsum, de habitu contemplati regis fuisse filium, humaverunt. Cui humato institutum fertur lustrale certamen, quod *Isthmicum* vocant, ut quidam volunt. Ita est solata Ephyre matris querelas. Est autem Corinthi civitas. Lact.

64. *Pars gesa*. *Gesa*, al. *gæsa*, hastæ viriles; « nam et fortes viros Galli gesos vocant. » Servius ad Virgil. Æneid. VIII, 660. Ad quem locum videsis notata, nost. edit. tom. III, pag. 461 et seq. Claudianus XXII, de Laudibus Stilic. lib. II, 240 et seqq.

....Tum flava repexo
Gallia crine feros, evinctaque torque decoro,
Binaque gesa tenens, etc.

Ad quem conf. etiam notata nost. edit. tom. I, p. 679. Ed.

106. *Et Herculea turpatus gymnade vultus Amnis*. Acheloum intelligit, qui congressus cum Hercule ob Dejaniram, victusque, amisit unum cornu in hoc certamine. Fluviis enim cornua osque taurinum dant poetæ. Locus fabulæ datus, quod Hercules unum ex duobus ostiis Acheloi amnis, quo crebris inundationibus regionem infestabat, diductum in plures rivos exsiccaverit. Lucanus Phars. IV, 142: « et scisso gurgite rivus Dat pœnas majoris aquæ. » Quod quum perfecisset Hercules, Dejaniram obtinuit uxorem. Strabo vero tradit hæc ideo ficta, quod Ache-

loo limum ducente, et frequentibus inundationibus limites confundente, bella crebro inter Acarnanes et Ætolos orirentur : unde quum judices nulli essent, qui controversias eorum dirimere possent, ad arma veniebant, mutuisque se cladibus afficiebant. Hercules itaque, quum aggeribus et fossis fluvium damnose erumpentem intra alveum coercuisset, tanquam debellasset Acheloum, Dejaniram præmium industriæ ac solertiæ retulit. Cæterum observanda hic vox *gymnas*, pro lucta et ludis gymnicis Papinio usurpata, qua etiam utitur Achilleid. I, 358 : « neve exercere protervas Gymnadas. Et in Silvis, II, 2, 8, Villa Surrentina : « ad Ambracias conversa gymnade frondes. »

122. *Dryopum*. Id est, incolarum Asines urbis Argolidis; Dryopes enim, quondam incolæ Parnassi montis, victi expulsique patria ab Hercule, conscensis navibus in Peloponnesum transvecti, ad Euristheum confugerunt, qui eis Asinem urbem in Argolide, prope Hermionem, incolendam dedit : unde ab Argivis fugati Messeniæ partem a Lacedæmoniis acceptam habitaverunt, aliamque urbem Asinen etiam dictam condiderunt, Asinæique vocati, retento etiam veteri *Dryopum* vocabulo, ut scribit Pausanias in Messeniacis. Sunt etiam Dryopes populi Epiri Straboni, et Plinio.

126, 127. *Juvenisque ætate secunda Nestor*. Nestor est ille Homero celeberrimus heros ob prudentiam et eloquentiam : ex ejus enim ore melle dulcior dicebatur fluere oratio. Filius fuit Nelei et Chloridis : multa adolescens gessit bella, ac interfuit illi decantatæ pugnæ Lapitharum et Centaurorum : tandem senex una cum reliquis Græciæ principibus ad expeditionem Trojanam profectus est. Cæterum scriptores varie hanc vocem *ætas* seu Græcis γενεὰ acceperunt, quum de Nestoris annis agitur. Latini sumserunt pro sæculo : et sic Nestor jam centum annos vixerat, et secundum sæculum incipiebat : vixisse enim per tres γενεὰς dicitur : unde veteri poetæ Nævio dictus est *trisæclisenex*, et Ovid. Met. XII, 188 : « vixi Annos bis centum, nunc tertia vivitur ætas. » Videsis ad hunc locum notata, nost. edit. tom. IV, pag. 319 et 320. Ed. — Græci vero non tam late usurparunt hanc vocem γενεὰν. Quidam γενεὰν triginta annorum, aut triginta trium numero definierunt. Certe apud S. Mathæum Evang. XXIV, 34, et S. Lucam XXI, 32. Erasmus, Beza, aliique γενεὰν 40 circiter annis metiuntur. Bene ergo *ætate secunda* Nestor, quia postmodum militavit.

157. *Herculeum Pæana canunt*. Pæan, hymnus proprie in honorem Apollinis : abusive vero cæteris Diis Pæan tribuitur. Quod adeo obtinuit, ut Aristoteles periculum capitis adierit, Demophilo illum accusante Athenis impietatis, ac contendente Hymnum illum pulcherrimum, quem in laudem Hermiæ Atarni tyranni composuerat, et qui legitur apud Athenæum, et Diogenem Laertium, Pæanem esse. Et nisi Aristoteles multis rationibus probavisset, ac maxime defectu illarum vocum

ἰὴ παιάν, quæ erat nota indubitata quo Pæanes distinguebantur a cæteris laudationnm generibus, Hymnum illum non esse Pæanem, actnm erat de vita summi illius Philosophi. Sed ipsi Athenienses, qni hanc in Aristotelem accusationem admiserant, non tam postea religiosi hujusce moris observatores fnere : primi enim hocce landationis genus a Diis ad Heroes transtulerunt, mox ad ipsos reges, quum Pæanem in honorem Demetrii Antigoni filii, et Ptolemæi Ægypti regis, cani curarunt.

160. *Sacra Cleonæi eogunt vineta Molorchi.* Herculem eo loco Molorchns aceepit hospitio, eensu pauper, dives affectu. Ordo : Nemea dant comites, dant et Molorchi vineta. Cleonæa civitatis homen est; Nemeæ silvæ vieina. Lucan. Phars. IV, 612 : « Ille Cleonæi projecit terga leonis, Antæus Libyci. » Ergo quum Hercules ad occidendum leonem isset ab Enristheo missns, a Molorcho suseeptus est hospitio, cujns leo filium interfecerat, didicitque ab eo quemadmodum adversns feram coiret : qua superata ludos instituit, quos a loco Nemeos appellavit. Igitur Nemea dant comites, dant et Molorchi vineta; quia ea omnia in clipeorum pictura, et quomodo filius ejus Molorcbi a leone occisus fuisset, et Herenlis hospitium, auro figurata notanter descripserunt. LACTANT.

175. *Horrendum, non matris opus.* Observa morem antiquum, quo matres texerent tunicam militarem filiorum. Noster etiam Theb. VIII, vs. 565 :

> .... triplici velaverat ostro
> Sorgentes etiamnum humeros, et lævia mater
> Pectora.

Et Theb. IX, 691:

> Lucotesqoe auro tunicas, hoc neverat nnnm
> Mater opus, teoui collectos in ilia vinclo,
> Coroipedis lævo clipeum demiserat armo.

Et Virgilius Æneid. X, 818 : « Et tunieam, molli mater quam neverat anro. » *Horrendum* aptius, si mater texuisset, qnia matres texentes ejusmodi tunicas, eogitantesque iis filios usuros in bello, horrore quodam perfnndebantnr. — *Galeæque corusca Prominet arce gigas.* Vix a tumoris erimine excusari potest Statius, si arcem galeæ dixerit. Non incommode possis alioqni : *Galeæque eorusco Prominet ære gigas.* Supra : « Capiti tremit ærea cassis. » Et bene gigas ad mores Capanei, qui dicitnr « contemtor Deorum. » GRONOVIUS.

179. *Planaque Messene, montanaque nutrit Ithome. Planaque Messene.* Messene urbs primaria Messeniæ. Strabo lib. I, tradit nullam fuisse in Peloponneso urbem, quæ Messene Heroicis bellique Trojani temporibus vocaretnr. Idem tradit Pausanias in Messeniacis. Sic igitur rem narrant illi : Messenios a Laeedæmoniis victos, domo penatibusque relictis, Italiam petiisse, illineque in Siciliam transvectos, Messanam con-

didisse. Fractis vero Leuctrica clade Spartæ urbis opibus, Thebanos victores Messeniis persuasisse, ut in patriam redirent: hos antiquas sedes repetiisse, Messenen tum primum urbem ædificasse ac mœnibus cinxisse. Verum Papinio astipulantur auctores utroque et Strabone et Pausania vetustiores: Isocrates enim, in Panathenaico et Archidamo, Messenen urbem Herculis, Heroicisque illis sæculis exstitisse testatur. Plato de Legibus, lib. III, loquens de Cresphonte et Temeno, filiis Aristomachi, dicit eos divisisse copias, ac tres urbes Messenam, Argos, et Spartam occupavisse. Theocritus Idyll. XXVI, et Ovidius Met. VI, Messenam et Argos inter urbes Achæas numerant. His adde Justinum et Diodorum. Erat et urbs ejusdem nominis in Sicilia cognominata *Mamertia*. — *Montanaque nutrit Ithome*. Ithome oppidum ejusdem Messeniæ, dissimile Messenæ; nam ut urbs illa in planitie sita erat, ita et hæc in monte ejusdem nominis, Jovi consecrato, collocata erat. Hoc oppidum post decem annorum obsidionem a Lacedæmoniis expugnatum ac in deditionem receptum. Vide Pausaniam Messeniacis.

181—183. *Quos Helos, et Pteleon, Getico quos flebile vati Dorion: hic fretus doctas anteire canendo Aonidas, mutos Thamyris dom. in annos. Helos.* Messeniæ oppidum, quod a Spartanis dirutum est, et ex quo publici exstiterunt Lacedæmoniorum servi, *Helotæ* ab hoc loco dicti. Obtinuit etiam usus, ut ceteri, qui in servitiorum numero recenserentur, quamvis Messenii non essent, ut illi priores, et ipsi tamen *Helotæ* appellarentur. — *Pteleon*. Oppidum Messeniæ. — *Getico quos flebile vati Dorion*, etc. Dorion ejusdem Messeniæ oppidum, sed dirutum ætate Pausaniæ. Et imitatur Noster Lucanum lib. VI, 353: « et Dorion ira Flebile Pieridum. » Dicitur *flebile vati Getico*, quod in hac urbe Thamyris Thrax oculis fuerit orbatus a Musis, quas cantu se superaturum frustra fuerat gloriatus. Pausanias vero scribit hinc locum datum scriptoribus tale quid prodendi de Thamyride, quod captus luminibus huic infortunio succubuit, ac desiit prorsus carmina componere: quod Homerus non fecit, quamvis in eamdem calamitatem incidisset; sed perfecit ea quæ instituerat. Cæterum hic locus totus adumbratus est ex Homero Iliad. B, 101 sqq. ubi hæc de Thamyride scribit:

Καὶ Δώριον, ἔνθα τε Μοῦσαι
Ἀντόμεναι Θάμυριν τὸν Θρήϊκα παῦσαν ἀοιδῆς,
Οἰχαλίηθεν ἰόντα παρ' Εὐρύτου Οἰχαλιῆος·
Στεῦτο γὰρ εὐχόμενος νικησέμεν, εἴπερ ἂν αὐταὶ
Μοῦσαι ἀείδοιεν, κοῦραι Διὸς Αἰγιόχοιο·
Αἱ δὲ χολωσάμεναι πηρὸν θέσαν· αὐτὰρ ἀοιδὴν
Θεσπεσίην ἀφέλοντο, καὶ ἐκλέλαθον κιθαριστύν.

« Et Dorion, ubi Musæ occurrentes Thamyrim Thracem spoliarunt cantu ex Œchalia venientem ab Euryto Œchaliensi; affirmabat enim gloriabundus se relaturum victoriam, etiamsi ipsæ Musæ canerent, filiæ Jovis Ægiochi: illæ autem iratæ cæcum fecerunt, et ei cantum divinum ademerunt, et oblivisci fecerunt eum artem pulsandi citharam. » Sunt ta-

men, qui dicant Thamyrim non fuisse excæcatum, sed ira Musarum caruisse fama vocis citharæque, ut vult hic Papinius his verbis: *Ore simul citharaque conticuit*: in qua etiam opinione est Homeri Interpres ad hunc citatum supra Iliados B locum, in quo de pœna Thamyridis mentio fit, explicatque hæc verba πηρὸν θέσαν, quibus utitur Homerus: Τῆς τέχνης ἔπαυσαν, καὶ ἄφρονα αὐτὸν ἐποίησαν, ἢ περὶ τὴν φωνὴν ἔβλαψαν· πηρὸς γὰρ καλεῖται ὁ κατά τι μέρος τοῦ σώματος βεβλαμμένος. « Eripuerunt illi artem, et insipientem illum reddiderunt, aut læserunt in voce: πηρὸς enim vocatur læsus in aliqua corporis parte. » Hinc apposite Gronovius legit *mutos* pro *multos*, ut aliæ editiones, seu ita fuit punitus Thamyris, ut in reliquum viveret privatus divino cantu, et qui dedisceret artem pulsanti citharam. *Muti anni*, quibus canere desiit, nesciitque. Cæterum Thamyris dicitur *Geticus vates*, quod in Thracia natus esset: Getæ enim gens Thracia, ut patet ex Geographis. — *Aonidas*. Musas, quia Bœotiam incoluut, prius Aoniam dictam. Addendum etiam in melioribus codicibus legi *præceps qui*: placetque sublata interrogationis nota: homo, inquit, stolidus, et temerarius, qui non recordatus sit Marsyæ casum.

202, 203. *Sat dubium cœtu solante timorem Fallere*, *et incultos aris adverrere crines*. Nihil hic scripti: assentio tamen viris doctis, et omnino legendum existimo, *stat dubium calatho solante*; neque enim decorum pudicæ matronæ cœtus frequentare, aut tali solatio uti, absente marito, Argian decebat. Plane ut absurdum videatur, decoris observantissimum Poetam hoc ei adfixisse. Nostram vero conjecturam Veterum mos firmat, quo receptum ut etiam regum filiæ lanificio manus admoverent; ut jam diximus Theb. II, 439. Ad quem locum videsis notata; hujus tom. pag. 215. Seneca Hyppolyto in persona Phædræ act. I, vers. 103 et seq.

....Palladis telæ vacant
Et inter ipsas pensa labuntur manus.

Apud Romanos certe matronæ priscæ ita lanificiis deditæ fuere, ut in fœdere inter Romanos et Sabinos (Plutarchus in Romulo auctor) lex esset, ut volentes nuptæ apud viros, quibus conjunctæ erant, manerent, omnium operum ac munerum vacationem prætarquam lanificii habituræ. Moris etiam erat, ut novæ nuptæ, quando ad domum mariti deducebantur, colus compta cum fuso et stamine præferretur. Plinius Hist. Nat VIII, c. 48: « Lanam in colo et fuso Tanaquilis, quæ eadem Cæcilia vocata est, in templo Sangi durasse, auctor est M. Varro, factamque ab ea togam regiam undulatam in æde Fortunæ, qua Servius Tullus fuerat usus. Inde factum, ut nubentes virgines comitaretur colus compta et fusus cum stamine. » Et sicuti Græci *Hymenæum* in nuptiis inclamare consueverunt, ita Romani *Thalassionem*. Unde Martialis, I, 36, 6, et seq.

Quid si me jubeas Thalassionem
Verbis dicere non Thalassionis?

Cujus vocis originem ad lanificium refert Varro, quem sequitur Festus: « Thalassionem Varro ait signum esse lanificii; τάλαρον enim, id est, *quasillum*, appellari Thalassionem. » Aliter tamen Atilius vetus Historiarum scriptor, Livius lib. I. Servius ad Æneid. I, et Euseb. Chronicis, qui vocem hanc ad omen referunt, et a Thalassio deducunt, cui conjugium valde felix fuit, rapta virgine unicæ pulchritudinis. BERNART. — *Aris Adverrere.* Non est dubium de veritate hujus scripturæ, quam J. Lipsius Elect. l. XI, c. 6. Franciscus Modius Epist. 2 aliique restituerunt, nos ex Eutyche Grammatico firmavimus. Mos jam multis doctorum notatus, *in summo luctu prostratis* corporibus limina templorum crinibus profusis converrere. Vide Lipsium Elect. l. II, 6. Heins. ad Sil. Ital. Punic. VIII, et Claud. Dausqueium, et alios. BARTH.

220. *Hinc atque inde moræ jaculis, et ferrea curru Silva tremit.* Hic *moræ* accipi possunt pro ordinibus militaribus Laconum, quia Lacones in hoc bello stipendia faciebant sub Amphiarao: *Mora* enim apud Lacedæmonios erat ordo militaris, seu τάγμα, ut videre est apud Xenophontem Demosthenem et Diodor. lib. XV: quam vocem etiam Cornelius Nepos usurpavit XI, 2, dicendo Iphicratem fudisse *moram Lacedæmoniorum*: vid. nost. Edit. pag. 120; Voss. Etym. pag. 327; et Meurs. Lect. Att. I, 15. Pausanias, μοῖρα, *mœra.* Explicatio enim, quæ datur huic loco non satisfacit, nimirum impeditas et occupatas fuisse Amphiarai manus. Qui *moræ* significatus si admittatur, ponenda erit virgula post τὸ *moræ*, et vox *jaculis* conjungenda cum sequentibus verbis, et sensus optimus erit. *Moræ* autem Peyraredo pharetræ, vel potius thecæ jaculorum. *Moræ* vero Gratio in Cynegetico in his versibus, 108 et seqq.

Ille etiam valido primus venabula dente
Induit, et proni moderatus vulneris iram
Omne moris excepit onus,

sunt exstantes utrimque alæ, seu furculæ, quæ circa medium fere cuspidis utrimque prominent. Κνώδοντας vocavit Xenophon. — *Jaculis, et ferrea curru Silva tremit.* Innuit currum Amphiarai undique cingi agminibus, quorum milites jacula ferebant, si prior explicatio vocis *moræ* admittatur, vel thecis, in quibus jacula.

223. *Amyclæ.* Laconiæ civitas sacra Apollini, in qua Hyacinthus in agone celebratur in honorem pueri regis, qui quum exerceretur disco, percussus Zephyri vertigine, quod se Apollini prætulisset, occisus est, cujus sanguis in florem nominis sui ob memoriæ perpetuam dignitatem conversus est. Virgil. Eclog. III, 106:

Dic, quibus in terris inscripti nomina regum
Nascantur flores.

Claud. XXXIII, de Raptu Proserp. lib. I, 135: « Phœbus largitur Amyclas; » ubi Amyclæ intelliguntur Laconicæ, Apollini sacrum nemus habentes. Adi hunc locum, nost. edit. tom. II, pag. 199. ED.

225. *Plaudentique habiles Caryæ resonare Dianæ.* Caryæ oppidum Laconiæ, Caryum Polybio, Dianæ et Nymphis sacrum, et in eo lucus Dianæ etiam sacer. Eo in loco Lacedæmoniæ virgines quotannis festum obibant, patrioque ritu saltationem in honorem Dianæ celebrabant, ut refert Pausanias in Laconicis. Contendebant et inter se Citharœdi. Hinc Luciano καρυατίζειν, in Dialogo de Saltatione, est genus saltationis exercere, in Caryis Laconiæ usitatum, quod a Polluce et Castore refert Lacedæmonios didicisse. Scribit et Polemon in II: « Execestides citharœdus Pythia vicit, » et Caryorum « certamen in Laconia vicit. » Diomedes etiam Grammaticus hujusce saltationis mentionem facit; ait enim, Xerxe in Græciam adventante, omnes deserta Laconia metu barbarorum perterritos, in diversas partes fugisse, ac virgines timore latuisse; ex hoc evenisse, ut eo die, quo solitus erat chorus virginum Dianæ Caryatidi hymnum canere, nemo ad solemne sacrum inveniretur : tunc itaque pastores in urbem convenisse, et ne ritus sacrorum interrumperetur, pastorali carmine composito Deæ honorem celebrasse. Et Plutarchus refert in Artaxerxe, Clearchum Ctesiæ in signum amicitiæ annulum dedisse, in quo insculptæ Caryatides saltantes. Unde dicit Poeta *Caryas habiles* ad resonandum saltationibus, quæ fiebant in honorem Dianæ a puellis Lacedæmoniis. Et Caryatidis Dianæ signum sub dio erat : hinc lux huic loco. Cæterum quum incolæ hujusce urbis stetissent a partibus Persarum contra Græcos, victores Græci, conversis in eos armis, oppidum diruerunt interfectis omnibus maribus, reservatisque in ludibrium victoriæ mulieribus : non enim passi sunt stolas, neque ornatus matronales deponere, uti non uno triumpho ducerentur, sed æterno servitutis exemplo gravi contumelia pressæ pœnas pendere viderentur pro civitate : ideo qui tunc architecti fuerunt, ædificiis publicis designarunt earum imagines oneri ferundo collocatas, ut etiam posteris nota pœna Caryatium memoriæ traderetur, eæque imagines *Caryatides* dicuntur. Vitruvius lib. I. Caryatidum etiam, id est, statuarum muliebrium in columnis, meminit Plinius Hist. Natur. XXXVI, cap. 5.

226. *Volucrumque parens Cythereia Messe.* Et hunc versum de Homero transtulit. Volucrum ergo parens columbarum, unde se probat Cythercam esse, quia amat aves Veneri consecratas. Quæ autem causa sit quod Venus columba delectata sit, talis est. Venus et Cupido quum quodam tempore voluptatis gratia in quosdam descendissent campos, lasciva contentione certare cœperunt, qui plus sibi gemmantes colligerent flores : quorum Cupido adjutus mobilitate pennarum, posteaquam naturam corporis volatu superavit, victus est numero. Peristera enim Nympha subito accurrit, et adjuvando Venerem superiorem effecit, cum pœna sua. Cupido siquidem indignatus mutavit puellam in avem, quæ a Græcis περιστερά appellatur. Sed pœnam honor minuit. Venus namque, consolatura puellæ innocentis transfigurationem, columbam in tutela sua esse mandavit.

247, 248. *Ah rudis annorum, tantum nova gloria suadet, Parthenopæe, rapis. Armorum.* Bene multi libri ex nostris *annorum*; ut de aliis notat Justus Zinzerlingus Promulsidis cap. 42. Nos optimi nostri hanc scripturam minime mutandam censemus. *Armorum* sane *Martiorum* (quæ una hic in considerationem veniunt) omnino rudis erat Parthenopæus, tantum facinus aggressus. Quod si *annorum* legas, hanc illi minime demseris, quum ante obitum multa fortiter adolescenti ætate fecerit. Gl. « Armorum, bellorum. » BARTH. — *Parthenopæe rapis.* Cujus hic fuerit filius non tam in proclivi est, quam imber, quum pluit. Duæ siquidem apud poetas celebrantur Atalantæ; Arcadica una Iasii, Bœotica altera Schœnei filia. Noster Parthenopæi matrem Atalantam Arcadicam fuisse diserte tradit. Diodorus Atalantam Bœoticam, seu Schœnei filiam: pro Nostro stat Ælianus de varia Historia, et Scholiastes Theocriti; pro Diodoro Oppianus. Servius Grammaticus vero ad illud Virg. Æn. VI, 480: « Parthenopæus, et Adrasti pallentis imago, » non Atalantæ, sed Menalippæ filium Parthenopæum fuisse contendit. Adi elegantissimi M. Antonii Mureti in Propertium Scholia. BERNART.

269. *Cydonæa corytos.* Thecam sagittarum intelligit. Papinius Theb. IX, 730: « cælestibus implet Coryton telis. » Virgilius Æn. X, 169: « corytique leves humeris, et letifer arcus. » Quod notandum tirunculis, ne a Nonio decipiantur, qui Coryton non pro theca, sed sagitta accipit. De dissensu auctorum in vocis hujus orthographia, consule eruditissimi M. Antonii Del Rio in Herculem Furentem Senecæ commentaria. BERNART.

275. *Arcades huic veteres, astris Lunaque priores.* Cicero pro Fundanio opinionis ejus meminit, quum de nobilitate tractaret. Aiunt autem Arcades esse vetustos: denique cum Phrygibus de antiquitate certaverunt: hi singulos parvulos cum singulis nutricibus clauserunt, quibus nutricibus ademerant linguas, ut experirentur, utrum vox esset innata, an disceretur, et, si esset innata, quænam illa esset, Phrygum an Arcadum. Producti autem pueri vere locuti esse dicuntur, quasi significatione Phrygum lingua panis intelligitur. Sic ergo cognitum est Arcades non esse primigenas. Item de eodem, cur se Arcades nobiles dicant, Thucydides lib. I, ait, hunc morem Græciæ fuisse, ut coacti in alienas ire terras, quas fertiles esse cognoverant, easdem vastabant veteribus incolis pulsis. Sed Arcades soli ob sterilitatem agrorum commoti non sunt, et ideo soli nobiles existimantur. Ovid. de his Fast. II, 289 et seq.

Ante Jovem genitum terras habuisse feruntur
Arcades, et luna gens prior illa fuit.

LACTANT.

288. *Aleæ nemorale Minervæ.* Ædificavit hoc templum Aleus Aphidantis filius, Arcadiæ rex. Interjecto deinde tempore, quum prius illud subito igne conflagrasset, aliud ipsi sibi cives erexerunt, magnitudine

et structura admirabili. Describit iste Pausanias Arcadicis, ad quem te remitto: tantum moneo, Minervæ Aleæ signum ex ebore fuisse, et ab Augusto Cæsare, debellato Antonio ejusque partibus, inter quos Arcades prope omnes fuere, exceptis Matinensibus, Romam translatum: et aditu ejus fori, quod ab eodem Augusto dedicatum est, positum. Minervam Aleam vocari vero etiam apud Græcos reliquos, quod diceretur in Deorum cum Gigantibus pugna in Enceladum bigas immisisse. Bern.

291. *Et Pheneos nigro Styga mittere credita Diti.* Pheneus lacus Arcadiæ in Alpheum defluens, cujus aqua nocturno tempore perniciosa, diurno salutaris est. Hinc Ovidius Met. XV, 332:

Est lacus Arcadiæ, Pheneon dixere priores,
Ambiguis suspectus aquis; quas nocte timeto;
Nocte nocent potæ; sine noxa luce bibuntur.

Hinc fortasse locus fabulæ, qua Pheneos Stygi aquas subministrare dicitur. Vide quæ Pausanias in Arcadicis refert, de aqua stillatim defluente ex monte Nonacri, quam Stygis aquam vocant Græci. Vide et Herodotum in Erato, et Plutarchum in Alexandro.

306. *Milite vicinæ nullo juvere Mycenæ.* Plenus enim fabulæ ita se continet textus. Atreus et Thyestes Pelopis filii, Tantali nepotes, alternis vicibus regnum regebant. Verum Thyestes quum incestasset Europam fratris uxorem, ab eo pulsus est e regno, sed inter eos, qui scelere certabant, videbatur pro vindicta ficta gratia reconciliationis. Atreus fratri filios suos apposuit epulandos, cui post epulas filiorum capita, signum convivii feralis, ostendit. In cujus rei detestatione, quum Thyestes consulta de oraculis posceret, responsum est per eum illi certam posse venire vindictam, qui ex ipso et filia Pelopeia natus fuisset. Unde illicitos filiæ amplexus invasit, ex qua natus est puer, quem illa in silvas propter conscientiam abjecit: hic capræ uberibus nutritus, ex eadem re Ægistus nomen accepit: qui Atreum in vindictam patris, quum adolevisset, occidit. Idem autem Agamemnona, quum Clytemnæstram uxorem ejus adulterasset, occidit, ut ipse Virgil. Æn. XI, 266: « Ipse Mycenæus magnorum ductor Achivum. » Qui postea ab Oreste filio Agamemnonis cum ea quam adulterasset occisus est. Sed ab origine irarum quæ fuerit causa describam. Mercurius ægre ferens a Pelope Myrtillum filium suum in pelagus præcipitatum, spoliatumque vitæ lege, reperit vindictam, qua consolaretur orbitatem; nam Pelopis filiis Atreo et Thyesti tantum discordiæ injecit, ut germanitatis jura dirumperent. Thyestes enim quum sciret regnum penes eum fataliter mansurum, qui arietem velleris aurei haberet, quem tum Atreus regiam ingressus plurimum custodiebat, corrumpens Europam fratris sui uxorem, eum ad se transferri posse judicavit: quod ille posteaquam didicit, eum cum filiis duobus suis expulit, et postea simulata gratia ad eum misit, ejusque filios interemtos epulandos apposuit; quo facinore quum eum

punisset, sol dicitur ab eorum se regionibus avertisse : unde Virgil. e contrario : Æneid. I, 568 : « Nec tam aversus equos Tyria sol jungit ab urbe. » Ergo ne Mycenæ auxilio sint, par fuit pæne fortuna, quia et illos fratrum odia vexabant. Thyestes enim Atreo fratri filios epulandos apposuit ob adulteratam uxorem suam Europam : ideo funeratas dapes propter epulas et recursum solis, et propter offensam affabilis Dei, quia inter nulla nubila pietate tanta egit occasum, et oblatum aurei velleris arietem, quo fato regnandi tenebatur. LACTANT.

315. *Raptis velut aspera natis Prædatoris equi*, etc. Claudianus XXXVI, de Raptu Proserpinæ lib. III, 263 et seqq.

Arduus Hyrcana quatitur sic matre Niphates,
Cujus Achæmenio regi ludibria natos
Avexit tremebundus eques : fremit illa marito
Mobilior Zephyro, totamque virentibus iram
Dispergit maculis, jamjamque hausura profundo
Ore virum, vitreæ tardatur imagine formæ.

Tigris animal tremendæ velocitatis, et maxime cognitæ dum capitur ejus fœtus. Totus enim, qui semper numerosus est, ab insidiante rapitur equo quam maxime pernici, atque in recentem subinde transfertur : at ubi vacuum cubile reperit fœta, (maribus enim cura non est sobolis,) fertur præceps odore vestigans : raptor, appropinquante fremitu, abjicit unum e catulis : tollit illa morsu, et pondere etiam ocyor acta remeat, iterumque consequitur, ac subinde : donec in navem regresso irrita feritas sævit in litore. Plinius lib. VIII, c. 8. Vide et Pomponium Melam lib. III, cap. 5. Solinum cap. 21. Teixeram lib. I, Relat. de Regibus Persarum cap. 29.

409. *Ille Deos non larga cæde juvencum*. Sensus : Tiresias vates non larga cæde juvencum, nec, tripode, nec numerorum ratione, nec fumo volitante supra altaria thurea, mentem Deorum tam penitus refert patuisse, seu innotescere, quam si elicerentur Manes, qui eam declararent; ratus scilicet Deos mentem suam non patefacturos Eteocli, ob ejus scelera ac perfidiam. Hic recenset Poeta communiora et honestiora divinandi genera apud Veteres; divinabant enim vel immolatione victimarum, vel observatione avium, vel inspectione extorum, vel consultis oraculis, vel astrorum speculatione, vel ex divisione ipsius fumi in aris, quæ ars vocabatur πυρομαντία, seu καπνομαντία, et simplici νεκρομαντία, qua utitur hic Tiresias, omissis cæteris. Cæterum totus hic locus adumbratus est ex Lucani Phars. VI, 425 et seqq.

Non tripodas Deli, non Pythia consulit antra,
Nec quæsisse libet, primis quid frugibus altrix
Ore Jovis Dodona sonet, quis noscere fibra
Fata queat, quid prodat aves, quis fulgura cæli
Servet, et Assyria scrutetur sidera cura,
Aut si quid tacitum, sed fas, erat....

Vide etiam Senecam Tragicum in OEdipo. — *Non larga cæde juvencum* (*bidentum*). Observabant enim, si victimæ ictum intrepide reciperent, vel admotæ aris non fugerent : quæ si signa erant prospera, et contra adversa.

453. *Actæos imbres*. Actæa dicitur regio Attica, de qua et mella quæ veniunt et liquida sunt, et nimis dulcia. Unde Virgil. et montem Atticum Aracynthum Actæum vocavit, quia omnis regio maritima. *Actæum imbrem* mulsum dicit : aut *Actæos imbres*, aquam fontis illius, unde Actæon adspersus in cervum mutatus est : sed utrum mulsum purum fontem notet, an cruorem pecudum, quo possit tellus arida satiari, incertum est. Nonnulli rorem marinum in Actæo Aracyntho dicunt. LACTANT.

460. *Cupressus plorata*. Luctibus apta. Cupressus speciosus puer, dum venaretur, in amorem sui Apollinem compulit, a quo accepit cervum pulcherrimum munere et mansuetum, quem quum diligeret, lassus somnum sub arbore capere cœpit, subitoque excitatus strepitu, cervum longe vidit; credens silvestrem, missa sagitta eum interemit, agnitoque, usque eo ingemuit, ut ab omni cibo potuque abstineret, quo tabescente Apollo misertus ejus, vertit eum in arborem sui nominis; de quo Virgil. Æn. IV, 507 : « funesta fronde coronat. » (Vide Varias Lectiones, nost. Virg. tom. II, pag. 534. Ed.) Hæc causa est quare cupressus adhibetur locupletum funeribus. Lucan. Phars. III, 442 : « Et non plebeios luctus testata cupressus; » quia incestatas familias Romani hac notabant. Quidam volunt ad hoc nomen electam arborem, quia infructuosa apta defunctis est; vel quod in tutelam eam dixerint inferorum.

462, 463. *Signati capita et frugum libamine puro In vulnus cecidere greges. Signati capita*. Obliquum enim cultrum a fronte usque ad caudam ante immolationem ducere consueverant. Virgil. Æneid. XII, 173 : « Dant fruges manibus salsas, et tempora ferro Summa notant pecudum. » Observabantur et alia in hac probatione, ut notat hic Lactantius. — *Et frugum libamine puro*. Quando victimis mola sàlsa inspergebatur, tum demum dicebantur immolari, auctore Servio in Æneid. IV et X. Quum vero dicit Poeta *libamine puro*, id intelligere credo secundum consuetudinem Græcam : Græcis enim in more positum erat, ut scribit Turnebus Advers. lib. VII, cap. 13, hostiis fruges integras, non tritas, nec molitas inspergere, et argumento esse, quod eorum molæ vocentur οὐλαὶ, seu οὐλοχύται, quæ erant hordei integræ fruges cum sale admixto : usos autem Græcos, ut Theophrastus prodidit, in sacris hordeo non molito, in priscæ vitæ memoriam, quando homines solidis, non contusis, aut fractis frugibus vescebantur. Hinc Dionysius Halicarn. dixit victimæ capitibus inspergi Δήμητρος καρποὺς, *fructus Cereris*. Vide Suidam in voce οὐλοθυτεῖν. — *In vulnus cecidere greges*. Bene *in vulnus*. Quia Inferorum victimæ capite terram versus inclinato a sacerdote statuebantur : contrarium ejus quod in Superorum victimis fie-

bat, quarum resupinarum jugulum cælum versus vertebatur: quod Sophocles dicit ἄνω σφάζοντα τρέπειν, et Homerus ἀνερύειν, ut refert Cleon Argon. lib. I, et Myrtilus his verbis a Natali Comite citatis: « Solent Sacerdotes quum sacra faciunt Diis Inferis victimarum capita in terra amputare; sic enim sacrificant subterraneis: cælestibus vero immolantes sursum vertunt jugulum victimarum. » Itaque in Deorum Manium sacris ex parte inferiori, in Superorum sive cælestium sacris ex parte superiori, securi aut malleo victimæ feriebantur. In utroque genere sacrificii dabant operam victimarii, ut victima in cultros suppositos; sive subjectos capite incumbens, speciem præberet sponte ad interitum sese offerentis. Lege Servium in illud Virgilii Georg. III, 492: « Ac vix suppositi tinguntur sanguine cultri. » (Et ibi ab Heynio notata; nost. edit. tom. I, pag. 493. Ed.) Hic Lactantius, interpres Papinii, hos, qui malleo victimam feriunt, ait nominari *Agones*: qui autem subjiciunt, sive supponunt victimarum jugulis cultros, id est, ita cultros tenent, ut in aciem victima jugulo incidere possit, hos dici *victimatores*.

483. *Potenti Nubilus Arcas agat.* *Nubilus* infernus. Imperat autem Mercurio et Libero, ut animas piorum evocent. Quare autem per se eate est ratio. Quidam enim volunt non Jovis filium esse Mercurium, sed Pyrrhæ, in qua opinione et Hesiodus versatur in his libris, quos de Theogonia scripsit: quidam Persei. Corvilius quatuor Mercurios esse scribit. Unum Jovis et Maiæ filium; alterum Cæli et Diei; tertium Liberi et Proserpinæ; quartum Jovis et Cyllenes, a quo Argus occisus est, quem ipsum ob hanc causam Græci profugum dicunt, Ægyptiis autem literas demonstrasse. Ergo Mercurium Liberi et Proserpinæ filium dicunt animas evocare. De quo Virgil. Æneid. VI, 749: « Lethæum ad fluvium Deus evocat agmine magno. » Lactant.

516. *Triplicis mundi.* Juxta picturam illam veterem, in qua hæc tormenta descripta sunt, et adscensio ad Deum: dicit Deum demogorgona summum, cujus nomen scire non licet. Infiniti autem philosophorum magorum, Persæ etiam confirmant revera esse, præter hos Deos cognitos qui coluntur in templis, alium principem, et maxime Deum, ceterorum numinum ordinatorem, de cujus genere sint soli, Sol atque Luna: ceteri vero qui circumferuntur astra nominantur, quæ ejus claresc unt spiritu, maximis in hoc auctoribus, Pythagora, et Platone, et ipso Tagete, convenientibus. Sed dire sentiunt, qui eum interesse nefandis artibus actibusque magicis arbitrantur. In versu ergo Poeta sic dixit illum, quasi nomen sciret: sic repetunt, ut prodiret; sed hoc magis ad terrorem dixit, illum ut putaretur scire: si ergo scire nefas est, disci a vate non potuit; licet magis frigidas habeant quas putant Dei nomine continere: sed hoc Dei vocabulum a nullo sciri hominum potest; sed quid veritas habeat percipe. Hujusne Dei nomen sciri potest, qui nutu tantum regit et continet cuncta, cujus arbitrio deserviunt;

cujus nec æstimari potest mundus, nec finibus claudi? Sed quum magi vellent virtutis ejus, ut putabant, sese comprehendere singulas appellationes, quas per naturarum potestates abusive modo designarunt, et quasi plurimorum numinum nobilitate Deum appellare conati sunt: quasi ab effectu cujusque rei ductis vocabulis, sicut Orpheus fecit, et Moyses Dei summi antistes et Esaias, et his similes. Etrusci confirmant nympham, quæ dum non nupta fuerit, prædicasse maximi Dei nomen exaudiri hominem per naturæ fragilitatem, pollutionemque fas non esse: quod ut documentis assereret, in conspectu cæterorum ad aurem tauri Dei nomen nominasse, quem illico ut dementia correptum, et nimio turbine coactum, exanimasse: sunt qui se licet secreto scire dicunt, falsum sciunt, quoniam res ineffabilis comprehendi non potest. LACT.

530. *Arbiter hos dura versat Gortynius urna.* Licet de disceptatore animarum et censore vitæ alia sit secreta et arcana veritas, tamen quod ex opinione translatum est in tabulis scribam. Gortynius arbiter, Minos Cretensis, cui ad gloriam et titulum sola natalium sufficeret claritas, meruit placiditate mentis, ut plus eum moribus quam claritate generis omnes mirarentur. Fuit enim rex Cretæ ita vita clemens, ut, quod est mirum, gauderent eum dominum, quibus imperabat. Defuncto deinde quantum mansuetudo mereatur nec fato quidem hoc honore privatus est; nam dicitur apud manes de supremo exitu judicare mortales. Veteres enim Græci, ut impios crudeles pœnas apud inferos luere, sic bonum quemque adeptum bonæ vitæ præmia post mortem esse dixerunt: quod est bonitatis exemplum: quia Minos non ut regem, aut tyrannum, sed tanquam unum de plebe se gessit, quæ laus summa est; ut Seneca in Thyeste act. II, 340 et seqq.

Nescitis cupidi arcium,
Regnum quo jaceat loco.
Regem non faciunt opes,
Non vestis Tyriæ color,
Non frontis nota regiæ
Non auro nitidæ fores.
Rex est, qui posuit metus
Et diri mala pectoris; etc.

550. *Si crimina demas Colchis.* Talis erat Manto carminibus ademtis, qualis Medea aut Circe magica arte perfecta, ut collatio conveniret. Medeæ artem tulit herbarum, quia Manto uno carmine potentiam exercet. Circen autem non carminibus, sed herbis constat valuisse, quia decipiebat poculis transeuntes. Equidem quum sit naturæ ratio fingendo corpora facere homines, qui fuerant belluæ resoluta feræ figura humanos vultus effingunt. Circe ergo fuit mortalis, quam stulti Solis filiam fuisse dixerunt: si fas est, ut Dei filia credatur esse mortalis. Sed ordinem fabulæ perstringamus. Hæc Circe in insula Mæonia delatos ad se in feras mutabat. Ad hanc forte delatus Ulysses Eurylochum cum viginti

et duobus sociis misit, quos ab humana specie commutavit, sed Eurylochus inde fugit, et Ulyssi nuntiavit. Is solus ad eam proficiscitur, cui in itinere remedium Mercurius dedit, monstravitque quomodo Circen deciperet. Qui posteaquam ad eam venit, ab ea poculo accepto Mercurii remedium miscuit, et eduxit ensem, eique minatus est, ut socios sibi restitueret. Tunc Circe sensit sine voluntate Deorum non esse factum, fideque data socios ei restituit. Ipse cum ea concubuit, ex qua Telegonum procreavit: inde proficiscens ad Avernum delatus ad Inferos descendit: reliquos labores ejus Tiresias vates edocuit. LACTANT.

570. *Tristem nosco Lycum*. Hic est Lycus, qui Megæram filiam suam Herculi dedit uxorem: et ob hoc a Junone in furorem versus est, et filios Herculis ex Megæra susceptos, Oxea et Leontiadem, occidit. *Tristem* ergo propter mortem nepotum. Hic est ergo Lycus maritus Antiopæ, Nictei regis filiæ: et tristis ob stuprum conjugis quam per vim stupraverat Epaphus, ille eam projecit. Epaphus autem fuit ex Jove natus: quam fabulam latius aperiemus. Antiopa Nictei regis filia ab Epapho per dolum stuprata est, quæ ob id a viro Lyco est ejecta vi: qua pulsa Dircen duxit uxorem, cui suspicio incidit virum suum clam cum Antiopa concubuisse; itaque impetravit a famulis, ut eam vinctam in tenebris clauderent, cui quum partus instaret, Jovis voluntate effugit vincula, et in monte Cithærone partum exposuit: natos, Zetum et Amphionem, projecit; hos pastor pro suis educavit, quos postea mater agnovit, qui injurias ejus executi, Lycum interfecerunt: Dircen tauro indomito religatam, vita privaverunt. LACTANT.

584. *Nata, ait, externæ satis est*, etc. Cum his versibus mire congruit locus ille celeberrimus nostratis RACINE, *Athalie*, act. III, sc. 7:

> Mais d'où vient que mon cœur frémit d'un saint effroi?
> Est-ce l'esprit divin qui s'empare de moi?
> C'est lui-même: il m'échauffe; il parle; mes yeux s'ouvrent,
> Et les siècles obscurs devant moi se découvrent.

589. *Torvus Abas, Prætusque nocens, mitisque Phoroneus. Torvus Abas*. Acrysii pater, quem torvum dicit, quod fuerit torvus in cives. — *Prætusque nocens*. Ideo nocens, quia Bellerophontem voluit innocentem occidere. Bellerophon, Glauci filius, quum ignarus ad Prœtum in hospitium venisset, et uxor Prœti Sthenobea, sive Antia, illum amaret, nec ab eo impetrare potuisset ut secum concumberet, apud suum virum mentita est, ab eo se compellatam fuisse. Prœtus ad Adjuvarcem socerum suum misit, et de eadem re Bellerophonti dedit tabellas perferendas socero, quibus lectis interficere voluit talem virum: sed quum ille prudentia sua et castitatis auxilio se ab instante periculo liberasset, ad interficiendam Chimeram missus est, quam ille Pegaso juvante prostravit. Denuo eum misit, ut Calydonas vinceret; etiam illos quum vicisset, et quum novissime scivit Adjuvarces, quod ipsi fuisset causa tanti mali faciendi,

crimina quæ in eum confixerant abolevit, virtutemque ejus laudans alteram filiam Alchimenem ei dedit uxorem. At Sthenubea re cognita ipsa se interfecit. Ergo is Prœtus nocens, quia innoxium juvenem periculis tantis objecit. Hæc fabula apud Homer. l. VI. Est ipse Prœtus cujus filius sub contumelia læsi numinis Juno furore complevit, quo se factas buculas putarent. De quibus Virg. Eclog. VI, 48: « Prœtides implerunt falsis mugitibus agros. » — *Phoroneus*. Hic est qui primus Junoni sacrificasse dicitur, ut Dardanus Jovi. Phoroneus autem Inachi filius, qui primus mortalibus regnavit, cujus filiam Nioben, quia alia Tantali est, Juppiter primo mortalem dicitur compressisse.

599. *Ne sævite duces*. Quasi apud indignantes eos loquitur, qui fuerunt interemti a Tydeo, et casum humanæ sortis excusat fatorum legibus evenisse. Omnia prospera viderat de parte Thebana, et Argolicos duces vultu pronuntiasse de fato belli. Sed vidit illos Thebanos quos Tydeus peremit, quos hic minantes civibus suis placat, dicens fatorum fuisse, non virtutis alienæ legem ut tot caderent. Dein superstitibus Thebanis, qui Tydeum viderent esse passurum. Hoc autem mihi videtur dixisse Statius, fretus historiæ exemplo, ut animas seu manes irasci diceret, et a Tiresia placatos. Alexander igitur quum in Asiam traduceret exercitum, conspexit proximam litori manum armatorum, armis Achivis candentibus; propterea tubam canere jussit, et milites navibus egredi armatos. Sed quum abiret a conspectu Macedonum ea species umbrarum, ante cunctis perspecta, postquam attigit Thraciam terram certior a vicinis factus, quod ejusmodi visiones ibi frequentissime fierent, suspicatus animas esse Achivorum, qui consociati fœdere Thessalis fuerant Hernico bello, inferias apud tumulos Achivorum dedit, precatus adversus barbaram gentem auxiliarios sibi fieri: opinatus eosdem et in excessione classis apud litus sibi visos. Isque in ea pugna, quum apud Granicum confligeret exercitus, multas ibidem species in prælia conspectans, putans Macedonum exercitum, nec minus alias animas apparuisse barbarico habitu, ex adverso existimantes hostium numerum, eo prælio multis ex utraque parte cæsis. Loci in quo ceciderunt faba primo floresque nati fidem Veteribus præbuit, quia abstinendum usu fabæ suadent. Lactant.

658. *Lynces*. Quum Triptolemus beneficio Cereris fruges per omnes spargeret gentes, ad Lycum Siciliæ regem venit, et ibi pæne deceptus est: volens enim Lycus, id quod hospes attulerat, fuisse suum monstrare, Triptolemum insidiis finire conatus est; at ille periculo cognito Lycum stricto gladio persequi cœpit; ille in feram sui nominis versus morum suorum colore distinctus est.

661. *Sunt illic Ira, Furorque*, etc. Optimus poeta serio agens, quod agere non videtur, pessimæ matris Ebrietatis pessimas proles indicat

Possem ad vitæ hujus coertionem multa adferre, sed ne extra chorum saltare videar, solum cum Q. Curtio dicam Liv. V, cap. 7, 1: « Magnum illum Alexandrum ingenia animi bona, illam indolem, qua omnes reges antecessit, illam in subeundis periculis constantiam, in rebus moliendis efficiendisque velocitatem, in deditos fidem, in captivos clementiam, in voluptatibus permissis quoque et usitatis temperantiam, unius vini cupiditate perdidisse. » BERNART.

692. *Æstifer Erigones spumat canis.* Duplicat enim solis fervorem, ut traditum veteribus astrologis. Manilius elegantissime, Astron. V, 206 et seqq.

> Quum vero in vastos surget Nemeæus hiatus,
> Exoriturque canis, latratque canicula flammas,
> Et rabit igne suo, geminatque incendia solis:
> Qua subdente facem terris, radiosque movente,
> Dimicat in cineres orbis, fatumque supremum
> Sortitur, languetque suis Neptunus in undis,
> Et viridis nemori sanguis decedit et herbis.
> Cuncta peregrinos orbes animalia quærunt;
> Atque eget alterius mundus. Natura suismet
> Ægrotat morbis, nimios obsessa per æstus,
> Inque rogo vivit. Tantus per sidera fervor
> Funditur! atque uno ceu sunt in lumine cuncta.

709. *Ægyptos, donec Phariis alimenta rogatus Donet agris*, etc. Regio totius Africæ nobilissima ac fertilissima, introrsus ad Meridiem recedens, donec a tergo prætendantur Æthiopes. Veteres geographi illam Asiæ attribuerunt, hacce parte Asiæ fines constituentes: sed Mari Rubro limite Africæ constituto, Ægyptus fecit partem Africæ. Habet ad ortum Mare Rubrum, et Arabiam Petræam; a Septemtrione Mari Mediterraneo alluitur; ab Occidente Marmarica et Libycis montibus terminatur. — *Phariis.* Id est, Ægyptiis, a Pharo olim insula prope Alexandriam, nunc terræ juncta. — *Rogatus.* Ægyptiis enim Nilus Deus habitus, ideoque *rogatus*, ut suis aquis agros eorum fœcundet. Θεοπλαστοῦσι γὰρ τὸν Νεῖλον οἱ Αἰγύπτιοι, καὶ κρειττόνων τὸν μέγιστον ἄδουσι, ἀντίμιμον οὐρανοῦ τὸν ποταμὸν σεμνηγοροῦντες. « Deum esse fingunt Ægyptii Nilum, et ex numinibus maximum ducunt, æmulum esse cæli fluvium prædicantes. » Heliodorus lib. IX, deinde addit: eumdem Nilum Ægyptii Ὧρον τε καὶ τὸν ζείδωρον ἀποκαλοῦντες, Αἰγύπτου τε ὅλης, τῆς μὲν ἄνω σωτῆρα, τῆς κάτω δὲ καὶ πατέρα καὶ δημιουργόν. « Horum, seu solem, et fertilitatis auctorem appellantes, et Ægypti totius, superioris quidem servatorem, inferioris vero patrem et opificem. » Unde et festa in honorem ejus celebrata Νειλῷα vocata. Quin etiam Nilus *Juppiter Ægyptius* dictus. Parmeno Byzantius poeta apud Athenæum Αἰγύπτιε Ζεῦ Νεῖλε, *Ægyptie Juppiter Nile.* Et bene *æmulus cœli*, quia scilicet certis anni temporibus, superfusis ripis, imbrium cælestium more magnam agris ubertatem et ferti-

litatem inducit. Unde et illud proverbium mysticum Æthiopibus usitatum : « Nilus cælestis est, qui derivatus super terram tuam, replebit eam; et pasceris divitiis ejus, et desiderium tuum adimplebitur. »

717. *Langia.* Fons est qui postea vocatus est Archemorus, et huic consecratus est fons et Nympha; cujus famam postea Argivi accepto beneficio extulerunt, quia non perdiderat aquam; juxta fontem Agon celebratur in honorem Archemori consecratus, et in Nymphæ beneficium. Archemorus est Lycurgi filius Græci, quem Hypsipyle acceperat nutriendum, quæ dum sitientibus Græcis fontam demonstrat Langiam, regium puerum ictu serpentis amisit. Is est puer Opheltes, qui post Archemorus est dictus; nomen enim lacrimabile significat Archemorus. Lactant.

718. *Nondum illi raptus dederat lacrimabile nomen Archemorus.* A serpente peremtus. Gloss. Ms. *Rapi* dicuntur a poetis, qui violenter occidunt et ante diem aut ordinem. *Archemorus* dictus fuit a fato, quia ab eo clades incipiebat, *Opheltes*. Ab eo deinde fons, ad quem a serpente idem interemtus, ut notant Lactantius, Vibius, et alii. Barth. — *Nomen.* Fama vel gloria. Hypsipyle Lemnias fuit : quodam tempore dum Lemniadum viri in Thracia pugnantes triennio tenerentur, indignatæ desiderio feminæ necem adversus omnes conjuraverunt, ut omnes perimerent, inter quas sola Hypsipyle Thoanti patri pepercit. Ex quo armavit cæterarum in se furorem; quæ, dum fugeret, capta ad Lycurgum regem Græciæ ducta est, in cujus servitio quum filium Ophelten nutriret, puer dracone periit, qua orbitate rex iratus quum in Hypsipylen jus dominii exercere vellet, eamque filio inferias mittere, a Græcis prohibitus est, quibus sitientibus fontem demonstravit. Græcis vero postea responsum est, non prius eos ad Thebas pervenire, nisi placassent manes Archemori, pro qua re illi ludos funebres constituerunt, de quibus ipse Poeta plenius loquitur.

785. *Resonat vagitibus Ide.* Postquam Ops Jovem ex Saturno peperit, commendasse dicitur in Ida monte ne a Saturno interiret, propter exclusionem regni, quod Protheus edixerat. Itaque quum Opem rogasset ubi esset quod pepererat, illa lapidem ei involutum veste monstravit, quem Saturnus voravit. Amalthea nutrix, ne vagitus pueri audiretur, Corybantes posuit; quia *Curetes* Latine *lares familiares* appellantur.

837—839. *Te nec Apollineus Ladon, nec Xanthus uterque..... Præstiterint.* Ladon fluvius Arcadiæ. — *Apollineus.* Quia Apollo Daphnen Ladonis filiam adamavit. Supra vs. 289. — *Xanthus uterque.* Duo enim erant fluvii hujusce nominis : alter in Lycia duobus fontibus e monte Cadmo ortus, et non procul ab oppido sui nominis, in mare Lycium effusus : alter vero in Troade, *Scamander* etiam dictus. Homerus Iliad. X, assignat huic fluvio duos fontes, unum calidum, alterum frigidum. Sed

Strabo lib. I, et XIII, docet fontem Scamandri non esse, ubi Poeta eum collocat, sed in monte Ida, atque unum esse fontem, non duos; probabileque esse dicit exaruisse calidas aquas: frigidas vero, quæ e Scamandro per alveum subterraneum effluentes illic emergunt, aut etiam, quia vicinæ sunt Scamandro, ejus fontes dici potuisse; additque ex Democrito Scepsio esse collem quemdam montis Idæ, *Cotylum* vocatum, distantem 120 stadiis ab urbe Scepsi, ex eoque scatere Scamandrum, Granicum, et Æsepum; duos ultimos quidem ex plurimis fontibus confluentes septemtrionem versus tendere, et in Propontidem effundi; Scamandrum vero ortum unico fonte Occidentem versus. Idem auctor scribit Scamandrum jungi Simoenti, eosque facere juxta mare paludem *Stomalimnem* vocatam; et sic demum influere in mare. Discimus etiam ex Æschine in quadam Epistola ad Senatum et populum Atheniensem, moris fuisse in Troade, ut virgines, quæ nuberent, ad Scamandrum accedentes abluerent se, et hoc quasi quoddam carmen accinerent, *λάβε μου, Σκάμανδρε, τὴν παρθενίαν*, « Accipe, Scamander, virginitatem meam; » refertque Cimonem quemdam captata occasione hujusce consuetudinis occultasse se sub Scamandri arbustis, ac caput cinxisse arundinibus, raptaque Callirhoe virgine, quæ secundum consuetudinem ad hunc fluvium accesserat, protuleratque hæc verba sollemnia, disparuisse, tanquam si Scamander esset.

PUBLII PAPINII STATII

# THEBAIDOS

## LIBER QUINTUS.

# ARGUMENTUM

## CARMINIBUS DESCRIPTUM. *

Postquam pulsa sitis, relevataque membra fluentis,
Inachides juvenes, ante omnes mitis Adrastus,
Hypsipyles cælum, gentem, patriamque requirit.
Ingemit illa quidem, et tandem vix mœsta profatur;
« Lemnos erat patria, et princeps mihi sanguinis Evan;
Hic Veneris rabie ætas cuncta peremta virorum est.
Ast ego sola meum carum miserata parentem
Committo incolumem ventis: mox ipsa per undas
Excessi geminam linquens de Jasone prolem. »
Hæc fata, Archemorum sacro serpente peremtum
Conspicit Eurydice, genitrix miseranda querelis
Intonat; et placat Graiorum turba Lycurgum.

* Behott. 1, 2, duo Barthiani, Put. Lactant. Venett. 3, 4. Rom. Lindenbrog. Cruc. et Barth. hoc habent Argumentum. — Nullum Regg. B et C exhibeut. Ed.

1. *Relevataque membra fluentis. Membraque levata fluentis* Behott. 1, 2, et duo alii codd. Barthii, quam genuinam scripturam ille putat.

4. *Ingemit i. q. et tandem v. m. prof. At tamdem* vetus Barth. quod ille probat.

5. *L. erat patria.* « In alio libro, qui fuit Theodori Pulmanni, inserta est vocula: *patria est;* quam non admittimus. » Barth. Behot. 1, *patriæ.*

6. *Hic Veneris rabie ætas c. p. vir. est. Hic Veneris rabiem sat est peremta virorum est* codex Barthii; unde ille: *Hic Veneris rabie vis tota*, etc. Unus Behot. *perenta.*

7. *Ast c. s. meum carum. At ego* unus Behot. *mecum ah carum* unus Barthianus.

8. *Committo incolumem ventis.* « In codd. *Incolumem misi ventis.* Puto auctorem non omnino improbum scripsisse: *immisi ventis. Committendi* tamen et *commendandi* verbis utitur Papinius vs. 283, et 287. » Barth.

12. *Turba Lycurgum. Ligurgum* in utroque Behot.

# PUBLII PAPINII* STATII

# THEBAIDOS

## LIBER QUINTUS.

### ARGUMENTUM.

Exstincta siti, dum exercitus Argivus viæ se committit, Adrastus Hypsipylen rogat nomen, patriam, fortunam, ac genus; 1—27. Illa mœsto vultu et sua vulnera refricare ægre habens, paucis et obscuris verbis loquitur de Lemno, et de promiscua omnium marium cæde a Lemniadibus facta; se Hypsipylen esse, quæ patrem Thoantem hujus insulæ regem ab hac immani cæde servaverit, et tunc apud Lycurgum servitutem servire; 28—39. Adrastus aliique duces, tanta virtute et fortunæ mutatione commoti, majore studio illam orant, ut hos casus ipsis enarret; 40—48. Tandem horum victa precibus exponit totam istius crudelissimæ stragis et suarum calamitatum seriem; quæ est ejusmodi: Venus Lemniis graviter infensa, quod nullas ei aras, nullaque templa consecravissent, locum vindictæ quærens, tantum viris contemtum in uxores inspirat, ut per tres annos, quibus patriam reliquerant, bellum Thracibus illaturi, nullum ad eas nuntium mittere dignati sint; 49—84. Unaquaque earum hoc perquam iniquo animo ferente, Polyxo anus Lemnia, subito furore a Venere immisso percita, domo erumpit, pulsatisque ædium foribus concilium mulierum convocat. In templum Minervæ conveniunt; 85—104. — Ibi Po-

* In inscriptione hujus quinti libri quædam Barthii membranæ Papinio ponunt Titulum: STATII AQUILINI.

lyxo, stricto ense, atrocissimis verbis exaggerat injuriam, quam a maritis recipiebant, illasque exhortatur, ut eos reversos, omnesque omnino mares, cujuscunque forent ætatis, jugularent; 105—129. Quum hæc intonat, ecce vela in mari apparent; classis erat Lemniorum domum redeuntium; exclamat Polyxo, capiendam occasionem, superos cœptis faventes, maritos in ipsarum manus tradere, Venerem sibi apparuisse, ensem, quem tenebat, dedisse, ac pollicitam fuisse se pro his, quos e medio tollerent, meliores alios ac gratiores daturam; et ut illas magis incenderet, addit maritos alias uxores in Thracia duxisse, quas secum forsan adveherent; 130—143. His verbis in rabiem versæ Lemniades, jurant supra immolatum puerum, quem una ex iis mactandum obtulerat, se tam immane facinus patraturas; 144—169. Lemnii specie bene accipiuntur; verum, nocte jam provecta, mulieres hos incautos vinoque ac somno gravatos cum omnibus maribus occidunt; 170—235. Hypsipyle hæc videns ad cubiculum patris Thoantis currit, re breviter narrata eum surgere cogit, ductumque ad litus maris ac naviculæ impositum numinibus maris commendat; 236—290. Et ut fidem faceret se illum occidisse, ingentem pyram, quasi cremando ejus corpori, struit; 291—319. Hac arte conciliatis Lemniadum animis, regina proclamatur; 320—334. Aliquo post tempore, Argonautæ, duce Jasone, Colchos ad vellus aureum in Græciam reportandum contendentes, gravissima tempestate, dum Lemnum prætemavigant, excipiuntur; 335—375. Ejus vitandæ gratia portum Lemni petunt; sed Lemniades Thracum aggressionem esse ratæ, eos telis ac sagittis repellunt; 376—415. Jasone autem, olivæ ramo ostenso, pacem poscente, Argonautæ non solum in urbem, sed in lectos Lemniadum, procurantibus ac conciliantibus Junone et Venere, admittuntur; 416—452. Sic Hypsipyle Jasoni nubit, ex quo geminos Thoantem et Euneon suscipit; 453—485. Profectis tandem Argonautis, famaque Lemnum perlata, regem Thoantem vivere, ac Chio regnare, Lemniades adversus Hypsipylen fremunt, eamque morti deposcunt; 486—492. Hæc, fuga clam arrepta, litus

petit, ut mari se committeret : piratæ illuc appulsi eam ibi repertam rapiunt, vectamque in Græciam Lycurgo Nemeæ regulo vendunt, qui eam nutriendo filio Opheltæ seu Archemoro præponit; 4,3—498. Dum hæc Argivis narrat Hypsipyle, serpens Archemorum infantem in gramine depositum extrema cauda ferit et occidit; 499—540. Morientis vagitus ad aures Hypsipyles perveniunt : currit citatissimo gradu, cernitque infantem mortuum, et serpentem juxta jacentem; 541—553. Horrendos ululatus edit; advolant Argivi; 554—557. Hippomedon ingens saxum in serpentem projicit irrito ictu : at Capaneus illi caput hasta transfigit; 558—569. Serpens, avulsa hasta, in templum Jovis Inachii fugit, et ibi moritur; 570—637. Interim Lycurgus, audita filii morte, accurrit, ut Hypsipylen occideret; sed a Tydeo, Parthenopæo, Hippomedonte, ac Capaneo retinetur; 638—665. Coeuntibusque in ultionem principis incolis, atrox pugna commissa fuisset, nisi Amphiaraus omnia prudentia sua pacificasset; 666—689. Alia ex parte, equites Argivi, qui præcedebant, sparso rnmore ad supplicium rapi Hypsipylen, parabant se ad faces injiciendas arcibus Lycurgi, et omnia diruere minitabantur, nisi Adrastus arreptam in currum Hypsipylen, per medias turmas, illam salvam et incolumem furentibus ostentasset; 690—709. Thoas autem et Euneos filii Hypsipyles, qui in Græciam matris perquirendæ causa transvecti fuerant, et a Lycurgo hospitio recepti, quique eum fuerant secuti, quum primum, audito filii casu, ex ædibus eruperat, ut nomina Lemni et Thoantis audiunt, irruunt per medias catervas, ac matrem repertam amplectuntur; 710—722. Illa hæret immobilis, et tandem cognitis filiis, suæ lacrimæ in alias conversæ sunt. Dum hæc omnes mirantur, cymbala et tympana in aere audita sunt; 723—730. Tunc Amphiaraus Apollinis monitu declarat omnes hos casus consilio Deorum contigisse : et solatus Archemori parentes, dicit illum defleri non debere, qui Deus esset, sed potius honores divinos ei deferendos, vitamque illius tam brevem Nestoris et Tithoni longæ senectuti esse præferendam; 731—753.

---

Pulsa sitis fluvio, populataque gurgitis alveum
Agmina linquebant ripas, amnemque minorem:
Acrior et campum sonipes rapit, et pedes arva
Implet ovans: rediere viris animique, minæque,
Votaque, sanguineis mixtum ceu fontibus ignem
Hausissent belli, magnasque in prælia mentes.
Dispositi in turmas rursus, legemque severi
Ordinis, ut cuique ante locus, ductorque, monentur
Instaurare vias. Tellus jam pulvere primo
Crescit, et armorum transmittunt fulgura silvæ.

1. *Pulsa s. f. p. gurgitis alveum.* Dan. Petav. uterque Behot. et plerique *alvum*; optimæ Barthii membranæ, Petrens. Aldd. Gevart. Grasser. et recentt. *alveum*. — Reg. B, *altum*; Reg. C, *alvum* exhibent. Ed. — *Alveum*. Hic duæ syllabæ in unam coeunt metri gratia.

2. *Agmina l. ripus* Optimæ Barthii membranæ *rippas*. — *Amnemque minorem*. Potu scilicet exercitus.

3. *Et pedes arva*. Reg. B, *arma* præbet; Reg. C nostram lectionem. Ed.

4. *Rediere*, etc. Siti enim gravissima omnis ardor animorum exstinctus fuerat.

5. *Sanguineis mixtum ceu fontibus ignem*. Exc. Cantab. unus Behot. optimi Barthiani, plerique *sanguinei*, probantibus Barthio et Burmanno; et ita conjectabat Jortinus; *sanguineis* exhibent alter Behot. Put. Lindenbrog. Cruc. Grunov. Barthian. et nonnulli: *seu fontibus* Lang. Laur. Lindenbrog. et Cruc. « Pueri sciunt *ceu* scribendum. » Barth. Et ita edd. vett.

7. *Dispositi in turmas rursus. Dispositum in turmas* duo Barthiani. — *Legemque severi Ordinis*. Severissima enim militaris disciplina apud Græcos et Romanos. Et respicit ad morem Romanorum, qui militem, etiam quum absente hoste nihil timeretur, summa diligentia in ordinibus continebant.

8. *Ductorque, monentur*. Optimus, aliique Barthiani, cum uno Behot. *monetur*: ita quoque Lactantius. — Reg. B, *moneret* habet; Reg. C nost. lect. A.

9. *Tellus jam pulvere primo Crescit*. Quia dum erigitur pulvis, terra crescit in altitudinem. Supra lib. præcedente 138: « Longoque attollit pulvere campum. »

10. *Transmittunt fulgura silvæ*. Reg. B, *fulgora*; Reg. C nost. lect. exhibent. Ed. — *Fulgura*. Splendor enim armorum micans, qua laxant

Qualia trans Pontum Phariis defensa serenis
Rauca Paraetonio decedunt agmina Nilo,
Quum fera ponit hiems : illæ clangore fugaci,
Umbra fretis arvisque, volant : sonat avius æther.
Jam Borean imbresque pati, jam nare solutis
Amnibus, et nudo juvat æstivare sub Hæmo.
Hic rursus simili procerum vallante corona
Dux Talaionides. antiqua ut forte sub orno
Stabat, et admoti nixus Polynicis in hastam:

rami oemus, refert speciem fulguris.

11. *Qualia t. p. Phariis defensa serenis.* Pro *defensa* Put. et nonnulli Barthiani : *deprensa.* — *Phariis.* Ægyptiis, ut jam diximus sæpius. — *Defensa.* A rigore hiemis. — *Serenis. Serenis* hic pro serenitatibus. Ita Virgilius Georg. I, 393 : « Nec mious ex imbri soles et aperta serena Prospicere. » Io Ægypto enim perpetua aeris sereoitas ac temperies per hiemem. — De hac comparatione coof. notata ad Virgil. Æneid. X, 264 et seqq. nost. edit. tom. IV, pagin. 135. Vide etiam Claud. XV de Bell. Gild. vs. 474—476; ubi comparat militum agmen cum gruibus in bellum eootra Pygmæos proficiscentibua. Ed.

12. *Rauca agmina.* Grues, quæ in septemtrionalem regionem æstate convolare soleot. Vide et Solinum cap. XVI, et Plinium Hist. Natur. X, cap. 23, et Ciceronem de Natura Deorum lib. II, de expeditionibus gruum. — *Rauca.* Quia grues maxime vocales. — *Parætonio Nilo.* Nilus dicitur *Parætonius*, a Parætonio oppido, quod situm est in finibus Ægypti et Libyæ Marmaricæ, stadiis ferme nongentis distans a Catabathmo, portumque habens ingentem. Forte legendum *Paratonio*, a Paratonio urbe prope Alexandriam, quæ Stephano vocatur *Ammonia.*

13. *Quum f. ponit hiems : illæ clangore fugaci.* Uous Behot. et nonnulli Barthiani : *clangore sagaci* : ita quoque Dan. Heinsius ad Claudian. Bell. Gild. 475. — Reg. B, *fera cogit hiemps* habet. Ed. — *Illæ.* Referendo ad Grues, de quibus loquitur Poeta, non ad « rauca agmina. »

14. *Umbra fretis arvisque, volant. Umbram fretis arvisque volant* Heinsius ibidem : *arvisque volans* Aldd. Colin. Gryph. et Basil. — *Umbra fretis arvisque volant.* Hyperbole; ut denotet multitudinem gruum, dicit illas inumbrasse arva fretaque. — *Avius.* Homini scilicet, aoimalibusque cæteris, exceptis avibus.

16. *Nudo.* Non hic sine honore silvarum, ut interpretatur Laetantius, sed detecto nivibus. — *Hæmo.* Hæmus mons Thraciæ altissimus.

18. *Dux Talaionides. Talaonides* Behott. 1, 2, Lang. Bualid. Aldd. Colin. Basil. et Plaot. Vide ad Thebaid. II, 141, hujus tom. pag. 174.

« At tamen, o quæcunque es, ait, cui gloria tanta
Venimus innumeræ fatum debere cohortes,
Quem non ipse Deum sator adsperuetur honorem,
Dic age (quando tuis alacres assistimus undis)
Quæ domus, aut tellus, animam quibus hauseris astris?
Dic quis et ille pater? neque enim tibi numina longe,
Transierit fortuna licet: majorque per ora
Sanguis, et afflicto spirat reverentia vultu. »
Ingemit, et paullum fletu cunctata modesto
Lemnias orsa refert: « Immania vulnera, rector,
Integrare jubes, furias, et Lemnon, et arctis

20. *At tamen, o quæcunque es.* Optimæ Barthii membranæ, *quicumque.* — *Cui gloria tanta.* Quasi ad gloriam Hypsipyles pertinet, quia saluti sit restitutus exercitus. — *Gloria tanta.* Conservatorem tot militum, regum et heroum. V. S. Servatoris appellatio etiam Romanis moribus. Vide Dausque. ad Basil. Seleucens. Orat. XI, et Legati Gothorum ad Francos apud Agathiam lib. I. Barth.

21. *Venimus innumeræ fatum.* In iisdem membranis *vitam* pro *fatum*, probante Barthio: hoc etiam agnoscit Lactantius. — *Venimus.* Supple, huc, ut deberemus vitam. De hac locutione vide quæ diximus ad Thebaid. II, 720, hujusce tom. pag. 247. Ed.

23. *Quando.* Pro, *quoniam.* Virgil. Æneid. I, 261: « quando hæc te cura remordet. »

24. *Quæ domus.* Cujus regionis esset, aut unde originem duceret. — *Animam quibus hauseris astris.* Respicit ad Stoicorum opinionem, qui animam ex astris deducunt. Vide Theb. II, 62 et 63: « prærepta-que noscit Sidera, principiumque sui. » Et ibi notata nostra hujus tom. pag. 164. Ed.

25. *Dic quis et ille pater.* Præcedente enim libro dixerat Hypsipyle, 773: « Et nobis regnum tamen, et pater ingens. »

26. *Transierit fortuna licet.* Id est, quamvis a te fortuna emigrarit: fortunam autem dixit felicitatem.

28. *Fletu cunctata.* Colligens animum, et recordatione malorum suorum fletum solitum repetens. — *Modesto.* Non indecenti, non nimio, qui formam deturparet, dignitatem ejus deprimeret.

29. *Lemnias.* Hypsipyle, a Lemno insula: heroes solent ex patriis suis nominari. — *Immania vulnera, rector, Integrare jubes.* Suo more Papinius imitatur Virgilium Æneid. II, 3: « Infandum, regina, jubes renovare dolorem. » Ed.

30. *Furias, et Lemnon, et arctis.* Behot. 1, *et Lenon;* Behot. 2, *et Lepnon.* Optimus codex Barthii *altis* pro *arctis.* — Vide Excursum ad calcem hujusce libri. Ed.

Arma inserta toris, debellatosque pudendo
Ense mares : redit ecce nefas, et frigida cordi
Eumenis : o miseræ, quibus hic furor additus! o nox!
O pater! illa ego sum, (pudeat ne forte benignæ
Hospitis,) illa, duces, raptum quæ sola parentem
Occului : quid longa malis exordia necto?
Et vos arma vocant, magnique in corde paratus.
Hoc memorasse sat est; claro generata Thoante,
Servitium Hypsipyle vestri fero capta Lycurgi. »

31. *Debellatosque pudendo Ense m.* « In optimo libro longe venustior scriptura legitur *debellandosque;* atrocitatem enim rei tantam facit, tantum horret narrationem ejus, ut velut adhuc patrandas cædes sibi diris imaginibus præfingat. » Barth. — *Debellatosque pudendo Ense mares.* Lemniades, quum decimam frugum Diis omnibus singulis annis offerrent, Venerem consulto prætermiserunt : unde Dea, graviter irata, odorem hircinum Lemniadibus immisit, quem quum mariti ferre non possent, conscensis navibus Thraciam petiverunt, Thracum filias sibi matrimonio juncturi : quo a Lemniadibus comperto, conspiratione facta redeuntes maritos interemerunt cum omnibus maribus; Hypsipylæ sola patrem Thoantem servavit. Hæc omnia latius infra describuntur.

33. *Furor additus.* Hinc *additus.* Zelotypiæ scilicet, non enim maritos maresve occidissent, nisi ad id a Furiis impulsæ fuissent. Virgil. Æneid. II, 355 : « animis juvenum furor additus » ad quem locum vide not. nost. ed. t. II. p. 257. — *O nox.* Noctu enim maritos cum omnibus maribus occiderunt.

34. *Illa ego sum (pudeat ne forte Benignæ Hospitis).* Manuscripti codd. Lindenbrogii : *illa ego nam.* — Hanc quoque lectionem Regg. B et C præbent. Ed. — *Ne forte benignæ.* Quum audietis e Lemno esse, ne me includatis reliquarum ejus regni mulierum numero. Illæ vere et digne suis factis sunt miseræ, et pudeat virum honestum quemlibet iis colloqui. De me aliter est. Ego non sum vobis benigna hospes, ut vestrum colloquium ambiam; imo ego non peccavi, sed bene feci. Vet. Schol.

35. *Hospitis, illa, duces, raptum quæ,* etc. *Hospites : illa, Duces, raptum,* etc. legit Barthius. — *Quæ sola parentem Occului.* Omnes scriptores Hypsipyle dant laudem servati patris : sed non conveniunt de modo quo id fecit, ut infra referemus.

38. *Memorasse sat est. Hæc meminisse* Lipsian.

39 *Servitium Hypsipyle v. f. capta L. Hypsipile* Behot. 1, *Isiphile* Behot. 2, *capta* habet Exc. Cantab. sed pro v. l. *rapta.* Vide Theb. II, 328. — *Servitium Hypsipyle vestri fero capta Lycurgi.* Hypsipyle enim, ut infra videbitur, a piratis capta,

Advertere animos, majorque, et honora videri
Parque operi tanto: cunctis tunc noscere casus
Ortus amor: pater ante alios hortatur Adrastus.
« Immo age, dum primi longe damus agmina vulgi,
Nec facilis Nemee latas evolvere vires,
Quippe obtenta comis, et ineluctabilis umbra,
Pande nefas, laudesque tuas, gemitusque tuorum,
Unde hos advenias regno dejecta labores.
Dulce loqui miseris, veteresque reducere questus. »
Incipit: « Ægæo premitur circumflua Nereo
Lemnos, ubi ignifera fessus respirat ab Ætna
Mulciber: ingenti tellurem proximus umbra

et in Græciam advecta, vendita fuerat Lycurgo, de quo soperiori libro.

43. *Immo age, dum primi*, etc. *Imo agedum* margo ed. Barth.

44. *Nec facilis Nemee latas evolvere vires. Nemeæ* Lang. Lindenbr. et plerique. « Error in omnibus retro editis, quem non debebat interpretatione fovere Barclaios, omnia ad vocem *umbræ* trahendo. » Barth. — *Facilis evolvere*. Id est, ex qua non facile est evolvere.

45. *Comis*. Comæ arborum, folia, frondes.

46. *Laudesque tuas*. Quia sola servavit patrem.

47, 48. *Unde h. a. r. deject. lab. Dulce l. mis*. In optimo codice Barthii hi duo versus trajecti leguntur. « Magis placet volgata, aliorumque manoscriptorum lectio. » Barth. — *Dulce loqui miseris*. Eurip. Œoeo: « Infelici enim calamitates narrare, rursusque flere dolce est. » Quo respiciont quoque hæc Isidori Pelus. lib. IV, Ep. 110: « Queruli enim, et in sinum propinquorum dolorem deponentes, non minimam consolationem accipiont: quodammodo enim dolor narrando pacatur. » Seneca Hercul. Fur. act. III, v. 656 et seq. « quæ fuit durum pati, meminisse dulce est. »

49. *Nereo*. Nereos Deos marinus. Sumitur et poetis pro mari, ut hoc loco.

50. *Ætna*. Ætna mons Siciliæ flammas vomeos; unde dicitur *ignifera*. — *Respirat*. Officinam enim Vulcanus habuisse dicitor in monte Ætna.

51. *Mulciber: ingenti tellurem proximus umbra*. Bebott. 1, 2, *mulcifer*. « Juves Papinium inserendo voculam, *ut proximus;* sed vulgatam lectionem omnibos libris constantem non solicitamus. » Barth. — Reg. B, *Mulgiber* habet; Reg. C nost. lectionem. Eo. — *Mulciber*. Vulcanus. — *Ingenti tellurem proximus umbra Vestit Athos*. Athos mons Thraciæ Homero et Melæ, Macedoniæ vero Plinio, seu potius inter utramque situs, tantæ altitudinis, ut Solstitio umbram in forum

Vestit Athos, nemorumque obscurat imagine pontum.
Thraces arant contra : Thracum fatalia nobis
Litora, et inde nefas. Florebat dives alumnis
Terra, nec illa Samo fama, Delove sonanti
Pejor, et innumeris quas spumifer assilit Ægon.

urbis Myrinæ Lemni extendat, ut supra jam diximus (Conf. Excurs. 35 ad calcem lib. II, hujusce tom. pag. 254—256. Ed.), et cineres in aris, quas in vertice sustinet, non abluuntur, sed quo relictæ fuerint aggera manent. Cæterum, ut ait Mela, non Promontorio, ut alii, verum totus est, totoque longo dorso procedit in pelagus; qua continenti adhæret, a Xerxe in Græcos tendente perfossus, transnavigatusque, et factus freto navigabili pervius. Ex hoc monte Stasicrates nobilis architectus Alexandri faeturum se effigiem pollicebatur, cujus manu læva designaverat civitatis amplissimæ mœnia, dextra pateram, quæ exciperet omnium fluminum, quæ sunt in eo monte, aquam, ut inde in mare profunderetur. Hodie Athos vocatur Ἅγιον ὄρος seu *Monte Santo*.

52. *Vestit Athos*. Avienus, Descript. Orbis Terræ, v. 102 : « Hic circumfusis vestitur nubibus axis. » Ad quem locum illustrandum adductus est a Schradero Nostri versus. Vide Poet. Latin. Minor. nost. edit. tom. V, pagin. 117. Ed.

53. *Thraces arant contra. Thraces erant contra* in nonnullis codd. scriptis. — *Thraces arant contra*. Thraces incolæ Thraciæ, quæ regio Europæ, est Macedoniæ ad Occasum proxima, Nesto fluvio, ut vult Ptolemæus, Strymone vero, ut mavult Plinius, ab eadem divisa : finit eam a Septemtrione Danubius, ab ortu Pontus et Propontis, a Meridie Ægæum Mare. Lemnos insula ipsi est opposita. — *Thracum fatalia*. Id est, vicinitas Thraciæ in nos suum transtulit nefas. Nam quemadmodum Procne filium necavit, ita et nos in Lemno maritos peremimus : vel quia exemplum de cæde maritorum petitum est a crudelitate Tydei, qui fuit ex Thracia.

54. *Et inde nefas : florebat dives alumnis*. In optimis Barthii membranis : *divis florebat alumnis*, probante Barthio. — *Et inde nefas*. Quia Lemnii ex hac regione uxores petere decreverant : unde iratæ Lemniæ eos interfecerunt. Vel *inde nefas* seu exemplum sceleris. Polyxo enim, ut stimulet Lemniades contra maritos, hæc ait : « Quod si propioribus actis Est opus, ecce animos doceat Rhodopeia conjux Ulta manu thalamos, pariterque epulata marito. »

55. *Samo*. Samos ; hæc insula Ioniæ adjacet : erat in tutela Junonis. — *Deloque*. Delos una e Cycladibus, ut jam diximus sæpius. — *Sonanti*. Oraculis scilicet.

56. *Spumifer assilit*. Mare Ægeum, quod insulas plurimas habet, dictum ab Ægeo patre Thesei : et eleganter insulam insulis comparavit. — *Assilit*. Insulas, id est, circumfluit. — *Ægon*. Ægæum Mare. Sic etiam vocatur a Valerio Flacco.

Dis visum turbare domos : nec pectora culpa
Nostra vacant : nullos Veneri sacravimus ignes :
Nulla Deæ sedes : movet et cælestia quondam
Corda dolor, lentoque irrepunt agmine pœnæ.
Illa Paphon veterem centumque altaria linquens,
Nec vultu, nec crine prior, solvisse jugalem
Ceston, et Idalias procul ablegasse volucres

58. *Nullos Veneri sacravimus ignes : Nulla Deæ sedes.* Valerius Flaccus Argonaut. lib. II, vs. 98 et seqq. dicit, stare quidem frigidam aram Veneris, non tamen nullam esse : « contra Veneris stat frigida semper Ara loco, meritas postquam Dea conjugis iras Horruit, et tacitæ Martem tenuere catenæ. » Apollodorus dicit Venerem iratam fuisse Lemniadibus, quod illam nullo honore prosequerentur; cui suffragatur Suidas explicando proverbium Λήμνιον κακὸν, *malum Lemnium*. Dicit etiam Scholiastes Hecubæ Euripidis, morem fuisse apud Lemnum celebrandi quotannis festum in honorem Veneris; sed Lemniades illud prætermisisse : quod et confirmat Hyginus cap. 15 : « In insula, inquit, Lemno mulieres Veneri sacra aliquot annos non fecerant. » Ratio autem, quia Lemniades adulterium Veneris in honorem Vulcani damnaverant.

59. *Nulla Deæ sedes Indignata Dea est* Dan. pro quo omnes alii codd. et edd. habent *Nulla Deæ sedes*.

60. *Lentoque irrepunt agmine pœnæ*. Noster hocce lib. 688: « Sed videt hoc, videt ille Deum regnator, et ausis Sera quidem, manet ira tamen. » Tibull. lib. I, Eleg. 9, 3 seq. « ah ! miser ! etsi quis primum perjuria celat, Sera tamen tacitis pœna venit pedibus. » Hor. III, Od. 2 : « Raro antecedentem scelestum Deseruit pede pœna claudo. » De quo loco ampliora legere si velis adi Excurs. ad calc. huj. lib. Ed. — Pœnam, quam omnes improbi Deo debent, interdum omittit Deus, sed non remittit; ampliat quosdam in suo justo judicio, sed non absolvit; debitum statim non exigit, sed cum fœnore solvendum differt. Bern.

61. *Paphon*. Paphos, urbs Cypri insulæ, in qua Venus religiose colebatur, et centum habebat aras, ut tradunt hic Papinius, et Virgil. Æneid. I, 415 : « Ipsa Paphum sublimis abit, sedesque revisit Læta suas, ubi templum illi, centumque Sabæo Thure calent aræ, sertisque recentibus halant. » Confer notata ad hunc locum Maronianum. nost. edit. tom. II, pag. 120 Ed.

62. *Jugalem ceston.* Cestos, cingulum Veneris, cujus descriptio videnda apud Homerum Iliad. Ο, quo Venus cingitur, omnibus illecebris nuptiarumque cupiditatibus elaboratum, quo matrimonia dicitur alligare. Ampliora invenies in Excursu.

63. *Idalias volucres.* Idaliæ volucres sunt columbæ, vel cycni, vel passeres, quos curri suo jungit

Fertur : erant certe, media quæ noctis in umbra
Divam, alios ignes majoraque tela gerentem,
Tartareas inter thalamis volitasse sorores
Vulgarent : utque implicitis arcana domorum
Anguibus, et sæva formidine cuncta replevit
Limina, nec fidi populum miserata mariti;
Protinus a Lemno teneri fugistis Amores :
Motus Hymen, versæque faces, et frigida justi

Venus. — *Idaliæ*. Quia Idalium oppidum nemusque in Cypro insula erat Veneri sacrum.

64. *Erant certe, media quæ noctis in umbra Divam*, etc. De hoc loco conf. enarrata a Marklando ad Silv. V, 1, 110, nost. ed. tom. I, pag. 554, 555 et 556. Ed.

65. *Alios ignes*. Adi Excursum ad calcem hujus libri. Ed.

66. *Tartareas int. thal. volitasse s.* Reg. B, *volatisse* habet; Reg. C nost. lectionem. Ed. — *Tartareas*. Sunt qui dicerent, Venerem se cum furiis conjunxisse. Et bene philosophi, quod obscure hic poeta tetigit, furias amori conjunctas esse dixerunt, secundum Virg. Georg. III, 244 : « In furias ignemque ruunt. » Talia enim pro amore committunt, qualia per furorem solent : quid est enim voluptas Veneris, nisi mera insania? Ideo Venus ignis dicitur : ideo Vulcani et Martis conjux, i. e. ignis et furoris. Idcirco furiæ ignis facibus distinguuntur armatæ. Lactant.

67. *Vulgarent*. *Tractarent* ex quibusdam codd. notavit Lindenbrogius; *Vulgarent* tamen exhibent Dan. Put. uterque Behot. et cæteri. — *Implicitis Anguibus*. Furiæ enim angues habent, qui sibi invicem implicantur.

68. *Et sæva formidine cuncta replevit*. Put. *nupta replesset*. — Hanc lectionem Reg. B etiam præbet; Reg. C nostram. Ed.

69. *Fidi populum mariti*. Id est, Lemniacum. Lemnos enim erat in tutela Vulcani, qui erat maritus Veneris. — *Fidi*. Quia Vulcanus pepercerat uxori adulteræ; et ut ipsa loquitur Theb. III, 276 : « et læsi servit tamen ira mariti. »

70. *Protinus a Lemno*. Optimus codex Barthii : *e Lemno*.

71. *Motus Hymen, versæque faces, et frigida justi Cura tori*. « Inepta scriptura; quam tamen omnes libri retinent. Quis neget Papinium scripsisse potius? *fugistis Amores*, *Mutus Hymen, versæque Faces. It frigida justi Cura tori*. Vulgata Papinii lectio etiam in optimo libro nostro comparet, sed supra scripta intra lineas vocula *vel*, qua varietas lectionis alioquin indicatur; quæ isto loco, negligente librario, omissa est. Nobis tamen veritatis inveniendæ occasionem præbuit. » Barth. — *Hymen*. Deus nuptiarum. — *Versæque faces*. Id est, exstinctæ, quia faces invertuntur, ut exstinguantur. Faces vero nuptiis adhiberi jam observavimus. — *Versæque faces*. Alludit ad ritum priscum, non tamen me judice, ad

Cura tori : nullæ redeunt in gaudia noctes,
Nullus in amplexu sopor est : odia aspera ubique,
Et Furor, et medio recubat Discordia lecto.
Cura viris tumidos adversa Thracas in ora
Eruere, et sævam bellando frangere gentem.
« Quumque domus contra, stantesque in litore nati,
Dulcius Edonas hiemes, Arctonque frementem
Excipere, aut tandem tacita post prælia nocte
Fractorum subitas torrentum audire ruinas.
« Illæ autem tristes (nam me tunc libera curis
Virginitas, annique tegunt) sub nocte dieque
Assiduis ægræ lacrimis, solantia miscent

vulgatum illum, quo in luctu receptum, ut magistratuum insignia inversa præferreutur : quod huic loco uou convenit; sed acutissime more suo, in hac alienatione mulierum a maritis, et odio potius, quam dolore, respexit morem, quo trausfugæ iu exercitu signa vertebant et arma. Ammian. lib. XXVI, « Eumque secuti complures jam gladios quatientes et pila ad Imperatorem trauseuut, cum vexillis scuta perversa gestantes : quod defectionis signum est apertissimum. » Bernart.

75. *Cura viris tumidos adversa*, etc. « Lectio suspecta, quum tertius supra versus eadem voce inceperit. Nullos tamen libros video quidquam mutare voleutes. » Barth. — *Viris*. Lemuiis. — *Adversa in ora*. Thracia euim Lemno iusulæ opposita.

78. *Dulcius Edonas hiemes, Arctonque frementem*. *Ædonias* Lang. Dan. et in plerisque; *Ædonas* in nonnullis; *Idonias* vett. Lindenbr. *edomitas* codex Nic. Fabri. *Arctonque prementem* Put. — Reg. B, *Dulcius Edonias h. A. prementem* exhibet; Reg. C, *Dulcius Edonias h. A. frementem*. Eu. — *Dulcius*. Supple, his, seu Lemniis, erat. — *Edonas*. Id est, Thracias, quia Edoni Thraciæ populi. — *Edonas hiemes*, pro Thracias ab Edoue seu Edouo, moute Thraciæ : verum alii aliter. Conf. Claud. qui XXI, de Laudibus Stilich. lib. I, v. 122 seq. « quoties sub pellibus egit Edouas hiemes et tardi flabra Bootæ Sub dio Rhipæa tulit. » Ed. — *Arctonque frementem*. Ventis scilicet. Arcton autem sumi pro Septemtrione omuibus notum est.

81. *Nam me tunc libera curis*. Behot. 1, *tum libera*.

82. *Annique tegunt, sub nocte dieque*. Lactantius in Commeot. *animisque tegunt*. — MS. Petrensis *nocteque dieque* habet. Vide uotata ad Silv. I, 2, 49, hujusce edit. tom. I, pag. 69. — *Tegunt*. Sive defendunt, seu separaut a tali coucilio, sive a curis defendunt.

83. *Assiduis ægræ lacrimis*. Assi-

Colloquia, aut sævam spectant trans æquora Thracen.
« Sol operum medius summo librabat Olympo,
Lucentes, ceu staret, equos; quater axe sereno
Intonuit, quater antra Dei fumantis anhelos
Exeruere apices: ventisque absentibus Ægon
Motus, et ingenti percussit litora ponto:
Quum subito horrendas ævi matura Polyxo
Tollitur in furias, thalamisque insueta relictis

*duis ægre in lacrymis* unus Behot. — *Solantia miscent Colloquia.* Sic lib. sup. de Argia, vs. 202: « sat dubium cœtu solante timorem Fallere. »

84. *Colloquia aut sævam. Alloquia* pro *Colloquia* correxit Marklandus ad Silv. I, 2, 49, et V, 1, 18. Quod videndum in nost. edit. tom. I, pagin. 69 et 529. Ed. — *Sævam.* Quia retinebat maritos: vel quia mariti inde uxores adducturi erant. — *Thracen.* Thraciam.

85. *Sol operum medius*, etc. Descriptio solis, quum est in meridiano circulo. Nam summum cœli tenet, et medius est inter ortum et occasum, et sui operis: tantumdem enim ipsi absolvendum est, quantum fecit.

86. *Ceu staret.* Quia in meridie sol stare, seu non moveri videtur. — *Quater axe sereno.* Sicut apud Veteres impar numerus faustus habebatur, ut ex illo Virgiliano patet Ecl. VIII, 75: « numero Deus impare gaudet. » Sic e contra par funestum quid portendebat, ut ex hocce Papinii loco apparet, et ex illo Virgil. Æneid. II, 242 et seq. « Quater ipso in limine portæ Substitit, atque utero sonitum quater arma dedere. » Nam ibi Virgilius ex numero sonituum innuit imminentem ruinam Trojæ.

88. *Exeruere apices.* Dicuntur enim fuisse spiramina ignis in insula Lemno, præsertim in monte Mosychlo, ut supra diximus. Inde etiam fabulæ locus, Vulcanum ibi habere officinam. — *Ventisque absentibus Ægon.* Hoc enim in malum omen accipiebatur. — *Ægon. Ægæum Mare.* Vide supra, v. 56 et hic notata. Sic Valerius Flacc. Argon. I, 629: « quanto fremitu se sustulit Ægon.

89. *Ingenti percussit litora ponto.* « In optimo librorum scriptum est: *præcessit littora ponto;* quod puto verum esse, ut exundationem designet. » Barth.

90. *Quum s. h. æ. m. Polyx. Polipxo* in uno Behot. — *Ævi matura. Ævi matura* exquisite pro *matura ævo.* Sic Virgilio Æneid. V, 73: « Ævi maturus Acestes. » Ad quem locum videsis notata, nost. edit. tom. III, pagin. 11. Adi etiam Claudian. qui XXII de Laudib. Stilich. lib. II, vs. 348: « avus maturior ævi. » Ed. — *Polyxo.* Anus, quæ persuasit Lemniadibus, ut maritos maresque omnes tollerent.

91. *Insueta.* Hoc est, præter solitum tollitur in furorem. Lact.

Evolat: insano veluti Theumesia Thyas
Rapta Deo, quum sacra vocant, Idæaque suadet
Buxus, et a summis auditus montibus Evan:
Sic erecta genas, aciemque effusa, trementi
Sanguine, desertam rabidis clamoribus urbem
Exagitat, clausasque domos, et limina pulsans,
Concilium vocat: infelix comitatus eunti
Hærebant nati: atque illæ non segnius omnes
Erumpunt tectis; summasque ad Pallados arces

92. *Insano v. Theumesia. Teumesia* sine aspiratione legi jussit Barthius, ut apud Steph. de Urbibus. — *Theumesia.* Thebana, a Theumeso monte Bœotiæ.—*Thyas.* Baccha: Bacchæ enim seu ministræ Bacchi diversa habebant nomina, et Thyades vocabantur ἀπὸ τοῦ θύειν, *a sacrificando*, sicut et Mænades, et Mimallones.

93. *Deo.* Baccho.—*Idæaque suadet.* Tibiæ buxeæ, petitæ ex monte Ida. Schol. Vet. — Videtur Berecynthiæ sive Deorum matris sacra jungere Bacchicis. Sed potest *Idæam buxum* tibias io Bacchi sacris usurpatas dicere. Vide Serv. ad Æneid. IX, 619.

94. *Buxus.* Tibia ex boxo, cujos arbor abundat in Ida Phrygiæ monte, confecta: unde *Idæa.* — *Auditus.* Vocem audiebant, seu fingebant audire, et sic io turba solet ... t fingantur auditæ Deorum ... — *Evan.* Nomen Bacchi, in ... clamari solitum. Cæterum to... locus videtur adumbratus ... Virg. Æn. IV, 301 et seqq. ... commotis excita sacris ...s, ubi audito stimolant trie... Baccho Orgia, nocturnusque ... t clamore Cithæron. »

95. *Sic erecta genas, aciemque effusa, trementi. Sic arecta genas* vetos codex Barthii. Optimus codex: *aciemque offusa trementi Sanguine;* rectissime, judicio Barthii. — *Aciemque effusa.* An *refusa trementi Sanguine?* Id est, oculos sanguine, seu sanguinis guttis suffusos habens, et *trementes*, id est, incertos, non fixos, quales furentium sont.

96. *Desertam rabidis clamoribus urbem.* Omnes codd. Barthii, *dejectam* pro *desertam.* Put. cum uno Behot. *rapidis clamoribus.* — Hanc lectionem Reg. B habet; Reg. C nostram. Eo. — *Desertam.* A viris.

98. *Infelix comitatus eunti.* « Duo nostri libri expressissime habent *euntem;* quod nescio an defendam. » BARTH. — *Infelix comitatus.* Quia eos primum occisura est, ut fidem faciat cæteris suadere.

99. *Hærebant.* Hoc verbum frequenter legitur de comitantibus. Fabius Decl. 330, « Hærebo miseræ comes quotidiano labori, » et Decl. 332, « Assiduum me hæsisse lateri sciebat. » Plin. VII, Ep. 27, « Tenuis adhuc et obscurus Africam obtinenti comes hæserat. »

100. *Summasque ad Pallados ar-*

Impetus : huc propere stipamur, et ordine nullo
Congestæ : stricto mox ense silentia jussit
Hortatrix scelerum , et medio sic ausa profari est : »
« Rem summam instinctu Superum, meritique doloris,
O viduæ (firmate animos et pellite sexum)
Lemniades, sancire paro : si tædet inanes
Æternum servare domos, turpemque juventæ
Flore situm, et longis steriles in luctibus annos,

*ces.* Optimæ Barthii membranæ : *summas ad Palladis arces;* quod ille probat. — *Ad Pallados arces.* Opportune in templo virginis Deæ in maritorum cædem mulieres conjurant : hæc enim Dea videtur nuptias damnasse, amplexata virginitatem.

102. *Congestæ.* « Non possum damnare optimi codicis lectionem, *Conjectæ.* Juvat alius in quo scriptum, *Conjestæ ;* eo enim verbo numinis impulsionem denotat. » Barth.

103. *H. s. et medio sic ausa profari est.* Vox *est* non habetur in Cantab. Petrens. Burm. Taurin. utroque Behot. et in Regg. B et C. Ed. — *Et medio*, etc. Hæret hic denuo oratio, quam commode explicat codex noster, unius literæ omissione aliis omnibus sapientior, deleta insuper vocula hujus versus ultima, hoc pacto : « stricto mox ense silentia jussit Hortatrix scelerum, e medio sic ausa profari : Rem summam instinctu Superum, etc. » Nihil planius, nihil Papinio dignius. Medius locus cum auctoritate perorantium. Vide supra ad Theb. IV, 683 et ibi not. nost. Ed.

104. *Instinctu Superum.* Nihil tam efficaciter excitat nos ad suscipienda quæcunque, quam si Deorum inspiratione, iisve approbantibus, decerni dicantur. — *Meritique doloris.* Id est, quem merito habemus in viros

105. *Firmate animos et pellite sexum.* Unus Barthii : *firmate animos, expellite sexum ;* in altero libro ejusdem Barthii : *impellite sexum :* in alio vero codice : *nec prodite sexum.* — *O viduæ.* Invidiose, ut earum hoc nomine furorem magis excitet in viros. — *Pellite sexum.* Id est, pulsa feminea imbecillitate viriles ad facinus sumite animos.

106. *Inanes.* Virorum absentia.

107. *Æternum.* Sic ait, quasi semper desint mariti : ut Virg. Æn. IV, 32 : « Solane perpetua mærens carpere juventa. » — *Turpemque juventæ Flore situm.* Dubius locus, et fortean corruptus, nisi poetis usitato loquendi genere τὸ *in* subaudias; ut sensus sit : Si tædet turpem situm in flore juventæ perferre. Scriptus Lips. codex supra eadem manu et editio princeps agnoscit : *Ferre situm*, mihi non displicent legi, *flere situm.* Bern.

108. *Flore situm, et longis s. in l. annos. Ferre sitim* Taurin. Burm. Lipsian. inter lineas, et Venett. Pro *longis* Put. habet *longos;* Behot. 1, *longe.* — Reg. B, *longos* præbet ; Reg. C nost. lectionem. Ed.

Inveni, promitto viam, nec numina desunt,
Qua renovanda Venus: modo par insumite robur
Luctibus: atque adeo primum hoc mihi noscere detur:
Tertia canet hiems, cui connubialia vincla,
Aut thalami secretus honos? quod conjuge pectus
Intepuit? cujus vidit Lucina labores?
Dicite, vel justos cujus pulsantia menses
Vota tument? qua pace feras volucresque jugari
Mos datus. Heu segnes! potuitne ultricia Graiis

109. *Nec numina desunt.* Dan. Heinsius ad Claudian. Rapt. Proserp. II, 287, correxit: *nec numina deerunt.*

110. *Qua r. V. modo par insumite robur.* Optimæ Barthii membranæ: *par mihi sumite robur.* — *Qua renovanda Venus.* Venus hic pro maritis posita, id est, qua alios maritos inveniamus.

111. *Atque adeo primum*, etc. Unus Behot. *usque adeo.*

112. *Tertia canet hiems. Ter modo canet hyems* duo codd. Barthiani. — *Canet.* Ob nives scilicet. — *Cui connubialia.* Interrogative, hoc est cui vestrum fuit honos thalami secretus? BERNART.

113. *Aut t. s. honos? quod conjuge pectus.* Codd. omnes Barthiani, et Put. *cui conjuge;* Dan. *quæ conjuge.* — *Aut thalami secretus honos.* Id est, legitimus concubitus, qui fit in secreto thalamo. Sed forte, ait Guyetus, sic legi debent hi duo versus: « Tertia canet hiems: qua connubialia vincla, Et thalami secretus honos. » Id est, tertius hic annus est, ex quo sublata sunt matrimonii jura, et honos thalami, id est, legitimus concubitus. — *Quod conjuge pectus Intepuit.* Placet Gronovio quod in quibusdam scriptis: *quæ conjuge pectus intepuit.* Ut Theb. III, 709: « genas fulgebitis auro. » — Reg. B, *cui conjuge* habet: Reg. C nostram lectionem. ED.

114. *Lucina.* Dea quæ præest partui. — *Lucina labores.* Ab inutilibus maritis argumentatur, et docet quid habeant utilitatis si voluerint mutare consilia. LACTANT.

116. *Vota.* Id est, ventres, seu partus, propter quos vota suscipiuntur. — *Vota tument.* Metaphora ab inclusis, qui pulsant ut aperiatur, et hic partus inclusus est, non vota tument, sed crescentibus mensibus tumet uterus, propter quem partum ut detumescant vota suscipiuntur.

117. *Heu segnes.* Codex Barth. *ha segnes.* — *Potuitne ultricia Graiis Virginibus dare tela pater.* Intelligit Danaum, cujus filiæ, quas hic Graias virgines vocat, consilio patris sponsos prima nuptiarum nocte interfecerunt. Nota fabula. — *Ultricia tela.* Quia hoc modo ulcisci credebat mortem suam, quam sibi ab uno e generis impendere oraculo acceperat. Vel quia hoc modo ulciscebatur injurias quas a fratre Ægypto receperat: quod ex-

Virginibus dare tela pater, lætusque dolorum,
Sanguine securos juvenum perfundere somnos?
At nos vulgus iners: quod si propioribus actis
Est opus, ecce animos doceat Rhodopeia conjux,
Ulta manu thalamos, pariterque epulata marito.
Nec vos immunis scelerum, securave cogo.
Plena mihi domus, atque ingens, en cernite, sudor.
Quatuor hos una, decus et solatia patris,
In gremio (licet amplexu lacrimisque morentur)
Transadigam ferro, saniemque et vulnera fratrum

pulsus ex Ægypto a fratre fuerat.

120. *Propioribus actis.* Exemplum filiarum Danai vetustius erat; idcirco recentius adducit Procnes. Et *propioribus* forsan, quia Thracia, in qua hæc omnia, quæ dicuntur de Tereo et Procne, gesta sunt, vicina erat insulæ Lemno. Adi Excursum ad calcem hujus libri. Ed.

121. *Rhodopeia conjux.* Procne uxor Terei Thracum regis, quæ marito filium epulandum apposuit. Nota fabula. A Rhodope monte Thraciæ dicta *Rhodopeia.*

122. *Thalamos.* Ulta est enim adulterium Terei mariti cum Philomela sorore commissum. — *Pariterque epulata marito.* Non hoc ex fabula: non enim Procne comedit filium suum cum Tereo, sed Polyxo id addit, ut hoc atrocissimo exemplo Lemniadibus persuadeat, injuriam violatæ fidei conjugalis tantam esse debere apud mulieres, ut etiam eam majoribus ac crudelioribus sceleribus ulciscantur.

123. *Securave cogo.* Nec vos ideo ego hortor ad scelus quod minime orbitate plena mihi sit domus filiis: et est figurata antipophora: ne ideo videatur hoc ipsa persuadere, quia non habet quod ipsa perimat. Sudorem autem dixit filiorum multiplicem partum, in quo dolore nimium laboratur: sive sudorem occidendorum quatuor posuit filiorum; sive sudorem dixit liberos, quos pariendo et educando sudavit. Lactant.

124. *Plena mihi domus, atque ingens, en cernite, sudor. Plena mihi domus en, atque ingens cernite* Lang. Laur. Buslid. et plerique, *domus, atque ingens, en cernite* uterque Behol. Petrens. optimus Barthian. cum edd. Amstel. Gron. Barth. et Delph.

125. *Quatuor hos una. Quatuor hos uno* cum optimis membranis legit Barthius.

126. *Lacrimisque.* Ut ostenderet grandi necessitate ad tale compelli facinus, quo crudelior fiat, sentire se dicit affectum.

127. *Saniemque et vulnera fratrum.* Quomodo misceantur non sit facile speculatu. At corruptam lectionem arguit, et veritatem palam restituit optimus liber, qui longe majore energia refert, *et viscera fratrum.* Quam restitutionem eatenus probat codex alter, in quo of-

Miscebo, patremque super spirantibus addam.
Ecqua tot in cædes animum promittit? » — Agebat
Pluribus : adverso nituerunt vela profundo.
Lemnia classis erat : rapuit gavisa Polyxo
Fortunam, atque iterat : — Superisne vocantibus ultro
Desumus? ecce rates, Deus hos, Deus ultor in iras
Apportat, cœptisque favet : nec imago quietis
Vana meæ : nudo stabat Venus ense, videri
Clara mihi, somnosque super. Quid perditis ævum?

fendimus : « vel *viscera.* » Nihil autem truculentius dicere poterat truculentissima bellua. BARTH.

128. *Patremque super sp. addam.* Reg. B, *patremque simul sp. addam* habet; Reg. C nost. lectionem. ED. — *Patremque super spirantibus addam.* Ut Virgilius Æneid. IV, 605 : « natumque patremque Cum genere exstinxem. »

129. *Ecqua tot in cædes*, etc. *Atque tot in cædes* nonnulli Barthiani; *Hæc qua tot in cædes* Behot. 1, *Ecce tot in cædes* Behot. et pro v. l. *Ecqua tot.*

130. *Adverso nituerunt vela prof.* Unus Barthianus : *viderunt vela.*

131. *Lemnia classis erat.* Erat classis Lemniorum domum redeuntium.

132. *Fortunam, atque iterat.* Optimæ Barthii membranæ : *rapuit gavisa Polyxo Fortunam. Hinc iterat*, etc. — *Fortunam.* Occasionem temporis, ut Virg. Æn. IX, 240 : « si fortuna permittitis uti. » Nata persuasio est revertentium virorum : dicit enim Deorum nutu factum esse, ut eo tempore conjuges advenirent, quo de eorum cæde tractatum est ; probabili argumento agendi virtute necessarium facit, dicendo : « Deus hos, Deus ultor in iras. » LACTANT.

133. *Ecce rates, Deus hos, Deus ultor in iras. Deus has* Lang. Buslid. Aldd. et nonnulli. *Deus heus* Dan. Put. Petav. *Deus hos* uterque Behot. Petrens. optimus Barthianus, Gronov. Barth. et Delph. — Reg. B, *Ecce rates heus hos Deus ult. in i.* Reg. C, *ecce r. has hos D. ult. in iras.* ED. — *Hos.* Maritos.

134, 135. *Nec imago quietis... n. s. V. e. v. Clara mihi, somnosque super.* Id est, supra quam per somnium videri potest. Expressisse hoc Virgilii videtur, Æneid. III, 173 : « nec sopor illud erat. » Talem claritatem somnii describit Silius Ital. Punic. III, 198; ad quem vide notata, nost. edit. tom. I, pag. 264. Confer quoque Epitaph. M. Lucceii, v. 10; Poet. Latin. Min. t. II, pag. 264. ED.

136. *Somnosque super.* Super somnos ea notione dixit qua vulgariter diceremus, « dum dormio » vel « inter dormiendum. » Noster Theb. I, 676: « Non super hos Divum tibi sum quærendus honores; » i. e. « inter honores. » Juv. Sat. XV, 14 : « Tale super cœnam facinus narraret Ulysses; » i. e. « inter cœnan-

Inquit : age aversis thalamos purgate maritis.
Ipsa faces alias, melioraque fœdera jungam.
Dixit : et hoc ferrum stratis, hoc, credite, ferrum
Imposuit : quin o miseræ, dum tempus agit rem,
Consulite : en validis spumant eversa lacertis
Æquora : Bistonides veniunt fortasse maritæ. »
« Hinc stimuli ingentes, magnusque advolvitur astris
Clamor : Amazonio Scythiam fervere tumultu,
Lunatumque putes agmen descendere, ubi arma
Indulget pater, et sævi movet ostia belli.

dum. » Phrasis Suetonio usitatissima. Nerone cap. 22 : « A quibusdam ex his rogatus, ut cantaret super cœnam. » Et alibi. Bern. — *Quid perditis ævum?* Perdere dicimur quæ irrita sunt et fine suo excidunt, vel quæ sine utilitate profundimus, nec in rem nostram convertimus, quorumque eventus et spes nos frustratur. Sic Noster Thebaid. II, 655 : « inanes Perdis, ait, lacrimas. » Confer etiam Thebaid. VIII, 415. Ed.

137. *Age aversis thalamos purgate maritis.* Codd. Barthiani : *adversis thalamos purgare.*

138. *Ipsa faces alias.* Id est, alias nuptias, quas per faces designare solent poetæ.

139. *Hoc, credite, ferrum.* Unus Barthianus, *cernite*, altero suprascripto.

140. *Dum tempus agit rem.* Ex Virg. Æneid. V, 638 : « Dum tempus agit rem, » id est, dum opportunitas se offert. Nicolaus Heinsius notis ad Claudianum in his Virgilii et Statii locis corrigendum censet *tempus agi rem.*

142. *Bistonides veniunt fortasse maritæ.* Vox *fortasse* suspecta est Barthio. — *Bistonides.* Thraciæ : dixerat enim superius, mulieres omnes hoc dolere, quia omnes Lemnii juvenes odio odoris uxorum in Thraciam profecti sunt, in eodem loco conjugiis copulati. — *Bistonides.* Femininum genus posuit; si de viris diceret, *Bistones* dixisset; ideo additum propter societatem conjugii : nam maritas eorum venire notissimum est. Lact.

144. *Amazonio.* Vide superiori libro vs. 394. — *Scythiam.* Scythia regio septemtrionalis latissima, divisa in duas partes, Europæam et Asiaticam : Europæa a Tanais ripis per Mæotidos et Ponti litora ad Istri seu Danubii ostia extenditur : Asiatica a limitibus oppositorum litorum in Orientem procurrit. Finitur Glaciali Oceano a Septemtrione, a Meridie Ponto Euxino, Caucaso, ac Mari Caspio. Utriusque varii populi, de quorum origine ac nominibus consulendi geographi ac scriptores.

145. *Lunatum.* Id est, Peltatum. Amazones enim brevia scuta, quæ *peltæ* vocabantur, in modum lunæ in cornua curvatæ gestabant.

146. *Pater.* Mars, qui Amazo-

Nec varius fremor, aut studia in contraria rapti
Dissensus, ut plebe solet: furor omnibus idem,
Idem animus solare domos: juvenumque, senumque
Præcipitare colos, plenisque affrangere parvos
Uberibus, ferroque omnes exire per annos.
« Tunc viridis late lucus, juga celsa Minervæ
Propter, opacat humum niger ipse, sed insuper ingens
Mons premit, et gemina pereunt caligine soles:
Hic sanxere fidem: tu Martia testis Enyo,
Atque inferna Ceres, Stygiæque Acheronte recluso

uum habetur pater, ob earum ferociam, et bellandi studium. — *Sævi movet ostia belli.* Alludit ad morem, quo bello denuntiato alicui populo templum Jani aperiebatur. Ennius, et ex eo Horatius: « Belli ferratos postes portasque refregit. » Mos notissimus. — Confer Virgil. Æneid. VII, 622: « et cardine verso Belli ferratos rupit Saturnia postes. » Quem locum Noster adumbrasse videtur. Adi notata nost. edit. t. III, p. 324. Ed.

148. *Dissensus, ut plebe solet.* Nonnulli codd. *ceu plebe solent;* Fabr. habet etiam: *plebe solent.*

149. *Idem animus solare domos.* Behot. 1, *scelerare*, suprascriptum *solare* æquæva manu; nihil tamen erat expunctum. — *Juvenumque, senumque Præcipitare colos.* Id est, indiscrete omnes occidere.

150. *Plenisque affrangere parvos Uberibus.* Alii legunt *affringere.* Et quidam dicunt hoc non convenienter scribere Poetam, quum tanto tempore dixerit maritos earum abfuisse: unde Lemniadibus lactantibus filii. Potest dici etiam trimos infantes lactare posse. Potest et etiam non tot annos elapsos fuisse, ex quo Lemnii in Thraciam profecti erant, sed Polyxo de industria tempus auxisse, quo majorem iis invidiam conflaret.

151. *Ferroque omnes exire per annos.* Id est, nullam in necando ætatem excipere, seu per omnem ætatem grassari. Ut Lucan. Phars. II, 108 et seq. « Crimine quo parvi cædem potuere mereri? Sed satis est jam posse. »

152. *Tunc viridis late lucus.* Corruptum locum censet Barthius. Quid mirum, ait, lucum viridem esse aut virere? quid istud *tunc?* Additque: In optimo codice clare legi: *Irruitur lucus: late juga celsa Minervæ.* —*Juga celsa.* Templa. Supra, v. 100: « Pallados arces. »

153. *Opacat humum.* Verba Virgilii, Æneid. VI, 195: « ubi pinguem dives opacat Ramus humum. » —*Niger ipse.* Id est, obscurus per se et per montem, quo sol subducitur.

154. *Gemina.* Duplici, hoc est, montis et nemoris.

155. *Enyo.* Enyo Græcis, Bellona Latinis, soror et auriga Martis, unde *Martia* Poetæ.

156. *Inferna Ceres.* Proserpina.— *Stygiæ Deæ.* Furiæ.

Ante preces venere Deæ : sed fallit ubique
Mixta Venus : Venus arma tenet : Venus admovet iras.
Nec de more cruor : natum Caropeia conjux
Obtulit : accingunt sese, et mirantia ferro
Pectora, congestisque avidæ simul undique dextris,
Perfringunt, ac dulce nefas in sanguine vivo
Conjurant, matremque recens circumvolat umbra.
« Talia cernenti mihi quantus in ossibus horror?

157. *Ante preces.* Id est, etiam non rogatæ, antequam rogarentur. — *Fallit ubique.* Adest quidem ubique Venus, et permiscetur Furiis : sed non agnoscitur. Noster Silv. I, 2, 10: Epithalamio Stellæ: « et medias fallit permixta sorores. »

158. *Venus admovet iras.* Cantab. Lang. Laur. Gronov. Barth. Delph. et plerique, *admovet iras;* Veen. errore typographico *admonet*, quod retinet etiam Bipontina. « Meus tamen codex male *admonet;* sed continuus error in libris ex similitudine ductuum literarum *n* et *v*. » BURM. Vide ad Thebaid. II, 584. Optimus Barthianus : *admovet ignes.*

159. *Nec de more cruor.* Non enim, ut bene observat hic Lactantius, animalium sanguine, sed humano, juratur a matronis in scelus, et futuri parricidii crudelitas sancitur. Sallustius ait Catilinam plenum humani sanguinis poculum circumtulisse, et hinc omnes contra salutem patriæ degustasse. Cæsum enim puerum memorat Dio, superque ejus viscera fœdus conceptum. Quædam etiam erant sacrificia, ut hic observat etiam Lactantius, in quibus sanguis victimarum bibebatur, ut in sacris Liberi patris sanguis capri immolati degustabatur. Apud Scythas fœdus sanciebatur quidem degustato sanguine humano, sed non eodem modo. Mela lib. II, cap. 1 : « Ne fœdera quidem incruenta sunt, sauciant se qui paciscuntur, exemtumque sanguinem, ubi permiscuere, degustant. Id putant mansuræ fidei pignus certissimum. » Vide et Lucianum in Dialogo de Amicitia. Eadem de Medis tradunt Solin. c. 20, et Herod. lib. I, et Tac. in Nerone.

160. *Obtulit.* Ut immoletur. — *Mirantia.* Id est, admiratione digna. Et quæ nisi a talibus matribus violari ferro nullus videret. LACT. — Ego intelligo, *mirantis* pueri, nescientis et attoniti. ED.

161. *Congestis dextris.* Dextris protrusis, ut avide quid acturi solemus, properant omnes avidæ sceleratum propositum saucire et mox explere.

162. *Perfringunt.* Fabr. et Bebot. 1, *perstringunt.* — *Dulce nefas.* Crimina enim quum perpetrantur dulcia sunt. Vel *dulce* ob vindictam : Nam vindicta nemo magis gaudet quam femina. — *Vivo.* Tepido : quo magis designaret furorem matronarum, in semivivi sanguine conjurasse eos dicit.

163. *Conjurant.* *Cospirant* in uno codice. Vide Porson. ad Orest. 667. — *Recens umbra.* Anima pueri recens avulsa a corpore.

Quisve per ora color? qualis quum cerva cruentis
Circumventa lupis, nullum cui pectore molli
Robur, et in volucri tenuis fiducia cursu,
Præcipitat suspensa fugam : jam jamque teneri
Credit, et elusos audit concurrere morsus.
« Illi aderant : primis jamque offendere carinæ
Litoribus : certant saltu contingere terram
Præcipites : miseri, quos non aut horrida virtus
Marte sub Odrysio, aut medii inclementia ponti
Hauserit! alta etiam Superum delubra vaporant,
Promissasque trahunt pecudes : niger omnibus aris

165. *Qualis*. Supple talis, qualis. Confer Ovid. Met. I, 533 et seq. et ibi notata; nost. edit. tom. III, pagin. 109. Eo.

168. *Suspensa*. Hic sollicita. Ut apud Virgilium Æneid. II, 729 : « sonus excitat omnis Suspensum. » *Suspensa*, alia notione, incursu pendens, ceu tanta celeritate fertur, ut non currere, sed volare, non campo vehi, sed supra pendere videatur. Phædrus in descriptione Occasionis. Virg. Æneid. VII, 810 : « mare per medium fluctu suspensa tumenti Ferret iter. » Et Claudianus de IV Cons. Honorii, v. 544 : « Vix comites alæ, vix te suspensa sequuntur Agmina. »

169. *Credit et elusos audit*, etc. *Credit et elisos* unus Behot. — Reg. B, *Cred. et el. audet*, etc. præbet; Reg. C nost. lect. Eo. — *Et elusos audit concurrere morsus*. Virgilius Æneid. XII, 755 : « Increpuit malis, morsuque elusus inani. » Ad quem locum ab Heynio notata videnda sunt; nost. edit. tom. IV, pag. 366. Ed.

170. *Illi a. p. j. offendere carinæ*. Optimæ Barthii membranæ pro v. l. *carinas*. — *Illi*. Lemnii. — *Offendere*. Impegere, infausto præsagio. Ut narratur de Tib. Graccho, qui janua egressus, ait Valerius Max. ut novas res pararet, ita pedem offendit, ut digitus ei decuteretur : eodemque die a Scipione Nasica pontifice Max. decussus Capitolio, fragmento subsellii ictus procubuit.

172. *Miseri*, etc. Similis locus apud Valerium Flaccum Argon. II, 231 et seq. « immanes quos sternere Bessi, Nec Geticæ potuere manus, aut æquoris iræ. »

173. *Marte sub Odrysio, aut medii inclementia ponti*. *Marte sub Otrhisio* unus Behot. *inconstantia ponti* unus Barthianus. — *Odrysio*. Thracio, ab Odrysis Thraciæ populis.

174. *Vaporant*. Calefaciunt. Lucretius de Rer. Nat. V, 1130 : « Invidia quoniam, ceu fulmine, summa vaporant. » Imitatio est Maronis, Æneid. XI, 481 : « Succedunt matres, et templum thure vaporant. »

175. *Niger omnibus aris Ignis*.

Ignis, et in nullis spirat Deus integer extis.
Tardius humenti noctem dejecit Olympo
Juppiter, et versum miti, reor, æthera cura
Sustinuit, dum fata vetant : nec longius unquam
Cessavere novæ perfecto sole tenebræ.
Sera tamen mundo venerunt astra, sed illis
Et Paros, et nemorosa Thasos, crebræque relucent
Cyclades : una gravi penitus latet obruta cælo
Lemnos, in hanc tristes nebulæ, et plaga cæca superne

Et hoc infausto etiam præsagio : color enim hic convenit morituris. Virg. Æneid. IV, 454, de Didone : « vidit.... Horrendum dictu, latices nigrescere sacros. » Ad quem locum conf. notata, nost. edit. tom. II, pag. 526. Ed.

176. *Deus integer.* Lactantius : « Est quoddam signum in extis, quod Deus appellatur, quod si integrum apparuit, propitium numen ostendit : sin vero dimidium, iratum significat omen, aut non præsens. »

178. *Versum æthera.* Juxta rationem, qua antipodes feruntur. Virgil. Georg. I, 250 et seq. « Nosque ubi primos equis Oriens afflavit anhelis, Illic sera rubens accendit lumina Vesper. » Ergo ordo talis est : Et versum æthera miti cura sustinuit. *Versum æthera*, quia nox a quibusdam axis conversione fit. Virg. Æneid. II, 250 : « Vertitur interea cælum, et ruit Oceano nox. » Lactant. — *Miti cura.* Benigna mente diem tardavit, et cursus aeris, quo Juppiter solem retineret, longiores fecit, imminentia copiens nefariæ noctis facta tardasse. Lact.

180. *Perfecto sole.* Perfecto solis cursu.

182. *Et Paros. Et Paphos* optimæ Barthii membranæ, uterque Behot. Lindebrog. et Cruc. *Et Paros* Lang. Laur. Gronov. Barth. et cæteri. — *Paros.* Paros insula, una ex Cycladibus, notissima candido marmore, quod ad simulacra Deorum maxime expetebatur. Habebat et urbem ejusdem nominis. — *Thasos.* Insula maris Ægæi proxima Thraciæ, contra Nesti fluminis ostia, urbem habens ejusdem nominis, quam Herodotus lib. II, refert Phœnicibus conditam : insula notissima generosis vitibus, et insigni marmoris genere.

183. *Cyclades.* Insulæ Archipelagi. Vide Theb. III, 438. Adi hujusce tom. pag. 319. — *Latet obruta cælo Lemnos.* Id est, quum astris relucentibus aliæ insulæ cernerentur, immanitate futuri sceleris obruta sola Lemnos latebat. Lact.

184. *Et plaga cæca Texitur.* Ne scilicet hoc crudelitatis spectaculo Deorum oculi funestarentur. Idem fere refert Tacitus Ann. lib. XIII, cap. 41, quum Artaxata deleta, et solo æquata sunt : « Adjicitur miraculum velut numine oblatum. Nam cuncta extra, tectis tenus, sole illustriora fuere; quod mœnibus

Texitur, una vagis Lemnos non agnita nautis.
« Jam domibus fusi et nemorum per opaca sacrorum
Ditibus indulgent epulis, vacuantque profundo
Aurum immane mero : dum quæ per Strymona pugnæ,
Quis Rhodope, gelidove labor sudatus in Hæmo,
Enumerare vacat : nec non, manus impia, nuptæ
Serta inter, festasque dapes, quo maxima cultu
Quæque jacent : dederat mites Cytherea suprema

cingebatur, ita repente atra nube coopertum, fulguribusque discretum est, ut, quasi infensantibus Diis exitio tradi crederetur. » Sic Theb. XI, 126 et sqq. Eteocle et Polynice fratribus ruentibus in singulare certamen, Juppiter hortatur Deos, ut oculos avertant : « auferte oculos, absentibus ansint Ista Deis, lateantque Jovem..... mala nubila tellus Accipe, succedantque poli : stat parcere mundo, Cælitibusque meis. »

185. *Lemnos non agnita nautis.* Unus Barthianus : *non cognita.*

186. *Jam domibus fusi et nemorum,* etc. Dan. Put. Lang. Buslid. Aldd. et plerique, *fusi nemorum,* omisso τῷ et, quod tamen agnoscunt uterque Behot. optimus Barthianus, Amstel. Gronov. Barth. et Delph. — *Jam domibus.* Omnibus, inquit, jam domibus recubuerant Lemnii viri ad epulas, et convivabantur de cæsarum hostium carnibus. Plenitudine mox nimia viscerum in profundos somnos delati. Vet. Scholiast.

187. *Vacuantque profundo.* Optimus Barthii codex : *vacuantque profunde.*

188. *Aurum immane.* Ingentes pateras aureas. Ut Virgilius Æneid. I, 728 : « Gravem gemmis auroque poposcit. » — *Strymona.* Strymon fluvius Thraciæ, dividens Thraciam a Macedonia secundum Plinium : Ptolemæus enim eas Nesto fluvio disterminat. Fontes habet in monte Hæmo, septemque efficit lacus, quibus deinde in unum alveum collectis, prope Amphipolim effunditur in maris Ægæi sinum, qui ab ipso *Strymonius* appellatur.

189. *Rhodope et Hæmo.* Montes ejusdem provinciæ. Dum ergo commemorant quem laborem pertulerunt apud fluvium Strymonem, vel apud montem Hæmum. Lact. — *Gelidove labor sudatus.* Sil. Ital. Punic. IV, 433 : « multoque labore Cyclopum Sudatum thoraca capit, etc. » Ad quem locum illustrandum citatus est Nostri versus. Vide nost. edit. tom. I, pag. 257. Claudian. X, de Nuptiis Hon. et Mar. v. 111 : « quæ prælia sudas » de hac locutione conf. ibi notata, nost. edit. tom. I, pag. 343. Ed.

190. *Enumerare vacat.* More militum.

191. *Serta inter.* Coronis enim redimiti in conviviis potare solebant. — *Festasque dapes.* Quia dapes quibus vescebantur erant ex victimis, quas Diis immolaverant pro reditu. Vel *festas,* id est, lætas.

192. *Dederat mites Cytherea su-*

Nocte viros, longoque brevem post tempore pacem
Nequicquam, et miseros periturо afflaverat igni.
« Conticuere chori : dapibus, ludoque licenti
Fit modus, et primæ decrescunt murmura noctis,
Quum consanguinei mixtus caligine leti,
Rore madens Stygio, morituram amplectitur urbem
Somnus, et implacido fundit gravia otia cornu :
Secernitque viros : vigilant nuptæque, nurusque
In scelus, atque hilares acuunt fera tela sorores.
Invasere nefas, cuncto sua regnat Erinnys
Pectore : non aliter Scythicos armenta per agros

*prema Nocte viros.* Immiserat enim Venus antea maritis Lemniis odium erga uxores suas. Supra : « Aversis thalamos purgate maritis. » — *Cytherea.* Venus sic dicta a Cythera insula prope Cretam secundum Strabonem, quinque millibus a Malea distanti, in quam Venus dicitur primum appulisse vecta marina concha.

194. *Et miseros periturо afflaverat igni.* Unus Behot. *afflaverat igne.* — *Igni.* Amore. — *Periturо.* Non longo tempore duraturo.

195. *Conticuere chori.* In uno codice Barthii : *Concubuere chori.*

197. *Consanguinei.* Pausanias Laconicis, « Prope Pausaniæ statuas est Ambologeræ Veneris simulacrum ex oraculo dicatum : sua etiam sunt somno et morti; esse vero fratres ex Homeri versibus, qui in Iliade sunt, creditur. » Et Eliacorum I, refert instar feminæ duos pueros dormientes, album dextra, nigrum sinistra sustinentis : et indicare titulos, alterum Somnum, alterum Mortem esse, mulierem Noctem, utriusque nutricem.

198. *Stygio.* Id est, Stygis fluvii Inferorum.

199. *Et implacido fundit gravia otia cornu.* Lipsian. Behot. 1, et Venett. *et implicito;* in altero Behot. deleta antiqua scriptura repositum in *placido*, quod habent etiam Dan. Petav. Lindenbrog. et Cruc. *implacido* exhibent Petrens. Cant. Behot. 1, pro v. l. Lang. Buslid. Aldd. Colin. alii. — *Cornu.* Somnus repræsentabatur soporem super terram cornu fundens.

200. *Secernitque viros.* Quos, ut letifero sopore confunderet, separavit. — *Nuptæque nurusque.* Nurus virgines dicit, ex Schol. Et feminas fere omnes nurus dici apud Virg. notat Servius ad Æneid. II, 501; Ovid. ex Ponto lib. III, Epist. 8, v. 10 : « et Palladis uti Arte Tomitanæ non didicere nurus. »

201. *In scelus.* Ut scelus cogitatum perpetrent. — *Sorores.* Furiæ.

203. *Non aliter scythicos arm. per agros* « Suspecta lectio. Quomodo Hyrcanæ leæ in Scythia : nusquam factum, aut leas in Scythia alibi legi. Lipsian. liber, *scitios :* re-

Hyrcanæ clausere leæ, quas exigit ortu
Prima fames, avidique implorant ubera nati.
Quos tibi (nam dubito) scelerum de mille figuris
Expediam casus? Helimum temeraria Gorge
Evinctum ramis, altaque in mole tapetum
Efflantem somno crescentia vina, superstans
Vulnera disjecta rimatur veste, sed illum
Infelix sopor admota sub morte refugit.
Turbidus, incertumque oculis vigilantibus hostem
Occupat amplexu, nec segnius illa tenentis
Pone adigit costas, donec sua pectora ferro

scribam: *siccos armenta per agros*. De hoc ita pronuntio, ut tamen legis Valeriæ beneficium non tollam». Bern.

204. *Hyrcanæ*. Ab Hyrcania provincia Asiæ majoris prope mare Caspium.

205. *Avidique implorant ubera nati*. Optimus Barthianus: *vacuique implorant ubera nati*.

207. *Temeraria Gorge*. Improba vel audax, quæ prima cœpit id scelus. Lactant. — Vide de Gorge Hygin. cap. 174. Apollod. lib. I de OEnei liberis.

208. *Evinctum ramis*. Supra, Thebaid. II, v. 76: «Serta inter, vacuosque mero crateras anhelum Proflabant sub luce Deum» ad quem locum illustrandum hujusce libri quinti versum sequentem adduximus.» Ed.

209. *Crescentia vina*. Dum enim incipit fieri coctio, vapores vini emitti incipiunt etiam, unde *crescentia* dixit *vina*.

210. *Vulnera disjecta rimatur veste*. «In libris nostris *dejecta* legitur; *detecta* puto scripsisse Papinium.» Barth. — *Vulnera*. Locum vulneri.

212. *Incertumque oculis*, etc. Lang. Buslid. Lipsian. uterque Behot. Aldd. Plant. Lindenbrog. et Gevart. *incertusque;* unus codex Lindenbrog. Amstel. Gron. Barth. et Delph. *incertumque:* ita quoque legit Nic. Heins. ad Ovid. Heroid. Epist. X, 9. — *Incertumque oculis vigilantibus*. Statius videtur imitari illud Ovidii Epist. X, v. 9: «Incertum vigilans a somno languida.» «Incertum vigilans,» dubie vigilans. Ad quem locum illustrandum Nostri versum adduxit Heinsius; vide nost. edit. tom. I, pag. 191. Ed. — *Hostem*. Gorgen uxorem, quæ perimebat illum.

213. *Nec s. illa tenentis*. Behot. 1, *tacentis* pro *tenentis*. — *Nec segn*. Quamvis ille blanditur et amplectetur, non movetur illa.

214. *Pone adigit costas*. *Pone adiit* Lipsian. et Venett. — *Donec sua pectora ferro Tangeret*. Tunc enim putavit se interemisse, si tamdiu transfigeret dormientem, donec adactum ferrum ipsa sentiret.

Tangeret : is demum sceleri modus : ora supinat
Blandus adhuc, oculisque tremens et murmure Gorgem
Quærit, et indigno non solvit brachia collo.
Non ego nunc vulgi, quanquam crudelia, pandam
Funera, sed propria luctus de stirpe recordor.
Quod te, flave Cydon, quod te per colla refusis
Intactum, Crenææ, comis, (quibus ubera mecum
Obliquumque a patre genus,) fortemque, timebam
Quem desponsa, Gyan, vidi lapsare cruentæ
Vulnere Mirmydonis : quodque inter serta chorosque

216. *Et murmure Gorgem*. Lang. Laur. Buslid. Lipsian. et Venett. *per murmura*. — *Gorgem quærit*. Id est, nomen proferre nititur, vel voce auxilium ejus requirit.

217. *Et indigno non solvit brachia collo*. Lang. Aldd. Colin. Plant. et nonnulli, *solvit sua brachia;* Dan. Put. Buslid. uterque Behot. optimus Barth. cæteri *non solvit brachia;* in alio codice Barthii : *ab indigno non solvens brachia*. — *Indigno*. Non collo, sed indignæ uxoris.

218. *Non ego nunc vulgi*. Reg. B, *volgi* habet ; Reg. C, *vulgi*. En.

219. *Propria de stirpe*. Cognationis meæ scelera referam. Lact.

220. *Quod te, flave Cydon, quod te per colla*, etc. *Quid te, flave Cydon? quid te* Lang. Buslid. Lipsian. Dan. Put. Petav. Lindenbrog. et plerique. *Quid te, flave Cydon, vel quid per colla* optimæ Barthii membranæ; *flava Gyan* codex Lactantii, et sic ille legit in Comment. — *Quod te, fl. Cydon*. *Quod*. Bene, ut notat Gronovius, et bis pro *quid*, quod habent priores editiones, lege, *Quod :* et tollenda interrogatio : est enim simplex narratio : et conjungendum : *Quod vidi*. Sic omnes scripti. — *Te, flave Cydon*. Quod te, Crenææ, vidi lapsare : hos sibi dicit et lactis alimentis, et affinitate fuisse conjunctos. Cydon vidi lapsare quem fortem desponsata metuebam ; quia virtus pueri formidanda puellis est. Lactant.

221. *Intactum, Crenææ, comis*. *Intactam* Lindenbrog. et Cruc. *Crenee* Behot. 1 ; *Cronee* Behot. 2.

222. *Obliquumque a patre genus*. Quia collactaneus meus fuerat, et patris mei nothus : *obliquum* ergo dicit ex concubina progenitum : ut Lucan. Phars. VIII, 286 : « obliquo maculat qui sanguine regnum, Et Numidas contingit avos. » Lact.

222. *Vidi lapsare*. In multo videlicet suo sanguine.

224. *Vulnere Mirmydonis : quodque, inter serta chorosque*. *Mirmyones* optimus Barthianus, *quamquam inter* unus Behot. *quæque inter* unus Barthii ; unde ille *quemque inter* legendum putat. Pro *chorosque* Lang. Buslid. Put. uterque Behot. habent : *thorosque*. — Reg. B, *V. Mirmydones : q. inter serta torosque* præbet ; Reg. C, *Vulnere M. q. i. s. thorosque*. En.

Barbara ludentem fodiebat Opopea mater.
Flet super æquævum soror exarmata Lycaste
Cydimon : heu similes perituro in corpore vultus
Adspiciens, floremque genæ, et quas finxerat auro
Ipsa comas : tum sæva parens jam conjuge fuso
Adstitit, impellitque minis, atque inserit ensem.
Ut fera, quæ placido rabiem desueta magistro
Tardius arma movet, stimulisque, et verbere crebro
In mores negat ire suos : sic illa jacenti
Incidit, undantemque sinu collapsa cruorem
Excipit, et laceros premit in nova vulnera crines.
« Ut vero Alcimeden etiamnum in murmure truncos

225. *Fodiebat Opopea mater. Epopea* Dan. Petav. Lindenbrog. et Cruc. *Eopea* unus Behot. *Opopea* cæteri et scripti et impressi.

226. *Exarmata Lycaste. Licasse* Behot. 1.

227. *Heu similes perituro in corp. v.* Vocula *heu* abest nonnullis codd. Barthii, cujus optimus pro *perituro* habet *morituro*.

228. *Et quas finxerat auro.* Put. *quas fixerat;* alii nonnulli : *quas tinxerat.* — *Et quas finxerat auro Ipsa comas.* Virgilius Æneid. IV, 148 : « mollique fluentem Fronde premit crinem fingens, atque implicat auro. » Ovidius Medic. Facici, v. 29 : « Rure sedent, finguntque comas. » Arte Am. I, 306 : « Quid toties positas fingis inepta comas? »

229. *Tum sæva parens jam conjuge fuso.* Petrens. Taurin. Put. et Behot. 2, *cum sæva;* edd. Venett. *cum sæva parens et conjuge.* Vox *cum*, vel *tum*, deest in Burmann.

231. *Quæ placido rabiem.* Behot. 1, *rabie placido.*

232. *Verbere crebro.* In optimo cod. Barthii legitur : *verbere sævo.*

233. *Sic illa jacenti.* Lycaste. — *Jacenti Incidit.* Fratri dormienti. Expos. V. Cui assentior de sorore hæc intelligenda putanti, non alterius Codicis alteri, qui ad *matrem* refert. Qua interpretatione frigida et superflua erit fere hæc comparatio, non mala, si de sorore sentit. Barth.

234. *Incidit.* Ordo : Incidit collapsa, id est, a matre compulsa Lactant.

235. *Premit.* Infodit premendo. Sic Virgilius Georg. II, 346 et seq. « Quod superest, quæcunque premes virgulta per agros, Sparge fimo pingui, et multa memor occule terra. »

236. *Ut vero Alcimeden etiamnum in murmure truncos. Alcimedon* unus Behot. *Alciden* Put. *etiamnum murmure trunco* unus Barthii; optimus vero : *etiam nunc murmure truncos.* — Reg. B, *Ut v. Alciden etiam nunc in m. truncos* habet; Reg. C nost. lect. Ed. — *Etiamnum in murmure.* Murmurantis. Silius

Ferre patris vultus, et egentem sanguinis ensem
Conspexi, riguere comæ, atque in viscera sævus
Horror iit : meus ille Thoas, mea dira videri
Dextra mihi : extemplo thalamis turbata paternis
Inferor : ille quidem dudum (quis magna tuenti
Somnus ?) agit versans secum, etsi læta recessit
Urbe domus, quinam strepitus? quæ murmura noctis,
Cur fremebunda quies? trepido scelus ordine pando,
Quis dolor, unde animi : vis nulla arcere furentes :
Hac sequere, o miserande : premunt, aderuntque moranti

Italic. Punic. XV, 470 : « Absciso durabant murmura collo. » Ad quem locum notata videnda sunt, nost. edit. tom. II, pag. 258. Ed.

237. *Et egentem sanguinis ensem.* Quia senem occiderat : senes vero non abundant sanguine.

238. *Conspexi.* Unus Behot. *Conspexit.* — *Riguere comæ, atque in viscera sævus Horror iit : meus ille Thoas.* Imitatur autem hic Poeta Virgil. Æn. II, 559 et seqq. qui ubi scribit Æneam vidisse cædem Priami, tunc ipsi dicit venisse in mentem patrem Anchisem, ac de illo servando cogitasse : « At me tum primum sævus circumstetit horror. Obstupui : subiit cari genitoris imago ; Ut regem æquævum crudeli vulnere vidi Vitam exhalantem, etc. » Sic Hypsipyle, ut vidit Alcimeden ferentem caput truncatum patris, recordata est sui patris Thoantis, et ad illius auxilium statim volavit. Et mira est ubique Poetæ in describendis affectibus ars : nihil enim vehementius, nihil omni affectuum genere plenius hac Hypsipyles oratione, nihilque, quod magis pietatem suam in patrem testetur.

239. *Ille Thoas.* Hic Thoas, Hypsipyles pater, rex fuit Lemnius. Lactant.

241. *Quis magna tuenti.* Optimus codex Barthii : *qui magna tuenti.* — *Quis magna tuenti Somnus.* Juxta illud Homeri. Iliad. B : Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα, Ὧι λαοί τ' ἐπιτετράφαται, καὶ τόσσα μέμηλε. » Non oportet per totam dormire noctem consiliarium virum, cui populi commissi sunt, et curæ sunt. » Sic Theb. I, 147, vocat « somnos regum impacatos. »

242. *Agit versans secum, etsi læta,* etc. Idem liber Barth. cum alio ejusdem : *secum versans;* optimus vero *licet* pro *etsi.*

243. *Quisnam strepitus?* Laur. Buslid. Lips. unus Behot. et edd. vett. *quisnam.* — *Quinam strepitus.* Ordo : Ille quidem dudum secum agit versans quinam strepitus, quæ murmura noctis. Cæterum illæ duæ sententiæ per parenthesin interpositæ sunt, una qua generaliter dicit non esse quietos regnantibus somnos : altera in qua domus remota a civitate fuisse monstratur. Lactant.

245. *Vis nulla.* Supple, potest.

Et mecum fortasse cades : his motus, et artus
Erexit stratis : ferimur per devia vastæ
Urbis, ubi ingentem nocturnæ cædis acervum
Passim, ut quosque sacris crudelis vespera lucis
Straverat, occulta speculamur nube latentes.
Hic impressa toris ora, exstantesque reclusis
Pectoribus capulos, magnarum et fragmina trunca
Hastarum, et ferro laceras per corpora vestes,
Crateras pronos, epulasque in cæde natantes
Cernere erat, jugulisque modo torrentis apertis
Sanguine commixto redeuntem in pocula Bacchum.
Hic juvenum manus, et nullis violabilis armis
Turba senes : positique patrum super ora gementum
Semineces pueri trepidas in limine vitæ
Singultant animas : gelida non sævius Ossa

247. *Et mecum fortasse cades.* Bene de periculo suo cogitavit : perimi enim debebat, ut proditrix conjurationis. Mallet Gronovius, quod et melius etiam : *Et tecum fortasse cadam.* — *His motus, et artus.* Behott. 1, 2, et unus Barthianus : *his motus;* cæteri : *hic motus.*

249. *Urbis, ubi ingentem*, etc. *Urbis et ingentem* unus Behot. et Put. — Hanc lectionem Reg. B præbet; Reg. C nostram. Ed.

250. *Passim, ut quosque sacris*, etc. *Passim ut quemque* optimus Barthii codex; sed *quosque* testantur Petrens. et plerique. — *Crudelis vespera.* Eo quod nox veniens eos somno prostraverat. Inter *vesper* et *vesperam* hoc interest : *Vesper* est stella, *vespera* tempus quo ingreditur nox, quod hoc loco Poeta describit. Lactant.

251. *Occulta nube.* Qua eos tegebat Bacchus.

255. *Epulasque in cæde natantes.* Hac voce in eodem sensu sæpe utitur Noster. Sic in Silv. II, 1, 17 : « Lacrimis en et mea carmina in ipso Ore natant. » Theb. II, 337 : « quoties hæc ora natare Fletibus; » Theb. X, 299 : « stagnant nigrantia tabo Gramina sanguineisque natant tentoria rivis » « ita legendum (inquit Marklandus ad hunc locum, quem videsis, nost. edit. tom. I, pag. 191. Ed.) vulgo, sanguineis nutant. »

257. *Sanguine commixto. Sanguine permixto* in quibusdam codd. — *Bacchum.* Vinum, cujus inventor Bacchus.

260. *Semineces pueri trepidas in limine vitæ.* Alii *tepidasque in limine vitæ.*

261. *Singultant a. gelida non sævius Ossa.* Petrens. *non segnius.* Markland. ad Silv. II, 6, 82, correxit : *non secius.* Adi nost. edit.

Luxuriant Lapitharum epulæ, si quando profundo
Nubigenæ caluere mero : vix primus ab ira
Pallor, et impulsis surgunt ad prælia mensis.
« Tunc primum sese trepidis sub nocte Thyoneus
Detexit, nato portans extrema Thoanti
Subsidia, et multa subitus cum luce refulsit.
Agnovi : non ille quidem turgentia sertis
Tempora, nec flava crinem distinxerat uva,

tom. I, pag. 269. Ed. — *Singultant.* Cum singultu emittunt. — *Ossa.* Thessaliæ mons. De quo confer Theb. II, 82, et ibi notata hujusce tom. pag. 166. Ed.

262. *Luxuriant Lapitharum epulæ.* Tangit illam celeberrimam pugnam Lapitharum et Centaurorum in nuptiis Pirithoi, de qua videndus Ovidius Met. XII, 536 et seqq. Lapithæ autem erant populi Thessaliæ, Pindum et Othryn montem incolentes, Pirithoi imperio olim subditi. Hi primi omnium dicuntur invenisse frena et strata equorum. Vide notata nostra ad Thebaid. II, 563, hujusce tom. pag. 230. Confer etiam Excursum ad calcem ejusdem libri, pag. 268. Ed.

263. *Nubigenæ.* Centauri, quos poetæ fabulantur genitos ex Ixione et Nephele, seu nube Ixioni supposita a Jove loco Junonis. Vide Excursum ad calc. huj. lib. Ed. — *Vix primus ab ira. Vix*, i. e. mox. Apparet scil. quum rem armata manu hostiliter gerunt. Iracundiam monstrorum designat, quæ illico ubi læsos se putabant, vel aliquid cupiebant, in bellum erumpebat. Vide Ovid. Metam. XII. Barth. — *Primus ab ira Pallor.* Ira est formidabilior quum pallescit iratus, quam quum rubescit.

265. *Thyoneus.* Cognomentum Bacchi, vel ἀπὸ τοῦ θύειν, quod Baccho adhuc viventi sacrificatum fuerit, vel a Thyone, quam eamdem faciunt ac Semelen. — Sic Thyoneus, quomodo *Semeleus.* Liberi enim patris mater Thyone dicta est, quæ et Semele appellatur, et in hoc colore Virgilium Poeta secutus est ; nam ille perturbatione Trojani exscidii dicit, Venerem Æneæ subvenisse, iste Thoanti Liberum patrem. Lactant.

266. *Nato Thoanti.* Thoas enim erat filius Bacchi ex Ariadne.

267. *Multa subitus cum luce refulsit.* Codex Barthii : *cum luce refluxit.* — *Multa cum luce refulsit.* Non enim Dii se hominibus ostendebant, nisi perfusi multo lumine. Exempla apud poetas obvia.

268. *Agnovi.* Reg. B, *agnovit* habet; Reg. C nostram lectionem. Ed. — *Non ille quidem turgentia sertis*, etc. Bacchus enim repræsentabatur redimitus hederis et uvis.

269. *Nec flava crinem distinxerat uva.* « Hic consentiunt duo meliores ex nostris libris invertendo voculas *crinem flava ; si* nihil aliud boni habet, rhythmum tamen tollit hæc lectio. » Barth. Dan. Put Petav. *distrinxerat* uva; Bernartius correxit : *disjunxerat uva.*

Nubilus, indignumque oculis liquentibus imbrem
Alloquitur: « Dum fata dabant tibi, nate, potentem
Lemnon, et externis etiam servare timendam
Gentibus, haud unquam justo mea cura labori
Destitit: absciderunt tristes crudelia Parcæ
Stamina, nec dictis, supplex quæ plurima fudi
Ante Jovem frustra, lacrimisque avertere luctus
Contigit: infandum natæ concessit honorem.
Accelerate fugam: tuque o mea digna propago
Hac rege, virgo, patrem, gemini qua brachia muri
Litus eunt; illa, qua rara silentia, porta

270. *Nubilus*. Tristis. — *Indig. imbr.* Non enim decet Deos flere.

271. *Potentem*. Alludit ad Thracensem Lemniorum victoriam. Et nunc Lemnos, etsi non admodum spatiosa, præter urbes Veteribus notas, licet altera earum deleta sit, septuaginta quinque pagis habitatur, ut refert Bellonius.

272. *Lemnon, et externis etiam servare timendam. Lemnon externis* Dan. Put. Lindenbrog. et Cruc. *Lemnon et externis* Lang. uterque Behot. nonnulli et edd. vett. *timendum* Dan. — *Servare*. « Tuo illam imperio conservare tutela mea non destiti, nulli curæ parcens: sed nunc Veneris immanitate abigor. » Vet. Schol.

274. *Absciderunt tristes crudelia*, etc. Lang. Put. Aldd. et plerique, *absciderant*; Buslid. et Venett. 3, 4, *absciderint*; codd. Barthiani, Gevart. Amstel. Gronov. Barth. et Delph. *absciderunt*.

275, 276. *Stamina, nec dictis, supp. quæ plur. fudi Ante Jovem f. lacrimisque avertere luctus*. Hunc locum ita constituit Barthius: *Nec dictis (supplex q. p. f. A. J. frustra), lacrymisve avertere luctum Contigit*. Pro *avertere* unus Behot. habet *advertere*.

277. *Inf. natæ concessit honorem*. « In altero bono codice non *natæ* sed *Veneri* clare scriptum est. » Barth. — *Infandum natæ concessit honorem*. *Natæ*, Veneri: nihil enim sine Jovis permissu, quidquam numinibus facere conceditur, ne proprias quidem injurias ulcisci. Ut Virg. Æneid. VII, 305: « concessit in iram Ipse Deum antiquam genitor Calydona Dianæ. »

278. *Tuque o mea digna propago*. « In alio libro: *me digna*: illud dignius, et sapit Maronem. » Æneid. VIII, 581: « Dum te, care puer, mea sola et sera voluptas, Complexu teneo. » Barth.

279. *Gemini qua brachia muri*. « Fingenda talis loci statio est, ut litus sit, et duobus id brachiis includant muri. Hoc enim Poeta fecit, vel vidit superstitem locum quum juvenis peregrinaretur. » Schol. Vet.

280. *Illa, qua rara silentia*. Reg. B, *Illa, qua rere silentia*, exhibet; sine sensu; Reg. C nostram habet lectionem. Ed.

Stat funesta Venus, ferroque accincta furentes
Adjuvat: (unde manus? unde hæc Mavortia Divæ
Pectora?) tu lato patrem committe profundo.
Succedam curis. » « Ita fatus in aera rursus
Solvitur, et nostrum, visus arcentibus umbris,
Mitis iter longæ claravit limite flammæ.
« Qua data signa sequor: dein curvo robore clausum
Dis pelagi, ventisque, et Cycladas Ægæoni

281. *Stat f. Venus, ferroque accincta furentes*, etc. Imitatur Noster Virgilium qui, Æneid. II, 612 et seqq. « Hic Juno Scæas sævissima portas Prima tenet, sociumque furens a navibus agmen Ferro accincta vocat. » Ubi vid. notata, nost. edit. tom. II, p. 283. Ed.

282. *Unde manus? unde hæc Mavortia Divæ Pectora. Divæ*, Veneri. Exclamatio Liberi patris cum admiratione; nam mirandum, unde Veneri, quæ spirat solos amores, tam repentina crudelitas.

283. *Tu lato patrem committe profundo.* Valerius Flaccus Argon. II, dicit Hypsipylen occultasse patrem hac nocte in templo Bacchi; die vero insequente, illum indutum ornatu Bacchi traduxisse per mediam urbem curru vectum, quasi expiaturam Deum fœdatum recenti cæde: mox occuluisse in silvis, ac tandem impositum navi commendasse Dianæ: illum vero delatum fuisse in Tauricam, ac præfectum sacris illis crudelibus, quibus advenæ Dianæ immolabantur. Scholiastes Pindari in argumento Nemæorum refert Hypsipylen abdidisse patrem in arca, eumque multo tempore servasse ibi: post discessum vero Argonautarum rem rescisse Lemniades, arreptamque arcam, in qua latebat Thoas, in mare projecisse.

284. *Succedam curis.* Lectio hæc a libris scriptis et editione Principe est: a quibus in manifesta veritate discedere religio fuisset. Vulgati male præferebant *Secedam curis*

285, 286. *Solvitur, et nostrum, v. arc. umb. Mitis iter longæ*, etc. *Solvitur et nostros* unus Behot.. *Mitis iter longo* legi jussit Barthius. —*Et nostrum, visus arcentibus umbris, Mitis iter longæ claravit limite flammæ.* Male, ait Gronovius, libri Bernartiani *nostros*. Non enim refertur ad *visus*, sed ad *iter*. Et umbris arcentibus aliorum visus, impedientibusque ne nos conspiceremur: ille longæ flammæ ductu ostendit, qua nobis eundem esset. — *Claravit.* Id est, clarum fecit, seu illustravit. Plautus Mostellaria, act. III, sc. 1, v. 112: « Speculo claras clarorem merum. » Ausonius, Mosell. v. 388: « Pollet Aristides, veteres qui clarat Athenas. »

287. *Curvo robore clausum.* Fluviali navigio, quod sinu roboris incavatur: et ideo clausum, quasi in angusto roboris collocatum. Lactant.

288. *Ægæoni.* An intelligit Briareum seu Ægæonem, qui victus alligatus dicitur a Neptuno scopu-

Amplexo, commendo patrem : nec fletibus unquam
Sit modus alternis, ni jam dimittat Eoo
Lucifer astra polo : tum demum litore rauco
Multa metu reputans, et vix confisa Lyæo
Dividor, ipsa gradu nitens, sed et anxia retro
Pectora, nec requies, quin et surgentia cælo
Flamina, et e cunctis prospectem collibus undas.
« Exoritur pudibunda dies, cælumque retexens

lis Maris Ægæi? Statius, Achill. I, 209 : « Audierat, duros laxantem Ægæona nexus. » An de Ægæo Mari potius intelligendum est, quod supra *Ægon* vocatur? Certe Ægæum Mare Cyclades amplectitur.

289. *Amplexo, commendo patrem*. Reg. B, *Amplexu commendo patrem* habet; Reg. C nost. lectionem. Ed. — *Amplexo*. Pro amplexanti.

290. *Sit modus alt. ni jam*, etc. *Fit modus alternis, ni* Lang. uterque Behot. et pleriqne : « Omnino scribendum ut habent duo libri : *Sit modus;* et hanc lectionem librariis exprimere poterat usus voculæ *nisi*. » Barth. — Regg. B et C, *Fit* exhibent. Ed. — *Sit modus*. Legendum esse *Sit*, pro *Fit*, ut habent priores editiones, bene observavit Gronovius. Id est, non fecissemus finem flendi, ni jam instaret dies. *Sit* vero, pro *fuisset*. — *Dimittat*. Pro dimisisset.

291. *Lucifer a. p. tum demum*, etc. Unus Behot. *tunc demum*. Hanc lection. Reg. B exhibet. Ed. — *Lucifer astra polo*. Lucifer Stella Veneris. Dicitur hic dimittere astra polo; quia hæc serius radiis solis occultatur.

292. *Confisa Lyæo*. Idem codex pro *confisa* habet *confixa*; quod peccatum passim in libris scriptis reperitur. — *Lyæo*. Baccho.

293. *Ipsa gradu nitens, sed et anxia retro*. « Suspecta lectio : *ipsa gradu nitens* : in libris nihil mutatur. Hæc etiam : *sed et anxia retro*, peregrinum tinniunt. In optimo codice suprascripta est nota, qua quid faciam nescio : *sed et Stt*. An legerat alibi, *stant?* Non definio, nisi quod fateor non satisfacere mihi vulgatam scripturam. Verum offendo, omnia versans, in Behottianis Collectaneis variarum : *Dividor, ipsa gradu nitente, sed anxia retro Pectora*. » Barth. Hæc est conjectura Behottii, in cujus codice scriptum erat : *nitens, sed anxia*. — Reg. B, *ipsa gradu nitente* præbet; Reg. C nost. lectionem. Ed. — *Sed et anxia retro Pectora, nec requies*. Mire exprimit Hypsipyles affectum et pietatem erga patrem, quum tam sollicita sit de illius salute; gradus ad urbem, retro ad mare cura : mens mea non mecum ad urbem tendit, sed retro ad mare.

295. *Flamina, et e cunctis*. Reg. B, *Flamina et cunctis* habet, contra metrum. Ed. — *Et e cunctis collibus*. Nimirum jam orto sole et lucente die.

296. *Exoritur pudibunda dies cælumque retexens*. Unus Barthianus :

Aversum Lemno jubar, et declinia Titan
Opposita juga nube refert: patuere furores
Nocturni, lucisque novæ formidine cunctis
(Quanquam inter similes) habitus rubor: impia terræ
Infodiunt scelera, aut festinis ignibus urunt.

*cœlumque retectans.* — *Pudibunda.* Nomen est, non participium; nam tempore caret, et patiendi significatione privatur: et indicat non pudentem, sed pudenti similem, qui erubescit admissum facinus temporis alieni, et lucem etiamsi nollet nocturna cædis crudelitate fœdari. Lact.

297. *Aversum Lemno jubar, et declinia Titan. Adversum Lemno* optimus Barthii, et unus Behot. *declivia* Bebott. Aldd. Colin. Basil. et Plant. *declinia* Pet. Burm. Amstel. Gronov. Lindenbrog. et plerique. *Declinantia* Put. quod glossa est τοῦ *declinia.* — Reg. B, *Adversum L. j. et declinantia Titan*, exhibet; Reg. C, *Adversum L. j. et d. T.* Ed. — *Aversum Lemno jubar.* Sic apud Sil. Italic. Punic. XV, 334: « Sed quisnam aversos Phœbum tunc jungere ab urbe Romulea dubitaret equos, qui tempore eodem Marcellum acciperet letum oppetiisse sub armis? » Similiter contra Sol, voluptate captus diutius inspiciendi Nympharum chorum, inhibuisse cursum diesque produxisse fingitur in Callim. H. in Dian. vs. 181 seq. ubi vide Spanhem. Ed. — *Jubar.* Ostendit Poeta generis esse neutri, et Ovidius hoc genere declinavit Met. I, 768: *per jubar hoc juro.* — *Declinia.* Quæ declinarent et fugerent. Opposita enim nube vultus suos Lemniadum crimine declinaverat Sol. — *Titan.* Sol, qui dicitur fuisse Hyperionis unius e Titanibus filius.

298. *Opposita nube.* Ne videret tantam crudelitatem ac tantam stragem. — *Juga.* Currum, seu equos. — *Refert.* Fugit enim Sol crudelitatem, aut *refert* deflectit melius intelligamus.

299, 300. *Noct. lucisque n. f. cunctis* (*Quanquam i. s.*) *habitus rubor.* « Errant nonnulli libri scriptum referendo *cinctis.* Omnibus enim, ut simul venerat, recessisse dicit simul insaniam. Barth. Aldd. Colin. et Plant. *habitus pudor;* Dan. Put. Bebott. Laur. Gronov. Barth. et plerique, *habitus rubor.* — Reg. B, *habitus pudor* habet; Reg. C nost. lectionem. Ed. — *Lucisque novæ formidine cunctis* (*Quanquam inter similes*) *habitus rubor.* Etsi omnes simili et eodem scelere obstringerentur, nec sic erubescere deberent, non potuerunt tamen sustinere visus sui invicem oborto die, quin conscientia criminis statim rubore suffunderentur.

301. *Infodiunt scelera.* Quasi sepulturæ mandatis corporibus occisorum, scelera earum terra tegerentur. — *Festinis ignibus.* Properantes comburunt cadavera. Vet. Schol. Val. Flac. adjicit adeo efferatas furore, ut proprias etiam domos incenderent, Argonautic. II, 236 et sequent. « diras aliæ ad fastigia tædas Injiciunt, adduntque domos. » Barth.

Jam manus Eumenidum, captasque refugerat arces
Exsaturata Venus; licuit sentire, quid ausæ,
Et turbare comas, et lumina tingere fletu.
« Insula dives agris, opibusque, armisque, virisque,
Nota situ, et Getico nuper ditata triumpho,
Non maris incursu, non hoste, nec æthere lævo,
Perdidit una omnes orbata, excisaque mundo,
Indigenas: non arva viri, non æquora vertunt:
Conticuere domus: cruor altus, et oblita crasso
Cuncta rubent tabo: magnæque in mœnibus urbis
Nos tantum: et sævi spirant per culmina Manes.
« Ipsa quoque arcanis tecti in penetralibus alto

303. *Sentire, quid ausæ*. Recedente enim iræ seu vindictæ nubilo, quo mens offuscatur, ratio redit: tuncque comprehendimus scelus, ac pœnitentia subit animum.

304. *Et turbare comas. Exturbare comas* Dan. Put. Lang. Aldd. alii et Cruc. *Et turbare* uterque Behot. Buslid. Gevart. Amstel. Gronov. Barth. et Delph. — *Turbare comas*. Hoc enim in luctu fiebat.

306. *Getico triumpho*. Thracico bello: ex quo redeuntes victores Lemniadum multas in triumpho contulerant opes. Lact.

307. *Non maris*. Id est, non naufragio, non bello, non pestilentia perierunt. — *Æthere lævo*. Aere corrupto.

308. *Excisaque mundo*. Pro *mundo* Jortin. conj. *fundo*, quod non improbat Burmannus citans Theb. III, 249, seq. sed cf. Theb. I, 649. Barthius ex uno codice malit: *uno omnes orbata excisaque puncto*. — *Excisaque mundo*. Quasi amissis maribus non amplius habitabilis foret, ac sic deserta maneret.

309. *Non arva v. non æquora vertunt*. Aldd. Colin. et Plant. *verrunt*; Lang. Lipsian. Put. optimus Barth. et plerique, *vertunt*. — Reg. B, *non arma viri*, præbet; Reg. C nost. lect. Ed. — *Arva viri*. Officia virorum cessasse dicit, quibus fuerat Lemnos orbata.

310. *Conticuere domus*. Reg. B, *Conticuere domos*; Reg. C nost. lectionem habent. Ed.

311. *Cuncta rubent tabo. Cuncta jubent* unus Barthii; *Cuncta jurant* alius ejusdem; *Cuncta madent* Lang. Buslid. Venett. et ita correctum est in uno Behot.

312. *Nos tantum. Nox tantum* in quibusdam vett. — *Nos tantum*. Bernartius censet legendum, *Nox tantum*, quum Poeta scripserit, vers. 296: « Exoritur pudibunda dies. » Sed nulla ratione, quum ipse Poeta supra dixerit: « Non arva viri non æquora vertunt. » Mulieres igitur solæ. — *Sævi*. Quia ultionem reposcebant, mentesque exagitabant.

313. *Arcanis et in penet. alto*. Unus

Molior igne pyram : sceptrum super armaque patris
Injicio, et notas regum gestamina vestes,
Ac prope mœsta rogum confusis ignibus adsto
Ense cruentato, fraudemque et inania busta
Plango metu, si forte premant, cassumque parenti
Omen et hac dubios leti precor ire timores.
« His mihi pro meritis (ut falsi criminis astu
Parta fides) regno et solio considere patris

Behot. *tecti penetralibus*, omisso τῷ in. *Arcanis tecti in pen. alto*, etc. Virg. Æn. IV, 645 et seq. « interiora domus irrumpit limina, et altos Conscendit furibunda rogos.

314. *Molior i. p. s. s. armaque patris.* Veteres Bernartii : *arma, patrisque;* et sic Aldd. Colin. et Gryph. — *Molior igne pyram.* Quasi crematura corpus patris. — *Sceptrum super*, etc. Moris enim erat injicere rogis res quas defuncti gestaverant, et quas carissimas habuerant, ut videbimus lib. sequente in funere Archemori. Injicit sceptrum, ut insigne regni, arma vero, ut paternæ fortitudinis insignia.

315. *Injicio, et n. regum gestamina vestes. Inicio* Behott. 1, 2, et Reg. B. En. — *Regum velamina* Put. et sic etiam optimæ Barthii membranæ in margine.

316. *Confusis ignibus.* Jam accensa ex omni parte pyra, et mixtis flammis.

317. *Ignibus adsto Ense cruentato, fraudemque et inania busta.* Barthius ponit punctum post *adsto*, et legit : *Ense cruentato per fraudem, et inania busta*, etc. — *Ense cruentato.* Quo fidem faceret se patrem occidisse.

318, 319. *Plango metu, si forte premant, cassumque parenti Omen et hac dubios leti precor ire timores. Plango metu, ne forte* Behot. 2, pro v. l. Lang. Buslid. Lipsian. et edd. vett. *si forte* Dan. Petav. omnes Barthiani, Behott. 1, 2, Amstel. Gronov. Barth. et Delph. Petav. *Omen et ad dubios.* Optimus Barthianus : *leti tenus ire timores. Si forte premant, cassumque parenti Omen et hac dubios leti precor ire timores.* Meus : Hypsipylen fecisse imaginarium funus patri, ne Lemniades negotium ipsi facesserent, suspicatæ, si hoc non fecisset, ipsam non occidisse patrem. Attamen quum illud funus poterat esse omen veræ mortis patris, at etiam juste sibi timere poterat, si Lemniades veritatem rescirent, rogabat Deos, ut et illud funus, quod necessitate adigente patri paraverat, vanum omen ejus mortis foret, et metus etiam mortis, quæ sibi imminebat veritate detecta, hac simulatione seu ratione migraret ex suo animo. Cæterum hi versus suspecti Goyeto.

320. *Ut falsi criminis.* Unus Behot. et *falsi.*

321. *Parta fides, regno et solio. Parta quies* Petrens. — Reg. B. *Parta fides, regna et solio ;* Reg. C *et solio confidere patris*, literis s supra f alia manu scripta. En.

Supplicium datur: anne illis obsessa negarem?
Accessi, sæpe ante Deos testata, fidemque,
Immeritasque manus: subeo, pro dira potestas!
Exsangue imperium, et mœstam sine culmine Lemnon.
Jam magis atque magis vigiles dolor angere sensus,
Et gemitus clari, et paullatim invisa Polyxo,
Jam meminisse nefas: jam ponere Manibus aras
Concessum, et multum cineres jurare sepultos.
Sic ubi ductorem trepidæ stabulique maritum,
Quem penes et saltus et adultæ gloria gentis,

322. *Supplicium datur.* Pro, supplicio. — *Obsessa.* « Coacta ut obsessi solent. » Vet. Schol. Sic obsessum scopulis æquor, in arctum conclusum, apud Val. Flacc. Argonautic. IV, 696: « obsessum scopulis respexit ad æquor. » Obsessi oculi apud Lucretium de Rerum Nat. IV, 345: « simul atque vias oculorum luce replevit Atque patefecit, quos ante obsederat ater. » Aer videlicet.

323. *Accessi.* « Ad onus imperii patrii gubernandum. » Vet. Schol.

325. *Exsangue imperium, et mœstam sine culmine Lemnon.* « In optimo libro augetur sententia, palam scribente: *Exanime imperium.* » Barth. *Sine conjuge* alii codd. apud Scholiast. — *Exsangue imperium.* Ut quod erat solarum mulierum. — *Sine culmine.* Sine principe. Lactantius legit *sine conjuge*, et *sine culmine*, utrumque ut videre est ex illius notis.

326. *Jam magis atque magis vigiles dolor angere sensus*, etc. Hi omnes effectus pœnitentiæ: perpetrato enim scelere, non statim magnitudo ejus concipitur; sed postea redeunte ratione, angimur, gemimus: ac illi qui vel scelus suaserunt, vel etiam in committendo adjuverunt, ita invisi nobis fiunt, ut ipsos ferre nullatenus possimus. — *Vigiles sensus* Bene *vigiles*; invigilabant enim animo, et sceleris perpetrati supplicium exercebant curæ.

327. *Paullatim invisa.* Supple, omnibus: scelus enim suaserat.

328. *Jam ponere Manibus aras.* Aræ etiam Manibus sacrabantur. Virgil. Æn. III, 63 et seq. « stant Manibus aræ Cæruleis mœstæ vittis, atraque cupresso. » Idem Æn. V, 47 et seq. « Ex quo relliquias divinique ossa parentis Condidimus terra, mœstasque sacravimus aras. »

329. *Et m. cineres jurare sepultos.* Aldd. Colin. et Plant. *cineres jurasse*, Lang. uterque Behott. omnes Barthiani, et alii *cineres jurare.* — *Multum cineres jurare sepultos.* Id est, petere pacem a conditis cineribus: nam variis sacrificiis exorabant mortuos ut sibi parcerent, ac tandem exagitare se desinerent.

330. *Stabulique maritum.* Totius armenti; sufficit enim unus multis.

331. *Adultæ gloria gentis.* Qui

Massylo frangi stupuere sub hoste juvencæ,
It truncum sine honore pecus, regemque peremtum
Ipse ager, ipsi amnes, et muta armenta queruntur.
« Ecce autem ærata dispellens æquora prora
Pelias intacti late subit hospita ponti

multorum jam adoltorum corporum per totum armentum pater fit. Virgil. de Apibus, Georg. IV, 162: « aliæ, spem gentis, adultos Educoot fœtus. »

332. *Massylo. Massylio* in Petav. — *Massylo*. Massyli Stephano populi Africæ, Cæsarieusi Mauritaniæ cootermini. Hi neque frenis neque ephippiis ntuntor, sola contenti virga, qua eqnos reguot. — *Massylo frangi stupuere*. Val. Flacc. II, 459 et seq. « frangentem morsu super alta leooem Terga ferens. » Coof. idem, lib. III, v. 589. Vide etiam Claudian. XXII, de Laodib. Stilich. lib. II, 21 et ad honc locum notata, oost. edit. tom. I, p. 659. Eo.

335. *Ecce a. ær. dispellens*, etc. « Sic et optimus codex: io aliis nonnullis *depellens*. » Barth. — *Ecce autem*. Adveotum Argonautarum ad Lemnum refert, qui missi fueraot a Pelia Thessaliæ rege, ut Phryxei arietis pellem auream e Colchide reportareot.

336. *Pelias int. l. subit hospita ponti*. « Omoes meliores libri habent *ostia ponti*, quod mihi placet. » Barth. — *Pelias Pinus*. Est oavis Argo, qua vecti Argonautæ ad expeditionem Colchicam: sic dicta a Pelio monte Thessaliæ, cujos gentile fœmininum sit Pelias. In eam cum Jasone hojusce expeditionis duea quinqoaginta Argonautæ conseeoderunt, quorum præcipoi Diis geniti, ut Hereules, Castor et Pollox, Theseus; alii reges, ac regom filii, vates Mopsos et Idmon; navis Architectus Argus, celeustes Orpheus, navis magister et gubernator Tiphys. Mira prædicant Poetæ de hac nave, coosilio Minervæ constructam fuisse, fatidicamque ac humaoa voce locotam: habebat enim carinam e querco Dodonæ. Unde et Ciceroni de Nat. Deorum, lib. II, cap. 32: « divinum Argonautarum vehiculum dicitur. » Tandem inter astra relata fuit. Manilius Astronom. lib. I, 402 et seq. « tum oobilis Argo In cælum subducta, mari qood prima cucurrit Servaodo Dea facta Deos. » Adi Excursom ad calcem hujus libri. Eo. — *Intacti*. Noo id eo seosu intelligendum est, quasi ad id usque tempos mare impervium fuerit, quum Danaus, Cecrops, Cadmos ex Ægypto et Phœoicia in Græciam navibus trajecerant. Sed quia prima fuit navis longa, quæ mari commissa fuit. Longa enim nave Jasonem primum navigasse refert Philostephaoos apod Plio. Hist. Nat. VII, cap. 56. Fuit hæc πεντηκόντορος prima. Cæterum hæc Argooaotarum expeditio aoois 79 Trojaoum exscidium præcessisse ponitur apud Clementem Alexandrinum Stromatum lib. I, hoc modo conveniet in annum Periodi Julianæ 3451; muodi 2721; aote Christum 1275. Argonautica vero scripserunt e Græcis Orpheus Crotoniata, Epimenides,

Pinus : agunt Minyæ : geminus fragor ardua canet
Per latera ; abruptam credas radicibus ire
Ortygiam, aut fractum pelago decurrere montem.
Ast ubi suspensis siluerunt æquora tonsis,
Mitior et senibus cycnis et pectine Phœbi
Vox media de puppe venit ; maria ipsa carinæ
Accedunt, post nosse datum est, OEagrius illic
Acclinis malo, mediis intersonat Orpheus
Remigiis, tantosque jubet nescire labores.
Illis in Scythicum Borean iter, oraque primum

Cleon, Herodotus, Apollonius Rhodius, Dionysius Milesius, e Latinis Catullus, Varro Attacinus, et Valerius Flaccus.

337. *Agunt Minyæ : g. f. ardua canet.* « In optimo exemplari sic scriptum est : *ardua canez*, quod annotandum putavi. » BARTH. — *Minyæ.* Plerique scriptores scribunt Minyan Neptuni et Tritogeniæ filium plures habuisse filias, ex quibus præcipui Argonautarum orti erant : hincque Argonautas *Minyas* dictos. Addit Apollonius Alcimedem matrem Jasonis filiam fuisse Clymenes filiæ Minyæ. Alii vero dicunt sic vocatos a Minyis populis Thessaliæ, aut certe Magnesiæ regione Thessaliæ, cujus caput Iolchos, quique Jasonem ad Colchos euntem secuti sunt. — *Geminus fragor ardua canet Per latera.* Ab utroque navis latere murmurantes undæ canentibus spumis albescunt.

339. *Aut fractum pelago decurrere montem.* « In optimo librorum claris literis scriptum est : *descendere montem.* » BARTH.

340. *Tonsis.* Remis. LACTANT.

341. *Et senibus cycnis.* Cycni enim morientes suavissimam vocem habere dicuntur, ut persuasum erat Veteribus. — *Et pectine Phœbi.* Lyra pectine pulsata.

343. *OEagrius illic. OEnagrius* Behot. 2.

344. *Acclinis malo. Acclivis* Lang. Laur. Lipsian. Buslid. alii, cum edd. vett. — *Acclinis malo.* Sic scribendum ex optimis libris et in pluribus auctoribus corruptam hanc vocem pridem restituerunt docti homines. BARTH. — *Orpheus.* Orpheus Musicus, et Poeta celeberrimus, Apollinis seu potius OEagri filius ac Calliopes Musæ, hinc *OEagrius* dictus, unus ex Argonautis. De quo vide Catalogum Argonaut. a Burmanno collectum, et adjunctum nost. Valer. Flacc. t. II, p. 401 et seq. ED.

345. *Tantosque jubet nescire labores.* Tanta enim erat dulcedo cantus Orphei, ut inter remigandum non sentirent laborem. — *Nescire labores.* Pro, non sentire ut graves. Parum diverso sensu dixit Lucanus, Pharsal. VII, 133 : « sua quisque pericula nescit » Noster Theb. VII, 674 : « sua vulnera nescit. » ED.

346. *In Sc. Borean iter, oraque primum.* Marklandus ad Silv. V, 3,

Cyaneis arctata vadis : nos Thracia visu
Bella ratæ, vario tecta incursare tumultu,
Densarum pecudum, aut fugientum more volucrum.
Heu ubi nunc furiæ? portus, amplexaque litus
Mœnia, qua longe pelago despectus aperto,
Scandimus, et celsas turres : huc saxa, sudesque,
Armaque mœsta virum, atque infectos cædibus enses

138 correxit : *oraque ponti*, etc. — Reg. B, *oraque primi* exhibet. Ed. — *In Scythicum Borean*. Id est, in regionem ex qua flat Boreas, scilicet in Scythiam. Colchi enim Scythis contermini.—*Oraque primum*. Symplegadas, ut asserit Euripides.

347. *Cyaneis arctata vadis. Saxosis arctata vadis* membranæ Lactantii. — Reg. B, *Cyaneis artata maris* præbet; Reg. C, *Cyaneis artata vadis*. Ed. — *Cyaneis vadis*. Cyaneæ insulæ, seu potius scopuli in Ponto Euxino mille quingentis passibus ab Europa, XIV mill. ab ostio distantes, modico spatio a se direpti. Unde datus locus poetis scribendi Cyaneas inter se concurrere, quod ex adverso intrantibus duæ videntur, nave vero paullulum ad alterum latus deflexa, una tantum cernitur. *Symplegades* etiam vocabantur et *Syndromides*. Eas transmisere Argonautæ Phinei consilio, præmissa viæ duce columba, non sine discrimine, mutilata extremitate puppis. — *Thracia visu Bella ratæ*. Thraces enim, ut supra vidimus, bello petiti fuerant, cæsique a Lemniis. Jure ergo credere poterant Lemniades Thracas bellum ipsis inferre, proprias clades ulturi.

348. *Bella ratæ. Vela ratæ* ex manuscriptis correxit Nic. Heins. ad Ovid. Met. XII, 25.

349. *Aut fugientum more volucrum*. « In optimo codice legitur *ac fugientum* : tantumdem rei est. » Barth. — Reg. B, *aut fugientium m. v.* Reg. C, *luporum* habebat, sed alia manu vocem *volucrum* præbet suprascriptam. Ed.

350. *Heu ubi nunc furiæ? portus*, etc. *Heus ubi nunc* unus Barthianus. Vide Nic. Heins. ad Ovid. Heroid. Epist. IV, 150. Optimus Barthianus : *port'*; unde ille *portas*. — *Heu ubi nunc furiæ*. Tunc enim ex usu fuissent nobis ad repellendos hostes. — *Portus*. Intelligit moles, seu aggeres constructos in utraque portus ripa ad arcendos fluctus, seu muniendum portum. Barthius vero contendit omnino scribendum *portas*. Edita enim loca adscendisse ait, ut inde jactu hostem arcerent, et ineptum esse de adscenso portu. — *Amplexaque litus*. Brachia mœniorum, litus munientia. Similia supra hoc libro vs. 280. Barth.

352. *Scandimus et celsas turres*. « In optimo et uno alio libro clare scriptum est : *Scandimus in celsas turres*; in alio : *celsa turri* : prius placet; nisi quod vulgatam scripturam ideo non omittimus. » B.

353. *Mœsta virum*. « Propter ipsas mœstas. » Vet. Schol. *Arma mœsta* sunt lugubria, quæ ipsa si

Subvectant trepidæ : quin et squalentia texta
Thoracum, et vultu galeas intrare soluto
« Non pudet : audaces rubuit mirata catervas
Pallas, et adverso risit Gradivus in Hæmo.
Tunc primum ex animis præceps amentia cessit :
Nec ratis illa salo, sed Divum sera per æquor
Justitia, et pœnæ scelerum adventare videntur.
« Jamque aderant terræ, quantum Gortynia currunt

daretur, lugerent dominorum suorum cædem. Barth.

355. *Vultu soluto*. Id est, coma, quæ composita fuerat, soluta. Guyetus. — *Soluto*. Molli aut muliebri. Barth.

356. *Audaces rubuit mirata catervas. Rubuit*. « Puduit Minervam tantæ in tam mollibus audaciæ. » Vet. Schol. Similia de Marte in Eutropium Claudianus, lib. I, 238: « Eruboit Mavors, aversaque risit Enyo. » Vide Excursum 61 ad calcem libri III Thebaid. hujusce tom. pag. 353. Ed.

357. *Et adverso risit Gravidus in Hæmo*. Edd. vett. in *Æmo*. Dan. Heinsius ad Claudian. Paneg. in Prob. et Olyb. Cons. 120 legit : *ab Hæmo*. — Reg. B, *et averso r. G. in Hæmo* habet ; Reg. C onst. lectionem. Ed. — *Adverso*. Utrum situ adversum posuit ; id est, positione loci ; an *adverso*, inimico ? Quippe Mars merito Lemnum oderat, quia in illa insola a Vulcano cum Venere fuerat deprehensus. Barth. — *Pallas*. Pallas, seu Minerva, Dea belli præses. — *Gradivus*. Mars, ut jam diximus. — *Hæmo*. Qui in Thracia et sub Hæmo sedes Mars habere dictus. Vide descriptionem domus Martis initio Theb. VII.

358. *Tunc primum ex animis*. Nonnulli codd. Barthiani una voce, *exanimis*.

359. *Nec ratis illa salo, sed Divum sera per æquor*. Duo Barthiani : *Divum nota* ; alter ejusdem : *Divum mota*, cum supra scriptis his verbis : « vel *sera* vel *seva*. » — Reg. B, *Me ratis illa solo* habet. Reg. C onst. lectionem. Ed. — *Sed Divum sera per æquor Justitia*, etc. Malis enim et nocentibus supplicium ante oculos versatur, omniaque ad sumendum de se supplicium tendere. — De hoc loco vide notata ad Theb. III, 602, huj. tom. pag. 339.

361. *Jamque aderant terræ, quantum Gortynia currunt*, etc. Dan. *aderunt terræ* ; unus Behnt. *abetant terræ* ; Put. Laur. Buslid. Taurin. et alii *aberant terris* ; Petrens. *aderant terræ*, et eadem manu, ut videtur, emendatum, *aberant terra*. Cf. Ovid. Met. IV, 708 ; VIII, 695 ; Fast. III, 583. Lectionem nostram Dan. Heinsius, puto, primus recepit in Amstel. *Cortynia* in quibusdam. — Reg. B, *jamque aberant terris q. Cortinia c.* exhibet, Reg. C, *jamque aderant*, sed litera *b* supra *d* scripta, *Cortinia* etiam præbet. Ed. — *Gortynia*. Cretensia. Vide Theb. IV, 530 ; et quæ de hoc loco enarrantur ad versum 45 Claudian. I, in Prob. et Olybr. Cons. onst.

Spicula, cæruleo gravidam quum Juppiter imbri
Ipsa super nubem ratis armamenta Pelasgæ
Sistit agens: inde horror aquis, et raptus ab omni
Sole dies, miscet tenebras, quis protinus undâ
Concolor: obnixi lacerant cava nubila venti,
Diripiuntque fretum: nigris redit humida tellus
Vorticibus, totumque Notis portantibus æquor
Pendet, et æquato jam jam prope sidera dorso
Frangitur: incertæ jam nec prior impetus alno,
Sed labat, exstantem rostris modo gurgite in imo
Nunc cælo Tritona ferens: nec robora prosunt
Semideum heroum, puppemque insana flagellat

edit. tom. I, pag. 106. Ed. — *Gortynia*. Tantum inqnit a portu aberat navis, quantnm Cretensium sagittarum jactus exprimitur. Barth.

362. *Cæruleo gravidam quum Juppiter imbri Ipsa super nubem, ratis armamenta Pelasgæ Sistit agens*, etc. Totus hic locus adumbratns ex Homero Odyss. M.

363. *Ipsa super nubem ratis*, etc. « Melior positus verborum in optimo librorum: *Ipsa ratis nubem super*, etc. » Barth. — *Pelasgæ*. Græcæ seu Thessalæ. In Thessalia enim Pelasgiotis, et sinus Pelasgicus.

364. *Horror aquis, et raptus ab omni Sole dies, miscet tenebras.* Virgilins Æn. I, 88 et seq. « Eripinnt subito nnbes cælumqne diemque Teucrorûm ex oculis. »

365. *Quis protinus unda*. Unns Behot. *quis protinus unda est*.

367. *Nigris redit humida tellus Vorticibus*. Arenæ a fundo avulsæ, impetu jactantur aqnarum.

368. *Vorticibus, totumque Notis portantibus æquor*. *Verticibus* in qoibusdam scriptis; *Vorticibus t. N. certantibus* unus Behot. — Reg. B, *verticibus; tot. N. certantibus æquor;* Reg. C nost. lectionem exhibent. Ed.

369. *Pendet, et æquato jam jam prope*, etc. Reg. B, *Pendet et arquato jam prope sidera dorso* habet; Reg. C nostram lectionem. Ed. — *Æquato jam jam prope sidera*, etc. De hoc loco vide dicta ad versum 18 Voti ad Oceanum; Poet. Latin. Minor. nost. edit. tom. III, pag. 322. Ed.

370. *Incertæ jam nec prior*, etc. Regg. B et C, *incertæ nec jam prior*, etc. exhibent. Ed.

372. *Nunc cælo Tritona ferens. Nuncque solo Tritona* unus Barthianus. — *Tritonia puppis*. Solet enim omnis navis pictura quacunque signari: ut Virgil. Æneid. X, 209: « Hunc vehit immanis Triton. » Ad quem locum vide notata, nost. edit. tom. IV, p. 120. Ed.

373. *Semideum heroum*. Sic a Græcis etiam vocantur serio *Argonautæ*. Abstinuit Valer. Flaccus, contentus « Deorum nautas » ap-

Arbor: et instabili procumbens pondere curvas
Raptat aquas, remique cadunt in pectus inanes.
Nos quoque per rupes, murorumque aggere ab omni
Dum labor ille viris, fretaque indignantur, et Austri,
Desuper invalidis fluitantia tela lacertis,
Quid non ausa manus? Telamona et Pelea contra
Spargimus, et nostro petitur Tirynthius arcu.

pellasse. Laudo igitur Valerium, quamvis alio loco Deos iisdem patres claris etiam verbis adscribentem. Barth. — *Insana arbor.* Vel magna, vel instabilis. Nimis poetice dixit, *insana arbor.* Accipimus enim mobilem, ut hi qui insani loco stare non possunt. Lactant.

374. *Arb. et instabili p. pondere curv.* Reg. B, *instabili pectore* habet; Reg. C nost. lectionem. Ed. — *Arbor: et instabili;* etc. Malus usque in fluctus deprimitur, inclinata nave. — De hoc loco vide in libr. I, Argonaut. novi editoris notas, v. 610 et seqq. nost. Val. Flacc. tom. I, pag. 104. Ed.

375. *In pectus.* Supple, remigum.

376. *Per rupes.* « Litora rupibus ardua. » Vet. Schol. — *Aggere ab omni.* Locutio poetica, summam industriam et diligentiam indicans.

377. *Dum labor ille viris, f. ind. et Austri.* Melius aliquanto optimi libri: *labor iste;* unus Behot. *ipsæ,* et supra *ille.* In eodem codice: *et Austros.* — Reg. B, *et austros* exhibet, Reg. C nostram lectionem. Ed. — *Viris.* Argonautis. — *Fretaque indignantur et Austri.* Quid esse dicam, quod optimi quique; et *austros;* ut indignatio sit Argonautarum, non maris et ventorum? An ita voluit intelligendos dare ingentes animos semideum regum, a quibus tam longe abfuerit rerum terribilium metus, ut periculis ad iram magis accenderentur? et ea his quoque laborum et fortitudinis cos est. Sane et Hippomedon potius indignatur et invidiam facit, quam precatur, quum ait Thebaid. IX, 506: « Fluvione, pudet! Mars inclite, merges Hanc animam? » Gronov.

378. *Fluitantia.* Ordo: Invalidis lacertis fluitantia tela spargimus: et bene *invalidis,* utpote femineis. — *Fluitantia.* Incerta. Lactant.

379. *Quid non ausa manus.* Non intelligas de scelere, sicut Lactantius: sed tantum de audacia adversus fortissimos viros et armatos. — *Telamona et Pelea.* Post Herculem fortissimos Græcorum nominavit, respectu filiorum eorum. *Telamon* enim genuit Ajacem, Peleus Achillem. Peleum *hasta optimum* vocat Val. Flacc. Argon. I. Qui omnis veterum fortitudo censetur. Et de ejus hasta ibidem, v. 405: « tantum hæc aliis excelsior hastis, Quantum Peliacas in vertice vicerat ornos. » Barth. — De Telamone consule Catal. Argon. a Burmanno collectum, nost. Valer. Flacc. tom. II, pag. 412; de Peleo, ibid. pag. 402—405; ibi ampliora invenies. Ed.

380. *Spargimus. Spargimur* Put. — *Tirynthius.* Hercules sic dictus

Illi quippe simul bello, pelagoque laborant.
Pars clipeis munire ratem; pars æquora fundo
Egerere : ast alii pugnant, sed inertia motu
Corpora, suspensæque carent conamine vires.
Instamus jactu telorum, et ferrea nimbis
Certat hiems : vastæque sudes, fractique molares,
Spiculaque, et multa crinitum missile flamma,
Nunc pelago, nunc puppe cadunt : dat operta fragorem
Pinus, et abjunctis regemunt tabulata cavernis.
« Talis Hyperborea virides nive verberat agros
Juppiter; obruitur campis genus omne ferarum,

a Tirynthe oppido Argolidis, in quo educatus esse dicitur.

382. *Fundo Egerere.* Sentinam facere. Ovidius Metam. XI, 488 : « Egerit hic fluctus, æquorque refundit in æquor. »

383. *Egerere : ast alii pugnant. Egerere pugnant alii* in duobus Barthianis.

384. *Corp. s. c. conamine vires.* Optimus Barthianus, *cognamine.* — *Suspensæque carent conamine vires.* Lucan. Phars. III, 692 : « Incertasque manus ictu languente per undas Exercent. » Ubi consule Pet. Burmanni notata. Ed. — Omne corpus, quod motu alterius rei commovetur, ad jaciendum stabilem non habet firmitatem. Confer etiam Silic. Italicum, Punic. I, 470, et ad hunc vide notata; nost. edit. tom. I, pagin. 61. Ed.

385. *Ferrea nimbis hiems.* Missilium imber. Ut Virgil. Æn. XII, 284 : « ferreus ingruit imber. »

386. *Vastæque sudes.* Alii, *ustæque.* Virgilius, Æneid. VII, 524 : « sudibusque perustis. »

387. *Et multa crinitum*, etc. Optimus Barthianus, *et mixta.* — *Et multa crinitum missile flamma.* Demonstrat lanceis ignem insertum per stuppam. Et bene *crinitum* : quando enim quis quatit flammam, ut jaciat, quosdam veluti crines facit. Ut Virgil. Æneid. V, 528 : « crinemque volantia sidera ducunt. » Catullus Carm. LXI, 77 et sqq. « Viden' ut faces Splendidas quatiunt comas? » Seneca Œdipo act. II, 309 et seqq. « Utrumque clarus ignis, et nitidus stetit, Rectusque purum verticem cælo tulit, Et summam in auras fusus explicuit comam? »

389. *Tabulata.* Non sollicitarem hanc lect. si citra indicium optimi libri esset, in quo clare scriptum, *stabula alta*, et alterius suspicionem, referentis *stabulata*, Omnino autem *stabula alta* Papinianum est. *Tabulata* enim minus dicunt, quam pro re præsente, et jam dixit, quod *tabulatis* conveniebat. *Stabulum* omne domicilium. *Stabula alta* regemunt abjunctis cavernis. Barth.

390. *Hyperborea.* Septemtrionali ab Hyperboreis populis sub Sep-

Deprensæque cadunt volucres, et messis amaro
Strata gelu : fragor inde jugis, inde amnibus iræ.
« Ut vero elisit nubes Jove tortus ab alto
Ignis, et ingentes patuere in lumine nautæ,
Diriguere animi, manibusque horrore remissis
Arma aliena cadunt : redeunt in pectora sexus.
Cernimus Æacidas, murisque immane minantem
Ancæum, et longa pellentem cuspide rupes
Iphiton : attonito manifestus in agmine supra est

temtrione sitis. Vide Theb. I, 693.

392. *Deprensæque cadunt volucres.* *Depressæque* Aldd. Colin. et Basil. *Deprensæque* omnes codd. cum cæteris edd. — *Amaro.* Noxio, unicuique enim res quæ nocet, amara est. LACTANT.

393. *Fragor inde jugis.* Nive scilicet acervatim cadente.

394. *Ut vero elisit nubes Jove tortus ab alto.* Existimabant Veteres tonitrua a ventis effici nubes collidentibus. Claudian. V, in Rufinum lib. II, vs. 222 : « quantum non madidis elisa tonitrua coris. » Ad quem locum notata legere si velis, adi Claudianum nostrum, tom. I, pag. 198. ED.

395. *Et ingentes patuere in limine nautæ.* Lang. Buslid. Aldd. Colin. Plant. et nonnulli, *in lumine;* Dan. Petav. Behot. 1, Behot. 2, pro v. l. Lindenbrog. et Crue. *fulmine;* Bipontina ex errore operarum : *in limine.* — Reg. B, *patuere in fulmine nautæ* habet; Reg. C nostram lectionem. ED.

396. *Diriguere animi.* « Melior videtur scriptura optimi libri, *animis.* » BARTH.

397. *Arma aliena.* Non maritorum suorum arma dixit : sed *arma aliena*, id est, sexus alterius : nam quum per timorem visorum Argonautarum revocamur ad sexum, repetit vires suas natura, quum alienas non potuisset implere. LACT.

398. *Cernimus Æacidas.* *Comminus* unus Behot. et supra *Cernimus*, æquæva scriptura. — *Æacidas.* Telamonem et Peleum Æaci filios, de quibus supra.

399. *Ancæum.* *Antæum* Dan. Put. Lang. Buslid. et plerique. *Antheum* Behot. 2, *Anceum* Behot. 1, quam lectionem agnoscit Lactantius. *Ancæum* Gevart. Grass. Gron. Barth. et Delph. — Reg. B, *Et longa pallentem*, etc. habet. ED. — *Ancæum.* Ancæus Lycurgi Arcadum regis filius, particeps expeditionis Colchicæ : postea, quum Meleagro navaret operam in venatione apri Calydonii, ab hac fera occisus est. Vide Catal. Burman. nost. Val. Flacc. tom. II, pag. 342. ED.

400. *Iphiton : attonito manifestus*, etc. *Iphiton attonitæ : manifestus*, etc. malit Gronovius. — *Iphiton.* Iphitus Euriti Œchaliæ regis filius. Hunc postea Hercules præcipitavit e turri, interfecto prius Euryto patre. — *Attonito.* Rectius censet Gronovius : *Iphiton attonitæ.*

Amphitryoniades, puppemque alternus utrimque
Ingravat, et medias ardet descendere in undas.
At levis, et miseræ nondum mihi notus Iason
Transtra per et remos, impressaque terga virorum,
Nunc magnum OEniden, nunc ille hortatibus Idam,
Et Talaum, et cana rorantem adspergine ponti
Tyndariden iterans, gelidique in nube parentis

Id est, nos quibus redierunt in pectora sexus, cernimus Heroas attonitæ et perculsæ.

401. *Amphitryoniades. Amphitrionides* unus Behot. — *Amphitryoniades.* Hercules filius Amphitryonis. — *Alternus utrimque.* Bene *alternus*, ne in uno latere forte stans mole corporis, aut etiam virtutis, verteret ac mergeret navem: *alternus* ergo nunc hic, nunc illic, in neutra parte consistens.

402. *In undas.* Put. *in undis.*

403. *Iason.* Jason Æsonis Thessaliæ regis filius. Hunc patruus Pelias, qui fratri Æsoni successerat, quum suspectum haberet ob virtutem, præclarasque tum animi tum corporis dotes, perditumque vellet, excitavit ad expeditionem Colchicam, prætextu recuperandi aurei velleris, quod Phryxus illuc tulerat, spe vero, aut periculo tam longæ navigationis aut bellis hunc juvenem periturum. Fabricata igitur navi Argo a naupego Argo sic vocata, mare conscendit, cum florentissima totius Græciæ juventute. Illa profectio tamen illi feliciter successit: superatis enim innumeris periculis, fere omnes suos incolumes reduxit, ac retulit illud aureum vellus. *Levem* vero dicit, an referendo ad levitatem corporis, qua Jason per transtra, ac per terga remigum celerrime ferebatur: an vero ad levitatem animi, qua Jason nullam constanti amore dilexit uxorem. Hypsipyle enim deserta, duxit Medeam: rejecta vero Medea, Glaucen sibi matrimonio junxit.

404. *Impressaque terga.* Optimus Barth. *in pressaque.* — *Impressa.* An vestigiis impressa?

405. *OEniden.* Meleagrum OEnei regis Ætoliæ filium notissimum apro Calydonio et amore Atalantes. Utriusque filius Parthenopæus unus fuit e ducibus Argivis. — *Idam.* Idas filius Apharei Messeniæ reguli: post reditum autem ejus ex Colchide, orta rixa inter eum fratremque Lynceum ex una parte, ac Castorem Pollucemque ex altera, propter abacta a Castore illius pecora, Pollux Lynceum occidit, ipse vero Idas fulmine percussus interiit. Cf. Catal. Burm. nost. Val. Flacc. t. II, pag. 381—383. Ed.

406. *Et Talaum. Et Tasan* unus Behot. *Æthalium* optimus Barthianus, in quo tamen codice hic versus sequitur post vs. 407. — *Talaum.* Talaus Crethei filius, pater Adrasti regis Argivorum, unus ex Argonautis. — *Cana adspergine.* Spuma.

407. *Tyndariden.* Id est, unum ex Tyndaridis, Castorem aut Pollucem Tyndari filios. — *Parentis.* Bo-

Vela laborantem Calain subnectere malo,
Voce manuque rogat: quatiunt impulsibus illi
Nunc freta, nunc muros: sed nec spumantia cedunt
Æquora, et incussæ redeunt a turribus hastæ.
Ipse graves fluctus, clavumque audire negantem
Lassat agens Tiphys, palletque, et plurima mutat
Imperia, ac lævas dextrasque obtorquet in undas
Proram, navifragis avidam concurrere saxis:
Donec ab extremæ cuneo ratis, Æsone natus
Palladios oleæ, Mopsi gestamina, ramos

reæ: Calais enim erat filius Boreæ et Orithyæ Atheniensis. — *In nube*. Quia Calais erat alatus.

409. *Impulsibus*. Remorum et telorum. *Impellendi* verbo mire sæpius utitur Papinius noster. Eruere designat Theb. XII, 82: « non si fatale potestas Argos, et impulsas cineri miscere Mycenas. » Movere, instigare, Theb. XI, 110: « tibi pareat improbus exsul, Argolicum tu impelle nefas. » *Impulsus*, ictus, Theb. IX, 147: « non illum impacta moverent Tormenta oppositum; formidatique superbis Turribus impulsus, tentato umbone, redissent. » *Impellere*, verberare, eod. lib. 485: « quantum ira Deusque valebant Impulit assurgens, tandem vestigia flexit. » Occidere valet, Theb. VIII, 445: « Iphin atrox Athamas, Argum ferus impulit Hypseus. » Ed.

412. *Audire negantem*. Supple, se *audire*, seu sibi parere. Lucan. Phars. V, 593: « Qua nullam melius pelago turbante carinæ Audivere manum. » *Audire* et currus dicitur. Unde Virgil. Georg. I, 514: « Neque audit currus habenas. »

413. *Lassat agens Tiphys*. Unus Behot. *Laxat agens*. — *Tiphys*. Tiphys navis Argus gubernator. — *Palletque*. Ob ingens periculum, in quo versabatur. — *Et plurima mutat Imperia*. Mutare imperia est modo huc modo illuc navem convertere, ait Lactantius. Potest etiam explicari modo hoc, modo illo modo agere, remigantibus imperare; quod fieri consuevit in tempestatibus, in quibus gubernator nunc rem unam pro præsenti rerum statu jubet, mox mutare cogitur imperium, mutato etiam rerum statu.

414. *Lævas dextrasque* in *undas*. Id est, convertebat navem modo ad lævam, modo ad sinistram.

416. *Extremæ*. Bene, ex melioribus membranis; non *extremo*, ut priores editiones, notante Gronovio. — *Æsone natus*. Jason Æsonis filius.

417. *Palladios oleæ, Mopsi gestamina, ramos*. Quia Mopsus, ut vates, oleæ quæ Palladi sacra est, fronde seu ramo coronatus erat. — *Mopsi*. Mopsus vates Thessalus, Ampyci et Chloridis filius, unus ex Argonautis. Vide Theb. III, 521, et ibi notata, hujus tom. pag. 329. Conf. etiam Catal. Burmann. nost. Val. Flacc. tom. II, pag. 395. Ed.

Extulit, et socium turba prohibente poposcit
Fœdera : præcipites vocem involvere procellæ.
Tunc modus armorum, pariterque exhausta quierant
Flamina, confusoque dies respexit Olympo.
Quinquaginta illi trabibus de more revinctis
Eminus abrupto quatiunt nova litora saltu :
Magnorum decora alta patrum, jam fronte sereni,
Noscendique habitu, postquam timor, iraque cessit
Vultibus : arcana sic fama erumpere porta
Cælicolas, si quando domus, litusque rubentum
Æthiopum, et mensas amor est intrare minores.

418. *Extulit. Expulit* hab. Fabr.

419. *Involverê procellæ.* Vox enim quæ aut in spelunca emittitur, aut in antro, vel certe per litora ipsa involvitur: quia aut cava loca sunt, aut curva; quæ vero in libero aere jactatur late fusa respondet. Lactant. — *Involvere.* An *volvere*, tulerunt, portaverunt; alioqui Lemniades non audivissent. Audiverunt autem; desierunt enim tunc impetere Argonautas.

420. *Pariterque exhausta quierant.* Dan. Put. Lang. Buslid. et edd. vett. *quierunt.* Mutavit Dan. Heinsius in Amstel.

421. *Confusoque dies respexit Olympo.* Id est, sel rursus illuxit.

422. *Trabibus de more revinctis.* Id est, ponticulo facto, vel rate.

424. *Jam fronte sereni.* Optimus Barthianus: *jam fronte serena.* — *Jam fronte sereni.* Metu vel ira scilicet deposita.

425. *Postquam timor.* Editio nos penes hæc notata habet in margine: « Ita quatuor codd. Cantab. Bentl. ad Hor. Art. Poet. 197, legit, *tumor.* »

426—428. *A. s. f. e. p. Cælicolas, s. q. domus l. r. Æthiopum*, etc. Uterque Behot. *si quando domos. Æthiopes* Fabr. — *Arcana sic fama erumpere porta Cælicolas, si quando domus, litusque rubentum Æthiopum, et mensas amor est intrare minores.* Imitatur Papinius Homerum scribentem Deos relicto cælo ad convivia Æthiopum aliquando proficisci. Hujusce rei rationem adscribit Diodorus pietati Æthiopum. Persuasum enim erat Veteribus Deos primis sæculis consuetudine hominum maxime delectatos, et frequenter apud eos epulatum venisse; sed crescente malitia hominum, vitiisque invalescentibus abactos in cælum recessisse. Noster Silv. IV, 2, 53 et seqq. Eucharistico ad Germanicum Domit. « Talis ubi Oceani finem, mensasque revisit Æthiopum, sacro diffusus nectare vultus, Dux Superum. » Locus fabulæ datus; quod Æthiopibus in more fuit, ut duodecim numinum, quæ in Diospoli sacrabantur, effigies statis temporibus, per Africam, duodecim dierum

Dant fluvii montesque locum: tum terra superbit
Gressibus, et paullum respirat cælifer Atlas.
« Hic et ab asserto nuper Marathone superbum
Thesea, et Ismarios Aquilonia pignora fratres,
Utraque quis rutila stridebant tempora penna,
Cernimus; hic Phœbo nou indignante priorem

spatio vitulantes circumferrent. Sic Eustathius ad Iliad. A, ex Veterum scriptis. — *Rubentum Æthiopum.* Rubeotes Æthiopes sunt qui ad Mare Rubrom siti suot, quosque hac de causa *rubentes* vocat. Incolunt vero magis orientalem Africæ partem a confioiis Ægypti ad extremam usque fere Africæ partem, meridiem versus. Nam alii sunt Æthiopes ad Oceanum Atlanticom vergentes, ideo dicti *Hesperii* Nostro alibi, quique proprie *Nigritæ* appellaotur.

429. *Dant fluvii montesque locum.* Duo codd. Barth. *fontesque locum.* — *Dant fluvii montesque locum.* Transeontibos Diis scilicet.

430. *G. et p. r. cælifer Atlas.* Reg. B, *Atlans* habet; Reg. C, *celifer Athlas.* Ed. — *Gressibus.* Supple, Deornm super eam incedentium. — *Respirat Atlas.* Atlas ferre cælum creditur. — *Respirat.* Non oppressus tunc pondere et majestate Deorum, qui cælum deseruerunt.

431. *Hic et ab asserto. Hic et ab exerto* unus Behot. — *Ab asserto Marathone.* Marathon, oppidum seu vicus agri Attici, clarus Atheniensium victoria, qoi duce Miltiade ibi centum millia Persarum profligarunt, et Thesei, qui taurum Marathonium immanis magnitndinis ibi superavit. — *Asserto.* Id est, liberato ab illa fera. De hoc loco vide Excurs. ad calc. huj. lib. Ed.

432, 433. *Th. et Ism. A. p. f. U. q. rut. stridebant tempora penna.* Put. *stridebat tempora pinna.* — Hanc lectionem Reg. B præbet; Reg. C nostram. A. — *Thesea.* Theseus Ægei filius, rex Atheoiensium, heros notissimus, de quo postea Thebaid. XII. Vide Plutarchum in ejus vita. — *Et Ismarios Aquilonia pignora fratres, Utraque quis rutila stridebant tempora penna.* Iotelligit Calaim et Zethen, Aqnilonis, seu Boreæ, ac Orithyæ Atheoiensis filios, *Ismarios* dictos ab Ismaro moote Thraciæ regionis Septentrionalis, ex qua parte flat Aquilo seo Boreas: habebant alas rutilas ad tempora, in fidem generis. Hi postea ab Hercule dicuntur interfecti, ac mutati in ventos, qui Caniculæ exortnm diebus fere octo præveniunt; uode προδρομοι, seu *præcursores,* vocantur. — Fabulam, quam Poeta hic tangit, late explicant Apollonios lib. II, et Valerius Flaccos Argoaut. IV. Vide et Piodarum Pythiis. Bernart. — *Utraque quis,* etc. Silius Italic. Punic. VII, 256 et seq. « sævi fera murmura veoti Dimittnnt, oullasque movent in frontibus alas. » Ad quem locum videsis notata; nost. edit. tom. I, pag. 428. Ed.

434. *Hic Phœbo non indignante*

Admetum, et duræ similem nihil Orphea Thracæ;
Tunc prolem Calydone satam, generumque profundi
Nereos: ambiguo visus errore lacessunt
OEbalidæ gemini: chlamys huic, chlamys ardet et illi;
Ambo hastile gerunt; humeros exertus uterque,
Nudus uterque genas; simili coma fulgurat astro.

*priorem*. Optimæ Barthii membranæ: *indignante priorum*. — *Phœbo non indignante priorem Admetum*. Admetus erat Thessaliæ rex. Confer Catal. Burmann. nost. Valer. Flacc. tom. II, pag. 334. Ed. — Bene *non indignante;* quia Admeti pecus paverat, et obsequiis ejus emeritus, ei tamen favebat, apud quem passus videbatur injuriam: quia juxta Amphrysum fluvium pavit pecus. Unde Virg. Georg. III, 1 et seq. « et te memorande canemus Pastor ab Amphryso, » quia fabricatores fulminis sagitta percusserat, quoniam Æsculapius Apollinis filius fuerat fulminatus. Rogatu enim Dianæ Hippolytum ad auras superas revocarat: unde Virgil. Æneid. VII, 769: « Pæonis revocatum herbis et amore Dianæ. » Ubi notata videnda sunt, nost. ed. tom. III, pag. 343.

435. *Et duræ similem nihil Orphea Thracæ*. Orpheus enim patria Thrax, sed nihil retinuerat de feris Thracum moribus. *Thracæ* vero pro Thraciæ.

436. *Prolem Calydone satam*. Meleagrum Calydonium, de quo supra. — *Generumque profundi Nereos*. Peleum, qui Thetidem filiam Nerei Dei marini duxerat uxorem.

438. *OEbalidæ gemini*. *OEbalidæ fratres* legit Servius ad Virgil. Georg. IV. — De hoc loco videndus Excursus ad calc. huj. lib. Ed.

439. *Ambo hastile gerunt*. Optimus Barthii codex: *hastile gemunt*.

440. *Simili coma fulgurat astro*. Huic loco lux ex fabula. Quum Argonautæ solvissent ex Sigæo promontorio, gravi tempestate sunt excepti: his autem in summo discrimine versantibus, Orpheoque vota pro salute omnium nuncupante, duæ stellæ supra Castoris et Pollucis capita apparuerunt; statimque sedata fuit tempestas, ventique conciderunt. Hinc Dioscuri crediti præsidere navigationi, ac in tutelam patrociniumque suscepisse navigantes: et deinde inductus mos illos depingendi cum stellis supra capita. Meminerunt passim poetæ. Citabo solum Valerium Flaccum, qui Argonaut. I, 568 et seqq. de Jove loquens: « Dixit, et ingenti flammantem nubila sulco Direxit per inane facem, quæ puppe propinqua In bifidum discessit iter, fratresque petivit Tyndarios; placida et mediis in frontibus hæsit Protinus amborum, lumenque innoxia fudit Purpureum, miseris olim implorabile nautis. » Vide Lucianum extremo dialogo Deorum, et Theocritum in Dioscuris. Claudian. VIII, de IV Cons Honorii, v. 209: « Stellati pariter crines. » Ad quem videsis notata, nost. edit. tom. I, pag. 279. Ed.

Audet iter, magnique sequens vestigia mutat
Herculis, et tarda quamvis se mole ferentem,
Vix cursu tener æquat Hylas; Lernæaque tollens
Arma sub ingenti gaudet sudare pharetra. 444
« Ergo iterum Venus, et tacitis corda aspera flammis
Lemniadum pertentat amor : tunc regia Juno

441. *Audet iter.* Quidam codices habent *Ardet iter.* Posteriori hoc modo lectum, *fulget* significat Lactantio, et post *iter* ponendum punctum. Virgilius, Æneid. IV, 262 : « Tyrioque ardebat murice laoa. » Priori modo refertur ad Hylam, solaque virgula apponenda. Et *Audet iter*, significat, audet incedere post Herculem, quasi eum sequi possit. — *Mutat.* Non enim Hylas æquo pede Herculem sequi potest, sed mutare gressus cogitur, id est, majores facere, quam pro modo ætatis et virium facere potest. Virgilius Æn. II, 724 : « sequitorque patrem non passibus æquis. »

442. *Et tarda se mole ferentem.* Imitatio Virgilii Æneid. III, 656 de Polyphemo : « vasta se mole moventem. »

443. *Vix cursu tener æquat Hylas. Vix cursu celer* in uno Barthii codice. — *Hylas.* Hylas Theodamantis filius, quem Hercules navigans cum Argonautis secum duxerat. Verum quum Hercules inter remigandum remum suum fregisset, una cum Hyla nave egressus est, ut alium in silvis Mysiæ cæderet. Pressus vero siti ob calorem, Hylam cum hydria misit ad Ascanium fluvium, ut inde aquam sibi afferret : humiliore autem aqua Hylas in pectus procubuit ut aquam hauriret; elapsa autem sibi e manu hydria, cam subito recipere conatus, ejus pondere demersus est. Quæ res dedit locum poetis fabulandi Hylam a Nymphis ob pulchritudinem raptum fuisse. Hercules vero, quum Hylas nusquam compareret, amissionem ejus tam graviter tulit, ut, relictis Argonautis, Mysiam totam oberrans *Hylam* et *Pylam* clamaret. Vide Valerium Flaccum fabulam hanc Argon. lib. III et IV prolixe narrantem. Confer etiam Catal. Burman. not. Valer. Flacc. II, pag. 380 et seq. Ed. — *Lernæaque tollens Arma.* Hylas enim erat Herculis armiger. Sic de eodem Hyla Valerius Flaccus Argon. I, 108 et seqq. « Arcadio cujus flammata veneno Tela puer facilesque humeris gaudentibus arcus Gestat Hylas. » Vocat autem *Lernæa* propter occisam ab Hercule hydram in Lerna palude. — *Lernæa arma.* Sagittas Lernæ veneno infectas. Hydram Lernæam Typhonis filiam cum capitibus novem ad fontem Lernæum interfecit. Hæc tantam vim veneni habuit, ut afflatu homines necaret, et si quis eam dormientem transierat; vestigia ejus afflabat, et malo eum cruciatu moriebatur. Vide plurib. Hygin. Fabula 30.

444. *Sub ingenti gaudet sudare pharetra.* Sic Valerio Flacco loco supra citato : « facilesque humeris gaudentibus arcus Gestat Hylas. »

445, 446. *Venus et regia Juno.*

Arma, habitusque virum, pulchræque insignia gentis
Mentibus insinuat, certatimque ordine cunctæ
Hospitibus patuere fores : tunc primus in aris
Ignis, et infandis venere oblivia curis :
Tunc epulæ, felixque sopor, noctesque quietæ :
Nec Superum sine mente, reor, placuere fatentes.
« Forsitan et nostræ fatum excusabile culpæ
Noscere cura, duces : cinerem, furiasque meorum
Testor, ut externas non sponte aut crimine tædas

Venerem et Junonem bene jungit, tanquam Deas nuptiarum præsides. — *Regia*. Proprium epithetum Junonis, quod esset Deorum regina. Virg. *Æn*. I, 443 : « regia Juno. »

449. *Primus in aris Ignis*. An quia a cæde marium nulla fecerant sacrificia? An quia in contrahendis nuptiis sacrificia fiebant? nupserunt enim Lemniades Argonautis : dicitur *primus*, quia post occisos mares non sacrificaverant. Non fiebant autem sacrificia nisi accenso super aras igne; quasdam enim victimæ partes adolebant.

450. *Infandis*. Perpetuo enim torquebantur Lemniades conscientia criminis.

452. *Nec Superum*, etc. « Ab optimo libro abest integer hic versus : item ab alio Lugduni Batavorum nobis comparato. » Barth. — *Nec Superum sine mente, reor, placuere fatentes*. Mens est : Lemniades fatentes facinus suum Argonautis *placuere*, id est, veniam ab ipsis obtinuere : confessio enim meruit veniam. Hæc de aliis Lemniadibus dicit Hypsipyle, tanquam volentes Argonautarum concubitus non detrectassent, quod de se postea negat. Cæterum hic versus videtur Guyeto insititius, dicitque nescire quid sibi velit.

453. *Et nostræ fatum excusabile culpæ*. Nonnullæ vett. et *vestræ*. Lactantii codex : *fatum exuperabile*.

454. *Cinerem, furiasque meorum*. « Tres libri, optimo duce, *cineres* legunt. » Barth. Ita quoque Behot. 2. — Hanc lectionem Reg. B etiam præbet. Ed.

455. *Ut externas*. Unus Behot. ut *extremas*. — *Ut externas non sponte aut crimine tædas Attigerim*. Inducit hic Poeta Hypsipylen dicentem coactam fuisse nubere, unde supra dicit, « nostræ fatum excusabile culpæ; » sed non dicit, a quo coacta fuit, nec quomodo. Probabile est coactam fuisse a cæteris Lemniadibus, quæ quum amore Argonautarum arderent, ac eorum concubitum cuperent, noluerunt pati Hypsipylen expertem nuptiarum esse, ne aliquando ipsis impudicitiam exprobraret : sicut eadem ratione illam occidere voluerunt, ubi resciverunt illam servasse patrem, ut infra videbimus. Valerius tamen Flaccus aliique contrarium affirmant, scribuntque Hypsipylen forma Jasonis captam nuptias ejus sponte ambiisse.

Attigerim; scit cura Deum, etsi blandus Iason
Virginibus dare vincla novis: sua jura cruentum
Phasin habent: alios, Colchi, generatis amores.
« Jamque exuta gelu tepuerunt sidera longis
Solibus, et velox in terga revolvitur annus.
Jam nova progenies, partusque in vota soluti,

456. *Attigerim, scit cura Deum, etsi blandus Iason. Attigerim* (*sic cura Deum*), etc. Lang. Buslid. Aldd. Colin. et nonuulli; *sit cura Deum* in quibusdam aliis, *scit cura Deum* Dan. Put. Behott. 1, 2, Barthiani, Gronoviani, alii, cum edd. Lindenbr. Gron. Vide Nic. Heinsium in Advers. II, 7, p. 259, et Gronov. ad Theb. II, 89. Optimus codex Barthii: *scit blandus Iason*.

457. *Sua jura cruentum*. Idem codex: *mea jura*. — *Sua jura cruentum Phasin habent*. Pro « sua jura cruentus Phasis habet. » Id est, leges apud Phasin approbant polygamiam, nec homini crimini datur mutare ac rejicere conjuges, ut fecit Jason: secus apud Græcos et gentes bene moratas. Phasis autem Colchorum fluvius, Ptolemæo ex montibus Caucasiis, Straboni ex Armenia: Plinio ex montibus Moschis ortus, Hippum, Glaucum, Cyaneum, et alios amnes recipit, et antequam prope Phasin urbem influat in mare, centum et viginti pontibus jungitur. Procopius de Bello Persico lib. II, scribit circa fontem vocari Buau. Lucanus, Phars. III, 271: « Colchorum qui rura secat ditissima Phasis. » Valerius Flaccus Argonautic. V, 180: « Magnus ubi adversum spumanti Phasis in æquor Ore ruit. » — *Cruentum*. Oh immanitatem Colchorum, et crudelitatem Medeæ.

458. *Alios, C. generatis amores*. Behott. 1, 2, *generatis*; sed in uno *s* inserta fuerat inter *a* et *t*; *generastis* Dan. Put. Lang. Busl. et edd. vett. — *Colchi*. Colchi populi Colchidis, quæ regio maxima ex parte alluitur Ponto Euxino, quem habet ad Occidentem. A Septemtrione terminatur Corace monte, ab Ortu Iberia, a Meridie Armenia. Colchos autem origine Ægyptios, atque his tandem locis sedes fixisse constat ex historicis, quum Sesostris Scythis bellum inferre tentaret, et partem exercitus apud Phasin fluvium reliquit. Hinc Valerius Flaccus Argon. lib. V, 418 et seqq. inducit Jasonem templi picturam attentius considerantem: « cunabula gentis Colchidos hic ortusque tuens; ut prima Sesostris Intulerit rex bella Getis; ut clade suorum Territus, hos Thebas patriumque reducat ad amnem, Phasidis hos imponat agris, Colchosque vocari Imperet. » Unde et circumcisionem, et linguam ac mores Ægyptiorum retinuerant Colchi. Vide Herodotum, Diodorum Siculum, Ammianum Marcellinum, Agathiam et alios. — *Amores*. Medeam intelligit, filiam Æetæ Colchorum regis, quæ nupsit Jasoni.

460. *Solibus*. Diebus.

461. *In vota*. Id est, ut optaveramus.

Et non speratis Lemnos clamatur alumnis.
Nec non ipsa tamen, thalami monumenta coacti,
Enitor geminos, duroque sub hospite mater
Nomen avi renovo: nec quæ fortuna relictis
Nosse datum: jam plena quater quinquennia pergunt,
Si modo fata sinunt, aluitque rogata Lycaste.
« Detumuere animi maris, et clementior Auster
Vela vocat: ratis ipsa moram portusque quietos

462. *Non speratis.* Unde enim spes liberorum occisis maribus, et Lemniadibus odium cæterorum hominum meritis hoc flagitio? — *Clamatur alumnis.* Codex Lipsii, sexque scripti Gronovii, in quibus optimi, habent, *clamatur.* Sic igitur scribendum, non *celebratur* priorum editionum. Allusum haud dubie ad ejulatum et vagitum nascentium, non ad parientium clamorem Lucinam invocantium, ut vult Bernartius. Noster Silv. V, 5, 71 et seq. Epicedio in puerum: « Pulsantemque novas tremulis ululatibus auras Inserui vitæ. » Silv. IV, 8, 16 ad Menecratem: « Dulci fremit ecce tumultu Tot dominis clamata domus. » Valerius Flaccus Argon. I, 256: « Clamantemque patri procul ostendebat Achillem. » Plinius Hist. Natur. VII, cap. 1: « Hominem tantum nudum, et in nuda humo, natali die abjicit natura, ad vagitus statim et ploratum, nullumque tot animalium aliud ad lacrimas, et has protinus vitæ principio. »

463. *Nec non ipsa tamen, thalami*, etc. *Nec non Hypsipyle thalami*, etc. optimæ Barthii membranæ; quod illi placet. — *Thalami monumenta coacti.* Supra, v. 455: « ut externas non sponte, » etc.

464. *Enitor.* Pario. Unde *enixæ* dicuntur quæ generant. LACT. — *Duroque sub hospite.* Jasone. — *Duro.* Quia oblitus eam erat propter Medeam.

465. *Nomen avi renovo.* Thoantis scilicet: uni enim e geminis dederat nomen Thoantis, quod erat nomen avi ejus. — *Relictis.* Supple, geminis.

466. *Nosse datum: jam plena quater*, etc. « Melius puto, quod duo libri suggerunt, *datur;* etsi idem sensus. » BARTH. Put. habet etiam, *datur.* Dan. *nam plena.* — Reg. B, *Nosse datur*, habet; Reg. C nostram lectionem. ED. — *Quinquennia.* Quinquennium, spatium quinque annorum, quod et lustrum dicitur: itaque quater quinquennia sunt viginti anni. — *Quater quinquennia.* Viginti annos ostendit, ex quo ediderat ex Jasone filios. LACTANT.

467. *Lycaste.* Nomen mulieris, cui Hypsipyle filios educandos commiserat.

469. *Ratis ipsa moram*, etc. Dure sensum dedit rati. Virgilius colli oculos dedit dicendo Æneid I, 420: « adversasque adspectat desuper arces. » Quod frequens poetis.

Odit, et assueti tendit retinacula saxi.
Inde fugam Minyæ, sociosque appellat Iason
Efferus, o utinam jam tum mea litora rectis
Prætervectus aquis, cui non sua pignora cordi,
Non promissa fides: certe stat fama remotis
Gentibus, æquorei redierunt vellera Phryxi.
« Ut stata lux pelago, venturumque æthera sensit
Tiphys, et occidui rubuere cubilia Phœbi;
Heu iterum gemitus, iterumque novissima nox est.
Vix reserata dies, et jam rate celsus Iason

470. *Odit, et assueti tendit retinacula*, etc. Put. et nonnulli Barthiani: et *adversi;* unus Behot. *et assueti tendunt.* — Reg. B, *et adversi* habet; Reg. C nostram lectionem. Ed. — *Retinacula saxi*. Id est, funes quibus ad saxum retinebatur.

471. *Inde fugam Minyæ*. Supple, cogitant.

472. *O utinam jam tum*. Hæc etiam vitiata hactenus in omnibus libris fuisse indicant illæ commendatissimæ bonitatis membranæ. Scribunt: *o utinam primum*. Hoc est, utinam antequam huc appelleret, recto cursu Lemnum prætervectus esset. Barth. — Reg. B, *o utinam jam tunc;* Reg. C, o *utinam jam tum* exhibent. Ed.

474. *Certe stat fama remotis Gentibus*, etc. Sensus horum verborum est: Aut famam perlatam fuisse ad remotas etiam gentes, vellus aureum Phryxi relatum fuisse in Græciam: aut quum supra Hypsipyle questa sit de levitate Jasonis, famam hujusce perfidiæ perlatam fuisse ad remotissimas gentes; vellera autem Phryxi rediisse in animum Jasonis ac sociorum ejus, et sic profectos fuisse e Lemno.

475. *Æquorei redierunt vellera Phryxi*. Optimæ Barthii membranæ: *rediit cum vellere;* duo alii codd. ejusdem Barth. *redierunt vellere.* — De vellere Phryxi quæ poetæ et scriptores varii enarrant legere si velis, adi Excursum ad calcem hujusce libri. Ed.

476. *Ut stata lux*. Statuta die, qua adscenderant Argonautæ.

477. *Tiphys, et occidui*, etc. « Duo boni nostri codd. non agnoscunt hunc versum; quos, optimo illo nitentes, omnino seponimus. » Barth. — *Et occidui rubuere cubilia Phœbi*. Signum est enim crastinæ serenitatis, quum rubet locus, ubi sol occidit.

478. *Heu iterum gemitus, iterumque novissima nox est*. Optim. Barthianus: *Qui gemitus iterumque, iterumque novissima nox est;* duo alii Barth. *Heus iterum gemitus.* — *Heu iterum gemitus*. Lemniades profectis Argonautis e Lemno, seque solas sine viris videntes, meminerunt ejusce funestæ noctis qua maritos maresque occiderant: inde orti gemitus, vel desiderio exeuntium Argonautarum.

479. *Vix reserata dies*. Reg. B,

Ire jubet, primoque ferit dux verbere pontum.
Illos e scopulis, et summo vertice montis,
Spumea porrecti dirimentes terga profundi
Prosequimur visu, donec lassavit euntes
Lux oculos, longumque polo contexere visa est
Æquor, et extremi pressit freta margine cœli.
« Fama subit portus, vectum trans alta Thoanta
Fraterna regnare Chio : mihi crimina nulla,

*vix sereta*, sed syllaba *re* alia mano et litera *a* suprascriptæ dant *reserata*. Ed. — *Reserata dies.* Bene ostendit tota nocte Jasonem vigilasse. Siquidem ortum Luciferi prius adspexit. Lactant.

481. *Illos e scopulis. Illos et scopulis* Laur. Buslid. nterque Behot. — Reg. B, *Illos et scopul.* habet; Reg. C nost. lectionem. Ed.

483. *Donec lassavit euntes.* Nic. Heinsius in Advers. lib. I, cap. 3, p. 23, correxit : *lassavit hiantes.*

484, 485. *Contexere visa est Æquor, et extremi pressit freta margine cœli.* Quia longe prospicientibus videtur mare cælo conjunctum. Sie enim oculi nostri falluntur, ut puteinns maris undas usque ad cæli marginem pertingere.

486. *Fama subit.* Sensus : Rumor allatus est Lemnum, patrem meum Thoantem in Chio regnare, nec mihi cum cæteris Lemniadibus seelus fnisse commune.

487. *Fraterna regnare Chio. Vicina regnare Chio* in quibusdam Barthianis. — *Chio.* Plinius, Hist. Nat. V, 31 : « Par claritate ab ea (Samo) distat 93 millia passuum cum oppido Chios libera, quam Æthaliam Ephorus prisco nomine appellat, Metrodoros et Cleobulus Chiam, a Chione Nympha; aliqui a nive; et Macrin et Pityusam : montem habet Pellenæum, marmor Chium : circuitu 125 millium passuum colligit, ut Veteres tradidere. Isidorus 9 millia adjicit. Posita est inter Samnm et Leshum, ex adverso maxime Erythrarum. In ea laudatissima nascitur Mastiche, vinumque Chium. » Hæc Plinius. Hodie vocatur *Chio.* — *Fraterna.* Quia, ut discimus ex Diodoro Sienlo lib. V, Rhadamanthus Creta expulsus a fratre Minoe multas insulas in suam potestatem fama suæ justitiæ ac probitatis redegit, easque inter multos principes divisit, insulam vero Lemnum dono dedit Thoanti, et Œnopioni Chium, qui in ea regiam sibi condidit, nt testis est Ion Chius. Jam vero discimus ex eodem Diodoro et Scholiaste Apollonii ad lib. III, Argon. Œnopionem et Thoantem esse fratres, ut Bacchi et Ariadnes filios. Quidam tamen tradunt Thoantem et Œnopionem ex Ariadna, Thoantem patre Baccho, Œnopionem Theseo natos. Igitur bene *fraternam Chium* vocat, cui post mortem Œnopionis fratris Thoas imperavit. Non conveniunt tamen

Et vacuos arsisse rogos: fremit impia plebes
Sontibus accensæ stimulis, facinusque reposcunt.
Quin etiam occultæ vulgo increbrescere voces:
« Solane fida suis? nos autem in funera lætæ?
Non Deus hæc, fatumque, quod imperat urbe nefanda. »
« Talibus exanimis dictis (et triste propinquat
Supplicium, nec regna juvant) vaga litora furto
Incomitata sequor, funestaque mœnia linquo,
Qua fuga nota patris; sed non iterum obvius Evan:

scriptores eom Statio de loco in quem Thoas post fugam e Lemoo eommigravit. Apollonius Argon. lib. I, refert Thoaotem delatum fuisse in parvam insulam dietam Œnoen ab abundantia vitium, ibique ex quadam Nympha Sicioum generasse, a quo illa insula vocata fuit *Sicinus*. Hæe insula collocator a Geographis prope Eobœam. Hyginus vero cap. 15, scribit Thoautem clam navi impositum ab Hypsipyle, tempestate fuisse delatum in Tauricam, et cap. 120, dicit regem, qui regnabat in Taurica eo tempore, quo illo pervenit Orestes, esse Thoantem patrem Hypsipyles. Quod oulla ratione chrooologiea stare potest; uam ab adventu Argonautarum ad Lemnom insulam ceutum circiter anni nomeraotùr ad illud tempos, quo Orestes iu Thaoricam appolit; hiuc oporteret Thoantem tuoc temporis ad minus habuisse ceotum qoadraginta annos; filiam enim habebat nubilem qunm e Lemoo profugit.

488. *Et vacuos arsisse rogos.* Vide supra, v. 313: « Ipsa quoque arcanis tecti in penetralibus alto Molior igoe pyram. »

489. *Sontibus accensæ stimulis. Sontibus accensa* optimus Barthianus. — *Facinusque reposcunt.* Quasi noeens fuissem, qood nullum crimen commiseram: geuus enim ioterdom crimiuis est, ionocentem esse apud scelestissimos.

490. *Vulgo increbrescere voces.* Idem Barth. codex: *vulgo crebrescere;* cæteri omnes: *vulgo increbescere*, vel *increbrescere.* — Reg. B, *increscere* exhibet. Ed.

491. *Nos autem in funera lætæ?* Dao. Put. nonnulli, et edd. vett. *in funere.*

492. *Non Deus hæc, fatumque, quod imperat urbe nefanda.* Barthios legit: *Non Deus hæc Fatumque? Quid imperat urbe nefanda?* — *Non Deus hæc, fatumque*, etc. Sopple, sinant impuuita.

494. *Litora furto.* Duo codd. Barth. et Behot. 2, *furtim.*

495. *Funesta mœnia.* Quæ jam talia eraot cæde virorum, et erant magis futora, nisi me ego furto abstraxissem. Barth.

496. *Sed non iterum obvius Evan.* Unos Behot. *sed non fuit obvius.* — Reg. B, *Evham* præbet, Reg. C nost. lectionem. A. — *Evan.* Liber pater, qui Thoanti suo fuerat, quum ejiceretur, auxiliatos.

Nam me prædonum manus huc appulsa tacentem
Arripit, et vestras famulam transmittit in oras. »
Talia Lernæis iterat dum regibus exsul
Lemnias, et longa solatur damna querela,
Immemor absentis, sic Dî suasistis, alumni;
Ille graves oculos, languentiaque ora comanti
Mergit humo, fessusque diu puerilibus actis
Labitur in somnos; prensa manus hæret in herba.
Interea campis, nemoris sacer horror Achæi,
Terrigena erigitur serpens, tractuque soluto

497. *Nam me prædonum*, etc. *Sed me* optimus Barthianus. — *Tacentem*. Corrigit Peyraredus *jacentem*.

498. *Vestras famulam*. Eleganter iterat. Ante enim quam inciperet ab origine Lemniadum facta narrare, dixit, v. 39 : « Servitium Hypsipyle vestri fero capta Lycurgi. » LACTANT.

500. *Et longa solatur damna querela*. Supra, v. 48 : « Dulce loqui miseris, veteresque reducere questus. »

501. *Immemor absentis*. Infantuli Opheltis, Lycurgi scilicet filii, quem nutriendum a patre susceperat. — *Sic Dii suasistis*. Interpositio : i. e. hoc Diis placuit. — *Alumni*. Non filii, sed qui alebatur.

502. *Comanti humo*. Quomodo *comans humus*, si, ut jam dixit, et dicturus est, siti et æstu non solum flumina, sed etiam gramina exaruissent? Mira incogitantia Papinii. *Comans* proprie egregie cristatum et capillatum sonat.

503. *Mergit humo*. De hoc verbo videsis notata ad Silii Ital. Pun. X, 78; nost. edit. tom. I, p. 600. Senec. Hercul. OEtæo act. IV, v. 1347 et sequent « ora quid flectis retro, Vultumque mergis? » ED.

504. *Prensa manus*. Nonnulli Barthiani : *pressa manus*. — *Prensa manus hæret in herba*. Δεικτικῶς expressit ætatem; nam in actus ludicros quum somno requiescit infantia, quidquid tenuerit, non relinquit. LACTANT.

505. *Interea campis, nemoris sacer horror Achæi*. *Nemees sacer horror* optimus Barthii codex; quod ille probat. — *Sacer horror*. Quia *Inachio Jovi*, ut mox videbimus, *sanctam dixere Tonanti*, hanc serpentem. — De hoc loco confer Ovid. Met. III, 28; et videsis notata ad Sil. Italic. Punic. V, 110; nost. edit. tom. I, pag. 300, et lib. VI, 144 ejusd. tom. p. 359. ED.

506. *Terrigena erigitur serpens*. Reg. B, *Terrigena exoritur serpens* habet; Reg. C nostram lectionem. ED. — *Terrigena*. Serpentes enim, ut et insecta omnia, e terra quandoque generantur. Ut de Pythone res notissima. Sil. Ital. Punic. VI, 149 et seq. de Dracone Reguli : « Intus dira domus, curvoque immanis in antro.... Horror mente redit : monstrum exitiabile et ira Telluris genitum, etc. »

Immanem sese vehit, ac post terga relinquit.
Livida fax oculis : tumidi stat in ore veneni
Spuma virens, ter lingua vibrat, terna agmina adunci
Dentis, et auratæ crudelis gloria frontis
Prominet. Inachio sanctum dixere Tonanti
Agricolæ, cui cura loci, et silvestribus aris
Pauper honos : nunc ille Dei circumdare templa
Orbe vago labens, miseræ nunc robora silvæ
Atterit, et vastas tenuat complexibus ornos.
Sæpe super fluvios geminæ jacet aggere ripæ

507. *Ac post terga relinquit.* Unus Behot. *terga reliquit.* — *Post terga.* Aliqua parte sui. Longitudinem serpentis indicat, quæ quum potiore sui parte videtur, i. e. capite et alvo, magnam tamen partem retro trahit ab illis partibus, ut alia per longitudinem videatur bestia. Vet. Schol.

508. *Tumidi stat in ore veneni.* Optimus Barthianus : *tumido stat in ore;* quod verum putat Barthius. — *Tumidi st. i. o. v. Spuma virens.* Sic Claudianus XV, de Bello Gild. 172 et seq. « Varios succos spumasque requirit Serpentum virides. Ed.

509. *Ter lingua vibrat.* Infra, v. 571 « linguæque secat fera vincla trisulcæ. » Plinius Hist. Natur. XI, 65 : « Linguæ non omnibus eodem modo. Tenuissima serpentibus, et trisulca, vibrans, atri coloris, et, si extrahas, prælonga. » Virgilius Georg. III, 439, « linguis micat ora trisulcis. » Ovid. Metam. III, 32 et seq. « Martius anguis erat, cristis præsignis et auro.... Tresque vibrant linguæ. » « Lingua vibrante micantem serpentem » dixit Lucretius lib. III, neque aliter passim poetæ. — *Vibrare et micare* sollemnia de celeri motu linguæ serpentum. Ed.

510. *Et auratæ crudelis gloria frontis.* Cristam vel jubam intelligit. Infra, v. 572 : « capitisque insigne corusci. »

511. *Inachio sanctum dixere Tonanti.* Diis enim erant suæ minores potestates, et ministri, hique potissimum serpentes. Juppiter autem hic dicitur *Inachius* vel propter Io filiam Inachi, quam adamavit, vel quia in hacce regione colebatur sub titulo *Inachii Jovis :* de quo tamen nihil scribit Pausanias. Nisi hic *Inachio* positum sit pro *Nemeæo ;* nam Nemeæus Juppiter agnoscitur a Pausania.

512. *Silvestribus aris.* Non lapidibus cæsis constructis, sed « ex cespite vivo. » De talibus Horatius III, Od. 8 : « acerra thuris Plena, miraris, positusque carbo in Cespite vivo. « Vide Godofredum ad Cod. Theodosiani de Paganis c. 2.

513. *Dei.* Jovis.

516. *S. sup. fl. geminæ jacet aggere ripæ Continuus.* Id est, continuitate suæ longitudinis utramque fluviorum ripam contingebat.

Continuus, squamisque incisus adæstuat amnis.
Sed nunc Ogygii jussis quando omnis anhelat
Terra Dei, trepidæque latent in pulvere Nymphæ,
Sævior anfractu laterum sinuosa retorquens
Terga solo, siccique nocens furit igne veneni.
Stagna per, arentesque lacus, fontesque repressos
Volvitur, et vacuis fluviorum in vallibus errat:
Incertusque sui liquidum nunc aera lambit
Ore supinato, nunc arva gementia radens
Pronus adhæret humo, si quid viridantia sudent
Gramina: percussæ calidis afflatibus herbæ,
Qua tulit ora, cadunt, moriturque ad sibila campus.

517. *Squamisque incisus.* In eod. cod. Barth. *squamisque inscissus.*

518. *Ogygii.* Thebani, id est, Bacchi.

519. *In pulvere Nymphæ.* Bene in pulvere, quia siccatis fluviorum alveis, limus in pulverem caloris vi conversus fuerat.

520. *Sævior anfractu laterum sinuosa retorquens.* Virg. Georg. III, 425 et seqq. « Est etiam ille malus Calabris in saltibus anguis, Squamea convolvens, etc. » Conf. hunc locum, quem haud dubie Noster respexit, et videsis notata; nost. edit. tom. I, pag. 484. Ed.

521. *Siccique nocens furit igne veneni.* De hoc loco vide notata ad Theb. II, 412, hujusce tom. pag. 211 et 212. Ed.

522. *Arentesque lacus.* Loca ubi quondam aquæ fuerant, quæ apparebant. Barth. — *Fontesque repressos.* Non exsiccatos, fugerant enim in viscera telluris. Sic de Nilo Ovidius, Met. II, « Nilus in extremum fugit perterritus orbem, Occuluitque caput. »

524. *Incertusque sui.* De vita desperans, id est, quid agat ignarus, vel quo tendat. — *Liquidum nunc aera lambit.* Ut apud Sil. Ital. Pun. VI, 223: « adsultans æthera lambit. » Ad quem vide notata; nost. edit. tom. I, pag. 365. Virg. Æn. III, 574: « Attollitque globos flammarum et sidera lambit. » Ed.

525. *Nunc arva gementia radens.* Nonnulli cod. Barthiani: *arva sonantia;* alii ejusdem: *arva ingentia.* Pro *radens* Put. hab. *rodens.*

526. *Adhæret humo.* « Tam prono in terram corpore, ut adhærere terræ videatur, et in eam sese deprimere. » Vet. Schol.

528. *Cadunt.* Bis ergo moriuntur: primum ab immenso calore, quem omnia interficientem ante descripsit, denuo afflatu hoc serpentino. Quam cauto aut circumspecto traditore, non adtinet disputationem instituere. — *Moritur.* Pulcherrime totum campum vires suas amittere dicit. Quam scite *mors* ab animatis ad alia transferatur, doctum multis alias. Barthius.

Quantus ab Arctois discriminat æthera plaustris
Anguis ad usque Notos, alienumque exit in orbem.
Quantus et ille sacri spiris intorta movebat
Cornua Parnassi, donec tibi, Delie, fixus
Vexit arundineam centeno vulnere silvam.
Quis tibi, parve, Deus tam magni pondera fati

529. *Quantus ab Arctois discriminat æthera plaustris Anguis ad usque Notos, alienumque exit in orbem.* Hyperbolice comparat serpentem hanc signo cælesti illius serpentis, qui Georg. I, 244 et seq. « Maximus hic flexu sinuoso elabitur anguis Circum, perque duas in morem fluminis Arctos. » Et Ovidius Met. III, 44 seq. « tantoque est corpore, quanto, Si totum spectes, geminas qui separat Arctos. » Ad quem vide notata, nost. edit. tom. III, pag. 224 et seq. Silius Italic. Punic. III, 192, et seq. « Quantus non æquas perlustrat flexibus Arctos Et geminum lapsu sidus circumligat anguis. » Ed.

530. *Alienumque exit in orbem.* Unus Behot. *errat in orbem.*

531. *Quantus e. i. s. spiris intorta movebat.* In uno codice Barthii legebatur: *spiris amplexa movebat.* — *Quantus et ille*, etc. Pythonem intelligit ab Apolline sagittis cæsum prope Parnassum; in cujus rei memoriam Pythii ludi instituti sunt Delphis. — *Spiris intorta movebat.* Immanis hyperbole, « anguem colles commovisse. » Quæ ut tolerabilior esset colles ipsorum *cornua* dixit. De iis collibus Ovid. Metam. I, 316 et seqq. « Mons ibi verticibus petit arduus astra duobus, Nomine Parnassus, superatque cacumine nubes. » Barthius.

532. *Cornua.* Quia Parnassus, ut jam diximus, duplicem habebat verticem. — *Delie.* Apollo a Delo *Delius* dictus.

533. *Vexit arundineam.* Ex monte Parnasso, Pythonem dicit serpentem, qui quum Latonam Jove gravidam persequeretur Junonis jussu, et illa fugiens ad mare usque pervenisset, opportune Delos insula, quæ instabilis fluctibus vehebatur, admota litoribus suscepit Latonam, et ingenti periculo liberavit. Ibi Apollinem edidit et Dianam. Post Apollo in vindictam matris Pythona occidit sagittis, et Delon insulam stabilitate donavit. Lactant. — *Centeno vulnere.* Ovidius Met. I, dicit Pythonem mille telis confixum fuisse, et quidem hyperbolice: nam etiam centum duntaxat sagittarum mentio fit apud Julianum Cæsarem in Epistola ad Serapionem, ubi centenarium numerum commendat, refertque Simonidem poetam cognominasse Apollinem *Hecaton*, quasi dixeris centenarium, ac eum poetam affirmare Apollinem magis delectari hoc cognomine, quam Pythii; propterea quod serpentem Pythona centum sagittis confecerit. — Consule etiam notata ad Sil. Italic. Punic. IV, 618; nost. edit. tom. I, pag. 271. Ed.

534. *Quis tibi, parve, Deus*, etc. Venett. 3, 4, *parve puer:* hoc ha-

Sorte dedit? tune hoc vix prima ad limina vitæ
Hoste jaces? an ut inde sacer per sæcula Graiis
Gentibus, et tanto dignus morerere sepulcro?
Occidis extremæ destrictus verbere caudæ
Ignaro serpente puer: fugit ilicet artus
Somnus, et in solam patuerunt lumina mortem.
Quum tamen attonito moriens vagitus in auras
Excidit, et ruptis immutuit ore querelis,
Qualia non totas peragunt insomnia voces,
Audiit Hypsipyle, facilemque negantia cursum
Exanimis genua ægra rapit; jam certa malorum
Mentis ab augurio, sparsoque per omnia visu

bent etiam Lang. Buslid. et nonnulli. — *Parve*. Archemorum alloquitur.

535. *Sorte dedit*. Fato. Conjunguntur enim hæc. Virg. Æneid. VI, 72: « Hic ego namque tuas sortes, arcanaque fata, Dicta meæ genti, ponam. » — *Hoc*. Quia fuit generalis timor omnium incolarum, tam erat magnus. Vet. Schol.

536. *An ut inde sacer*, etc. Nam hinc Archemorus a Græcis inter Deos relatus, et ludi Nemei in honorem ejus instituti.

537. *Morerere sepulcro*. Behot. 1, 2, *moriere sepulcro*.

538. *Occidis*. « Optimus liber, itemque unus alius *Occidit* clare legunt. » Barth. — Reg. B, *destrictus verbere gaude* habet; Reg. C nostram lectionem.

540. *Et in solam patuerunt lumina mortem*. Somnus enim ejus excussus est, apertique oculi, ut se mori sentiret.

541. *Quum tamen attonito moriens* etc. *Tum tamen* in quibusdam Barthianis; non vero in optimo

542. *Ruptis immutuit ore querelis*. In nonnullis codd. *obmutuit*. Cf. VI, 185.

543. *Qualia non totas*. *Quales non totas* in duobus Barthianis.

544. *Audiit Hypsipyle*. *Ypsipile* Behot. 1, *Isiphile* Behot. 2. — *Facilemque negantia*. Ob subitum dolorem, metumque, quo correpta fuit.

545. *Jam certa malorum Mentis ab augurio*. Plerumque enim tacitam divinationem mali, quod nobis debet accidere, habemus, antequam accidat. Liv. lib. XXV, 35: « Ad Romanos nondum quidem fama tantæ cladis pervenerat; sed mœstum quoddam silentium erat, et tacita divinatio, qualis jam præsagientibus animis imminentis mali esse solet. » Sæpe talia inferunt fabellæ Ovidianæ.

546. *Sparsoque per omnia visu*. « Oculos per omnes partes rapiens. » Vet. Schol. Summo ingenio, inquit Barthius, et eloquentia eximia hæc sunt scripta, nec poterunt meliora fieri.

Lustrat humum quærens, et nota vocabula parvo
Nequicquam ingeminans: nusquam ille, et prata recentes
Amisere notas : viridi piger accubat hostis
Collectus gyro, spatiosaque jugera complet,
Sic etiam obliqua cervicem expostus in alvo.
Horruit infelix visu, longoque profuudum
Incendit clamore nemus : nec territus ille,
Sed jacet. Argolicas ululatus flebilis aures
Impulit : extemplo monitu ducis advolat ardens
Arcas eques, causamque refert. Tum squammea demum
Torvus ad armorum radios fremitumque virorum
Colla movet : rapit ingenti conamine saxum,
Quo discretus ager, vacuasque impellit in auras
Arduus Hippomedon, quo turbine bellica quondam
Librati saliunt portarum in claustra molares.
Cassa duci virtus : nam mollia colla refusus

547. *Nota vocabula*. Blandas appellationes, quas libenter audiebat, et quibus assueverat mulceri, infanti clamat.

549. *Amisere notas*. Perierant enim serpentis afflatu. Supra, v. 527: « percussæ calidis afflatibus herbæ Qua tulit ura cadunt, moriturque ad sibila campus. » — *Viridi*. Quia anguis ille viridis erat coloris.

550. *Jugera complet*. Magnitudine corporis sui terræ jugera infinita compleverat. Lactant.

552. *Horruit infelix*. *Obruit infelix* unus Behot.

553. *Incendit*. Omnes libri Veteres excepto optimo nostro habent *intendit*. Quod omnino malum est. In Optimo Glossa : « Incendit, implet, quia reclamans nemus flammæ vigorem refert. » Virgil. Æneid. X, 895 : « Clamore incendunt cælum Troesque Latinique. » Barth. — Vide et Var. Lect. et ad hunc locum Virgil. notata ; nost. edit. tom. IV, pag. 188 et 189. Ed.

554. *Argolicas ululatus*. *Argolidas* in aliis.

555. *Ducis*. Adrasti.

556. *Arcas eques*. Parthenopæus.

557. *Armorum radios*. Videbat enim milites appropinquantes. Vet. Schol.

558. *Ingenti conamine*. Totis suis viribus collectis. Vet. Schol.

559. *Vacuas*. Late diffusas.

561. *Molares*. Saxa ingentia, ex quibus molæ fiunt. Ut apud Virgil. Æneid. VIII, 250 : « Vastisque molaribus instat ; » Ovid. Met. III, 59 ; et Sil. Ital. Punic. I, 355. Ed.

562. *Cassa duci virtus : nam mollia*, etc. *Cassa duci virtus. Jam mollia*, etc. in uno Behot.

In tergum serpens venientem exhauserat ictum.
Dat sonitum tellus, nemorumque per aera densi
Dissultant nexus: « At non mea vulnera, clamat,
(Et trabe fraxinea Capaneus subit obvius,) unquam
Effugies, seu tu pavidi ferus incola luci,
Sive Deis, utinamque Deis concessa voluptas:
Non, si consertum super hæc mihi membra Giganta

563. *In terg. s. venientem exhauserat ictum.* » In uno libro minus poetica scriptio: *evaserat ictum;* quam nihil moramur. » BARTH. — *In tergum.* Supra alvum enim recubans jacebat serpens.

564. *Dat s. t. n. per aera densi.* Dan. Put. unus Behot. et plerique, *per avia;* alter Behot. et nonnulli Gronoviani *per aera*, quod primus edidit Gronovius. — *Nemorumque per avia*, etc. Optimi codices: *per aera;* quod nolim spernere. Implicitos inter se arborum fruticumve ramos mole atque impetu venientis saxi discussos esse et in aerem resiluisse ait. Theb. VI, 280 et seq. de Tantalo: « non qui fallentibus undis Imminet, et refugæ sterilem petit aera silvæ. » GRON. — Consule notata ad Virgil. Georg. II, 122—125; ubi adductus est hic Nostri locus; nost. edit. tom. I, pag. 357. ED.

566. *Et trabe. Ut trabe* optimus Barthianus. — *Et trabe fraxinea.* Trabe, hasta; Noster Thebaid. IX, 124: « Lernæam jacit ipse trabem. » Virgil. Æneid. XII, 294: » teloque orantem multa trabali Desuper altus equo graviter ferit. » Ad quem locum notata videnda sunt; nost. edit. tom. IV, pag. 327. ED.

567. *Effugies. Exfugies* in eodem Barth. codice. — *Pavidi.* Horrore religioso scilicet. Vocatur enim supra v. 505 serpens « nemoris sacer horror Achæi. » — *Pavidi ferus incola luci.* Inter *pavidum* et *paventem* hoc interest. *Pavidus* est qui pavorem incutit: *pavens* qui timet. Ergo pavidi luci summitate arborum, sive religionis metu incutientis pavorem. LACTANT.

568. *Sive Deis, utinamque Deis concessa voluptas.* In eodem: *Sive Deus: utinamque Deis nocuisse voluptas;* unde Barthius: *Sive Deus: utinamque! Deis nocuisse voluptas:* Lang. Lipsian. et Buslid. *Sive Deus;* ita quoque edd. vett. *commissa voluptas* nonnulli Barthiani; alii pro *voluptas* exhibent *voluntas.* — *Utinamque Deis concessa voluptas.* Optat Deorum esse serpentem; depingitur enim numinum contemtor Capaneus; et lætaretur invenire locum calcandæ religionis.

569. *Super hæc mihi (tua) membra Giganta.* Scripti magno numero, habent *super hæc mihi membra.* Optime: *τὸ mihi* eleganter *παρέλκει*. Sic Theb. VIII, 572, Tydeus: « ubi autem Egregius dux ille mihi? » Sic lib. IX, 160: » ipse manu Tyria tibi captus Adrastus. » Sic enim membranæ: non « jam captus. » Achilleid. I, 544: « Nam mihi quis vatum dubiis in casibus ausit Fata videre prior? » Ubi subjecerunt,

Subvehere. » Volat hasta tremens, et hiantia monstri
Ora subit, linguæque secat fera vincla trisulcæ:
Perque jubas stantes, capitisque insigne corusci
Emicat, et nigri sanie perfusa cerebri
Figitur alta solo: longus vix tota peregit
Membra dolor, rapido celer ille volumine telum
Circuit, avulsumque ferens in opaca refugit
Templa Dei: hic magno tellurem pondere mensus
Implorantem animam dominis assibilat aris.
Illum et cognatæ stagna indignantia Lernæ,

te. Silius Punic. I, 46, *in* persona Junonis: « similisque mihi per Celtica rura Sanguine Pergameo Trebia, et stipantibus armis Corporibusque virum retro fluat. » Gronov. Hoc etiam frequens est in lingua Hispana. — *Super hæc membra Giganta*. Quia gigantes anguineos habebant pedes. Ovidius Fast. V, 37: « Mille manus illis dedit, et pro cruribus angues. » Ad quem locum notata videsis, nost. edit. tom. VI, 321. En.

571. *Linguæque secat fera vincla trisulcæ*. Ovidius, Metam. III, 33, « corpus tumet omne veneno, Tresque vibrant linguæ. » Seneca Medea act. IV, v. 686: « Hic sera serpens corpus immensum trahit Trifidamque linguam exertat. » Alludit suo more apte, uti semper, decima illa Musa Plautus, taxans homines, qui aliud promptum in lingua, aliud clausum gerunt in pectore. Pænul. act. V, sc. 2, 73: « qui huc advenisti nos captatum, migdilybs, Bisulcilingua, quasi proserpens bestia? » Bernart.

572. *Perque jubas stantes. Perque jubas varias* optimus Barthianus, et pro v. l. *stantes*.

573. *Et nigri sanie perfusa cerebri*. In eodem codice: *nigri sanie perfusa veneni*.

574. *Figitur alta solo: longus vix tota peregit*. *Figitur acta solo* duo Barthiani; *Figitur hasta solo* uterque Behot. Dan. Petav. et edd. vett. *Figitur alta solo* ceteri codd. cum edd. Amstel. Gronov. Barthian. et Delph. *vix vota peregit* Dan. Put. Petav. — Reg. B, *figitur hasta solo* habet. En. — *Longus*. Id est, longo tempore. Eadem locutione usus Noster Silv. III, 3, 78, Lacrimis Etrusci: « et longo transmittit habere Neroni. » Pro *habere longo tempore*.

576. *Avulsumque ferens*, etc. Barthius legit, *evulsumque*. — *In opaca refugit templa*. Quia in loco erat fanum.

577. *Dei*. Inachii Jovis. Vide supra v. 511.

578. *Implorantem*. Sive simpliciter plorantem, sive implorantem auxilium et vindictam Jovis.

579. *Cognatæ*. In eadem palude Lerna et nata dicitur et peremta: ergo cognatæ. Sive quod aliquando Lerna similem habuit pestem, sive quia iste anguis videatur ab hydra originem ducere.

Floribus et vernis assuetæ spargere Nymphæ,
Et Nemees reptatus ager, lucosque per omnes
Silvicolæ, fracta, gemuistis, arundine, Fauni.
Ipse etiam summa jam tela poposcerat æthra
Juppiter, et dudum nimbique hiemesque coibant,
Ni minor ira Deo, gravioraque tela mereri
Servatus Capaneus: moti tamen aura cucurrit
Fulminis, et summas libavit vertice cristas.
Jamque pererratis infelix Lemnia campis,

580. *Floribus* el *vernis assuelæ spargere Nymphæ*. Mos enim erat imagioes Deorum, resque ipsis saeras floribos perfundere. Hoc φυλλοβολία dicebatur.

581. *El Nemees replatus ager. Et Nemees raplatus* unus Bebot.

582. *Fracla, gemuistis, arundine, Fauni*. Fauoi, silvarum Dii. Bene autem hos mortem serpentis lugeoles hæc ornamenla sua ex more fregisse memorat Poeta: canna eoim et ferula cnronabantur Fauni. Arundo etiam significat fistulam, quam Pan invenisse dicitor, et qoa Fanni canebanl. Significat etiam sagittam.

583. *Ipse etiam summa jam lela pop. æthra. Ipse etiam e summa* Lang. el nonnulli. *Ipse eliam summa* ulerque Behot. Amstel. Barth. et Delph. *Ælna* optimus Barthian. Gevart. et plerique; *æthra* optimi Grooov. Behott. 1, 2, Dan. Petav. Lindenbrog. Barth. et Delph. — *Summa poposcerat æthra*. Pro splendore ætheris. Virg. Æneid. III, 585 et seq. « nec lucidus æthra Siderea polus. » Ergò commotus Juppiter Capanei voce sacrilega jam poposceral fulmina, nisi ira molestior sacrilegium distolisset. — *Jam lela poposceral Ælna*. Tardom boc: propius quod scripti: e *summa jam tela poposcerat ælhra*. Virg. Æoeid. III, loc. modo cil. Noster Thebaid. X, 913: « Ipsa dalo nondum cælestis regia signo Sponle tonat. » Juppiter apud Ovidiom fulminaturns Phaetbonta, Metam. II, 305 et seqq. « sommam petit ardous arcem, Uode solet latis nubes inducere terris; Undc movel lonitrus, vibrataque fnlmina jactat. » Gron.

584. *Nimbique hiemesque coibanl*. Ad formandum fulmeu.

585. *Gravioraque tela mereri Servalus Capaneus*. Id esl, servatus ad merendum, seu, ut mereretor graviora et justiora fulmina. Quod videbimus sub finem Theb. X.

587. *Summas libavil vertice crislas*. Unus Bebol. *libravit*. — *Summas libavil*, etc. *Libare* et *delibare*, hoc est, leviter perstringere. Sil. Ital. Punic. IX, 523: « bisque Dei summas vibravil turbine cristas; » ubi pro *vibravil* Drakenb. vult *libavil*. Vide Var. Lect. nost. edit. lom. I, pag. 584. Eo. — *Vertice crislas*. Jam quasi fulmine consecratus est. Lactant.

588. *Lemnia*. Hypsipyle a Lemno patria.

Liber ut angue locus, modico super aggere longe
Pallida sanguineis infectas roribus herbas
Prospicit: huc magno cursum rapit effera luctu,
Agnoscitque nefas: terræque illisa nocenti
Fulminis in morem, non verba in funere primo,
Non lacrimas habet: ingeminat misera oscula tantum
Incumbens, animæque fugam per membra tepentem
Quærit hians: non ora loco, non pectora restant.
Rapta cutis, tenuia ossa patent, nexusque madentes
Sanguinis imbre novi, totumque in vulnere corpus.

589. *Longe.* Ipsa altitudo longitudinis magnum indicat spatium, quo liber pluribus foret adspectus.

590. *Pallida.* Omnem sanguinem amittens. Vet. Schol. — *Sanguineis roribus.* Quæ toto corpore percussi pueri destillaverant. Vet. Sch.

593. *Non verba in funere primo, Non lacrimas habet.* Hoc effectus nimii doloris, qui intercludit vocem et sistit lacrimas. Seneca Tragicus Hippolyt. act. II, 607: « Curæ leves loquuntur, ingentes stupent. » Idem, OEdip. act. I, 57 et seqq. « Quin ipsa tanti pervicax clades mali Siccavit oculos; quodque in extremis solet, Periere lacrimæ. » Lucanus Phars. II, 20 et seqq. « Tunc questus tenuere suos, magnusque per omnes Erravit sine voce dolor; sic funere primo Attonitæ tacuere domus. » Quintilianus Declamat. XVII, cap. 18: « Fractæ malorum contentione mentes, etc. caligant: non querelas post hoc invenio, non verba, non lacrimas. » Idem Declam. I, cap. 17: « Miser etiam post omnia lacrimas perdidit. » Ad quem locum confer notata, nost. Quintil. tom. V, pag. 23 Ern. — *Primo.* Non quod aliud funus postea subsecutum sit; sed simpliciter, ut primum ictus ille fulminis subiti pectori accidit.

594. *Ingeminat misera oscula. Oscula* extremum solatium et monumentum amicitiæ, jam fugiente anima, aut certa morte imminente.

595. *Animæque fugam per membra tepentem Quærit hians.* Alludere videtur ad consuetudinem Veterum, qua propinqui, vel amici morientem osculabantur, quasi excepturi fugientem animam. Cicero in Verrem: « Filiorum suorum spiritum ore excipere liceret. » Virgil. Æneid. IV, 684 et seq. « et extremus si quis super halitus errat Ore legam. »

597. *Rapta cutis, tenuia ossa patent,* etc. *Rupta cutis* Lang. Buslid. Lipsian. *Rapta cutis* Dan. Petav. Behott. et edd. vett. *tenua ossa* Behot. 1, *tenu.... ossa* Behot. 2, relicto spatio; sed correctum *tenuia*; Lang. Buslid. Lipsian. Dan. Petav. cæteri, et edd. vett. *tenera ossa*; Amstel. Gronov. Barth. Delph. etc. *tenuia ossa.* Vide Gronov. ad Thebaid. IV, 697.

598. *Totumque in vulnere corpus.* Ovidius Metam. XV, 528 et

Ac velut aligeræ sedem, fœtusque parentis
Quum piger umbrosa populatus in ilice serpens,
Illa redit, querulæque domus mirata quietem
Stat super impendens, advectosque horrida mœsto
Excutit ore cibos; quum solus in arbore cara
Sanguis, et errantes per capta cubilia plumæ.
Ut laceros artus gremio miseranda recepit,
Intexitque comis, tandem laxata dolore
Vox invenit iter, gemitusque in verba soluti:
« O mihi desertæ natorum dulcis imago,
Archemore: o rerum et patriæ solamen ademtæ,

seq. « nullasque in corpore partes Noscere quas posses: nunmque erat omnia vulnns. » Lucanns Pharsal. IX, 814: « totum est pro vulnere corpus. » Sil. Ital. Punic. X, 512: « toto corpore vulnns. » Vide quonam modo hæc apnd nos transtulit Magnus Racine, *Phèdre*, act. V, scen. 6. Ed.

599. *Sedem, fœtusque*, etc. « Et nidum disturbavit, et aviculas devoravit. » MS. Schol.

601. *Querulæque domus*. Nidi, quem pro ipsis avibus dicit.

602. *Stat super impendens*. Reg. B, *Jam stupet impendens*, etc. habet; Reg. C nostram lectionem. Ed. — *Stat super impendens*. Argutissime. *Stare* enim videtur, ut quæ velut immobilis intucatur ex alto damnum suum. — *Horrida*. « Conturbans plumas, et erigens, perdens suam formam. » Schol. Vet.

603. *Quum solus in arbore cara*. Optimæ Barthii membranæ: *cur solus*. Pro *cara* unus Behot. habet *parct*. — Hanc lectionem Reg. B habet; Reg. C nostram. Ed.

604. *Capta*. Hostiliter diruta, ab urbibus captis. Barth.

606. *Int. com. tandem laxata dolore*. Nic. Heinsius ad Ovid. Heroid. Epist. XV, 113 correxit: *postquam laxata dolori*; Behot. 1, et nonnulli codd. Gronovii *lassata*. Vide Gronov. Obss. lib. II, cap. 20. — *Intexitque comis*. More Ingentium, defunctos comis suis obvolvendi. Eum indicavit supra, v. 233 et seqq. « sic illa jacenti Incidit, undantemque sinu collapsa cruorem Excipit, et laceros premit in nova vulnera crines.

607. *Vox invenit iter*. Dolore laxato scribere debebat. *Primus* enim *dolor* velut concretus est, nec solvitur in vocem. Barth.

608. *O mihi desertæ*. Viduæ et captivæ. A meis omnibus desertæ; tu eras imago memoriam mihi reponens meorum filiorum; eos enim putabat amissos. Vet. Schol. Optime. Raro enim illius codicis notæ non tangunt Vatis sententiam, etsi interdum non ex optimo ævo loquantur. Imago autem filiorum *alumni*, et sunt historiæ quæ æque ambos dilectos asserant. Barth.

609. *O rerum et patriæ solamen* Quia te diligebam velut ex me na-

Servitiique decus, qui te, mea gaudia, sontes
Exstinxere Dei? modo quem digressa reliqui
Lascivum et prono vexantem gramina cursu?
Heu ubi siderei vultus? ubi verba ligatis
Imperfecta sonis? risusque et murmura soli
Intellecta mihi? quoties tibi Lemnon, et Argo
Sueta loqui, et longa somnum suadere querela?
Sic equidem luctus solabar, et ubera parvo
Jam materna dabam, cui nunc venit irritus ori
Lactis, et infelix in vulnera liquitur imber.
Nosco Deos: o dura mei præsagia somni,
Nocturnique metus, et nunquam impune per umbras

tus esses, et unicum meum eras solatium, repræsentans meos liberos. *Res*, omnes fortunas et substantiam totam significant, patria ademta, exsilium et servitium.

610. *Servitiique decus.* Quia Hypsipylen nutricem dederat suo filio Lycurgus; quod sibi honorificum esse ducebat.

611. *Exst. Dei? m. q. digressa reliqui.* In optimo Barthii codice: *disgressa reliqui.* — *Sontes Exstinxere Dei.* Sontes, Malevoli. Sic Valerius Flaccus, Argonaut. V, 41 et seq. « Aut socios rapit atra dies, aut ipse relinquo Sontibus impulsus Furiis. » Ad quem locum illustrandum adductus est Nostri versus; confer nost. edit. tom. I, pag. 329. Ed.

612. *Et prono vexantem gramina cursu.* Unus Behot. et optimus Barthii: *versantem gramina.*

613. *Ubi verba ligatis Imperfecta sonis.* Vide libro præcedente v. 790, hujusce tom. pag. 458. Ed.

614. *Murmura soli Intellecta mihi?* Lallos dicit puerili voces, quas didicerat præeunte nutrice, non autem perfecte poterat pronuntiare.

615. *Quoties tibi Lemnon et Argo. Argos* Lang. Buslid. Dan. Put. Lipsian. et edd. vett. *Argon* Barthius ex optimo. — Regg. B et C, *Argos* habent. Ed. — *Lemnon et Argos Sueta loqui.* Quid Jasoni cum Argis? quid ergo etiam Hypsipylæ? Scribe: *et Argo.* Navim scis intelligi. Gronov.

616. *Querela.* Hic delendam interrogationis notam censet Gevartius et Peyraredus.

618. *Jam mat. dabam, cui nunc v. irritus ori.* Put. *irritus orbæ.* — Hanc quoque lectionem Reg. B exhibet. A. — *Materna.* Id est, materno affectu.

619. *Lactis, et infelix in vulnera liquitur imber.* In optimis codd. Barthii: *ah infelix;* unde ille legit: *cui nunc venit irritus ori Lactis? ah infelix in vulnera liquitur imber!*

620. *Præsagia somni.* Superius dixit v. 546: « jam certa malorum Mentis ab augurio. » Lactant.

Attonitæ mihi visa Venus! quos arguo Divos?
Ipse ego te (quid enim timeam moritura fateri?)
Exposui fatis : quæ mentem insania traxit?
Tantane me tantæ tenuere oblivia curæ?
Dum patrios casus, famæque exorsa retracto
Ambitiosa meæ, pietas hæc magna, fidesque!
Exsolvi tibi, Lemne, nefas : ubi letifer anguis,
Ferte, duces; meriti si qua est mihi gratia duri,
Si quis honos dictis : aut vos exstinguite ferro,
Ne tristes dominos, orbamque inimica revisam
Eurydicen : quanquam haud illi mea cura dolendo

622. *Att. m. v. V. quos arguo Divos?* Optimns codex Barthii : *Sed enim arguo Divos?* quod ille verum putat. — *Attonitæ mihi visa Venus.* Ut quæ mearum calamitatum origo et causa. — Quæ me semper persequitur et exterruit, ex quo non consensi in cædem mei patris, quem illa cum viris Lemniis interfici volebat.

625. *Tantane.* Curam snam dicit officinm nutricationis puero debitum; hanc miratnr muliebri sibi loquacitate excidisse. *Cura*, officium, munus.

626. *Dum patrios casus. Dum patriæ casus* in eod. cod. Barth. — *Exorsa.* Pro *exordiis*, qua voce non frequenter utitur Papinius.

627. *Ambitiosa meæ, pietas hæc magna, fidesque.* Gronovius Obss. lib. IV, cap. 12, parenthesi inclusit (*pietas hæc magna, fidesque!*) — *Ambitiosa.* Quibus gloriam ac famam quæro. » — *Pietas hæc.* Pietas fidesque in patrem mihi prædicanda non est, si deserui alumnum fidei meæ commissum.

628. *Exsolvi tibi, Lemne, nefas : ubi letifer anguis. Et solvi* Lipsian. Dan. Buslid. et Venett. *Exoluit* Lanr. et edd. vett. *Exsolvi* Lang. *mihi letifer anguis* in uno codice Barthii. — *Exsolvi tibi, Lemne, nefas.* Oportebat, ut omnes Lemniades scelere aliquo obstringerentur : cæteræ omnes occiderunt mares; ego hunc parvulum. Vel pœnas tibi debebam, Lemne, quod sola innocens fui; nunc has tibi solvo.

629. *Meriti si qua est mihi gratia duri.* Multi codd. et edd. vett. *si qua est meriti mihi*; optimus Barthii : *meriti si qua est mihi*; et sic ediderunt Dan. Heins. Gronov. et Barth.

631. *Ne tristes dominos.* Lycurgum et Eurydicen uxorem. *Dominos* vero secundum jus gentium, qua victi vel capti servire coguntur. Supra, vs. 39 hujusce libri : « Servitium Hypsipyle vestri fero capta Lycurgi. »

632. *Eurydicen.* Matrem Archemori. Amphithea quibusdam uxor Lycurgi, ex qua natus Opheltes seu Archemorus. Apollod. lib. I.

Cesserit. Hocne ferens onus illætabile matris
Transfundam gremio? quæ me prius ima sub umbras
Mergat humus? » Simul hæc terraque et sanguine vultum
Sordida magnorum circa vestigia regum
Vertitur, et tacite mœrentibus imputat undas.
Et jam sacrifici subitus per tecta Lycurgi
Nuntius implerat lacrimis ipsumque domumque,
Ipsum adventantem Persei vertice sancto
Montis, ubi adverso dederat prosecta Tonanti,
Et caput iratis rediens quassabat ab extis.
Hic sese Argolicis immunem servat ab armis

633. *Onus illætabile matris.* Optimus codex Barth. *illætabile matri.*

634. *Quæ me prius ima sub umbras.* In uno Barth. *quin me prius;* Petrens. et Taurin. *quæ me prius;* in alio Barthii, *sub undas.* — *Quam me prius ima sub umbras Mergat humus.* Veteres melius : *quæ me prius;* simile est illud Sinonis apud Virgil. Æneid. II, 69 et seq. « Heu, quæ nunc tellus, inquit, quæ me æquora possunt Accipere? » BERN.

635. *Vultum sordida.* Sordidum habens vultum. LACTANT.

637. *Mœrentibus.* Quia causa hujus mali Argivi fuerunt, quibus dum Hypsipyle aquas ostendit, oblita puerum exposuit morti.

638. *Sacrifici s. p. t. Lycurgi. Lygurgi* uterque Bebot. — *Sacrifici Lycurgi.* Lycurgus enim erat sacerdos Jovis.

640. *Persei vertice sancto Montis.* Apesantis scilicet. Vide Theb. III, 633, et ibi notata nostra, hujusce tom. pagin. 342. Ed.

641. *Ubi adverso dederat prosecta Tonanti.* Nonnulli codd. et edd. vett. *adverso.* Nonnulli Lindenbrogii : *profecta Tonanti.* — Reg. B, *averso* exhibet; Reg. C nostram lectionem. Ed. — *Dederat prosecta Tonanti.* Ad morem Veterum dixit, qui exta cocta solebant prosecare, unde et prosecta dicebantur, ac partem adolebant, partem consecrabant et sacerdotibus dabant, partem sibi apponebant. Suetonius Augusto cap. 1, 3 : « Quum forte Marti rem divinam faceret, nunciata repente hostis incursione, semicruda exta rapta foco prosecuit, atque ita prælium ingressus victor rediit. » Adi eruditissimum Arnobium Adversus Gent. lib. II, et Gallorum doctissimum Adrianum Turnebum, Adversariorum XV, cap. 7. BERNART.

642. *Et caput iratis,* etc. Quia non litaverat Lycurgus, ideo movebat caput, ut funestum quid præsentiens.

643. *Servat ab armis.* Hic, inquit, ideo a Thebano bello se abstinet, ne Polynici ferat auxilium : quia consulenti responsum fuerat Thebanum bellum ipsius sanguine imbuendum, quod tamen contin-

Haud animi vacuus, sed templa aræque tenebant.
Nec dum etiam responsa Deum, monitusque vetusti
Exciderant, voxque ex adytis accepta profundis,
« Prima, Lycurge, dabis Dircæo funera bello. »
Id cavet, et mœstus vicini pulvere Martis
Angitur ad lituos, periturisque invidet armis.
Ecce fides Superum! laceras comitata Thoantis
Advenit exsequias: contra subit obvia mater,
Femineos cœtus plangentiaque agmina ducens.
At non magnanimo pietas ignava Lycurgo:
Fortior ille malis, lacrimasque insana resorbet
Ira patris: longo rapit arva morantia passu

git per mortem filii, quem serpens peremit. Lactant.

644. *Sed templa, aræque tenebant.* Optimæ Barthii membranæ: *arcesque tenebant.* — *Templa, aræque tenebant.* Ad deprecandam Deorum iram: acceperat enim oraculum se, per hoc Thebanum bellum, grande aliquod malum accepturum, ut modo diximus.

646. *Exc. voxque ex adytis accepta profundis.* Unus Behot. *ac vox adytis.* In quibusdam Barthianis: *audita profundis;* Petrens. *excepta profundis.* — Reg. B, *Exciderant adytis accepta profundis* habet; Reg. C, *Excid. nec vox adytis accepta prof.* Ed.

647. *Prima, Lycurge. Lygurge* uterque Behot. — *Prima, Lycurge, dabis Dircæo funera bello.* Tenor oraculi Lycurgo dati. — *Dircæo.* Thebano.

649. *Ang. ad l. periturisque invidet.* Behot. 1, *perituris invidet.* — *Ad lituos.* Ad sonum lituorum. — *Invidet armis.* Quod non iret ad bellum.

650. *Comitata.* Alii codices, *cum nata.* Prima lectione sequens *Thoantis* erit patronymicum a Thoante patre; Thoantis, Thoantidis: secunda lectione erit genitivum *Thoantis.*

651. *Advenit exsequias. Advehit* Lang. et plerique; *Advenit* Amstel. Gronov. Barth. et Delph.

652. *Femineos cœtus. Fœmineos populos* optimus codex Barthii.

653. *Ignava.* Ut quæ solis lacrimis contenta non est, sed quæ expetit necem Hypsipyles, quæ causa erat mortis filii.

654. *Lacrimasque insana resorbet.* Unus Behot. *lacrimas insana.* — *Lacrimas resorbet.* Tantus furor eum incendit, ut jam prodituras lacrimas iracundia resorbeat, id est retrosorbeat. Vet. Schol. — *Ira Patris.* Lacrimas hominis resorbet ira patris. V. S. Paternus affectus omnia humana accidentia superat. Vet. Schol. — *Resorbet.* Reprimit. Sic apud Senec. Herc. OEt. act. IV, v. 1285: « Fletum virtus sæpe resorbet. » Silius Italic. Punic. XII, 594: « fletumque resorbent. » Ed.

Vociferans : « Illa autem ubinam, cui parva cruoris
Lætave damna mei? vivitne? impellite raptam,
Ferte citi comites : faxo omnis fabula Lemni,
Et pater, et tumidæ generis mendacia sacri
Exciderint. » Ibat, letumque inferre parabat
Ense furens rapto : venienti OEneius heros
Impiger objecta proturbat pectora parma.
Ac simul infrendens : « Siste hunc, vesane, furorem,
Quisquis es. » Et pariter Capaneus, acerque reducto
Adfuit Hippomedon, rectoque Erymanthius ense,
Ac juvenem multo perstringunt lumine : at inde
Agrestum pro rege manus : quos inter Adrastus
Mitior, et sociæ veritus commercia vittæ

656. *Illa autem ubinam.* Unus Bartbianus : *ubi jam.*

657. *Impellite raptam.* Duo codd. ejusdem : *impellite ferro.*

658. *Ferte citi comites. Ferte cito* uterque Behot. Dan. et omnes Barthiani. Unus Behot. *faxo quod fabula.*

659. *Generis mendacia sacri.* In eodem Behot. codice : *mendacia celsi;* Put. *mendacia falsi.* — *Generis mendacia sacri.* Quia avum Bacchum jactabat.

660. *Letumque inferre parabat.* Barthius ex optimo malit : *letumque immane parabat.*

661. *OEneius heros.* Tydeus OEneo ortus.

662. *Proturbat pectora.* In opt. lib est *protentat.* Id dictum puto ea vi, qua accepit vet. Gloss. *sustinet, sustentat.* Non inscite. Etsi enim non fortior, consideratior tamen Capaneo, Tydeus inducitur. Et Capaneo dignior proturbatio hominis inermis, mancipium suum persequentis, sustentatio vero Tydeo.

663. *Infrendens. Infrendere* est dentes dentibus quatere. Ut Virg. Æn. III, 664 de Polyphemo : « Dentibus infrendens gemitu; graditurque per æquor Jam medium. » Adi etiam Æn. VIII, 230. Ed.

665. *Rectoque Erymanthius ense.* Nonnulli codd. *rectorque Erymanthius;* quod rejecit Lactantius, probante Barthio. — *Hanc lectionem* Reg. B præbet; Reg. C, *raptoque Erimantius ense* exhibet. Ed. — *Erymanthius.* Parthenopæus Arcas ab Erymantho monte et fluvio Arcadiæ. *Recto ense.* Protenso gladio.

666. *Ac juvenem multo perstringunt lumine.* Codd. Lindenbrogii, *præstringunt.* — *Juvenem.* Lycurgum. — De hoc loco vide notata ad Sil. Italic. Punic. I, 558, nost. edit. tom. I, pag. 47. Ed.

668. *Mitior, et sociæ v. comm. vittæ. Mitius* unus Behot. — *Commercia vitæ.* Alii *vittæ* legunt; ergo si *vitæ*, quia omnes Argivi erant, sive quia commercia vitæ commu-

Amphiaraus ait : « Ne quæso : absistite ferro,
Unus avum sanguis; neve indulgete furori :
Tuque prior. » Sed non sedato pectore Tydeus
Subjicit : « Anne ducem servatricemque cohortis
Inachiæ ingratis coram tot millibus audes
Mactare in tumulos? quanti pro funeris ultor!
Cui regnum, genitorque Thoas, et lucidus Evan
Stirpis avus : tumidone parum, quod, gentibus actis
Undique in arma tuis, inter rapida agmina pacem
Solus habes? habeasque, et te victoria Graium

nia sunt irruentes casus excipere. Si *vittæ*, quia sacerdos erat Apollinis. Lactant. — Reg. B, *Mitius*, et *sociæ ver. comm. vitæ*. In quem locum ampliora legere si velis, adi Excursum ad calc. hujusce libri.

669. *Ne quæso : absistite ferro.* Optimus Barthianus : *Ne quæso, ne sistite ferrum;* unde Barthius : ne, *quæso, insistite ferro;* Behot. 1, *non quæso*. Sensus : ne pergite, *quæso*.

670. *Unus avum sanguis.* Quia Adrastus, Lycurgus, et Amphiaraus ex eadem gente orti erant, et oriundi a Cretheo Æoli filio, ut discimus ex Apollodoro Biblioth. lib. I. Nam Amythaonis proavi Adrasti frater Pheres fuit, ex quo genitus Lycurgus ille de quo hic agitur : Melampodis vero, fratris Biantis, avi Adrasti, pronepos erat Amphiaraus. — *Indulgete.* Permittite, seu operam date : ut Virgil. Æneid. VI, 135 : « juvat indulgere labori. » Lactant.

671. *Sedato pectore.* Patienti. Magna enim virtus est quæ irasci non novit. Lactant.

672. *Servatricemque cohortis.* Unus Barth. *cohortum*.

673. *Inachiæ.* Argivæ. — *Ingratis.* Si non defenderent tam bene de se meritam.

674. *Mactare in tumulos? Mactare in tumulum* omnes codd. Barthiani. — *Mactare* in *tumulos*. Pro *supra tumulos*. Propert. IV, 5, 48 : « Si pulset inanis, Surdus in obductam somniet usque seram. » — *Quanti pro funeris ultor!* Archemori scil. infantuli. Ironice.

675. *Lucidus Evan.* Regg. B et C, *Lucidus Evhan* habent. Ed.

676. *Stirp. a. tumidone parum.* Optimæ Barthii membranæ, codex Burm. in marg. et Petreus. *timidone*. — *Stirpis avus.* Hypsipyle dicit Liberum patrem propter Thoantem avum fuisse. Lactant.

677. *Undique in arma tuis, in. rapida.* Vet. Lindenbr. *inter tepida.* — *Inter rapida agmina.* Vocem reposui ex fide scriptorum librorum : vulgati, *inter trepida agmina;* inepte. Qui enim convenit Tydeo, fortissimo viro, trepidationem exercitui tribuere, jam ad hostem alacriter tendenti? Bern. — *Trepidus* tamen pro *festinus* aliquando sumitur, ut ait Servius.

678. *Habeasque.* In Dan. Put. Behott. 1, 2, Lang. nonnulli, et

Inveniat tumulis etiamnum hæc fata gementem. »
Dixerat : et tandem cunctante modestior ira
Ille refert : « Equidem non vos ad mœnia Thebes
Rebar, et hostiles huc advenisse catervas.
Pergite in exscidium socii, si tanta voluptas,
Sanguinis, imbuite arma domi, atque hæc irrita dudum
Templa Jovis (quid enim haud licitum?) ferat impius ignis,
Si vilem, tanti premerent quum pectora luctus,
In famulam jus esse ratus, dominoque, ducique.
Sed videt hoc, videt ille Deum regnator, et ausis
Sera quidem, manet ira tamen. » Sic fatus, et arces
Respicit, atque illic alio certamine belli

edd. vett. *habeas et te*, omisso τῷ *que*.

681, 682. *Equidem non vos ad mœnia Thebes Rebar, et hostiles huc advenisse catervas.* Barthius legit : *Equidem non huc : ad mœnia Thebas Rebar, et hostiles vos advenisse catervas;* conj. etiam *Rebor, at*, etc. Behot. 1, *adventasse cohortes*, et pro v. l. *catervas*. — *Ille*. Lycurgus. — *Thebes*. Thebe singulari numero, ut Theb. IV, 676. — *Et hostiles*. Subaudi, non rebar huc vos hostiliter advenisse, in exscidium scilicet meum. Lactant.

684. *Imb. a. d. atque hæc irrita dudum*. Duo Barthiani : *hæcque irrita*. — *Imbuite arma domi*. Imbuite arma cæde et sanguine meo, domumque meam evertite, ac omnes meos, si tanta vobis est cupido sanguinis. — *Irrita*. Quæ vane frequentaverat, et in quibus frustra deprecatus fuerat iram Jovis.

685. *Templa Jovis*. Quæ coluntur frustra, aut nihil præstant. — *Quid enim haud licitum*. Subaudi, feceram, si vilis ancillæ morte luctus meos ultus essem. — *Impius ignis*. Incendite templa, quia parum est si famulorum jus domini perdiderunt. Lactant.

687. *In famulam jus esse ratus, dominoque, ducique*. Jus enim necis et vitæ habebant reges, herique in subditos et servos.

688. *Sed videt hoc*. *Sed videt hæc* Dan. Put. Petav. — *Et ausis Sera quidem, manet ira tamen*. Juvenalis Sat. XIII, 100 : « Ut sit magna, tamen certe lenta ira Deorum est. » Valerius Maximus lib. I, cap. 1 : « Lento enim gradu ad vindictam sui divina procedit ira, tarditatemque supplicii gravitate compensat. » — De hoc loco videnda sunt notata ad Theb. III, 602, hujusce tom. pag. 339; confer etiam quæ enarravimus ad versum 60 hujusce libri V. Ed.

690. *Alio certamine*. Non culpo hanc lect. Et hic enim et illic erat pugna. Tamen melior videtur scriptura Vetustissimi Exemplaris *alto certamine*. Profundum enim et longinquum incertumque sonum ista lectio magis repræsentat. Barth.

Tecta fremunt : volucres equitum præverterat alas
Fama recens, geminos alis amplexa tumultus.
Illi ad fata rapi, atque illi jam occumbere leto,
Sic meritam Hypsipylen iterant : creduntque, nec iræ
Fit mora : jamque faces, et tela penatibus instant.
Vertere regna fremunt, raptumque auferre Lycurgum,
Cum Jove, cumque aris : resonant ululatibus ædes
Femineis, versusque dolor dat terga timori.
Alipedum curru sed enim sublimis Adrastus
Secum ante ora virum fremebunda Thoantida portans
It medius turmis, et, « Parcite, parcite, clamat.
Nil actum sæve : meritus nec tale Lycurgus
Exscidium, gratique inventrix fluminis ecce. »

691. *Volucres equit. præverterat alas.* Behot. 1, *pervenerat*, a manu secunda. — *Præverterat alas.* Nunciatum fuerat Argivis Hypsipylen ad supplicium trahi. LACTANT.

692. *Geminos alis amplexa tumultus. Fama repens* Barthii codex. Vide Heinsium et Burm. ad Ovid. Met. XII, 61. Taurin. pro *alis* habet *aliis;* Burmanni vero codex: *geminos alis*, suprascriptis *que* et *suis;* unde Burmannus conj. *geminosque suis amplexa*, ut *alis* sit ex glossa. *complexa* Dan. Lipsian. et edd. vett. *amplexa* uterque Behot. Gronov. et Delph. — *Geminos tumultus.* Id est, et ubi erat Adrastus, cæterique duces, ac Lycurgus, et ubi erant equitum primum agmen, quod longe processerat.

693. *Illi.* Equites, qui præcesserant: nesciebant enim quid ageretur eo loco quo erant Adrastus cæterique duces; credebantque ex impetu rusticorum, qui ad auxilium regis advolaverant, raptam ad supplicium, occisamque Hypsipylen.

697. *Cum Jove.* Sc. templo Jovis.

698. *Versusque dolor.* Timore belli in metum versus dolor mortis Archemori. LACTANT. — *Dolor dat terga timori.* Major affectus timoris minorem expulit affectum, dolorem.

699. *Alipedum curru. Alipedi curru* Jortinus. *Alipedum cursu* Guyetus vult.

700. *Ora virum.* Nemo non fremebat, quia metuebant Hypsipylæ aliquid mali contingere; non enim omnes audiebant loquentem Lycurgum. — *Thoantida.* Hypsipylen iterum sic vocat a Patre. Vet. Schol. — *Ante ora virum.* Secum Hypsipylen ferebat, impetum furentis exercitus Adrastus cupiens refrenare, qui eam putabant interemtam fuisse. LACTANT.

701. *It medius turmis.* Quidam codd. Barth. *mediis.*

702. *Meritus nec tale Lycurgus.* Edd. vett. et Behot. 1, *meritus nil tale.*

703. *Gratique inventrix fluminis*

Sic ubi diversis maria evertere procellis
Hinc Boreas, Eurusque, illinc niger imbribus Auster,
Pulsa dies, regnantque hiemes, venit æquoris alti
Rex sublimis equis, geminusque ad spumea Triton
Frena natans, late pelago dat signa cadenti:
Et jam plana Thetis, montesque, et litora crescunt.
Quis Superum tanto solatus funera voto
Pensavit lacrimas? inopinaque gaudia mœstæ
Rettulit Hypsipylæ? Tu gentis conditor, Evan,
Qui geminos juvenes Lemni de litore vectos
Intuleras Nemeæ, mirandaque fata parabas.

ecce. Codex Barthianus : *ostentrix fluminis*.

704. *Sic ubi diversis maria*. Virgiliana comparatio est, sed contraria; nam ille ad Neptuni comparationem virum bonum posuit, hic ad Adrasti Neptunum. LACTANT.

705. *Hinc Boreas, Eur. ill. niger imbribus auster*. Reg. B, *Hic Boreas E. ill. n. imb. Hauster* habet; Reg. C nost. lect. ED.

706. *Venit æquoris alti*. Ordo: Sic venit rex æquoris, sicut ubi maria diversis præliis evertere venti.

707. *Rex sublimis equis*. Neptunus. — *Geminus*. Quia Tritones duplicem habent naturam, hominis et piscis: supra enim homines sunt, infra pisces. Vide Plinium, Histor. Nat. IX, cap. 5.

708. *Late pelago dat signa cadenti*. Put. *canenti*, et pro v. l. *patenti*; nonnulli codd. Barthii, *tridente*. — *Pelago dat signa cadenti*. Optime *cadenti pelago*; tumidum siquidem tempestate mare, et in altum exsurgens, placato vento, recidere quasi et residere diceres.

709. *Et jam plana*. *Et jam plena* unus Behot. — *Jam plana Thetis*. Virg. Æneid. I, 154: « Sic cunctus pelagi cecidit fragor. » — *Thetis*. Mare. Thetidem sumi pro mari omnibus notum est. — *Montesque, et litora crescunt*. Depressis scilicet fluctibus.

710. *Solatus funera voto*. Dan. et Behot. 1, *munera voto*. — *Voto*. Successu.

712. *Evan*. *Euhan* Behott. 1, 2. — Hanc lectionem Regg. B et C exhibent. ED.

713. *Geminos juvenes*. Uno enim partu prognati erant. Noster supra v. 464, verbis Hypsipyles. Et sic ipsa scribit ad suum Jasonem Ovid Epist. VI, 119 et seqq. « Nunc etiam peperi : gratare ambobus Iason, Dulce mihi gravidæ fecerat auctor onus; Felix in numero quoque sum; prolemque gemellam Pignora Lucina bina favente dedi. » BARTH. Cf. ad hunc locum notata, ad quem illustrandum Nostri versum adduximus; nost. ed. t. I, p. 136. ED.

714. *Mirandaque fata*. Quæ cogant Hypsipylen de servitio ad regnum redire. LACTANT.

Causa viæ genitrix, nec inhospita tecta Lycurgi
Præbuerant aditus, et protinus ille tyranno
Nuntius exstinctæ miserando vulnere prolis.
Ergo adsunt comites (pro fors, et cæca futuri
Mens hominum!) regique favent: sed Lemnos ad aures
Ut primum, dictusque Thoas, per tela, manusque
Irruerunt, matremque avidis complexibus ambo
Diripiunt flentes, alternaque pectora mutant.
  Illa velut rupes immoto saxea visu
Hæret, et expertis non audet credere Divis.
Ut vero et vultus, et signa Argoa relictis
Ensibus, atque humeris amborum intextus Iason,
Cesserunt luctus, turbataque munere tanto

717. *Nuntius.* Supple, advenit.

718. *Adsunt comites.* Lycurgo, quum cucurrit in campos audita morte filii.

721. *Matremque avidis complexibus.* Unus Behot. *avidis amplexibus.*

722. *Alternaque pectora mutant.* « Melior scriptura in optimo libro, licet minus sonora: *alterni et pectora mutant.* » BARTH. — *Diripiunt.* In diversa rapiunt. — *Alternaque pectora mutant.* Id est, alternatim amplectuntur.

724. *Et expertis non audet credere Divis.* Id est, vel fortunæ, quam semper adversam experta fuerat, vel ipsi Baccho, qui non sibi subvenerat, quum e Lemno profugit et a Piratis capta est. Vel non audet credere; quia diu incredula sunt lætitiæ vota: tarde enim fidem adhibemus, quum ea eveniunt, quæ ne quidem sperare poteramus. Sil. Ital. Punic. XII, 273: « quod credere nemo Auderet Superis. » De eo quod incredibile est et nimis lætum fortunatumque quam ut aliquis illud exspectare ac spectare potuisset, adeoque, ubi nuntiatur, credere queat, comparant Virgil. Æneid. V, 17; IX, 6; Ovid. Trist. IV, 8, 43. ED.

725. *Et vultus et signa Argoa relictis. Arcea*, vel *Argea*, in eodem Barthiano codice; unde Barthius: *atque agnita signa relictis.* — *Et vultus.* Similes scilicet, quod fidem faciebat eos geminos esse. — *Signa Argoa.* Forsan navem Argo impressam capulis ensium, quos apud se reliquerat Jason proficiscens ad Colchos. Sic et Ægeus agnovit Theseum filium ad ensem quem gerebat.

726. *Humeris.* Id est, chlamydibus acu pictis humeros eorum tegentibus. — *Iason.* Nomen Jasonis patris juvenum.

727. *Turbataque munere tanto.* In eodem optimo Barth codice: *numine tanto.*

Corruit, atque alio maduerunt lumina fletu.
Addita signa polo, lætoque ululante tumultu
Tergaque, et æra Dei motas crepuere per auras.
  Tunc pius OEclides, ut prima silentia vulgi
Mollior ira dedit, placidasque accessit ad aures:
  « Audite, o ductor Nemeæ, lectique potentes
Inachidæ, quæ certus agi manifestat Apollo.
Iste quidem Argolicis haud olim indebitus armis
Luctus adest: recto descendunt limite Parcæ.
Et sitis interitu fluviorum, et letifer anguis,
Et puer, heu nostri signatus nomine fati,
Archemorus: cuncta hæc Superum demissa suprema
Mente fluunt: differte animos, festinaque tela
Ponite: mansuris donandus honoribus infans:

728. *Atque olio moduerunt lumina fletu*. Unus Behot. *moduerunt lumine*. — *Atque olio*. Quæ paullo ante luctu flebat, nunc gaudio: alio ergo fletu, scilicet gaudio. Terent. Adelp. act. III, sc. 3, 55: « lacrimo gaudio. » Immoderata enim lætitia, et maxime parentum, habet lacrimas suas. Lact. — Noster Silv. V, 2, 10, Protreptico ad Crispinum: « quanto manarent gaudia fletu. »

729. *Signo polo*. Datum est signum cælo, velut barritus. Liber dedit sonitum tympanorum. Lact.

730. *Dei*. Liberi Patris.

731. *Tunc pius OEclides, ut primo silentio vulgi*, etc. Unus Behot. *ubi primo*; optimus Barthianus: *Tunc prius OEclides (ut prima s. v. M. i. d. p. occessus ad oures)*; Petrens. *occensus od oures*, positis punctis sub litera *n*; qui mos est literas spurias notandi. — *OEclides*. Amphiaraus OEclei filius.

733. *Ductor Nemeæ*. Lycurge.

734. *Inochidæ, q. cert.* etc. Optimus Barthianus pro v. l. habet: « *ad ciendum*, aut *odoend*; » quod non intellexit Barthius. — Reg. B, *quæ certus oit manif.* etc. habet. Ed. — *Inachidæ*. Argivi. — *Certus*. Non ambiguus, ut solet.

736. *Recto descendunt limite*. Non interrupto ordine fatorum. Vet. Schol. In alio: Ut debebantur fatis recta descendunt omnia; id est, progrediuntur. Quæ retro sunt, alta dicuntur; quæ ante nos, inferiora. Unde: « sic credidit alta vetustas. » — *Interitu*. Moriuntur enim flumina poetis, quum exarent. »

738. *Heu nostri signatus nomine foti, Archemorus*. Archemorus enim antea Opheltes nominabatur: sed *Archemorus* vocatus, quia ejus mors futurum apud Thebas ducibus Argivis portendebat exitium. Ἀρχὴ enim *principium*, μόρος *exitium*, seu *luctum*, significat, ejusque morte quasi inceptum bellum Thebanum.

741. *Mansuris donondus honor.*

Et meruit: det pulchra suis libamina virtus
Manibus, atque utinam plures innectere pergas,
Phœbe, moras, semperque novis bellare vetemur
Casibus, et semper Thebe funesta recedat.
At vos magnorum transgressi fata parentum
Felices, longum quibus hinc per sæcula nomen,
Dum Lernæa palus, et dum pater Inachus ibit,
Dum Nemee tremulas campis jaculabitur umbras;
Ne fletu violate sacrum, ne plangite Divos:
Nam Deus iste, Deus; Pyliæ nec fata senectæ
Maluerit, Phrygiis aut degere longius annis. »
Finierat, cæloque cavam nox induit umbram.

Idem codex Barth. *damnandus honoribus*. — *Mansuris donandus honoribus infans: Et meruit*, etc. Id est, divinis honoribus afficiendus puer, et sacri ludi in honorem ejus instituendi. Thebaid. VI, 3 et seq. « quo Martia bellis Præsudare paret, seseque accendere virtus. »

744. *Moras*. Sciebat enim Amphiaraus adversa auguriis et sacrificiis denuntiata; ideo precatur Phœbum, ut nectet moras.

745. *Th. fun. recedat.* Unus Beh. pro v. l. *recedas*. — *Thebe funesta.* Prope quam ipsi perire debebant.

746. *At vos magnorum transgressi fata parentum*. Alii parentes generant mortales, vos Deum genuistis. Alloquitur Lycurgum et Eurydicen.

748. *Dum Lernæa palus*, etc. Imitatio Virg. Æneid. I, 607: « In freta dum fluvii current, dum montibus umbræ. » Lernæa palus est in Argolide. — *Inachus*. Fluvius Argolidis.

749. *Dum Nemee*. Behott. 1, 2, *Dum Nemea*. — *Nemee*. Silva in Argolide.

750. *Ne fletu violate sacrum, ne plangite Divos. Neu fletu* unus Behot. *Nec fletu violate sacrum, nec plangite Divos* optimæ Barthii membranæ. — *Ne fletu violate sacrum.* Dii enim flendi non sunt. Sic Hephæstione inter Deos relato capitale fuit eum lugere, additque Lucianus Agathoclis Samii memorabile exemplum, ob eam rem valde periclitati.

751. *Pyliæ*. Id est, Nestoreæ, seu Nestoris, cujus patria Pylos.

752. *Phrygiis aut degere*, etc. Barthius: *aut vivere*. Taurin. *nec degere*. — *Phrygiis annis*. Intelligit Tithoni, Phrygii, qui dicitur amatus ab Aurora, ab eaque impetrasse, ut diutissime viveret: quum autem ætates plurimas vixisset, decrescente ex senio quotidie corpore, in cicadam conversus est.

753. *Cæloque cavam nox induit umbram*. Idem Taurin. codex: *cælumque cava nox induit umbra*

# EXCURSUS

VEL

# NOTÆ AMPLIORES

AD LIBRUM QUINTUM

THEBAIDOS.

VERS. 30. FURIAS et *Lemnon*, etc. Qoibus correptæ Lemniades maritos maresque omnes occiderunt. — *Lemnon*. Lemnos insula Maris Ægæi. Abest hæc ab Atho 87 millia passuum: circuitu patet 22,500 passuum. Lemnii Vulcanum colebant eximia, ab eoque primaria urbs Lemni *Hephæstia* vocata. Est et oppidum Myrina, in cujus forum mons Athos e Macedonia Solstitio ejaculatur umbram. Poetæ autem ideo fabulati sunt Vulcanum cecidisse in Lemnum, quod illa ignibus et flammis scateret, ut Ætna Siciliæ, et Vulcaniæ insulæ. Unde Seneca in Hercule OEtæo act. IV, v. 1361:

> Quæ tanta nubes flamma Sicanias vomit,
> Quæ Lemnos ardens?

(Ad quem locum notata Delrii confer; edit. J. C. Schrœder. in-4°, 1728, pagin. 704. ED.). Ignis autem Lemni maxime erumpebat e monte Mosychlo, de quo Hesychius, et Nicander in Theriacis, ad quem Scholiastes citat ex Antimacho: « Quales in summa rupe Mosychli Mulciber accensis fornacibus excitat ignes. » Vide Bochartum de Colon. Phœnic. lib. I, cap. 12. Ex hac insula affertur nobilis illa terra, quam *sigillatam* vocant, de qua multa Thevetus Cosmographiæ lib. VIII, et meminerat Myrtilus olim Lesbiеorum lib. I, teste Natali Mythol. lib. II, c. 6. Lemnos hodie vocatur *Stalimene*.

59. *Nulla Deæ sedes*. Quia adulterium Veneris in honorem Vulcani damnaverant, inde nulla Veneris sedes in Lemno est. Unde iratum numen odorem feminis hircinum immisit, ob quam causam horruisse viri dicuntur uxores. Igitur pergentes ad Thraciam eorum filias sortiti sunt, quo dolore commotæ Lemniades reversos viros universos peremerunt Sed hanc veritatem Poeta declinavit. Alii dicunt templum Veneris fuisse

in Lemno, Græcorum opinione celebratum. Diversa est odii causa : nam hoc alii asserunt, quod adulterium ejus in hac insula videtur esse detectum: ut ipsa Venus, Theb. II, 274 : « Hoc mihi Lemniacæ de te meruere catenæ. » LACTANT.

62. *Solvisse jugalem Ceston.* Id est, sui dissimilis omnibus deliciarum signis amotis, quoniam ira molles projicit habitus. *Ceston* est vinculum ornamenti, quo circumdatur Venus, omnibus illecebris nuptiarumque cupiditatibus elaboratum, quo matrimonia dicitur alligare. Declinatur autem hæc *Cestos*, ut *Lemnos*, *Delos*. Specialiter tamen zonam Veneris debemus accipere, quæ non rutilo auro gemmisque sit, sed pelle, ut probentur corporeæ voluptates. Ceston autem dicitur, quod copulæ et matrimonio vis sit, quia adeo quæ adulterio perpetrantur incesta dicuntur, quasi quod non vinctum fuerit sit incestum. LACTANT.

65. *Alios ignes majoraque tela gerentem.* « Habet enim, ait Lactantius, Venus ignes nunc cupiditatis, nunc odii, secundum fidem sacrorum, vel precationum Veneris Verticordiæ præcipue, quæ rogatur, ut amores injiciat, rursum ut auferat. Si enim potestas est dandi, nihilominus jus est tollendi, et, amore sublato, aut naturaliter odium residet, aut immittitur. » Ut Virgilius, Æneid. IV, 479 : « Quæ mihi reddat eum, vel eo me solvat amantem. » Non solum autem creditum est, Venerem amorem ac odium inducere posse, sed etiam mentes virginum mulierumque a libidine ad pudicitiam convertere. Unde Romæ erectum fuit illi templum extra portam Collinam via Salaria sub titulo Veneris Verticordiæ; quum, auctore Julio Obsequente, tres uno tempore virgines Vestales nobilissimæ cum nonnullis equitibus Romanis incesti pœnam subiere. Et refert Valerius Maximus Sulpitiam Q. Fulvii Flacci uxorem cunctis castitate prælatam esse, quum Senatus libris Sibyllinis per Decemviros inspectis censuisset, ut Veneris Verticordiæ simulacrum consecraretur, quo facilius virginum mulierumque mens a libidine ad pudicitiam converteretur, et ex omnibus matronis, ex centum autem decem sorte ductæ, de sanctissima femina judicium facerent. Similis vocabuli Venus apud Thebanos fuit. Nam Harmonie Veneris ἀποστροφίας simulacrum consecravit, quod ab exlege cupiditate et incestis stupris genus hominum averteret. Pausanias in Bœoticis. — *Majoraque tela.* Telis amoris supple.

120. *Quod si propioribus actis.* A recenti exemplo, ut ad tempus referatur : recentiore enim exemplo, id est, sive quia prope erat Thraciæ, in qua Procne, Pandionis filia, Terei uxor, in ultionem suam, quod maritus cum Philomela concubuisset, Ityn filium, quem de Tereo susceperat, interemit: sive propter Harpalicen, quam quum pater amasset et compressisset, illa filium ex incesto natum patri apposuit comedendum : quam opinionem Virgil. secutus est, Æneid. IV, 602 : « patriisque epulandum ponere mensis. » Præterquam quod aptum videatur exemplum, major necessitas persuasionis erit, quum etiam vicinum dicetur;

nam Thracia quæ Lemno vicina est, duobus maximis exemplis, id est Procnes et Harpalices, Lemniades matres ad perficiendum nefas hortatur. De duabus ergo historiis similibusque via ad rem aptari potest, et aptata hortatur ad facinus; nam sicut bona suasio bonis debet suscitari, et asseri exemplis, sic et mala malis: nulla enim rei argumenta desunt. Et est in utroque pugna bona bonis: ut Virg. Æneid. VI, 621: « Si fratrem Pollux alterna morte redemit. » Mala malis: ut Lucan. Pharsal. I, 94 et seq. « ...nec longe Fatorum exempla petantur, Fraterno primi maduerunt sanguine muri. » LACTANT.

263. *Nubigenæ*. Herculis fabulam tangit: qui quum hospitio ad Dexaminum regem venisset, Dejaniram filiam ejus corrupit, et fidem dedit se eam uxorem esse ducturum: post discessum Eurytion, Jovis filius, Centaurus uxorem Dejaniram petivit, cujus pater vim timens Eurytioni promisit, qui constituto die cum fratribus ad nuptias venit. Eo forte die quo nuptiæ celebrantur superveniens Alcides Centauros interfecit, Dejaniramque insperate suo matrimonio copulavit. Item aliter. Centauri, quum in matrimonium Pirithous Hippodamiam duceret, vino pleni Lapitharum uxores conati sunt rapere, qui omnes a Lapithis occisi sunt. Unde Virg. Georg. II, 455 et seqq.

Bacchus et ad culpam causas dedit: ille furentes
Centauros leto domuit, Rhœtumque, Pholumque,
Et magno Hylæum Lapithis cratere minantem.

336. *Pinus Pelias*. Argo navim dicit, quæ in Pelio monte Thessaliæ fabricata est. Cicero ad Herennium, lib. II, cap. 22:

Utinam ne in nemore Pelio securibus
Cæsa cecidisset abiegna ad terram trabes:
Neve inde navis inchoandæ exordium
Cœpisset, quæ nunc nominatur nomine
Argo, qua vecti Argivi delecti viri
Petebant illam pellem inauratam arietis,
Colchis, imperio regis, Peliæ per dolum!

Sive *Pelion* unum e numero Argonautarum significat filium, cujus civitas est Phthia; cujus Virgil. meminit, Æneid. I, 284: « Phthiam clarasque Mycenas: » aut certe Pelium Neptuni filium, qui illius loci summam obtinebat. Huic enim responsum fuit, ut ab eo spoliaretur arce, qui altero ei nudo pede occurrisset, quapropter hoc velocius sustinuit, quo evitare tentavit. Jason siquidem, natus ex Æsone fratre regis, occursurus sacris quæ Neptuno is faciebat, dum per Euhenum flumen transit, detentum limo alterum pedis calciamentum negligit, atque ita fato agente devenit ad Peliam, qui in illo timens quidquid ab oraculo fuerat dictum, sub specie gloriæ misit ad Colchos, ad auferendam auream arietis pellem. Ergo *Pelias pinus* Argo navem dicit, quæ in Pelio monte Thessaliæ fabricata est.

431. *Et ab asserto nuper Marathone*, etc. Minos, Jovis et Europæ

filius, quum patri sacrificaturus ad aras accederet, oravit potentiam numinis, ut dignam aris suis hostiam ipse præberet, itaque subito taorus apparuit nimio candore perfosus: quem admiratus Minos, religionis oblitus, armenti sui maluit esse ductorem, cujus ardore Pasiphae dicitur arsisse. Igitur contemtos a filio Juppiter indignatus, furorem tauro sobjecit, et Cretensium non solum agros, sed etiam mœnia universa vastavit. Huuc Hercules missus Eurysthei imperio superavit, victomque Argos usque perduxit: ibi consecratus Junoni ab Eurystheo: sed Juno exosa monus, quod ad Herculis gloriam pertinebat, taurum in Atticam regionem expulit; ibi a monte ejus Marathonius appellatus est, quem postea Theseus Ægei filios interemit, qoo facto æternos sibi gloriæ titulos comparavit.

438. *OEbalidæ gemini: chlamys huic, chlamys ardet et illi.* Castor et Pollux, sic dicti ab OEbalia regione Laconiæ, ubi nati erant. Jucundus autem lusus poetarum in haece geminorum similitudine exprimenda. Silius, Punic. II, 637 et seqq.

> Eurymedon fratrem, et fratrem mentite Lycorma,
> Cuncta pares: dulcisque labor sua nomina natis
> Reddere, et in vultu genitrici stare suorum.

Lucanus Pharsal. III, 605 et seq.

> Discrevit mors sæva viros, unumque relictum
> Agnorunt miseri sublato errore parentes.

— *Chlamys huic, chlamys ardet et illi*, etc. Hoc enim habito depingebantur seu repræsentabantur Castor et Pollux.

475. *Vellera Phryxi.* Intelligit vellus aureum Phryxi. Phryxus autem Athamantis et Nepheles filius, fugiens furorem Inus novercæ, arietem aurei velleris una cum Helle sorore conscendit, ut mare, qua angustius est, trajiceret: verum Helle metu cecidit in mare, submersaque dedit nomen freto ab ea *Hellesponto* dicto: Phryxus vero sospes in Colchos pervenit, ubi sacrificato ariete Jovi, vel Marti, ut aliis placet, vellus illud aureum in templo suspendit. Ad hoc igitur recuperandum profectus Jasoo cum Argonautis, ope Medeæ illud in patriam tandem revexit. Sed non conveniunt auctores quid illud fuerit. Orpheus, Apollonius, et Catullus volunt fuisse arietem vere aureo vellere insignem ex Mercurii contactu. Simonides vero, ut refert Scholiastes Apollonii ad Argon. IV, modo candidi, modo purpurei vellaris illum arietem facit. Idem Simonides ex Tzetze in suis Chiliadibus Historia 18, vult arietem illum, quem habebat Atreus, purpurei fuisse velleris, quem aureum vellus habuisse alii affirmant. Alii scribunt vellus aoreum nihil aliud fuisse, quam librum membranaceum ex pellibus arietum contextum, quo ars faciendi auri arte chymica continebatur, ut Suidas in voce δέρας. Et Eustathius in Dionysium Perieg. citat auctorem hujusce opinionis nomine Charaxem. Quidam volunt hanc fabulam originem traxisse ex tor-

rentibus quibusdam Colchidis aureas arenas volventibus. Eustathius loco citato loquens de Colchis scribit auriferos apud eos esse torrentes rivosque, aurumque velleribus excipere solitos accolas; unde fabula de vellere aureo. Quod Eustathius acceperat ex Strabone lib. II, qui iisdem pæne verbis dicit esse apud Suanos populos Colchidis flumina aurifera, aurumque excipere solitos accolas tabulis perforatis, et velleribus transverso flumine suspensis. Ejusdem est opinionis Appianus in Mithridaticis. Tradunt auctores aurifodinas fuisse apud Colchos, ut scribit Strabo lib. II, et Plinius Hist. Nat. XXXIII, cap. 3, scribit: « Jam regnaverat in Colchis Salauces et Esubopes, qui terram virginem nactus, plurimum auri argentique eruisse dicitur in Suanorum gente, et alioqui velleribus aureis inclyto regno. » Athenæus lib. VI, cap. 4, refert Phialam fuisse auream, cujus in medio prominebat caper, aut agnus aureus. Auctores sunt hanc fabulam inde deductam a raritate et excellentia lanarum, quæ ex Colchide advehebantur: cujus opinionis videtur esse Varro de R. Rustica lib. II, cap. 1: « Veteres poetæ ipsas pecudes propter caritatem aureas habuisse pelles tradiderunt, ut Argis Atreus, quam sibi Thyestem subduxisse queritur: ut in Colchide Æeta, ad cujus arietis pellem profecti regio genere dicuntur Argonautæ. » Et certe Iberia habebat oves nativo insignes rutilo: quippe ibi singulos arietes talento emi εἰς τὰς ὀχείας refert Strabo lib. III. Tandem sunt, qui dicant grandem auri vim Phryxum secum e Græcia abstulisse in Colchidem, eamque in templo ab eo ibi condito consecratam, ad quam vel repetendam vel etiam prædandam navigarunt Argonautæ.

668. *Veritus commercia vittæ.* Ad hanc certissimam correctionem præiverunt libri veteres. Vulgo legitur *commercia vitæ* translatitie et sine acumine. Nostra lectio ritum ingerit, cujus apud Veteres frequens mentio, frequens usus: ea gratia visum mihi hoc loco (juventutis saltem causa) quæ sparsim ad hanc rem legi collecta vulgare. Vitta, fascia, antiquis, qua circum caput crines religabant. Capella: « Vittæ sunt quæ crinibus innectuntur, quibus fluentes religantur capilli, et vittæ dictæ quod vinciunt. » Fascia hac, sive vitta, matronæ inprimis discretæ a virginibus, castæ a meretricibus. Plautus Milite act. III, scen. 1, vers. 196 et seq.

> Utique eam hic ornatam adducas matronarum modo:
> Capite comto crines vittasque habeat, assimiletque se
> Tuam esse uxorem.

Sumebant nuptiarum die. Propertius lib. IV, Eleg. 3, 13 et seqq.

> Quæ mihi deductæ fax omen prætulit, illa
> Traxit ab everso lumina nigra rogo:
> Et Stygio sum sparsa lacu; nec recta capillis
> Vitta data est; nupsi non comitante Deo.

Quod autem pudicæ a meretricibus discriminatæ vel ex uno Tertulliano disces, de Cultu Mul. « Quid minus habent infelicissimæ illæ publicarum libidinum victimæ, quas si quæ leges a matronis et matronalibus

decoramentis coercebant, jam certe sæculi improbitas honestissimis quibusque feminis, usque ad errorem dinoscendi, coæquavit?» Quid enim aliud « matronalium decoramenta, » quam vittæ, stola, instita? Mos hic ex Græcia Romam migrasse videtur. Signatæ enim apud Athenienses meretrices, pariter veste a matronis discretæ, ut notant Suidas et Artemidorus lib. II, cap. 3. Cæterum firmam hanc opinionem paullulum concutit Valerius Flaccus, qui vittas etiam in virginibus agnoscit, Argonautic. VIII, v. 6: « Ultima virgineis tunc flens dedit oscula vittis. » Juvat Flaccum Papinius noster, qui Achilleidos I, 176 introducit Ulyssem, inter dona virginibus oblata, etiam vittas offerentem: immo signate ornasse se vittis virgines scribit: « gemmatis aut nectunt tempora vittis. » Ne turbemur: vel solo amictu facile vitabimus hæc tela. Virgines etiam vittam habuerunt, sed simplicem, matronæ duplicem: auctor affirmandi Propertius lib. IV, Eleg. 11, 33 et seq.

Mox ubi jam facibus cessit prætexta maritis,
Vinxit et adspersas altera vitta comas.

Vittatæ igitur matronæ; sed nec omnes, nec solæ. Non omnes; quia ingenuis proprium hoc jus, non libertinis. Ita exaudio Tibullum lib. I, Eleg. 6, 67 et seq.

Sit modo casta, doce, quamvis non vitta ligatos
Impediat crines, nec stola longa pedes.

Non solæ; quia vittati sacerdotes, vittati vates, et tanquam vates poetæ. Noster hoc loco quem restituimus, de Lycurgo Jovis sacerdote. Tacitus Annal. I, cap. 57: « Sacerdos apud aram Ubiorum creatus, ruperat vittas. » Bernart.

# PUBLII PAPINII STATII

# THEBAIDOS

## LIBER SEXTUS.

# ARGUMENTUM

## CARMINIBUS DESCRIPTUM. *

Ut puer est fnnctus, serpentis vulnere læsus,
Instituunt Danai ludos, hortamine vatis.
Fama vocat cunctos, arvis ac mœnibus adsunt.
Primus sudor equis venit certamine campi.
Exstitit hoc Dorion victor, Polynice cadente.
Proximus OEclides : sed sumsit præmia laudis.
Decipitur cursu puer Arcas : postea victor
Hippomedon disco laudatur ab agmine jacto.
Vix rapitur Lacon Capanei cæstibus altis.
Tydeus Agileum superavit agone palæstræ.
Lex prohibet binos nudo concurrere ferro.
Ipsi jactanti remeat jactata sagitta.*

* Hoc Argumentum præmittunt unus Behot. duo codd. Barthiani, Venett. Rom. Lindenbrog. Cruc. *et* Barth. — Hoc in Regg. B *et* C desideratur. Ed.

1. *Ut p. e. f. serpentis vulnere læsus.* Behot. habet : *serpens quoque vulnere.* Pro *læsus* unus Barthianus *cæsus*, vel *cassus.*

4. *Venit certamine campi.* Behot. *venit in certamine.*

5. *Exstitit hoc Dorion victor, Polynice cadente.* Scribit Barthius ex codd. ita : *Exstitit hic casu Polynicis victor Arion :* Behot. habet etiam, *Arion.*

6. *Proximus OEclides : sed sumsit præmia. Proximus Eonides* Behot. *præsumsit præmia* unus Barthianus.

7. *Cursu puer Arcas.* Behot. *cursu est puer.*

9. *Capanei cæstibus altis. Capanei a cestibus alti* unus Barth. *alta* Behot.

11. *Lex prohibet. Rex prohibet* codex Barthii.

12. *Ipsi jactanti remeat. Regis Adrastæi remeat* alter Barth. Argumenti loco in optimis Barthii membranis legitur hic versus : « Sextus et Achemori ludos ac funera ducit. »

# PUBLII PAPINII STATII

# THEBAIDOS

## LIBER SEXTUS.

### ARGUMENTUM.

Argivi ludos funebres in honorem Archemori instituunt, cujus exsequiæ summa cum magnificentia et maximis Lycurgi et Eurydices lamentis celebrantur; 1—248. Decretis ab Adrasto præmiis victoribus, ludi incipiunt, ad quos ingens multitudo ex omnibus Græciæ partibus concurrerat; 249—294. Primæ currunt quadrigæ: Amphiaraus prior metam ope et patrocinio Apollinis circumflectit, et palmam fert; 295—549. Finito curruum certamine, stadium ingrediuntur cursores, inter quos eminent Idas, et Parthenopæus, qui præcipue fama matris Atalantæ, propriaque venustate omnium oculos in se convertit; 550—592. Idas, arreptis pone Parthenopæi capillis, illum jam fere victorem antecedit: quo dolo indignati Arcades jus sui regis armis defendere minantur; 593—620. Rem componit Adrastus, et jubet Idam et Parthenopæum diversa via currere; 621—630. Repetito cursu Parthenopæus facile vincit; 631—645. Proposito postea disci jactu, Pterelas jussu Adrasti gravem admodum attulit, et multi ad certandum se offerunt; sed quum Hippomedon alium multo ac longe graviorem in medium projecisset, attoniti omnes procul absistunt, exceptis Phlegya et Menestheo, quos pudor et gloria parentum retinent; 646—667. Primus incipit Phlegyas, et ad ostendendas vires, discum tanta vi rotavit in sublime, ut recidens alte in terram immer-

geretur: sed quum gloriabundus illum in latus jacere vellet, et immane spatium animo metiretur, fortuna, cui dulce est spes immodicas infringere, eum destituente, discus ipsi e manibus elabitur; 668—696. Hinc timidior subit Menestheus, et, invocato Mercurio, felicissimo jactu partem maximam circi transmittit; 697—703. Tertius Hippomedon arreptum discum eo robore contorquet, ut non solum signum Menesthei longe transgrederetur, verum etiam totum circum casu disci concuteret ac tremefaceret; 704—728. Propositis cæstibus, Capaneus offert se, terretque omnes suis viribus et corporis proceritate; 729—738. Tandem Alcidamas Spartanus prosilit; 739—746. Illum contemnit Capaneus ut imparem, mox admittit: Alcidamas, ut erat hujusce artis peritissimus, paullatim vires suas dispensat, animumque differt: contra, ut Capaneus nulla arte, ruit, et tantum feriendi avidus, duos ictus ab Alcidamante recipit; unde in furorem versus, parabat se ad caput adversario infringendum, nisi Tydeus et Hippomedon, Adrasti jussu, accurrissent, præmioque illi oblato, et sanguinem ac mortem commilitonis deprecantes, Spartanum ab ejus manibus eripuissent; 747—825. Postea citantur Athletæ. Agylleus Herculis filius et Tydeus certamen suscipiunt; 826—833. Procerrimus erat Agylleus, Tydeus vero exiguo corpore, sed summis viribus; 834—846. Hic apprehensum per medium corpus Agylleum ac suspensum humi affligit, et sic victoriam consequitur; 847—910. Erant et qui volebant ferro concurrere, jamque Polynices et Agreus Epidaurius enses dimicaturi strinxerant; sed prohibuit Adrastus, ejusque jussu Polynices Thebarum victor præconis voce proclamatur; 911—923. Adrastus ipse rogatus, ut aliquo virtutis suæ specimine ludos dignaretur, et supremum hunc tumulo Archemori honorem adderet, sagittam contorsit in ornum multum distantem; 824—833. Sagitta ab orno repercussa eodem, quo fuerat emissa, impetu, prope ipsum cadit; 834—941. Hoc portendebat Adrastum solum e bello reversurum; 942—946.

NUNTIA multivago Danaas perlabitur urbes
Fama gradu, sancire novo sollemnia busto
Inachidas, ludumque super, quo Martia bellis
Præsudare paret, seseque accendere virtus.
Graium ex more decus: primus Pisæa per arva
Hunc pius Alcides Pelopi certavit honorem,
Pulvereumque fera crinem detersit oliva.

1. *Nuntia m. Danaas p. u. Danaum* in quibusdam scriptis. — *Danaas.* Argivas Græcasve, a Danao qui Argis per quinquaginta annos regnavit.

2. *Novo busto.* Archemori scilicet.

3, 4. *Inachidas.* Argivos. — *Ludumque.* Intelligit Ludos Nemeæos in honorem Archemori institutos ab Argivis ad expeditionem Thebanam euntibus. — *Quo Martia bellis Præsudare paret, seseque accendere virtus.* Hæc enim certamina ad excitandam animi corporisque virtutem efficacissima erant, ut ait Velleius. Rationem affert Plutarchus Sympos. lib. II, cap. 2. Consule P. Fabrum in Agonistico.

5, 6. *Graium e. m. d. p. Pisæa per arva. Piseia per arva* optimæ Barthii membranæ; *Pisea* nonnulli codd. et edd. vett. — *Graium ex more decus.* Primi enim Græci fuerunt, qui funera illustrium virorum celebraverint hisce ludis, et certaminibus, ut videre est apud Homerum: et Latini, seu Romani ab iis acceperunt. Adi Excursum ad calcem hujus libri. Ed. — *Primus Pisæa per arva Hunc pius Alcides Pelopi certavit honorem.* Idem scribit Hyginus fabula 273, et Solinus Polyhist. cap. 2. Herculem scilicet instituisse ludos Olympicos in honorem Pelopis avi materni, quod et testatur Pythia ipsa his versibus, quos Phlegon Trallianus, qui libellum de Olympiis Græce conscripsit, refert. Vide P. Fabrum Agonist. lib. I, cap. 16. Unde canit Ausonius Eclog. de Agonibus, v. 1: « Tantalidæ Pelopi mœstum dicat Elis honorem. » Auctores tamen alii scribunt Herculem Jovi hos ludos consecrasse. Hinc *pius* Hercules dicitur, quia hos ludos dicaverat Pelopi avo materno. — *Pisæa per arva.* Hi enim ludi apud Olympiam, prope Pisas in Elide, edebantur. — *Certavit.* Hyginus etiam loco supra citato, ac Velleius lib. I, 8, Herculem certasse referunt in his ludis, et fuisse victorem in omni genere certaminum. Pausanias tamen hunc tantum vicisse lucta et pancratio scribit. — *Hunc pius Alcides,* etc. Vide Excursum ad calc. huj. lib. Ed.

7. *Fera crinem detersit oliva.* Lang. Laur. et plerique, *detersit oliva*; et sic etiam Lactantius; Aldd

Proxima vipereo celebravit libera nexu
Phocis Apollineæ bellum puerile pharetræ.
Mox circum tristes servata Palæmonis aras
Nigra superstitio, quoties animosa resumit
Leucothoe gemitus, et amica ad litora festa

Colin. Plant. et nonnulli, *detorsit oliva;* Behot. 1, *detexit;* sed posteriores literæ ductæ erant in litura, non dissimili tamen manu; Behot. 2, *detersit*, et pro v. l. *detorsit.* — *Fera oliva.* Oleastro. Rationem affert Diodorus Siculus Bib. lib. IV, cur Hercules præmium victori solam coronam voluerit esse: suo scilicet exemplo, atque imitatione, ut ad virtutem sola spe gloriæ omnes excitaret, propterea quod et ipse genus humanum gratis, nullaque accepta mercede, summis affecisset beneficiis.

8, 9. *Prox. vipereo celebravit l. nexu*, etc. Put. *celebratur.* — *Proxima viper.* Intelligit ludos Pythios institutos primum a Diomede, ut refert Pausanias, in honorem Apollinis, quum effugisset tempestatem, quæ Græcis ab Ilio revertentibus immissa est. Hi autem præcipue celebrabantur Delphis in Phocide in memoriam certaminis Apollinis cum Pythone serpente, qui hanc regionem infestabat, et prolixus Hymnus in Apollinem canebatur certis modis, in quo tota series certaminis continebatur, ut scribit Strab. lib. IX. — *Apollineæ bellum puerile pharetræ.* Quia Apollo sagittis confixit Pythonem, et hoc certamen confecit adolescens admodum.

10, 11. *Mox circum tristes servata Palæmonis aras Nigra superstitio*, etc. Innuit ludos Isthmicos dicatos honori Palæmonis, seu Melicertæ, a Sisypho Corinthiorum rege. Plinius tamen et Pindarus hos consecratos fuisse Neptuno scribunt. Et Plutarchus in Theseo refert illum fuisse primum, qui hos ludos instituit in Isthmo in honorem patris Neptuni, ad imitationem Herculis, qui ludos Olympicos in honorem Jovis patris instituerat: quod enim noctu fiebat Melicertæ seu Palæmoni, præ se tulisse potius speciem quorumdam mysteriorum ac sacrorum, quam spectaculi et conventus publici. Vocat autem *nigram superstitionem* cærimonias quæ fiebant in funere Palæmonis. — *Tristes aras.* Ara enim Melicertæ erecta erat, eo loco quo corpus ejus a Sisypho inventum fuerat, eodemque in loco ludi Isthmici celebrabantur. Vide Pausaniam Corinthiacis. Confer etiam notata ad Claudian. VIII, de IV Cons. Honorii, v. 465; nost. edit. tom. I, pag. 302. En. — *Tristes.* Hæc enim sacra fiebant in honorem mortui et cum magno ejulatu. — *Nigra superstitio.* Quia atra seu lugubri veste induti hæc sacra Melicertæ peragebant.

12. *Leucothoe gemitus. Leucothea* unus Behot. *Leucothoa* Put. — Reg. B, *Leucothea* habet; Reg. C, *Leucotea.* En. — *Leucothoe gemitus.* Illi enim qui hæc sacra Melicertæ celebrabant, imitabantur gemitus et ejulatus Leucothoes seu Inus, ubi corpus mortuum filii io-

Tempestate venit: planctu conclamat uterque
Isthmos; Echioniæ responsant flebile Thebæ.
Et nunc eximii regum, quibus Argos alumnis
Connexum cælo, quorumque ingentia tellus
Aonis et Tyriæ suspirant nomina matres,
Concurrunt, nudasque movent in prælia vires.

ventum fuit. Vide Theb. I, 13, et 14; hujusce tomi, pagin. 8. Ed. — *Amica ad litora*. Isthmi scilicet, in quo hi ludi seu hæc sacra fiebant. — *Festa Tempestate*. Id est, tempore quo hi ludi sacri celebrabantur. — *Uterque isthmos;* duo isthmi litora conclamant.

14. *Isthmos, Echioniæ. Æchioniæ* unus Behot. — *Isthmos*. Vide Theb. I, 120; et ibi notata, hujusce tom. pagin. 30 et 31. Ed. — *Echioniæ Thebæ*. Thebæ *Echioniæ* dictæ ab Echione uno e Spartis, qui cum Cadmo Thebas condidit. Cæterum hos quatuor ludos, eorumque præmia, et quibus dicati erant, comprehendit Archias Poeta hoc Epigrammate, quod in Anthologia refertur: *Τέσσαρές εἰσιν ἀγῶνες ἀν' Ἑλλάδα τέσσαρες ἱροί· Οἱ δύο μὲν θνητῶν, οἱ δύο δ' ἀθανάτων· Ζηνὸς, Λητοΐδου, Παλαίμονος, Ἀρχεμόροιο. Ἆθλα δὲ τῶν, κότινος, μῆλα, σέλινα, πίτυς.* « Sacra per Argivas certamina quatuor urbes Sunt: duo facta viris, cælitibusque duo: Et Jovis, et Phœbi, Melicertæque, Archemorique: Præmia sunt: pinus, poma, apium, atque olea. » Qui in uno ex illis certaminibus vicerant, *Hieronicæ* dicebantur; qui vero in quatuor, *Periodi victores*.

15. *Quibus Argos alumnis Connexum cælo*. Reges enim et principes Argivi a Diis originem trahebant; hinc dicitur *Argos connexum cælo* per *alumnos* seu cives suos. — Omnino quo quis natus et educatus est, ejus loci *alumnus* vocatur. Claudian. XXI, de Laudib. Stilich. lib. I, 159: « hic miles alumnus Oceani. » Ad quem vide notata; nost. edit. tom. I, pag. 631. Ed.

16. *Connexum cælo. Contextum cælo* Dan. — *Connexum cælo*. Genus, id est, qui originem ducunt, propter illam opinionem, quia dicuntur Dii terrenis feminis mixti liberos procreasse. Disputatio est, quæ dicit bonorum hominum animas ac virorum fortium a Diis sumsisse principium. Lactant. — *Tellus Aonis*. Bœotis, ab Aonibus populis.

17. *A. et Tyriæ suspirant*, etc. *Tyriæ suspirent* unus Behot. Pro *matres* duo Parth. exhibent, *Thebæ*. — *Tyriæ suspirant nomina matres*. Thebanas significat, a Cadmo Tyrio conditore vel quia Thebani Tyriorum coloni; suspirant autem nomina, quia virtute Græcorum orbabantur, maritis amissis aut liberis. Lactant.

18. *Nudasque movent in prælia vires*. Nic. Heinsius in Advers. lib. IV, cap. 4, p. 587, legit: *nudasque movent in pulvere vires*. — *Nudas*. Infra vocat *inermes*, seu sine ferro, vel *nudas*, quia nudi certabant.

Ceu primum ausuræ trans alta ignota biremes,
Seu Tyrrhenam hiemem, seu stagna Ægæa lacessunt,
Tranquillo prius arma lacu, clavumque, levesque
Explorant remos, atque ipsa pericula discunt:
At quum experta cohors, tum pontum irrumpere fretæ
Longius, ereptasque oculis non quærere terras.
Clara laboriferos cælo Tithonia currus
Extulerat, vigilesque Deæ pallentis habenas

19. *Ceu p. a. t. a. ignota biremes.* Barthius: *biremis.* — *Ceu primum ausuræ*, etc. Hanc comparationem imitatus est Claudianus, XXXII, Præfatione in lib. I, 1 et saqq. de Raptu Proserpinæ: « Inventa secuit qui primus nave profundum, Et rudibus remis sollicitavit aquas; Qui dubiis ausus committere flatibus alnum, Quas natura negat, præbuit arte vias. Tranquillis primum trepidus se credidit undis, Litora securo tramite summa legens; Mox longos tentare sinus, et linquere terras, Et leni cœpit pandere vela noto: Ast ubi paullatim præceps audacia crevit, Cordaque languentem dedidicere metum; Jam vagus exsultat pelago, cælumque secutus, Ægæas hiemes, Ioniumque domat. »

20. *Seu Tyrrhenam hiemem, s. s. Ægæa lacessunt. Ægæa lacessant* Behott. 1, 2. — Hanc lectionem Reg. B habet, nostram Reg. C exhibet. A. — *Tyrrhenam hiemem.* Id est, Tuscum, seu Inferum mare ad discrimen Superi maris seu Adriatici. — *Tyrrhenam.* A Tyrrhenis Lydiæ populis, qui hanc oram Italiæ tenuerunt. Plinius vocat hoc mare *Liburnicum*. Dicit *hiemem*, quod hoc mare crebris tempestatibus obnoxium sit: *hiems* enim sicut et Græcis χείμων tempus anni et procellam etiam significat. — *Stagna Ægæa.* Ægæum Mare.

22. *Explorant remos. Explorant ramos* Dan. male.

23. *Tum pontum irrumpere fretæ.* Uterque Behot. *tunc pontum.* Dan. Put. Lang. Buslid. Lipsian. et edd. vett. *freta;* duo Barthiani, *ferta;* optimus ejusdem *ferat;* unde Barth. *fervet;* Behott. 1, 2, Amstel. Gronov. Barthian. Veen. et Delph. *fretæ.*

25. *Tithonia.* Aurora, sic dicta a Tithono marito. Nicolaus Heinsius in notis in Ovidii Fast. IV, 941, ubi etiam Aurora *Tithonia* vocatur, sic πατρωνυμικῶς haud recte dici non opinatur, censetque hic et apud Statium, et Valerium Flaccum, aliosque, *Titania* reponendum: fuit enim Hyperionis Titanum unius filia, soror Phœbi, et Lunæ: hinc et Luna pari modo *Titania* est dicta.

26. *Vigilesque D. pall. habenas.* Reg. B, *vigilesque D. pall. havenas* habet; Reg. C nostr. lect. Ed. — *Vigilesque Deæ pallentis habenas.* Currum Auroræ tribuunt poetæ. — *Vigiles.* Quia ortus diei expergefacit animalia. — *Deæ pall.* Quia ortus diei albescit, vocat Auroram Deam pallentem. Theb. II, 334: « Auroræ pallore. »

Et nox, et cornu fugiebat Somnus inani.
Jam plangore viæ, gemitu jam regia mugit
Flebilis : acceptos longe nemora avia frangunt,
Multiplicantque sonos : sedet ipse exutus honoro
Vittarum nexu genitor, squalentiaque ora
Sparsus, et incultam ferali pulvere barbam.
Asperior contra, planctusque egressa viriles
Exemplo famulas premit, hortaturque volentes
Orba parens, lacerasque super procumbere nati
Relliquias ardet, totiesque avulsa refertur.

27. *Et n. et cornu fugiebat Somnus inani.* Somnus hic, Deus somni. — *Inani cornu* idcirco dixit, quia illud noctis tempore totum diffoderat, quod idem Poeta superios manifestius asseruit, dicens, *cornu perfuderat omni* : nam sic a pictoribus similatur, ut liquidum somnium ex cornu super dormientes videatur effundere. Ennius : « quum sese *exsiccat* somno Romana juventus. »

28. *Jam plangore viæ.* Hic incipit describere Poeta pompam funeris Archemori.

29. *Acceptos longe nemora avia frangunt.* Sic Claudian. XVII, de Fl. Mallii Theod. Cons. vers. 108 : « quo fracta tonitrua vento. » De hoc verbo *frangere* adi notata ad hunc locum Claud. nost. edit. tom. I, pagin. 456. Ed.

30. *Sedet ipse exutus honore.* « Errant libri veteres, qui in duas dirimunt hanc vocem, *sedet.* » Barth. In utroque Behot. primum scriptum fuerat *honore*, unde factum *honoro.* — Reg. B, *honoro* præbet; Reg. C nost. lectionem. A. — *Ipse.* Lycurgus Archemori pater. — *Exutus honoro Vittarum nexu.* Ex more quo vittæ deponebantur in luctu. Noster Theb. XI, 459 et seq. « Non habitu quo nota prius, non ore sereno, Sed vittis exuta comam. » Et Silv. II, 1, 26, Epicedio in Glauciam : « Et nunc heu vittis et frontis honore soluto Infaustus vates. » De hoc more vide notata ad Epitom. Iliad. Homeri, v. 849. « Comptos in pulvere crines Deformat. » Poet. Lat. Minor. tom. III, pag. 587. Ed. — *Vittarum.* Quia Lycurgus sacerdos erat Jovis, ut vidimus lib. præcedent.

31. *Squalentiaque ora,* etc. Cinere et pulvere crines et barbam conspergi in luctu notissimum esse, tam ex Scriptoribus sacris, quam profanis jam observavimus. Vide notata ad vs. 50, lib. III hujus tom. pagin. 279 et 280. Ed.

33. *Asperior contra,* etc. Molliores enim in calamitate mulierum animi.

34. *Exemplo famulas premit, hortaturque volentes Orba parens.* Eurydice. Luc. Phars. II, 23 et seq. « Mater crine soluto Exigit ad sævos famularum brachia planctus. »

35, 36. *O. p. lacerasque s. procumbere nati, Relliquias a. toties-*

Arcet et ipse pater. Mox ut mærentia dignis
Vultibus Inachii penetrarunt limina reges,
Ceu nova tunc clades, et primo saucius infans
Vulnere, letalisve irrumperet atria serpens,
Sic alium ex alio, quanquam lassata, fragorem
Pectora congeminant, integratoque resultant
Accensæ clamore fores : sensere Pelasgi
Invidiam, et lacrimis excusant crimen obortis.

*que avulsa refertur*. Veterrimus codex Nic. Heinsii: *prorumpere nati*. Vide Advers. lib. IV, c. 4, p. 587. *Eurydice, lacerasque superprocumbere* unus Barthianus. Optimus Barthianus : *totiesque revulsa refertur;* quod ille verissimum putat. — Reg. B, *lacerasque s. prorumpere nati* exhibet; Reg. C nost. lection. Ed. — *Orba parens, lacerasque*, etc. Sic sæpe de iis qui super cadavera vel relliquias illorum quos in vita dilexerant, procumbentes, moriebantur, ut de Indis feminis Propertius, lib. III, Eleg. 13, 21 et seq. « Ardent victrices, et flammæ pectora præbent, imponuntque suis ora perusta viris. » Ita de Thisbe super exanimem Pyramum procumbente, Ovid. Met. IV, 138 et seqq. Vide quoque Poet. Latin. Minor. Eleg. de Mævio, v. 18; nost. edit. tom. II, pag. 262; ad quem versum illustrandum adductus est Nostri locus. Ed.

37. *Arcet et ipse pater*. Pensanda est in matre vis doloris, quum et pater ipse prohibeat luctum. — *Dignis*. Id est, qui decerent reges, neque elatis nimium, neque depressis, sed majestate plenis. Petrabedus. — Sed *dignis* hic pro aptis tempori, id est, lacrimantibus, seu tristibus, potius interpretandum est, ut fecit Lactantius. — *Mox ut mærentia dignis*, Compara Virgil. Æneid. XI, 36 et seqq. « Ut vero Æneas foribus sese intulit altis, Ingentem gemitum tunsis ad sidera tollunt pectoribus, etc. » et ibi consule Heynium; nost. edit. tom. IV, pag. 203 et 204. Ed.

38. *Inachii penetrarunt limina reges*. Lactantius aliique glossographi : *limina regis*. — *Inachii reges*. Argivi duces.

39. *Ceu nova tunc clades*. Naturale enim est, ut lamenta planctusque renoventur, quum advenit aliquis notus, vel quem suspicamur causam etsi innocentem nostræ calamitatis. — *Infans*. Archemorus.

41. *Fragorem Pectora congeminant*. Tundebant enim sibi pectus in luctu.

42. *Integratoque resultant*; etc. De novo repetito, jam enim lassi conticuerant aliquatenus, nunc de integro se jactant. Barth.

43. *Sensere Pelasgi*. Id est, agnovere Argivi lamentationis argumento sibi imputari causam mortis Archemori.

44. *Et lacrimis excusant crimen obortis*. Aldd. Colin. et Basil. *crimen abortis;* quod retinent Lang, Laur. et Lipsian. « Levicula hæc emendatio : *crimen obortis*, a Busli-

Ipse, datum quoties, intercisoque tumultu
Conticuit stupefacta domus, solatur Adrastus
Alloquiis genitorem ultro: « nunc fata recensens
Resque hominum duras, et inexorabile pensum;
Nunc aliam prolem, mansuraque numine dextro
Pignora: » nondum orsis modus, et lamenta redibant.
Ille quoque affatus non mollius audit amicos,
Quam trucis Ionii rabies clamantia ponto
Vota virum, aut tenues curant vaga fulmina nimbos.
Tristibus interea ramis, teneraque cupresso

diano codice est, sed quæ ad sententiæ lucem facit. » BERN. Hoc testantur Dan. Put. Taurin. et retinent Plant. Gevart. Grasser. Lindenbrog. Cruc. Amstel. Gronov. Barthian. — *Et lacrimis excusant.* Flendo ostendunt interitum Archemori non sua culpa, sed fatorum ordine provenisse.

45. *Intercisoque tumultu.* Inter lugendum enim quiescebant, seu pausam faciebant, post renovabant planctum.

47. *Genitorem ultro.* Elisio, et vox *ultro* energiam quamdam habent, non agnoscendam nisi poeticis auribus. Ut apud Virgil. Æn. XI, 286 et seq. « ultro inachias venisset ad urbes Dardanus et versis lugeret Græcia fatis; » Æneid. X, 278: « ultro animos tollit dictis, atque increpat ultro. » Et alibi sæpius.

48. *Pensum.* Pro statutis fatorum, quæ immutabilia sunt. Et supplendum est, *Parcarum*, quæ et *duræ* et *inexorabiles* dicuntur.

49. *Mansuraque.* Supple, illi futura, seu victura.

50. *Nondum orsis modus.* Id est, nondum orsa finierat Adrastus.

51. *Ille.* Lycurgus scilicet. Cæterum hic versus duoque sequentes desunt in MS. Puteani, et merito damnandi. Quid enim significat: *aut tenues curant vaga fulmina nimbos?* GUYETUS.

52. *Trucis Ionii.* Maris supple. — *Trucis.* Ob procellas.

53. *Vota virum, aut tenues curant vaga fulmina nimbos.* — *Ac tenues.* Sic optimus aliique omnes libri nostri. Vulgo *aut.* Veritatem τοῦ *fulmina* facile arguit τὸ *tenues.* Et stulte *flumina nimbis* opponantur. Ex Lindenbrogianis nonnemo liber totos hos tres vers. omittit, a quo nostri merito dissentiunt. Ut enim *genitorem* speciatim supra dixit, sic congrue hic ejus mentionem reponit. BARTH.

54. *Tristibus ramis.* Piceæ, taxi, et similium, qui funeribus adhibiti; unde *tristibus.* — Virgil. Æneid. XI, 64 et seq. « Haud segnes alii crates et molle pheretrum Arbuteis texunt virgis et vimine querno, Extructosque toros obtentu frondis inumbrant. » — *Teneraque cupresso.* Cupressus in funeribus usus, ut omnibus notum est, quia ut cupressus cæsa non revirescit, sic

Damnatus flammæ torus, et puerile pheretrum
Texitur. Ima virent agresti stramina cultu.
Proxima gramineis operosior area sertis,
Et picturatus morituris floribus agger.
Tertius assurgens Arabum strue tollitur ordo
Eoas complexus opes, incanaque glebis
Thura, et ab antiquo durantia cinnama Belo.
Summa crepant auro, Tyrioque attollitur ostro
Molle supercilium: teretes hoc undique gemmæ

mortui ad vitam minime redeunt.

55. *Damnatus flammæ torus.* Confer Sil. Italic. Punic. X, 560 et ad hunc locum notata; nost. ed. t. I, pagin. 632.

57. *Operosior area sertis.* Reg. B, *operosior æra sertis* habet; Reg. C nostram lectionem. Ed. — *Area.* Locus ipsius rogi *area* dicitur.

58. *Morituris f. agger.* Nonnulli codd. Lindenbrogii pro *agger* exhibent *ager*.

59. *Arabum strue.* Id est, aromatibus quæ fert Arabia, præcipue thure et myrrha, quibus Arabia nobilis: quæ et ipsa tamen peregrinos myrrhæ odores, ut Plin. Hist. Nat. XII, cap. 17, testatur, ab exteris petit: tanta mortalibus suarum rerum satietas est, alienarumque aviditas.

60. *Eoas complexus opes.* Forte costum intelligit, quod injiciebatur rogis. Vel intelligit omnia aromata, ac pretiosa unguenta, quæ ex Oriente advehebantur. — *Incana.* Non longa ætate corrupta. Lactant.

61. *Thura, et ab ant. durantia cinnama Belo.* Scriptores odorem diu servare memorant. Lucan. Pharsal. X, 165 et seqq. Vide Exc. Ed.

62. *Summa crepant auro. Crepant*, id est, sonant. Auri enim textilis sonus talis est. Aut illud quod in flexuosas laminas cæsum est, Virgil. Æneid. VI, 209: « sic leni crepitabat bractea vento. — *Tyrioque attollitur ostro Molle supercilium.* Tangit morem involvendi mortuos in pretiosis ac purpureis vestibus: quin et mortuis injectæ purpureæ vestes. Cujus moris rationem affert Servius: « Quoniam, inquit, sumtuosum erat et crudele victimas, vel homines interficere, sanguinei coloris cœpta est vestis mortuis injici. » Virgilius Æneid. VI, 220 et seqq. « Fit gemitus, tum membra toro defleta reponunt, Purpureasque supra vestes, velamina nota, Conjiciunt. » Noster, Silv. V, 1, 215, Pietate Abascantii: « altis Ipsa toris Serum Tyrioque umbrata recumbit Tegmine. » De ostro vero seu purpura vide Theb. I, 517, et ibi notata, hujusce tom. pagin. 92, et ampliora legere si velis, adi Excursum, ad calcem ejusdem libri, huj. tom. pag. 145 et seq. Ed. De usu purpuræ in funeribus vide Alexandrum lib. III, cap. 7.

63. *Teretes hoc undique gemmæ.* Nonnulli codd. cum Aldd. Colin.

Irradiant: medio Linus intertextus acantho,
Letiferique canes: opus admirabile semper
Oderat, atque oculos flectebat ab omine mater.
Arma etiam, et veterum exuvias circumdat avorum
Gloria mixta malis, afflictæque ambitus aulæ,
Ceu grande exsequiis onus, atque immensa ferantur
Membra toro: sed cassa tamen sterilisque dolentes

Plaut. Gevart. Lindenbr. et Cruc. *teretesque hinc;* Lang. Behott. 1, 2, duo Barthiani, Buslid. Lipsian. et Dan. *teretesque hoc;* Put. *teretesque huc;* Amstel. Gron. Barth. et Delph. *teretes hoc.*

64. *Irradiant. Irradiat* optimus Barthianus; quam lectionem tuetur etiam Lactantius. — *Medio Linus.* Hanc historiam in primo libro, Adrasto narrante, cognovimus, Linum filium Apollinis et Psamates, Crotopi filiæ, expositum a matre, a canibus fuisse discerptum: hæc ergo fabula quum arte esset intertexta, odiosa erat matri, quia miserationem parvuli commovebat; pari enim modo etiam Archemori mors videbatur illata. LACTANT. — *Acantho.* Quod scribunt auctores de acantho, omnino convenit herbæ *Brancha Ursina* vocatæ, quod referat pedes ursi, ut eam ipsam esse, nihil amplius dubitandum sit. Dioscorides etiam *herpacantham* appellari ait lib. III, cap. 17. Habet folia multo quam lactuca latiora, longioraque, erucæ modo incisuris distincta. Vide Plinium Hist. Nat. XXII, c. 22, et Vitruvium lib. IV, ubi refert Callimachum quemdam ex acantho tegula tecto excogitasse ordinem in architectura quem vocavit *Corinthium.*

66. *Atque oculos flectebat ab omine mater.* Quasi sibi animo præsagiente filium Archemorum eadem ætate, ac fere simili fato, periturum. — *Mater.* Eurydice.

67. *Arma etiam, et veterum,* etc. Unus Behot. *etiam veterum,* omisso τῷ *et.* « Ab hoc versu usque ad vs. 85, in nonnullis codd. non comparere testis esto Behottius. Absunt ab uno meo; nam alterum non vacavit consulere; sunt tamen Papiniani. » HEINS. Vide Syllog. Epist. tom. IV, p. 544. Deerant etiam Puteano Lindenbrogii. — *Arma etiam,* etc. Mos erat etiam decorandi rogos illustrium virorum armis, et similibus belli instrumentis, ut videbimus Theb. XII, in funere Menœcei. Cæterum hunc versum, sequentesque sexdecim, in vet. MS. Puteani desiderari ait Guyetus. — *Exuvias.* Exuviæ hic vel pro vestibus avorum sumi possunt, vel pro exuviis quas ex hostibus retulerunt.

68. *Gloria mixta malis. Gratia mixta* Dan. *Gloria mista* unus Behot. — *Gloria mixta.* Quoniam majorum ornamenta funeri adhibebantur. LACTANT.

69. *Atque imm ensa fert* Reg. B; *Adque immensa,* etc. exhibet, Reg. C nostram lectionem. A.

70. *Membra toro,* etc. *Membra rogo* codd. Lindenbrogii, Aldd. Colin. Plaut. Cruc. et Gevart. *Mem-*

Fama juvat, parvique augescunt munere manes.
Inde ingens lacrimis honor, et miseranda voluptas,
Muneraque in cineres annis graviora feruntur.
Namque illi et pharetras, brevioraque tela dicarat
Festinus voti pater, insontesque sagittas.
Jam tunc et nota stabulis de gente probatos
In nomen pascebat equos, cinctusque sonantes,
Armaque majores exspectatura lacertos.
Spes avidæ! quas non in nomen credula vestes

*bra toro* Laur. Buslid. Lipsian. Behott. 1, 2, Gronuv. Barth. et plerique Delph. *sic causa* Barth. — Reg. B, *Membra rogo;* Reg. C, *Membra thoro* exhibent. Ed. — *Membra toro*. Virgilius, loco modo cit., « Tum membra toro defleta reponunt. » Ovid. Met. IX, 502: « toroque Mortua componar. » — *Sed cassa tamen sterilisque dolentes Fama juvat*. Quasi solatio parentibus foret, quod fama undequaque dispergeretur, funus Archemori magnifico, ac potius regio, apparatu sumtuque celebrari.

71. *Parvique augescunt munere manes*. Nonnulli codd. et edd. vett. *augentur*. Dan. Put. Laug. Buslid. Colin. Gevart. Lindenbrug. et plerique *funere* pro *munere*. — Reg. B, *augescunt funere manes;* Reg. C, *augentur* mun. *man*. exhibent. Ed. — *Parvique augescunt munere manes*. Quasi manes grandiores forent injectis rogo tot armis exuviisque. — Conf. Claudian. VII, de III Cons. Honorii, v. 4; nost. edit. tom. I, pag. 229. Ed.

72. *Et miseranda voluptas*. Quasi tam magnifico apparatu, ac regia pompa funeris, suam orbitatem solarentur miseri parentes. — Claudian. V, in Rufinum, lib. II, 363: « metuenda voluptas. » Ad quem vide not. nost. ed. t. I, p. 210. Ed.

73. *Muneraque in cineres*. Moris etiam erat injicere in rogum diversa dona, et res quæ ad defunctum pertinuerant, aut quas cariores habuerat. — *Annis graviora*. Nondum ætati apta, et quæ ætatem tam teneram non decerent.

74. *Namque.... pharetras*. Behott. 1, 2, *phaleras;* sed in Behot. 2, correctum novissime *pharetras*.

75. *Festinus voti*. Id est, votis antecedens ætatem filii.

77. *In nomen*. Archemori, seu Opheltæ ad usum. — *Cinctusque sonantes*. Balteus militares aureis bullis distinctos, unde *sonantes*. Vide Exc. ad calc. huj. lib. Ed.

79. *Spes avidæ! quas* non. Si τὸ *spes* accipiamus plurative, nihil est cui conjungatur τὸ *credula*. Inveni in optimo codice adscriptum scholion: « Quia mater non credit filium pertingere ad ætatem affectam. » Sed quemadmodum intellectu poterimus huc inserere, *mater?* Immo, et quæ præcedunt quinque versibus, et quæ sequuntur quatuor, patris solius mentionem faciunt. Scribe: *Spes avidi, quas non*,

Urgebat studio? cultusque insignia regni
Purpureos, sceptrumque minus? cuncta ignibus atris
Damnat atrox, suaque ipse parens gestamina ferri,
Si damnis rabidum queat exsaturare dolorem.
  Parte alia gnari monitis exercitus instat
Auguris, aeriam truncis nemorumque ruina
Montis onus cumulare pyram; quæ crimina cæsi
Anguis, et infausti cremet atra piacula belli.
His labor accisam Nemeen, umbrosaque Tempe

*in nomen credula, vestes.* Neque tam male ominatam rem, quam fingit Scholiastes, patri festinationis causam fuisse putandum; sed quia bonorum parentum vota sunt avida. — *In nomen credula* eo respicit, quod vocabulum filii non ab incipiendis belli Thebani malis, sed a superandis fatis, quibus quasi dominaretur (Ἀρχὴ, μορος), dictum sibi finxit, et persuasit. Gronov. Sed malim cum Barthio; « quas non mater male eredula vestes urgebat studio? » Ed. — Peyraredus corrigit, *avido*, et conjungit cum *studio* sequentis versus. Cæterum hunc versum et quatuor sequentes omnino damnat et expungit Guyetus. — Hos quinque versus in Reg. B desunt, quos Reg. C exhibet. Ed.

80. *Cultusque insignia regni Purpureos.* Purpura solis regibus concessa, unde regum filii posterioribus sæculis *Porphyrogeniti* dicti. Cf. Virgil. Æneid. I, 653, et vide not. nost. edit. tom. II, p. 152. Ed.

81. *Cuncta ignibus atris*, etc. In eodem Barthii eodice: *cuncta ignibus et se Manat.*

82. *Suaque ipse parens gestamina ferri.* In uno Behot. in gloss. *ipse jubet;* quod alter Behot. habet in textu, sed in gloss. *ipse parens.* — *Suaque gestamina ferri.* Seeptrum ferreum intelligit.

83. *Si damnis rabidum queat*, etc. *An damnis* conj. Barthius. *Si damnis rapidum* unus Behot. — *Si damnis rabidum queat exsaturare dolorem.* Quasi plus perderet, plus solatii accipere deberet. Sic Silv. II, 1, 162 et seqq. Epicedio Glanciæ: « Cupit omnia ferre Prodigus, et totos Melior succendere census, Desertas exosus opes. »

85. *Auguris.* Amphiarai.

86. *Quæ erimina cæsi Anguis et infausti*, etc. Pater filio pyram struxerat, sed monitis Amphiarai altera pyra structa est serpenti, quia Jovi Inachio, ut superiori libro vidimus, sacra erat. Ad avertendam igitur pœnam hujusce cædis, opus erat, ut *noxa*, quam occiso sacro angue eontraxerant, expiarentur, idque certis victimi satri velleris, quæ *piacula* dicuntur, crematis, ut colligitur ex Apollonii Rhodii lib. IV. Et infra 220 et seq. « Semianimes alter peendes spirantiaque ignis Aeeipit armenta. »

87. *Infausti belli.* Quale futurum videbatur non procuratis piaculis.

88. *His labor accisam Nemeen.*

Præcipitare solo, lucosque ostendere Phœbo.
Sternitur extemplo veteres incidua ferro
Silva comas, largæ qua non opulentior umbræ
Argolicos inter saltusque educta Lycæos
Extulerat super astra caput: stat sacra senectæ
Numine, nec solos hominum transgressa veterno
Fertur avos, Nymphas etiam mutasse superstes,
Faunorumque greges. Aderat miserabile luco

*Abscissam Nemeen* Petav. Lang. plerique et Grasser *accisam* Dan. Behott. 1, 2, Amstel. Gron. Barth. et Delph. *abscisam* optimus Barthian.—*His labor occisam Nemeen, umbrosaque Tempe Præcipitare solo*, etc. Hi duo versus desunt in MS. Puteani. — Deficiunt in Reg. B, hos exhibet Reg. C. Ed. — *Nemeen*. Id est, silvam Nemeam. — *Tempe*. Loca amœna arboribus consita.

89. *Lucosque ostendere Phœbo.* Virgil. Georg. II, 261 : « Ante supinatas aquiloni ostendere glebas. » Ad quem locum illustrandum et Nostri versum et illum Nemes. Cyneg. 208 : « tepidoque ostendere soli; » adduxit Heynius. Vide nost. edit. tom. I, pag. 376.

90. *Sternitur extemplo veteres incidua ferro.* Uterque Behot. *extimplo.* — Reg. B, *E. v. incedua ferro;* Reg. C, *Extimplo v. incidua f.* habent. A. — *Incidua*. Melius *incædua*, ut apud Ovidium Amorum, lib. III, Eleg. 1, 1 : « Stat vetus, et multos incædua silva per annos. » Ad quem locum consule notata, nost. edit. tom. II, pag. 151. Ed. Et Fastorum, lib. II, 435 et seq. « Monte sub Esquilio multis incæduus annis Junonis magnæ nomine lucus erat. » Ubi videnda not. nost. Ovid. tom. VI, pag. 121. Ed.

92. *Lycæos*. Arcadio, a Lycæo monte Arcadiæ, supra quem erat saltus *Lycæus* dictus.

94. *Nec solos hominum transgressa veterno*, etc. *Veterno* hic pro senectute. Meus: Non solum silva illa antiquior erat genere humano; sed etiam superstes fuerat mortuis Nymphis, ac Faunorum gregibus. Credebant enim Veteres, referente Capella, Panes, Faunos, Satiros, Silvanos, Nymphas, Fatuosque, ac hujusmodi Deos post prolixum tempus mori, quinetiam præesse arboribus putabant Nymphas, earumve mortem ab interitu arborum pendere. Vide Thebaid. IX, 597. Ovidius Fastor. IV, 231 et seq. « Naida vulneribus succidit in arbore factis: Illa perit, fatum Naidos arbor erat. »

95. *Nymphas etiam mutasse superstes.* Eæ enim arborum velut animæ habebantur: ut et succus arborum *sanguis nympharum* apud Ovidium, Met. VIII, 761 et seqq. ubi annosissima quercus cæditur: « Cujus ut in trunco fecit manus impia vulnus, Haud aliter fluxit, discussa cortice, sanguis... Editus e medio sonus est quum robore talis: « Nympha sub hoc ego sum Cereri gratissima ligno, etc. » Ed.

Exscidium : fugere feræ, nidosque tepentes
Absiliunt, metus urget, aves : cadit ardua fagus ;
Chaoniumque nemus, brumæque illæsa cupressus,
Procumbunt piceæ, flammis alimenta supremis,
Ornique, iliceæque trabes, mêtuendaque succo
Taxus, et infandos belli potura cruores
Fraxinus, atque situ non expugnabile robur.

98. *Absiliunt. Adsiliunt* Putean.

99. *Ch. n. brumæque illæsa cupressus.* Behot. 1, Dan. Petav. pleriqne et Gevart. *brumaque*; Behot. 2, Put. Amstel. Gronov. Barth. et Delph. *brumæque*. — *Chaoniumque nemus.* Quercus intelligit, quæ maxime abundant in silva Dodonea Chaoniæ regionis Epiri Jovi sacra, ubi ipsæ quercus per columbas oracula reddebant. — *Brumæque illæsa cupressus.* Quia cupressus non exitur foliis hieme. Vide notata ad Ovid. Met. X, 90; nost. edit. tom. IV, pag. 161. Ed.

100. *Piceæ.* Pyræ cremandis corporibus præcipue exstruebantur ex hujusmodi arboribus ob gravitatem odoris, et quia resina pingues, ut clarius arderet rogus.

101—103. *Ornique, iliceæque trabes*, etc. « Hæc verba non nemo librorum veterum non agnoscit (*et infandos belli potura cruores*); hoc modo : *Ornique, iliceæque trabes, metuendaque succo Taxus atque situ*, etc. Nihil mutandum. » Barth. — *Metuendaque succo Taxus.* Taxus arbor abieti similis. Plin. Hist. Nat. XVI, 20 : « Similis etiamnum his (abietibus) adspectu est, ne quid prætereatur, taxus, minime virens, gracilisque et tristis, ac dira, nullo succo, ex omnibus sola baccifera. Letale quippe baccis, in Hispania præcipue, venenum inest. Vasa etiam viatoria ex ea vinis facta, mortifera fuisse compertum est. Hanc Sextius *smilacem* a Græcis vocari dixit : et esse in Arcadia tam præsentis veneni, ut qui obdormiant sub ea, cibumve capiant, moriantur. Sunt qui et *taxica* hinc appellata dicant venena, quæ nunc *toxica* dicimus, quibus sagittæ tinguntur; repertum innoxiam fieri, si in ipsam arborem clavus æreus adigatur. » Hæc Plinius. Cæsar de Bello Gallico lib. VI, c. 31 : « Taxo, cujus magna in Gallia, Germaniaque copia, se exanimavit. » Vocamus Gallice, *If.* — Vide Comment. Cæsaris, nost. edit. tom. I, p. 275. Ed. — *Metuendaque succo Taxus.* Synecdoche, qua machina hæc lignea ab Ovidio acerna et hic ilicea dicitur, eadem in equo Trojano admittitur a poetis, quem Virgilius Æneid. II, 186, *molem Roboribus textis* vocat, *equum abiegnum* Propertius lib. III, Eleg. 1, 25. Ed.

102. *Belli potura cruores Fraxinus.* Quia ex fraxino conficiuntur hastæ et lanceæ. — Ovidius, Met. X, 93 : « fraxinus utilis hastis. » Ad hunc locum illustrandum adductus est Statii versus; adi nost. edit. tom. IV, p. 162. Ed.

103. *Robur.* Species quercus durissima.

Hinc audax abies, et odoro vulnere pinus
Scinditur, acclinant intonsa cacumina terræ
Alnus amica fretis, nec inhospita vitibus ulmus.
Dat gemitum tellus : non sic eversa feruntur
Ismara, quum fracto Boreas caput extulit antro.
Non grassante Noto citius nocturna peregit
Flamma nemus : linquunt flentes dilecta locorum
Otia cana Pales, Silvanusque arbiter umbræ,
Semideumque pecus : migrantibus adgemit illis
Silva, nec amplexæ dimittunt robora Nymphæ.

104. *Audax abies.* Quia naves ex abiete conficiuntur, ideo *audax* dicitur : fuit enim ille audaci animo, et pectore ferreo, qui nullius periculi metu navigare ausus est primus.

106. *Alnus amica fretis.* Lucanus Phars. III, 441 : « et fluctibus aptior alnus. » Alnus enim fluvialis est arbor, utilis in aquis ferendis oneribus : nam sub aquis non corrumpitur, nec fructum fert, nec sementem. Vide Vitruvium lib. II; Plinium lib. XVI, et Palladium de Re Rust. lib. II, cap. 15; et Claudian. VIII, de IV Cons. Honorii, v. 422. Ed. — *Nec inhospita vitibus ulmus.* Ulmus enim amica est vitibus. De hoc loco confer quæ enarrantur ad Ovid. Met. X, 100; nost. edit. tom. IV, pag. 163. Ed.

108. *Ismara.* Ismara mons Thraciæ. — *Boreas.* Boreas ventus Septemtrionalis. — *Antro.* Supple Æolio.

109. *Non grassante Noto citius nocturna peregit.* Lang. Laur. Buslid. Lipsian. cæteri : *Non grassante*; Aldd. vero, et Colin. Gryph. et Basil. *Non crassante.* Pro *peregit* (quod exhibent Put. Bebot. 1, 2, duo Barthiani, Gronov. et Delph. et tuetur Nic. Heinsius in Advers. lib. III, cap. 9, pag. 765) Lang. Buslid. Lips. Petav. Colin. Basil. Plant. Cruc. et cæteri habent *peredit.* Idem Heinsius tamen ad Ovid. Amor. I, 15, 41, ait nihil necesse reponi ex antiquis libris *peregit.* — *Notus.* Ventus meridionalis.

111. *Pales.* Pales Dea pabuli, ut inquit Servius, quam alii Vestam, alii matrem Deum vocant. Hanc Deam Virgilius et Papinius feminino genere appellant : at Varro masculino, ut hic Pales. Huic sacra solvebantur XI, Kal. Maias die, quæ Palilia vocatur. natali Romæ. — *Cana Pales.* Dicitur *cana* forte quod a vetustissimis hominum pastoribus culta est. Vide notata ad Calpurnii Siculi Ecl. VIII, 68; Poet. Latin. Minor. nost. edit. tom. I, pag. 535. Ed. — *Silvanus.* Deus nemorum.

112. *Semideumque pecus.* Intelligit Panes, Satiros, Silvanos, et Faunos, qui pedes hircinos habebant, et frontem cornibus exasperatam.

113. *Nec amplexæ dimittunt robora Nymphæ.* Nolebant enim Nym-

Ut quum possessas avidis victoribus arces
Dux raptare dedit, vix signa audita, nec urbem
Invenias : ducunt, sternuntque, abiguntque, feruntque
Immodici : minor ille fragor, quo bella geruntur.
Jamque pari cumulo geminas, hanc tristibus Umbris,
Ast illam Superis, æquus labor auxerat aras,
Quum signum luctus cornu grave mugit adunco
Tibia, cui teneros suetum producere Manes

phæ dimittere arbores, quia, ut Veteribus persuasum erat, debebant mori succisis arboribus.

114. *Ut quum*, etc. *Sic cum* duo optimi codd. Barth.

115. *Vix signa audita*, etc. Supple sunt. Cæterum exscidium captæ vi urbis non elegantius exprimi potest: rem enim geri ante oculos crederes.

116. *Ducunt, sternuntque, abiguntque feruntque.* Unus Behot. *sternunt abiguntque.* « Meo sensu scribam, licet consentiat vulgatæ omnium veterum librorum lectio : *nec urbem Invenias, sternunt, abiguntque, ruuntque, feruntque.* Si tamen propiorem emendationem postules, scribas : *tradunt, sternuntque :* aut, violentiore voce, *cædunt;* quod transpositu literarum verisimillimum videtur. » Barth.

117. *Minor i. f. quo bella geruntur.* Dan. Put. Petav. *quo bella gerebant.* — *Minor ille fragor, quo bella geruntur.* Id est, majore clamore diripiunt urbem, quam pugnant.

118. *Pari cumulo.* Similibus pyris. Una pro Archemoro, altera pro serpente. — *Tristibus umbris.* Archemori scilicet.

119. *Ast illam Superis* Ob interfectam serpentem, quo sibi propitios illos redderent.

120. *Luctus cornu grave mugit.* Optimus codex Barthianus : *grave cornu mugit.*

121. *Tibia, cui teneros suetum producere Manes.* Apud Servium legitur : *enim teneros solitum producere.* — *Tibia.* Statius ad puerorum funera tibiam restringere videtur, quod alias non observatur, nisi apud Lactantium, qui ad hunc locum inquit : « Jubet religio, ut majoribus mortuis tuba, minoribus tibia caneretur. » Hæc ille. Nec male de tuba, ut ex Propertio, Ovidio, aliisque notum est. Suetonius tamen, Julio cap. 84, in virorum funere agnoscit tibiam : « Tibicines, et scenici artificis vestem, quam ex instrumento triumphorum ad præsentem usum induerant, detractam sibi atque discessam injecere flammæ, veteranorum militum legionarii arma sua, quibus exculti funus celebrarant. » Et Ovid. etiam, Trist. lib. V, Eleg. I, 48 : « Tibia funeribus convenit ista meis. » Verius itaque Papinium ad originem spectare, et velle apud Phryges næniam ad tibias primum cantari solitam in funere infantium, quod verum est, et hoc inventum est

Lege Phrygum mœsta. Pelopem monstrasse ferebant
Exsequiale sacrum, carmenque minoribus umbris
Utile, quo geminis Niobe consumta pharetris
Squallida bissenas Sipylon deduxerat urnas.
Portant inferias, arsuraque fercula primi
Graiorum, titulisque pios testantur honores
Gentis quisque suæ : longo post tempore surgit
Colla super juvenum, numero dux legerat omni,
Ipse fero clamore torus : cinxere Lycurgum
Lernæi proceres; genitricem mollior ambit

Phrygum, seu potius Pelopis, ut sequenti versu dicitur. Morem etiam præficarum et canendi ad tibias in funere ex Phrygia in Italiam translatum, per comites Æneæ, auctor est Varro lib. IV, de vita populi Rom. Ita Bernartius ad hunc locum. Apud Judæos tibicines etiam adhibiti in funere puellarum, ut constat ex S. Mathæi cap. 9. — *Producere*. Verbum funebre.

122. *Lege Phrygum mæsta*. Erat enim in musicis modus qui dicebatur Phrygius.

124. *Geminis pharetris*. Apollinis scilicet, et Dianæ. — *Niobe*. Vide quæ diximus ad Thebaid. III, 192, huj. tom. pag. 294.

125. *Bissenas Sipylon*. *Sypilon* Behot. 1, *Siphilon* Behot. 2. — *Bissenas urnas*. Noster hic sequitur, ut jam alibi diximus, opinionem eorum qui credebant Nioben habuisse tantum duodecim liberos. — *Urnas*. In quas scilicet cineres liberorum suorum occisorum ab Apolline et Diana continebantur. — *Sipylon*. Urbs Mæoniæ, antea Tantalis vocata, juxta quam Nioben in montem Sipylon etiam dictum diriguisse dolore referunt poetæ.

126. *Inferias*. *Inferiæ* Græcis χοαὶ dictæ. Illæ erant lac, mel, aqua, vinum, quæ fundebant in rogum, vel sepulcrum : flores etiam spargebant. — *Arsura fercula*. Alludit ad consuetudinem, qua res ad odoratum gustumque spectantes pyræ ab amicis et propinquis injiciebantur. Virgilius, Æneid. VI, 224 et seq. « Congesta cremantur Thurea dona, dapes, fuso crateres olivo. » Vide etiam apud Papinium. Silv. II, 1, Glauc. Ated. Melior. delic. et Silv. II, 6 Cons. ad Flavium Ursum, de amissione pueri delicati. Hæc in rogum. Si vero anniversaria fiebant funera, deponebant dona super exstructas aras. Virgil. Æneid. V, 100 : « Nec non et socii, quæ cuique est copia, læti Dona ferunt, onerantque aras. »

129. *Colla super*, etc. Hic versus in recentiori codice Behot. nescio quo fato, fuerat rejectus post versum 140. — *Dux*. Adrastus.

130. *Fero clamore torus*. Dan. *clamore chorus*.

131. *Genitricem*. Eurydicen. — *Mollior Turba*. Matronæ : infra, v. 138, enim dicitur « Argolidum cœtu circumdata matrum. »

Turba, nec Hypsipyle raro subit agmine: vallant
Inachidæ memores, sustentant livida nati
Brachia, et inventæ concedunt plangere matri.
  Illic infaustos ut primum egressa penates
Eurydice, nudo vocem de pectore rumpit,
Planctuque et longis præfata ululatibus infit:
  « Non hoc Argolidum cœtu circumdata matrum
Speravi te, nate, sequi, nec talia demens
Fingebam votis annorum elementa tuorum,
Nil sævum reputans: etenim his in finibus ævi
Unde ego bella tibi Thebasque ignara timerem?
Cui Superum nostro committere sanguine pugnas
Dulce? quis hoc armis vovit scelus? at tua nondum,

133. *Inachidæ*. Argivi. — *Memores*. Beneficii scilicet, quod ab Hypsipyle acceperant. — *Livida*. Ob planctum.

134. *Inventæ concedunt*. Moderatum ei planctum concedunt, non autem nimium, ideoque brachia ejus a verberibus nimiis coercent. Vet. Schol. Optime. Non enim jam posse Hypsipylen tam atrociter in planctus furere dicit, inventis nempe filiis, quam fecerat antea. Gaudia enim mentem, brachia attinebant filii. Barth.

135. *Illic infaustos*. « Vox hæc, *Illic*, prima scriptura non fuit in optimo libro, sed duæ aliæ, quibus erasis superducta est ista. Fuit *At* prima voenla: alteram non assequor. » Barth.

136. *Nudo vocem de pectore rumpit*. Lang. Buslid. Aldd. Basil. et nonnulli *de pectore rupit;* Dan. Petav. codices Barthiani, Behott. 1, 2, Lindenbrog. Amstel. Gronov. Barth. et Delph. *rumpit*.

137. *Planctuque et longis*, etc. *Planctibus et longe* duo codd. Barthii, quod ille probat.

138. *Non hoc Argolidum*, etc. A spe veteri illustrat indignitatem præsentis fortunæ. Claud. XXXVI, verbis pariter matris, amissa filia, de Raptu Proserp. lib. III, v. 405 et seqq. « laniato pectore longas Inchoat illa vias, et sic ingressa profatur: « Non tales gestare tibi, Proserpina, tædas Sperabam; sed vota mihi communia matrum. »

139, 140. *Nec talia demens Fingebam votis annorum elementa tuorum*. Non tale vitæ tuæ mihi promittebam exordium. — *Annorum*. *Elementa* pro initiis posuit: omnium enim humanarum rerum initia *elementa* sunt dicta. Lact.

141. *Etenim his in finibus ævi*. « Optimus liber et unus aliorum persuadent improbam manum hic fuisse; referunt enim: *etenim finibus ævi*. » Barth.

144. *Quis*. Hominum, supple. — Vide notata ad Silv. II, 3, 75; nost. edit. tom. I, pag. 236. Ed.

Cadme, domus; nullus Tyrio grege plangitur infans.
Primitias egomet lacrimarum, et cædis acerbæ
Ante tubas ferrumque tuli, dum deside cura
Credo sinus fidos altricis, et ubera mando.
Quidni ego? narrabat servatum fraude parentem,
Insontesque manus: en! quam ferale putemus
Abjurasse sacrum, et Lemni gentilibus unam
Immunem furiis: bæc illa, et creditis ausæ?
Hæc pietate potens? solis abjecit in arvis
Non regem, dominumve; alienos impia partus.

145. *Cadme.* Alloquitur Cadmum, quia Cadmus Thebarum conditor. — *Tyrio.* Thebano.

146. *Primitias egomet lacrimarum.* « Optimus liber manuscriptus et alii duo: *ego heu.* Placet. » Barth.

147. *Ante tubas.* Ante exordium belli, quod sine tubarum sonitu non committitur. — *Dum deside cura.* Hypallage, ego ipsa deses, et parum sollicita pro filio.

149. *Quidni ego.* Supple, mandarem. — *Quidni ego.* Deest, occidi filium? quem negligenti commisi: nam dolori vox convenit interrupta. — *Servatum fraude parentem.* Illi ego parvulum crederem, quæ a se patrem fuisse servatum jactabat. Lactant.

150. *En! quam ferale putemus Abjurasse sacrum.* Id est, hominum cædem sacramento adhibito factam. Superiore enim libro dixit Hypsipyle, Lemniades sacrificasse puerum, et degustato illius sanguine in mares conjurasse.

151. *Et Lemni gentilibus.* Alii codices: *Et Lemni de gentibus.*

152. *Hæc illa, et creditis ausæ.* Lactantius legebat: *hæc illa est.* Unus Barthii codex, *credimus:* vox vero *ausæ* ambigue scripta est in vett. codd. ejusdem. Hinc ille malit legere: *hæc illa, et credimus, ausa est.* Malim: *hae illa.* (*Et creditis ausam?*) *Hac pietate potens.* Haecne insigni est illa (quis credat tantum bonæ mentis, tantum animorum ei fuisse?) hac, inquam, insigni pietate clara? Effinxit ex illo Virgilii, Æneid. lib. IV, v. 597 et seqq. « En dextra, fidesque, Quem secum patrios aiunt portare penates, Quem subiisse humeris confectum ætate parentem. » Gronov. Peyraredus autem subintelligit, fecit, et quisquam credat ausam facere.

153, 154. *Solis abjecit*, etc. (*solis abjecit in arvis Non regem, dominumve? alienos impia partus, Hoc tantum*, etc.) Interpungo: *solis abjecit in arvis, Non regem dominumve; alienos impia partus. Hoc tantum*, etc. Non objicio illi filium meum, quem in silva exposuit, ipsius et dominum et regem fuisse; id unum ingens scelus est, commissam sibi alienam prolem tam negligenter curavisse. — *Non regem.* Concessimus. — *Alienos.* Deest, *sed.*

Hoc tantum, silvæque infamis tramite liquit,
Quem non anguis atrox, (quid enim hac opus, hei mihi, leti
Mole fuit?) tantum cæli violentior aura,
Impulsæque Noto frondes, cassusque valeret
Exanimare timor. Nec vos incessere luctu
Orba habeo: fixum matri immotumque manebat
Hac altrice nefas: at quin et blandus ad illam,
Nate, magis, solam nosse, atque audire vocantem,
Ignarusque mei: nulla ex te gaudia matri.
Illa tuos questus, lacrimososque impia risus

155. *Infamis.* Periculosæ, ut Horatius, lib. I, Od. 3, 20: « Infames scopulos Acroceraunia. » — *Tramite. Trames* est via transversa. Ergo in periculosæ silvæ via, quod est tramite, filium dimisit expositum: proprie tamen *trames* est via privata, non publica, id est, quæ paucis cognita, unumquemque ad agrum proprium ducit. Sallustius, Jugurtha cap. 48: « Per tramites occultos exercitum Metelli antevenit. »

156. *Quem non anguis atrox.* Versus quatuordecim hi sequentes censuram Guyeti evitare non potuerunt. Totus, ait, hic locus orationem Eurydices comprehendens suspicioni non vacat, sed quatuordecim hi nothi videntur.

160. *Fixum matri immotumque manebat.* Irrevocabili sententia conclusum. Virgilius, Æneid. IV, 15: « Si mihi non animo fixum immotumque sederet. »

161. *Et blandus ad illum.* Dan. Petav. plerique Lindenbr. et Behot. 1, *et illam;* Behot. 2, et duo Barthiani, *ad illam;* quod receperunt Gronov. Barth. et Delph.

162. *Nate, magis, solam nosse, atque audire vocantem. Matre magis* Lang. Busl. Petav. alii, et edd. vett. *Nate, magis* Dan. ut conj. Gruterus. Plant. pro *nosse* habet *nosce.* — *Matre magis solam nosse.* Sane veteres, *Nate magis;* quod tamen verum esse non apparebit, ut ait Bernartius, propius rimanti, nisi et aliud quid vitii hic, quo laborant omnes libri, sustuleris. Quorsum enim *magis solam?* si enim *magis,* non utique solam: sin solam, non utique *magis:* hæc duo in eodem membro male conveniunt. Lege: *at quin et blandus ad illam, Nate, magis* (scilicet eras, quam ad me), *solam nosse atque audire vocantem.* Hoc quoque J. Grutero in mentem venerat. » Gronov.

164. *Lacrimosos risus.* Pueri enim simul rident, flentque. Noster, Silv. II, 1, 47: « Et mixtæ risu lacrimæ penitusque loquentis Hyblæis vox mixta favis; » Petronius in Trojæ Halosi v. 16 et seq. « fletibus manant genæ, Mentisque pavidæ gaudium lacrimas habet; » ubi conf. notata, Poet. Latin. Min. nost. ed. tom. III, p. 650. Claudian. de Bell. Get. v. 407: « Singultus varios lacrimosaque gaudia miscens. »

Audiit, et vocis decerpsit murmura primæ:
Illa tibi genitrix semper, dum vita manebat,
Nunc ego. Sed miseræ mihi nec punire potestas
Sic meritam: quid dona, duces, quid inania fertis
Justa rogis? illam, nil poscunt amplius umbræ,
Illam, oro, cineri simul, excisæque parenti
Reddite, quæso, duces: per ego hæc primordia belli,
Cui peperi: sic æqua gemant mihi funera matres
Ogygiæ. » Sternit crines, iteratque precando,
« Reddite: nec vero crudelem, avidamque vocate
Sanguinis: occumbam pariter, dum vulnere justo
Exsaturata oculos, unum impellamur in ignem. »
Talia vociferans alia de parte gementem
Hypsipylen, neque enim illa comas nec pectora servat,

165. *Vocis decerpsit murmura primæ*. Catullus, Carm. LXVII, 127, de Columba: « Oscula mordenti semper decerpere rostro. » Cf. Iocerti Cop. Poet. Latin. Mio. tom. I, pag. 652. Ed.

166. *Illa tibi genitrix*. Hypsipylen dicit lætitiæ blandimenta sensisse de luctu. Lactant.

167. *Nunc ego*. Scilicet tibi mortuo: nam te sola amitto, lugeoque.

168. *Quid dona*, etc. Supra, v. 126: « Portant inferias, etc. »

169. *Justa rogis*. *Busta rogis* Lang. Buslid. Lipsian. duos Behot. Aldd. Colin. Gryph. plerique Plant. et Gevart. *Justa rogis* Dao. Pet. Lindenbrog. Grasser. Amstel. Grooov. Barth. et Delph.

170. *Excisæ*. Orbæ. Metaphora ab arbore, cui rami vel radices excisæ sunt.

171. *Primordia belli*. Oro vos per primordia belli: per mortem filii Argivos adjurat, cujus obitu Thebanum, velut sacro aliquo, initiatum est bellum. Lactant.

172. *Cui peperi: sic æqua gemant*, etc. Put. *æqua gerant* Hanc lectionem Reg. B habet, Reg. C nostram. Ed. — *Cui peperi*. Quasi non sibi pepererit, sed ut expiaret bellum Argivorum morte filii sui.

173. *Ogygiæ*. Thebanæ.

174. *Avidamque vocate*. « Paullo melius quod in optimo libro est: *avidamque putate*. » Barth.

175. *Dum vulnere justo*. « Optimus codex: *funere justo*. In aliis legitur: *sanguine justo*. Optimi libri lectionem veram puto. » Barth.

176. *Unum impellamur in ignem*. « Optimus liber cum socio suo: *expellamur*. Non est hoc librariorum. » Barth.

177. *Talia vociferans*. Magno cum tumultu proferens. — *Gementem*. Modestius lugentem, ob metum et conscientiam negligentiæ.

178. *Servat*. Et comas et pectus

Agnovit longe, et socium indignata dolorem,
« Hoc saltem, o proceres, tuque o cui pignore nostro
Partus honos, prohibete nefas : auferte supremis
Invisam exsequiis : quid se funesta parenti
Miscet? et in nostris spectatur et ipsa ruinis?
Cui luget complexa suos? » sic fata repente
Concidit, abruptisque obmutuit ore querelis.
Non secus ac primo fraudatum lacte juvencum,
Cui trepidæ vires, et solus ab ubere sanguis,
Seu fera, seu duras avexit pastor ad aras;
Nunc vallem spoliata parens, nunc flumina questu,

lacerasse dicit, ut antea. *Servare*, integrum custodire, Virgilio non semel.

179. *Et socium indignota dolorem*. Id est, indigne ferens sociam in dolore habere Hypsipylen, quæ salutem filii sui neglexerat.

180. *Hoc saltem, o proceres*. Behot. 1, *saltem proceres*. — *Tuque*. Amphiaraum alloquitur, qui auctor fuerat instituendorum in honorem Archemori ludorum. Hoc etiam ad Adrastum referri potest, qui huic certamini præfuit.

181. *Partus honos, prohibete nefas : auferte supremis*. Reg. B, *Proturbata tori, prohibete supremis* habet; Reg. C nostram lect. En. — *Portus honos*. Ludorum scilicet institutione.

182. *Invisam exsequiis : quid se funesta parenti*. In eod. Behot. cod. *quæ se funesta*. — Reg. B, *Invitam exsequiis quia se fecisse parenti* habet; Reg. C nostram lection. Ed.

183. *Spectatur*. Ut in se oculos convertat præsentium, tanquam ex animo nobiscum doleret, quæ tamen occasio est interemti pueri. — *Ruinis*. Infortunia enim omnia casibus æquantur. *Ruinam* sæpe suos casus vocat in exsilio scribens Ovidius.

184. *Sic fata repente*. Pro *sic fata repente* (quod habent Lang. Buslid. Lipsian. unus Behot. a m. sec. Put. Aldd. Gevart. et plerique), Behott. 1, 2, in textu, Dan. et duo Barth. præbent : *dixitque repente*.

185. *Concidit, abruptisque obmutuit ore querelis*. *Excidit abruptisque* tres Barthiani; *Hic oit obruptisque immutuit* Put. *immutuit* habent etiam Petav. omnes Barth. Aldd. plerique et ita legit Dan. Heinsius ad Claudian. Epithal. Pallad. et Celer. 108, *obmutuit* Dan. Behott. 1, 2, Gronov. Barth. et Delph.

188. *Seu duras avexit pastor ad oras*. « Alios *diras* pro *duras* legere antumat glossa optimi libri. » Barth. Dan. Put. Lang. et edd. vett. *advexit*. — *Seu duras avexit pastor od aras*. Non *oras duras*, sed *pastor*. Lactant.

189. *Nunc vallem spoliata*, etc. Unus Behot. *Nunc volles*. — *Nunc*

Nunc armenta movet, vacuosque interrogat agros:
Tunc piget ire domum, mœstoque novissima campo
Exit, et oppositas impasta avertitur herbas.
At genitor sceptrique decus cultusque Tonantis
Injicit ipse rogis, tergoque et pectore fusam
Cæsariem ferro minuit, sectisque jacentis

*flumina questu.* Ordo: Non secus spoliata parens nunc vallem, nunc questu flumina, nunc armenta movet. LACTANT.

190. *Vacuosque interrogat agros.* Id est, mugitibus suis videtur interrogare.

191. *Tunc piget ire domum. Nunc piget* codd. Barthiani.

192. *Exit, et oppositas*, etc. *Exit et appositas* Lang. et pleriquc; *oppositas* Behott. 1, 2, Amstel. Gronov. Barth. et Delph.

193. *At gen. scep. decus cultusque tonantis.* Optimus Barthii: *cultusque sonantes.* — *At genitor*, etc. Præter aromata, dapesque, et illa hujusmodi dona, etiam pretiosissima quæque aut mortuis, aut sibi carissima urebant. Seneca Hercule OEtæo act. V, 1661 et seq. « Hic nodus, inquit, nulla quem capiet manus, Mecum per ignem flagret. » Idem, Hercul. Furent. act. V, 1233 et seq. « ipsa Lernæis frequens Pharetra telis in tuos ibit rogos. » Noster Theb. XII, 88 et seqq. « Accipe, nate, tui nova libamenta triumphi, Accipe et hoc regimen dextræ, frontisque superbæ Vincula, quæ patri nimium gestanda dedisti. » Idem Lacrimis Etrusci Silv. III, 3, 35: « Ferat ignis opes hæredis. « Lege Virgilium in funere Pallantis. — Decemviri, in legibus XII tabularum, compedes, ut sic dicam, huic stultitiæ injecerant, sed pravi mores bonas leges vicerunt: Cicero de Legib. II, cap. 23: « Jam cætera in XII, de minuendo sumptu, translata sunt de Solonis fere legibus. Extenuato igitur sumptu, tribus riciniis et vinclis purpureis, et decem tibicinibus, tollit etiam lamentationem. » Respiciunt Decemviri hunc ritum, et nolunt plus quam tres vestes cum mortuis uri vel condi; viri docti qui aliter exponunt, fallunt et falluntur: illud etiam dignum duxi monitu, qua apud Græcos, qua Romanos moris fuisse, ut morituri pulcherrimas vestes sumerent, in quibus moriebantur et comburebantur. Consule Diogenem Laertium in vita Socratis, Livium, Velleium Paterculum lib. II; Plinium Epist. lib. II, Epist. ult. BERNART. — *Cultusque tonantis.* Infulas. Sacerdos enim Jovis erat Lycurgus.

195. *Cæsariem ferro minuit.* Cæsariem hic novo sensu posuit pro barba, Ovidium imitatus de Æsculapio Metam. XV, 656: « Cæsariem longæ dextra deducere barbæ. « Signum autem erat maximi luctus apud Veteres decidere capillos in funere alicujus, barbam radere, crines tumulo imponere, aut in rogum conjicere. Seneca Hippolyto act. V, 1181 et seq. « capitis exuvias cape, Laceræque frontis accipe

Obnubit tenuia ora comis, ac talia fletu
Verba pio miscens: « Alio tibi, perfide, pacto,
Juppiter, hunc crinem voti reus ante dicaram,
Si pariter virides nati libare dedisses
Ad tua templa genas; sed non ratus ore sacerdos,
Damnatæque preces: ferat hæc, quæ dignior umbra est. »
  Jam face subjecta primis in frondibus ignis
Exclamat: labor insanos arcere parentes.

abscissam comam. » Noster infra, v. 515 et sqq. « Te Thebæ, fraterque palam, te plangeret Argos, Te Nemee: tibi Lerna comas, Larissaque supplex Poneret. » Et Epicedio patris Silv. V, 3, 104 et sqq. « Exere semirutos subito de pulvere vultus, Parthenope, crinemque afflatum monte sepulti Pone super tumulos, et magni funus alumni. » Et promiscua etiam apud alios auctores loca. Vide Excursum ad calcem hujus libri. Ed.

196. *Obnubit tenuia ora comis.* *Obnubit pueri ora* Dan.

197. *Alio tibi, perfide, pacto.* Datur enim sacerdotibus dolor immensus: ut Virg. Æneid. II, 745: « Quem non incusavi amens hominumque Deorumque? » Lact.

198. *Hunc crinem voti reus ante dicaram.* Id etiam ex veteri superstitione, qua barbam crinemque consecrabant Diis. Nihil notius ex scriptoribus.

199. *Libare dedisses.* Libatio duabus rebus expeditur, lacte et sanguine, unde Virgil. Æneid. V, 78: « duo lacte novo, duo sanguine sacro: » quod alterum eorum alimonium sit vitæ retinendæ, alterum virium continendarum; quia vita hominum his rebus juvatur: cumque propterea sepulturæ commendare solent, ut societate parta curationis lucis amissæ, posteritas defectionis honoretur: unde et flores sparguntur in honorem mortuorum infantum; inde Virg. Æneid. VI, 885: « Purpureos spargam flores. » Ergo numerat Jovi Lycurgus debuisse crinem suum cum primitiis filii pubescentis barbæ templis libare. Lactant.

200. *Sed n. r. ore sacerdos.* Unus Barthianus: *oro sacerdos.* — *Sed non ratus ore sacerdos.* Id est, rata seu audita verba sacerdotis non fuerunt.

201. *Ferat h. q. dignior umbra est.* Behott. 1, 2, *dignior umbra*, omisso τῷ *est.* — Regg. B et C hanc lectionem præbent. Ed.

202. *In frondibus ignis.* Supple, subit.

203. *Exclamat.* Id est, exclamant, seu fit ultimus clamor exequiarum, quum rogus accenderetur. Fallitur Lactantius, qui *Exclamat* interpretatur, « cum crepitu sonat. » Aperte enim allusit ad ritum Romanum, de quo pulchre Terentius Andr. act. I, sc. 1, 102: « *in* ignem posita est. Fletur, etc. » Et Statius utrumque dixit etiam eleganti poetica locutione. Ignis vero in primis frondibus *exclamat*, est, ignis incipiens renovat complora-

Stant jussi Danai, atque obtentis eminus armis
Prospectu visus interclusere nefasto.
Ditantur flammæ: non unquam opulentior illic
Ante cinis: crepitant gemmæ, atque immane liquescit
Argentum, et pictis exsudat vestibus aurum;
Nec non Assyriis pinguescunt robora succis,
Pallentique croco strident ardentia mella,
Spumantesque mero pateræ verguntur, et atri
Sanguinis et rapti gratissima cymbia lactis.
Tunc septem numero turmas (centenus ubique

tionem, et facit ut conclamarent dolentes. Sic qui jubent rem, et causam, aut quamcunque occasionem dant, varie facere eam dicuntur.

204. *Atque obtentis eminus armis*. Optimus Barth. *atque extentis*.

205. *Prosp. v. int. nefasto*. In eod. Barth. cod. et uno Behot. *nefastos*. — *Prospectu interclusere nefasto*. Ne parentes adspicerent ardens funus filii.

206. *Non unquam opulentior illic*. Optimus Barth. *nec enim opulentior unquam*; unus Behot. Laur. Buslid. Lipsian. et edd. vett. *non unquam opulentior illo*.

207, 208. *Atque immane liquescit Argentum*, etc. Duo codd. Barth. *atque immane liquescunt: Argentum*, etc.

209. *Assyriis succis*. Amomo, quod in Assyria et Armenia nascitur.

210. *Pallentique c. strident ardentia m. Pallentique croco adstridunt humentia mella* legit Barthius ex optimis suis membranis. — *Pallentique croco strident ardentia mella*. Infundebant enim rogis mel et crocum, ut jam diximus. Noster, Silv. II, 1, 160, Epicedio Glauciæ: « Quod Cilicum flores, » etc. Vide supra, vs. 61.

211. *Spumantesque mero pateræ verguntur*, etc. Virgilius Æneid. V, 77 et seq. « Hic duo rite mero fundens Carchesia Baccho, Fudit humi, duo lacte novo, duo sanguine sacro. » Hinc χοαὶ dictæ Græcis. Dicit gratissima cymbia lactis, ob Archemorum scilicet, cui lac ereptum morte, idcirco mortuo gratissima. Cymbia vero erant vasa in modum cymbæ facta, σκαφίδες ob eamdem rationem Græcis vocatæ.

212. *Cymbia*. Pocula naviculis similia, ut et ipsa nominis figura indicat, diminutive a cymba. Lact.

213. *Centenus ubique Urget (Surgit) eques*. Multo elegantius optimi codices: *centenus ubique Urget eques*. Utitur vero sine casu, eodem modo, quo in eadem re τοῖς *instat*, *incubuit* uti solent. Sed et in aliis non infrequens. Virgil. Georg. III, 200: « longique urgent ad litora fluctus. » Horat. I, Sat. 2, 15: « tanto acrius urget; » lib. II, Sat. 2, 64: « Hac urget lupus, hac canis angit. » Valerius Flacc. Argon. III, 90: « sic contextis umbonibus urgent. » Agit, agitat equos. Gron.

Urget eques) versis ducunt insignibus ipsi
Grajugenæ reges, lustrantque, ex more, sinistro
Orbe rogum, et stantes inclinant pulvere flammas.
Ter curvos urgere sinus, illisaque telis
Tela sonant: quater horrendum pepulere fragorem
Arma, quater mollem famularum brachia planctum.

214. *Urget eques.* Reg. B, *Surgit eques* habet; Reg. C nostram lectionem. Ed. — *Versis ducunt insignibus.* Et hoc ex more: nam in luctu signa inversa. Tacit. Annal. III, cap. 2: « præcedebant incomta signa, versi fasces. » Ovid. Consolat. ad Liviam v. 141 et seq. « Quos primum vidi fasces, in funere vidi: Sed vidi versos, indiciumque mali. » Virgilius, Æneid. XI, 92 et seq. « tum mœsta phalanx, Teucrique sequuntur, Tyrrhenique duces, et versis Arcades armis. »

215. *Lustrantque, ex more, sinistro Orbe rogum.* Tangit et morem quo in exsequiis clarorum virorum soliti decurrere. Vide Homerum in funere Patrocli. Virgilius in funere Pallantis Æneid. XI, 188 et seq. « Ter circum accensos cincti fulgentibus armis Decurrere rogos. » Pœnis etiam decursio in usu fuit, ut ostendit Livius lib. XXV, c. 17, in morte Gracchi. « Alii ab Hannibale, et ea vulgatior fama est, in vestibulo punicorum castrorum rogum exstructum esse: armatum exercitum decucurrisse cum tripudiis Hispanorum, motibusque armorum et corporum suæ cuique genti assuetis. » Tacitus Annal. II, c. 7: « Honorique patris princeps ipse cum legionibus decucurrit. » Suetonius Claudio cap. 7: « Cæterum exercitus honorarium ei tumulum excitavit: circa quem deinceps stato die quotannis miles decurreret, Galliarumque civitates publice supplicarent. » Sed ex hoc Papinii loco discimus, lævos orbes agere, circumque in sinistram primum decurrere solitos; mox ut expiarent contagionem funeris, in dextram decurrebant, ut colligitur ex hisce sequentibus Papinii verbis: « Hic luctus abolere, novique Funeris auspicium, vates, quanquam omina sentit Vera, jubet, dextro gyro, et vibrantibus armis Hac redeunt. »

216. *Orbe rogum*, etc. Transpositus erat ordo versuum in codd. Lindenbrogii hoc modo: 216, 219, 220, 221, 217, 218, 222. — *Inclinant pulvere flammas.* Flammarum apicem vis pulveris equorum pedibus mota flectebat. Lactant.

217. *Illisaque telis Tela sonant: quater horrendum pepulere fragorem Arma, quater mollem famularum brachia planctum.* Hinc discimus quod in ista decursione tela telis illiderentur, et quoties hoc fieret, toties feminæ renovabant planctum.

219. *Famularum brachia planctum.* Nunc percussionem manuum significat: *planctus* etenim dicitur omnis collisio, Varronis opinione: « Ideo mulieres solitas in luctu ora lacerare, ut sanguine ostenso Inferis satisfiat. » Lactant.

Semianimes alter pecudes spirantiaque ignis
Accipit armenta : hic luctus abolere, novique
Funeris auspicium, vates (quanquam omina sentit
Vera) jubet, dextri gyro, et vibrantibus hastis,
Hac redeunt, raptumque suis libamen ab armis
Quisque jacit, seu frena libet, seu cingula flammis
Mergere, seu jaculum, summæ seu cassidis umbram.
Multa gemunt contra raucis concentibus agri,
Et lituis aures circum pulsantur acutis.
Terretur clamore nemus : sic Martia vellunt

220. *Alter ignis.* Id est, alter rogus serpenti exstructus.

222. *Quanquam omina sentit.* Behott. 1, 2, *sensit.* — *Quanquam omina sentit Vera.* Noscebat enim cladem imminentem, ut vates; tamen dextro orbe redire equites jubet, ut exsolverent se, nec exsequiis implicarentur.

223. *Jubet; dextri gyro, et vibrantibus hastis.* Dan. et Put. *dextris gyro;* Lang. Boslid. Lipsian. uons Behot. Aldd. Basil. Plant. Gevart. Lindenbrog. Cruc. et Amstel. *dextro gyro;* Petav. alter Behot. et Venett. *dextri gyro; et velantibus hastis* Dan. Put. Petav. Lindenbr. et Cruc.. — *Dextri* (*dextro*) *gyro.* Optimi codices : *dextri gyro.* Infra eadem voce utitur Papinius, v. 444 : « Dexterque exerrat Arion. » Et Silius Punic. VII, 644 et seqq « nunc lævus in orbem, Nunc dexter levibus flexo per devia gyris, Ludificatos equo. » Gronov.

224. *Raptumque suis libamen ab armis.* Lindenbrogius ex codd. suis edidit *velamen;* cæteri libri et scripti et editi *libamen.* Put. *ab arvis.* — *Raptumque suis libamen ab armis Quisque jacit.* Et hoc ex more etiam Virgil. Æneid. XI, 194 et seq. « Conjiciunt igni galeas, ensesque decoros, Frenaque, ferventesque rotas. » Vide et Suetonium Julio, supra laudatum vs. 121.

225. *Quisque jacit,* etc. *Quisque facit.* Put.

226. *Summæ seu cassidis umbram.* Periphrasis cristarum : cristæ enim inumbrant cassidem.

227. *Multa gemunt,* etc. Septem hi sequentes versus inepti videntur et adulterini, quare et diverso charactere impressi in editione Parisiensi. Desunt in Behott. 1, 2, Dan. Petav. et omnibus Barthianis, deficiunt etiam in Regg. B et C. Ed.

229. *Sic Martia vellunt Signa tubæ.* Virgil. Æneid. XI, 20 : « ubi primum vellere signa Annuerint Superi. » Ad quem locum sic Servius : « *Vellere* autem proprie dixit, quia Romana signa figebantur in castris : et quum ad bellum eundum fuisset, captatis auguriis avellebantur e terra. Nam alibi ea figi non licebat : sed inter auguria hoc etiam habebatur, si avellentem facile sequerentur; adeo ut cum filio, in Orodis bello, Crassus sit occisus, qui iturus ad Parthiam avellere signa

Signa tubæ, nondum ira calet, nec sanguine ferrum
Irrubuit, primo bellorum comitur illo
Vultus, honoris opus : stat adhuc incertus in alta
Nube, quibus sese Mavors indulgeat armis.
  Finis erat, lapsusque putres jam Mulciber ibat
In cineres : instant flammis, multoque soporant
Imbre rogum, posito donec cum sole labores
Exhausti : seris vix cessit cura tenebris.
Roscida jam novies cælo dimiserat astra
Lucifer, et totidem Lunæ præveneratignes

vix potuit. Quod etiam Flaminio contigit, qui quum imperasset signa tolli, eaque non possent moveri, effosso solo, in quo erant fixa, vi magna extrahi præcepit, et infeliciter apud Thrasymenum pugnavit. Alii *vellere*, movere accipiunt. Ennius : « Rex deinde citatus Convellit sese. » Et in sacris convelli mensa dicitur, quum tollitur.

231. *Primo bellorum comitur illo Vultus, honoris opus.* Id est, primo opere honoris comitur vultus belli.

233. *Quibus armis.* Argivorum scilicet aut Thebanorum.

234. *Lapsusque putres jam Mulciber ibat.* Behott. 1, 2, Put. et omnes Barth. *lassusque*. Dan. *jam jam rogus ibat.* — Reg. B, *lassusque* habet; Reg. C nostram lect. A. — *Mulciber*. Vulcanus, seu ignis. *Ibat. Ire* et *abire* pro *mutari in* dicere solent poetæ. Ovid. Met. IV, 656 : « jam barba comæque In silvas abeunt; » Nemesianus Cyneget. v. 29 : « Ivit in arboreas frondes, animamque virentem. » Ubi vid. not. Poet. Lat. min. nost. edit. t. I, pag. 106. Ed.

235. *Multoque soporant Imbre rogum.* Non solum aqua, sed et vino rogum aliquando exstinguebant : deinde ossa et cineres defuncti colligebant. Vide Homerum in funere Hectoris et Patrocli. Noster, Silv. II, 6, 90 et sqq., Consolat. ad Flavium Ursum : « Nec quod tibi Setia canos Restinxit cineres, gremio nec lubricus ossa Quod vallavit onyx. »

236. *Posito donec cum sole l.* Unus Behot. *positos.* — *Posito donec cum s. labores.* De pristino more quo cadavera per diem non incendebantur, adi notata ad Virg. Æn. V, 1 et seqq. nost. edit. tom. III, pag. 3. Ed.

238. *Roscida jam novies*, etc. Tangit hic et morem quo nono die postquam erat sepultus mortuus, novendiale sacrum illi fiebat, quo parentalia concluduntur. Et hinc est quod Justinianus scribit in nonum diem fieri *μνήμας* defunctorum. Vide Torrentium ad Sueton. Nerone cap. 33. — Confer etiam notata ad Epitom. Iliados Homeri, v. 874 et seqq. ad quem locum illustrandum Papinii adducti sunt hi versus; Poet. Latin. Minor. nost. ed. tom. III, pag. 590. Ed.

239. *Lucifer*. Stella Veneris.

Mutato nocturnus equo: nec conscia fallit
Sidera, et alterno deprenditur unus in ortu:
(Mirum opus accelerasse manus) stat saxea moles,
Templum ingens, cineri, rerumque effectus in illo
Ordo docet casus: fessis hic flumina monstrat
Hypsipyle Danais, hic reptat flebilis infans,

240. *Mutato nocturnus equo*, etc. Lucifer, seu Venus, et mane oritur et vespere, sed equo mutato: vespere enim solem sequitur, mane vero præcedit: quam rem noscunt sidera; quod unum idemque astrum sit, nec falluntur, sicut homines, qui putant duos esse. Pythagoras autem deprehendisse primus dicitur a Plinio Hist. Nat. II, cap. 8 (tametsi id Parmenidi apud Laertium Phavorinus tribuat) Luciferum et Vesperum eamdem Veneris stellam esse. Poetæ autem, ut jam diximus, quadrigam soli tribuunt, Lunæ bigam, equos singulos cæteris planetis. Boethius, de Cons. Phil. hunc de Lucifero locum imitatus est: « Et qui primæ tempore noctis Agit algentes Hesperus ortus, Solitas iterum mutet habenas, Phœbi pallens Lucifer ortu. »

242. *Mirum opus accelerasse manus*. *Accelerante manu* habent priores editiones, sed meliores codices, notante Gronovio, *accelerasse manus*. Et certe melius, modo hunc interpungas: *Deprenditur unus in ortu (Mirum opus accelerasse manus): stat saxea moles*. Inclusis his vocibus (*Mirum opus accelerasse manus*) parenthesi. Id est, novus dies erat, quum ecce (res mira tam brevi tempore absolvi potuisse: vel quantum est hoc miraculum operis, adeo festinari potuisse!) jam erectum erat monumentum. — *Stat saxea moles, Templum ingens, cineri*. Pausanias in Corinth. Ἐνταῦθα δὲ ἔστι μὲν Ὀφέλτου τάφος, περὶ δ' αὐτὸν θριγκὸς λίθων, καὶ ἐντὸς τοῦ περιβόλου βωμοί. « Est ibidem Opheltæ sepulcrum lapidea maceria incinctum, intra cujus ambitum aræ sunt. »

243. *Rerumque effectus in illo*. Optimæ Barthii membranæ *effictus*, ut conj. Antonius Sucquetius. Codd. Lind. *in illa*. — Hanc lectionem Reg. B habet, Reg. C nostram. Ed. — *Rerumque effectus in illo. Effictus* Bernartio, ait Gronovius; scripti tamen omnes, *effectus*; quod est artificiose factus, elaboratus. Theb. IV, 132 et seq. « perfectaque vivit in auro Nox Danai. » Apuleius de Statua Bathylli: « Qua nihil videor effectius cognovisse. » Quintilianus Institut. Orat. VIII, 3, 88: « nam quidquid in suo genere satis effectum est, valet. » Sed Statius ipse e contra Theb. IV, 427 habet: « cedrique et robore in omni Effictam. »

244. *Ordo docet casus*. Codd. Barthiani, *causas*, vel *casum*. *Ordo docet casus*. Secundum tempora cælata est historia.

245. *Hypsipyle D. h. r. flebilis infans*. In quibusdam codd. ejusdem Barth. *fletibus*. — *Danais*. Argivis. — *Infans*. Archemorus.

Hic jacet, extremum tumuli circum asperat orbem
Squameus : exspectes morientis ab ore cruenta
Sibila, marmorea sic volvitur anguis in hasta.
Jamque avidum pugnas visendi vulgus inermes
Fama vocat : cunctis arvis ac mœnibus adsunt
Exciti : illi etiam, quis belli incognitus horror,
Quos effœta domi, quos prima reliquerat ætas,
Conveniunt : non aut Ephyræo in litore tanta

246. *Extremum tumuli circum asperat orbem Squameus.* Id est, squameus, seu squamis instruetus anguis orbem ducit eirca extremum tumulum.

247. *Expect. m. ab ore cruenta.* Taur. *eruento.* — *Exp. mor. ab ore cruenta Sibila.* Superiore libro v. 578 de hoc angue dixit Poeta : « Implorantem auimam domiuis assibilat aris. « Crueuta vero, quia cum eruore animam sibilando emisit. Cæterum mire hic κολάζει τὸν λόγον Statius, ut optime observat Gronovius, ipsum *sibilare* non est ausus dicere. Sic iu chlamydis pietura Leander eodem libro, v. 544 et seq. exhibetur : « Iu latus ire manus, mutaturusque videtur Brachia : nec siecum speres iu stamiue criuem. » Rursum iu Martis regia, Thebaid. VII, 59, ubi portarum fragmina, et rostra uavium, currusque vacui, et ora eurribns protrita cælautur, « Pæne etiam gemitus » addit. Quo temperamento Plinius de Aristidis Thebani arte, qui primus animum pinxit et sensus omnes expressit : « Supplieautem pæue cum voce. » Iterum Noster Thebaid. IX, 337 : « Ire putes elipeo, fluctusque secare juveucum. «

248. *M. s. v. anguis in hasta.* In uno ejusdem : *anguis in aula.* — *Marmorea sie volvitur anguis in hasta.* Quæ illum transfixerat ; lib. præcedeute v. 575 et seq. de eodem angue : « rapido celer ille volumiue telum Circuit. »

249. *Pugnas inermes.* Ludos, pugnas repræsentautes certamiua. Simulaera pugnarum aut belli vocant Virgilius et alii. Claud. VIII, de IV Cons. Houorii, v. 539 : « Quum vectaris equo, simulaeraque Martia ludis. « Lucret. de Rerum Nat. II, 40 et seq. « Si non forte tuas legiones per loca campi Fervere quum videas, belli simulacra cienteis. » Confer etiam Virgilium Æneid. V, 674 ; et Tibullum lib. I, Eleg. 1, 91 et seq. Ed.

250. *Fama voeat : cunctis arvis ac mœnibus adsunt.* — *Fama vocat cunctique arvis* unus Behot. *cuncti ex arvis* optimæ Barthii membranæ. Pro *adsunt* unus Behot. *assunt.* — *Fama vocat : cunctis.* Scripti quidam, notante Gronovio, *cunetos*, mutata distinctione. Forte fuit : *Avidum pugnas visendi vulgus inermes* (*Fama vocat*) *junctis arvis ac mœnibus adsunt Exciti.* — *Junctis*, id est, vicinis.

253. *Ephyræo in litore.* Id est, Isthmo in quo celebrati ludi Isthmiei. — *Ephyræo.* A Coriutho urbe ibi condita, prius Ephyre vocata.

Unquam, aut OEnomai fremuerunt agmina circo.
Collibus incurvis, viridique obsessa corona
Vallis in amplexu nemorum sedet: hispida circum
Stant juga, et objectus geminis umbonibus agger
Campum exire vetat, longo quem tramite planum
Gramineæ frondes, sinuataque cespite vivo
Mollia non subitis augent fastigia clivis.
Illic conferti, jam sole rubentibus arvis,
Bellatrix sedere cohors: ibi corpore mixto
Metiri numerum, vultusque, habitusque suorum,
Dulce viris, tantique juvat fiducia belli.
Centum ibi nigrantes, armenti robora, tauros
Lenta mole trahunt, idem numerusque colorque
Matribus, et nondum lunatis fronte juvencis.

254. *OEnomai circo.* Pisas intelligit, quas prope ludi Olympici editi. De OEnomao vide Theb. I, 275; et ibi notata, huj. tom. p. 55. Ed.

255. *Collibus incurvis, v. obsessa corona.* « Pro *obsessa* membranæ quædam *abscissa* habent: nihil mutamus. » Barth. — *Collibus incurvis*, etc. Describit locum in valle cursibus accommodatum naturaliter in formam circi. — *Viridi corona.* Arborum scilicet undique cingentium hanc vallem. — Conf. Calpurnii Siculi Ecl. VII, 30 et seqq. Auson. Mos. v. 156, Senec. Troad. v. 1123. Ed.

257. *Objectus geminis umbonibus agger.* Unus Behot. *objectis*, et sic ex membranis edidit Bernartius. Aldd. Colin. Basil. et Plant. *abjectus.* — De voce *umbo* vide notata nostra ad Theb. I, 377; tom. hujusce pag. 73. Ed.

258. *Campum exire vetat.* Id est, includit planitiem.

259. *Gramineæ frondes. Graminaque et frondes* nonnulli Barthiani. — Reg. B, *Gramineæ frontes* habet; Reg. C nostram lection. Ed.

260. *Clivis.* Gallice *un talus.*

261. *Illic conferti, jam sole*, etc. *Illic consertim* optimus Barthianus; *Illic conserti* Lactantius; *Illic confertim* multi codd. et edd. vett.

262. *Ibi corpore mixto.* Unus Behot. *misto.*

263. *Vultusque, habitusque suorum.* Nonnulli Barthiani: *cultusque, habitusque.*

264. *Tantique juvat fiducia belli.* « In aliis libris legitur, *tacitisque*; quod non probamus. » Barth. — *Belli.* Intellige de ludis quos supra pugnas inermes vocat.

265. *Nigrantes.* Furvi enim coloris tantum victimæ immolabantur in funebribus sacris.

266. *Trahunt.* Bene, quia boves lente incedunt.

267 *Lunatis fronte.* Id est, in-

Exin magnanimum series antiqua parentum
Invehitur, miris in vultum animata figuris.
Primus anhelantem duro Tirynthius angens
Pectoris attritu sua frangit in ossa leonem.
Haud illum impavidi, quamvis et in ære, suumque
Inachidæ videre decus: pater ordine juncto
Lævus, arundineæ recubansque sub aggere ripæ,
Cernitur, emissæque indulgens Inachus urnæ.
Io post tergum, jam prona, dolorque parentis

structis cornibus, in formam lunæ ductis.

268. *Exin magnanimum series antiqua parentum.* Hic rursus innuit consuetudinem Romanam, qua non solum Dii quotannis Circensium diebus in carpentis traducebantur, sed etiam mortuorum imagines ludis illatæ, iisque locus publicus quasi ad spectandum datus: quod de mortuis satis indicat Dio lib. LIII, de Diis enim notum est. Adi Excurs. ad calcem huj. lib. Ed. — *Series.* Vulgo genealogia Ovid. Met. XIII, 29: « Nec tamen hæc series in causa prosit, etc.; » Sil. Italic. Punic. I, 88: « omnisque nepotum a Belo series. » Ed.

269. *Miris in vultum animata figuris.* Unus Barthianus pro v. l. *in vivum.* Heinsius ad Claudian. p. 238, *miris vultus.*

270. *Prim. a. duro*, etc. Barthius ex codd. *duri.* — *Tirynthius.* Hercules. — *Angens* (*ingens*) Membranæ: *angens.* Bene: nam et sic proprie interfecit ἄτρωτον leonem. Theb. IV, 827 et seq. « rabidi quum colla minantia monstri Angeret, et tumidos animam angustaret in artus. »

271. *Pectoris attritu sua*, etc. *Pectoris astrictu* optimus Barthianus. — *Leonem.* Nemeæum scilicet. — *Sua in ossa.* Noster Silv. IV, 6, 41 Hercule Epitrapezio: « Hoc pectore pressus Vastator Nemees. »

272. *Suumque decus.* Quia Hercules apud Tiryntha oppidum Argolidis educatus fuerat.

273. *Inachidæ.* Argivi. — *Pater. Pater* dictus Inachus, vel quia Argivi ab eo *Inachidæ* vocati, vel ob Io, de qua mox Poeta.

274. *Lævus, arundineæ.* In pluribus impressis legitur, *Lætus:* sed legendum, ut ait Gronovius, *Lævus*, quo ducunt membranæ. Quid enim ita *lætus* Inachus, quum statim sequatur, *jam prona, dolorque parentis?* deinde *lætus et recubans* nihil suave sonat. Lege: *Lævus arundineæ recubans super aggere ripæ.* Quæ lectio confirmatur ex Theb. II, 217 et seq. ubi de eodem Inacho canit Noster: « Pater ipse bicornis In lævum prona nixus sedet Inachus urna. »

275. *Emissæque indulgens Inachus urnæ.* Virgilius Æneid. VII, 792: « Cælataque amnem fundens pater Inachus urna. »

276. *Io post tergum, jam prona, dolorque parentis Spectat inocciduis stellatum visibus Argum.* Tangit fa-

Spectat inocciduis stellatum visibus Argum.
Ast illam melior Phariis erexerat arvis
Juppiter, atque hospes jam tunc Aurora colebat.
Tantalus inde parens, non qui fallentibus undis
Imminet, aut refugæ sterilem rapit aera silvæ,
Sed pius, et magni vehitur conviva Tonantis.
Parte alia victor curru Neptunia tendit
Lora Pelops, pressatque rotas auriga natantes
Myrtilus, et volucri jamjamque relinquitur axe.

bulam notam, qua Io Inachi filia dicitur a Jove in vaccam mutata, metu supervenientis Junonis, ac Argus, cui multi erant oculi, quorum aliqui semper vigilabant, custodiæ ejus a Junone commissus. —*Dolor parentis*; pro, dolens pater.

278 *Ast illam melior Phariis. Ast illam Phariis melior* Lang. Basil. et nonnulli. — *Ast illam*, etc. Tangit et fabulam, qua dicitur eadem Io, post longos errores per mundum, tandem pervenisse in Ægyptum, ubi, resumta priori forma, divinis culta est honoribus ab Ægyptiis sub nomine Isidis. — *Phariis*. Ægyptiis. — *Erexerat*. Restituta humana forma.

279. *Aurora*. Per Auroram hic intelligit Ægyptum, quæ ab antiquis Geographis attribuitur Asiæ seu Orienti, unde Aurora.

280. *Tantalus inde parens*, etc. Quia a Tantalo genus ducebant reges Argivi.

281. *Sterilem rapit*. Id est, qui fugientibus pomis vacuum rapit aera. Ergo hic *silvam* posuit pro arboribus. LACTANT.

282. *Conviva Tonantis*. Juppiter enim tanti faciebat initio Tantalum, ut ad suam mensam admitteret: quo honore privatus fuit, quum secreta Deorum hominibus prodidisset; et Diis filium epulandum apposuisset: ob quæ scelera in Inferos detrusus est, ubi perpetua fame et siti cruciatur, aquis in quibus immersus est mento tenus, et pomis quæ capiti ejus imminent fugientibus, sive velit bibere, sive ea capere.

283. *Neptunia tendit Lora Pelops*. Pelops filius Tantali, quique nomen Peloponneso dedit, equos a Neptuno accepit, quibus Œnomaum vicit; unde hic *victor*.

284. *Lora Pelops, pressatque rotas auriga natantes. Pelops prensatque* Behott. 1, 2, Petrens. Taurin. Burm. et sic legit Dan. Heins. ad Claudian. Laud. Seren. 166. Pro *natantes* nonnulli codd. habent *volantes*. — *Rotas natantes*. Exiliores enim et infirmiores axes currui Œnomai subjunxerat Myrtilus auriga: unde circum eos natabant rotæ, nec satis prompte circumverti poterant ad obtinendam victoriam.

285. *Myrtilus*. Unus Behot. *Mirtolus*. — *Myrtilus*. Auriga Œnomai pretio corruptus a Pelope axes infirmos ac fragiles currui Œno-

Et gravis Acrisius, speciesque horrenda Corœbi,
Et Danae culpata sinus, et in amne reperto
Tristis Amymone, parvoque Alcmena superbit
Hercule, tergemina crinem circumdata luna.
Jungunt discordes inimica in fœdera dextras

mai subjunxit; hoc modo fracto curru OEnomaus cecidit, et cullum fregit: intellecta vero aurigæ perfidia, precatus est moriens Pelopem, ut suam mortem ulcisceretur: quum igitur Myrtilus sui sceleris mercedem a Pelope reposceret, ab ipso præcipitatus est in mare, quod inde a Myrtili nomine Myrtoum vocatum est. — *Volucri axe*. Id est, curru Pelopis scilicet.

286. *Et gravis Acrisius*. Acrisius rex Argorum, pater Danaes. Vide Th. I. — *Speciesque horrenda Corœbi*. Corœbus ille est qui Pœnen occidit, ejusque monstri caput tulit, unde species horrenda dicitur. Theb. II, 221: « nudoque ferens caput ense Corœbus. »

287. *Et Danae culpata sinus. Et Dane* c. s. *et in āne* in eodem Behnt. codice; *Et Danaë c. s. atque amne* Dan. Laur. Buslid. et edd. vett Mutavit Gronovius. — *Danae culpata sinus*. Danae Acrisii filia: hæc quum a patre ob custodiendam virginitatem arctius servaretur, dicitur ejus specie captus Juppiter sese in imbrem aureum demutasse, et ita in modum pluviæ sinum Danaes penetrasse. Ex qua conjunctione Juppiter Perseum edidit: unde Horat. III, Od. 16, 5: « Si non Acrisium virginis abditæ Custodem pavidum Juppiter et Venus Risissent. » Lact.

288. *Tristis Amymone*. Amymone filia Danai, quum missa fuisset a patre ad quærendam aquam, Inachi fontibus siccatis a Neptuno, incidit in Satyrum, qui vim illi inferre voluit: clamante autem puella accurrit Neptunus, ac Satyrus in fugam se dedit; sed perpessa est a Neptuno quod a Satyro timebat, unde gravida facta peperit Nauplium. Tandem in fontem sui nominis conversa est, de quo superiore lib. — Amymones quoque fabulam tangit Ovidius, Amor. I, Eleg. 10, 5, ubi vide a Burmanno enarrata nost. edit. tom. II, pag. 49. Ed. — *Alcmena*. Mater Herculis.

289. *Tergemina crinem circumdata*. Lepide, quia tribus noctibus Hercules satus: nec te turbet quod *tergemina* dicat, nam *tergemini* non *sex* aut *seni* Veteribus, sed *tres* aut *terni*. Tibullus de Cerbero, lib. III, Eleg. 4, 86: « Cui tres sunt linguæ tergeminumque caput. » Papinius Theb. VIII, 783: « atraque ditis Fulmina, tergeminosque mali custodis hiatus. » Virgilius de Luna, Æneid. IV, 511: « Tergeminamque Hecaten, tria virginis ora Dianæ. » Quum Luna sit apud Superos, Hecate vel Proserpina apud Inferns, Diana in terris. Statius Theb. X, 360: « Si te tergeminis perhibent variare figuris. » Bern.

290. *Discordes inimica in fœdera dextras*. Quia dextrarum conjunctio, quod est signum fœderis et amicitiæ, erat eruptura in talem perfidiam. — *Discordes*. Quia tunc etiam inimici, ut prius.

Belidæ fratres; sed vultu mitior adstat
Ægyptus, Danai manifestum agnoscere ficto
Ore nefas, pacisque malæ, noctisque futuræ.
Mille dehinc species: tandem satiata voluptas,
Præstantesque viros vocat ad sua præmia virtus.
Primus sudor equis. Dic, inclyte Phœbe, regentum
Nomina, dic ipsos: neque enim generosior unquam
Alipedum collata acies: ceu præpete cursu
Confligant densæ volucres, aut litore in uno
Æolus insanis statuat certamina ventis.
Ducitur ante omnes rutilæ manifestus Arion
Igne jubæ: Neptunus equo, si certa priorum
Fama, pater: primus teneris læsisse lupatis
Ora, et litoreo domitasse in pulvere fertur,
Verberibus parcens: etenim insatiatus eundi
Ardor, et hyberno par inconstantia ponto.

292. *Ægyptus. Ægystus* Behott. 1, 2, Dan. Petav. Laur. Buslid. Lipsian. alii; *Ægyptus* ab alia manu in Behot. 2, quod primus edidit Gronovius. Vide Diatr. p. 396. — *Danai manifestum agnoscere ficto Ore nefas.* Ovidius, Art. Amat. lib. II, 378: « In vultu pignora mentis habet. » Noster Theb. II, 322: « Torvaque jam Danai facinus meditantis imago. »

293. *Ore nefas, pacisque malæ*, etc. Duo codd. Barth. *pacisque nefas.*

296. *Dic, inclyte Phœbe, regentum. Dic inclyta* ex melioribus codd. scribit Barthius. — Hanc lectionem Reg. B habet, Reg. C nostram. Ed.

297. *Dic ipsos.* Supple, equos.

299. *Aut litore in uno.* Joannes Meursius malebat: *littore in unco.*

300. *Æolus.* Rex ventorum.

301. *Arion.* Adrasti equus, cujus pater Neptunus, mater Ceres. Vide Pausaniam. Apollodorus dicit Cererem in Erinnyis formam fuisse conversam, cum Neptuno concumbentem. Confer etiam Excurs. 43 ad calcem lib. IV Thebaid. tom. hujusce, pag. 465 et seq. Ed.

302. *Neptunus equo, si certa priorum. Neptunus equi* Dan. *si Fama priorum* Barthius ex optimo.

303 *Fama, pater: primus teneris læsisse lupatis. Fama patet* Lang. Behott. 1, 2, Aldd. et plerique. *Fama pater* Gronov. et Nic. Heinsius in Advers. lib. II, cap. 1, p. 206. *Vera, pater* Barthius ex optimo. Pro *læsisse* Nic. Heinsius l. l. scribit et defendit *rasisse.*

305. *Verberibus parcens. Vulneribus parcens* optimus Barthianus.

306. *Ardor.* Supple fuit. — *Et*

Sæpe per Ionium Libycumque natantibus ire
Interjunctus equis, omnesque assuetus in oras
Cæruleum deferre patrem: stupuere relicta
Nubila, certantes Eurique Notique sequuntur.
Nec minor in terris bella Eurysthea gerentem
Amphitryoniaden alto per gramina sulco
Duxerat: illi etiam ferus, indocilisque teneri.
Mox Divum dono regis dignatus Adrasti
Imperia, et multum mediis mansueverat annis.
Tunc rector genero Polynici indulget agendum
Multa monens, ubi fervor equo, qua suetus ab arte

*hyberno par inconstantia ponto.* Id est: Sicut mare per hiemem vel modico flatu agitatur, sic Arion vel minimo flagelli verbere efferabatur.

307. *Ionium Libycumque natantibus ire.* Unus Behot. pro *ire* habet *ille.* — *Ionium.* Supple, mare. — *Libycum.* Mare, quod alluit oram Africæ, quæ Græcis Libye dicitur.

308. *Interjunctus equis, omnesque assuetus in oras. Intervinctus* Behott. 1, 2. *omnisque* unus Behot. Dan. Put. et Petav. — Reg. B *int. eq. omnisque adsuerat in oras,* Reg. C nost. lect. Eo.

309 *Cæruleum deferre patrem. Cæruleum perferre* Behot. 1, *Cæruleum portasse* Behot. 2. — Reg. B *Cæruleum differre patrem* exhibet, Reg. C nost. lect. Eo. — *Cæruleum patrem.* Neptunum: Dii enim marini cæruleo colore repræsentantur.

310. *Euri Notique.* Venti, de quibus diximus supra multis in locis.

311. *Eurysthea.* Jusso Eurysthei. Eurystheus Stheneli filius, rex Mycenarum, cui Hercules oraculo parere jussus est. Ille Herculem ad difficillima quæque adeunda pericula adegit, ratus in uno tandem eorum periturum; sed Hercules eximia fortitudine, tum corporis quum animi, virtuteque superior, ex omnibus evasit, gloriosiorque. — *Bella Eurysthea.* Labores sibi ab Eurystheo impositos.

312. *Amphitryoniaden.* Herculem filium Amphitryonis. — *Alto sulco.* Quia equitis pondere prægravabatur, ideo profundius terræ vestigia infigebantur.

313. *Illi etiam ferus. Ille* omnes scripti: legendum tamen ex felici conjectura Gronovii: *Illi etiam ferus,* ne quidem ipsi Herculi satis morigerus.

315. *Multum mediis mansueverat annis.* Quum tot annos servierit, et tantum laboris exhauserit, non parum erat mansuefactus.

316. *Tunc rector.* Cupiens coronari Polynicem, præstat illi Arionem.

317. *Ubi fervor equo.* Quum incaluerit, inferbuerit, quomodo mulcendus, placandus; nam incitatione opus non habebat.

Mulceri, ne sæva manus, ne liber habenis
Impetus. « Urge alios, inquit, stimulisque, minisque;
Ille ibit, minus ipse voles: » sic ignea lora
Quum daret, et rapido Sol natum imponeret axi,
Gaudentem lacrimans astra insidiosa docebat,
Nolentesque teri zonas, mediamque polorum
Temperiem: pius ille quidem, et formidine cauta;
Sed juvenem duræ prohibebant discere Parcæ.
Œbalios sublimis agit spes proxima palmæ
Amphiaraus equos: tua furto lapsa propago,
Cyllare, dum Scythici diversus ad ostia ponti
Castor Amyclæas remo permutat habenas.

318. *Mulceri, ne sæva manus, ne liber*, etc. — *Mulceri nec* codd. et edd. vett. *nec liber* in iisdem.

319. *Impetus*. Supple, sit.

320. *Ille ibit. Iste ibit* optimæ Barthii membranæ. — *Minus ipse voles*. Quum jam retinere non poteris.

321. *Quum daret. Dum daret* unus Behot. — *Natum*. Phaetontem. Nota fabula. Vide Ovidium Met. II.

322. *Astra insidiosa*. Periculosa: ideo quia sunt signa visu terribilia. Monebat ergo Phaetontem Sol, ut non ageret currus per australem, sed septemtrionalem plagam. Lucanus de Phaetonte in libro qui inscribitur Iliacon, ita: « Haud aliter raptum transverso limite cœli Flammati Phaetonta poli videre, Deique, Quum vice mutata totis in montibus ardens Terra dedit cælo .... naturaque versa. » Lactant.

323. *Nolentesque teri zonas*. Zonæ enim cælestes respondent terrestribus, et per zonas nolentes teri, intelligit Poeta, quod est extra utrumque tropicum. — *Mediamque polorum temperiem*. Intelligit spatium quod est inter utrumque tropicum, quod æqualiter distat a polis mundi, vel Eclipticam, a qua Sol non evagatur.

324. *Pius ille quidem, et formidine cauta*. Taurin. Burm. Put. Dan. plerique et edd. vett. *cautus;* unus Barth. *captus*, et pro v. l. *cautus*. — *Pius ille*. Sol.

325. *Juvenem*. Phaetontem.

326. *Œbalios*. Lacones, ab Œbalia regione Laconiæ. — *Spes proxima palmæ*. Amphiaraus spes proxima victoriæ; ut Virg. Ecl. VII, 16: « Et certamen erat, Corydon cum Thyrside, magnum; » Georg. I, 59, « palmas equarum; » et Æn. V, 339, « tertia palma Diores. » Cf. etiam Sil. Ital. Punic. XVI, 503, et ibi not. nost. ed. t. II, p. 323. Eo.

327. *Furto*. Concubitu furtim commisso.

328. *Cyllare*. Cyllarus nomen equi Castoris. — *Scythici ponti*. Euxini, cujus Septemtrionalis ora accolitur a Scythis, unde *Scythicum* vocat.

329. *Castor Amyclæas remo per-*

Ipse habitu niveus: nivei dant colla jugales:
Concolor est albis et cassis et infula cristis.
Quin et Thessalicis felix Admetus ab oris
Vix steriles compescit equas; Centaurica dicunt
Semina: credo, adeo sexum indignantur, et omnis
In vires adducta Venus: noctemque, diemque
Assimulant, maculis internigrantibus albæ:
Tantus uterque color, credi nec degener illo
De grege Castaliæ, stupuit qui sibila cannæ

*mutat*, etc. Duo Barthiani: *remo permittit*. — *Castor*. Jovis et Ledæ filius. — *Amyclæas remo permutat habenas*. Castor enim comitem se Jasoni eunti ad expeditionem Colchicam adjunxerat, et relicto equitandi studio, remex factus erat: unde Amyclæas remo dicitur permutasse habenas. — *Amyclæas*. Ab Amyclis oppido Laconiæ.

330. *Nivei dant colla jugales*. Subdunt ipsius jugo. Sic *dare manum*, et *dare herbam*, et talia passim dicuntur.

331. *Concolor est albis et cassis et infula cristis*. *Concolor est niveis* unus Barthianus. — Reg. B. nost. lect. habet; Reg. C *Concolor est niveis et c. et inf. tristis;* sed litera c superposita alia manu dat *cristis*.

332. *Felix Admetus*. Admetus, rex Thessaliæ, *felix* dictus fuit, quod carissimus fuit duobus Diis, Apollini et Herculi: Apollo enim pavit ejus greges, Hercules vero in ejus gratiam revocavit ab Inferis Alcestem uxorem.

333. *Vix steriles compescit equas*. Thessalicas equas in pretio fuisse docet veteris oraculi versus: Ἵππον Θεσσαλικήν, Λακεδαιμονίαν τε γυναῖκα. *Equam Thessalicam*, et *Lacedæmoniam mulierem*. Et frequens erat equarum usus in curriculis, ut liquet ex Homero in funere Patrocli, et Pausania in Eliacis. Refert etiam Pindarus equas in Pythiis cucurrisse.

334. *Credo, adeo sexum*, etc. « Meliores libri *credo equidem* disertim scribunt. » Barth. — *Sexum indignantur*. Quod non equos, sed equas fecerit natura. Sic *sexum contra indignati* dicuntur, qui viri feminea erant mollitie.

335. *In vires adducta Venus*. Meliores libri *abducta* referunt, a suo nimirum usu. Nihil necesse mutari vulgatam lectionem, quum eodem sensu consistat. Notum quid de vitali semine conservato sanxerit Plutarchus, lib. de Conservanda Valetudine. Quod in vetusto marmore, reperto in urbe Sancti Ægidii apud Tectosages ita latine redditum: *Vesci citra saturitatem, impigrum esse ad laborem, vitale semen conservare, tria saluberrima*.

337. *Tantus uterque color*. Hic versus dunque sequentes sunt suspecti Guyeto, et obelo notantur.

338. *De grege Castaliæ*. *De grege Castalio* Dan. Petav. Lindenbrog. et Cruc. *De grege Castaliæ* in cæte-

Lætus, et audito contemsit Apolline pasci.
Ecce et Iasonidæ juvenes, nova gloria matris
Hypsipyles, subiere jugo, quo vectus uterque.
Nomen avo gentile Thoas, atque omine dictus
Euneos Argoo: geminis eadem omnia, vultus,
Currus, equi, vestes, par et concordia voti;
Vincere, vel solo cupiunt a fratre relinqui.
ItChromis, Hippodamusque, alter satus Hercule magno,
Alter ab OEnomao: dubites, uter effera presset

ris et scriptis et impressis. — *De grege Castaliæ.* De Pegasi grege, ait Lactantius, qui fontem Hippocrenen Musis et Apollini sacrum ungula sua produxit. Sed potius *grex Castalius*, equi Thessalici auditores fistulæ Apollinis. Lucem autem huic loco petes ex fabula Apollinis pastoris, cujus cannam memorat Ovidius Met. II. — *Stupuit qui sibila cannæ*, etc. Dicit hunc gregem tantam cepisse voluptatem ex audita fistula Phœbi, ut nollet pasci; et illi pares colore et animis equas Admeti.

341. *Subiere jugo, quo vectus uterque.* Unus Barthianus: *jugo provectus uterque;* unde ille: *jugo pare vectus uterque.*—*Subiere jugo.* Id est, uterque currum adscendit, quo vectus erat. Synecdochice autem *jugo*, pro curribus et equis.

342. *Nomen avo gentile Thoas.* Thoas unus e geminis, cui mater Hypsipyle nomen avi Thoantis dederat. Vide lib. præced. vs. 465. — *Atque omine dictus Euneos Argoo.* Euneos, alter e geminis Jasonis filiis, dictus Euneos a felici navigatione navis Argo.

343. *Euneos Argoo. Eunoos Argoo* in uno Behot.

344. *Par et concordia voti.* In optimis Barthii membranis; *par est concordia.*

345. *Relinqui.* Cursu prætervehi. Horatius, Arte Poetica, vs. 417: « Occupet extremum scabies; mihi turpe relinqui est. »

346. *It Chromis.* Chromin dicit Herculis filium, quem constat equos habuisse Thracas, quos Hercules exstincto Diomede rege abduxerat, humanis carnibus vesci consuetos: quum multi hoc exitio interiissent hospites, hunc Hercules, ne ab eodem circumventus periret, equorum suorum fecit pabulum: quos filio suo habendos concessit, ut ait Apollodorus; at Hyginus negat.

347. *Alter ab OEnomao: dubites, uter effera presset. Alter at OEnomao* unus Barth. *uter effera raptent* in duobus ejusdem codd. — Reg. B *pressit* habet, Reg. C nost. lect. Eo. — *Alter ab OEnomao.* Hippodamum dicit OEnomai currus regentem: eorum enim equorum non dissimilis est fama, exitio tot procorum: ideo ambigit Poeta, quibus equis ab eo major crudelitas adscribatur. Ex utroque enim stabulo processit horrenda crudelitas. LACTANT.

Frena magis. Getici pecus hic Diomedis; at ille
Pisæi juga patris habet; crudelibus ambo
Exuviis, diroque imbuti sanguine currus.
  Metarum instar erat hinc nudo robore quercus,
Olim omnes exuta comas, hinc saxeus umbo
Arbiter agricolis: finem jacet inter utrumque,
Quale quater jaculo spatium, ter arundine vincas.
  Interea cantu Musarum nobile mulcens
Concilium, citharæque manus insertus Apollo
Parnassi summo spectabat ab æthere terras,

348. *Frena magis. G. p. h. Diom. at ille*, etc. Unus Bebot. *et ille*. — *Frena*. Genus pro specie: equos enim significat. Lactant.

349. *Pisæi patris*. Œnomai, cujus regia Pisæ erat.

350. *Diro*. Id est, humano crudeliter effuso: Œnomaus enim procos filiæ victos occidebat; Diomedes vero humana carne equos pascebat.

351. *Metarum instar erat hinc nudo robore quercus*, etc. Sensus: Curruum velocitate certaturis duplex meta erat, una unde exirent; altera unde reverterentur; inter has vero metas spatium ejusmodi interjacebat, quod jaculo quater emisso, aut arundine ter emissa, posses transmittere. — *Nudo robore*. Sine foliis, ramis, et cortice. Vet. Schol. Sententia Papinii est, cursus *primam metam* fuisse *stipitem* ingentem *querneum*, aut *quercum* ipsam circumcæsam, ne fronderet amplius: unde nimirum initium fieret; *secundam*, ingentem *lapidem terminalem*, aut plures lapides in statuam aut molem rotundam compositos, circa quem flecteretur, emenso spatio. Idque ex more, quum nondum muris aut sepimentis essent loca designata. Barth.

352. *Olim omnes exuta comas*. *Omnes olim* in eodem Behot. codice.

353. *Finem jacet inter utrumque*. Put. *facit inter utrumque*. Hanc lectionem Reg. B' habet, Reg. C nostram. Ed. — *Inter utrumque*. Agrorum, qua iste terminatur, et alterius possessio sive hæreditas incipit, lapide magno, in clipei modum rotundato, notatum erat. *Jacet* autem dicit, quia et a Natura taliter facti lapides his locis projiciebantur. Vet. Schol.

354. *Quale quater jaculo spatium*. Sensus: intervallum inter utrumque limitem tale erat, quale transmitteres vibrato quater jaculo, et emissa ter sagitta. Produxit hunc Nostri versum Servius ad Æneid. XI, 608: « Jamque intra jactum teli progressus uterque Substiterat. » Conf. etiam notata; nostr. edit. tom. IV, pag. 256. Ed.

356. *Citharæ manus insertus*. Cui manus insertæ sunt chordis citharæ.

357. *Parnassi*. Montis Phocidos Apollini et Musis sacri.

Orsa Deum (nam sæpe Jovem, Phlegramque, suique
Anguis opus, fratrumque pius cantarat honores)
Tunc aperit, quis fulmen agat, quis sidera ducat
Spiritus, unde animi fluviis, quæ pabula ventis,
Quo fonte immensum vivat mare, quæ via soles
Præcipitet, noctem quæ porrigat, imane tellus,
An media, et rursus mundo succincta latenti.

358. *Orsa Deum (nam sæpe J. Phlegramque, suique.* Optimus Barth. *jam sæpe.* Dan. *Phlægræaque castra.* — Reg. B *Orsa Deo, nam*, etc. habet, Reg. C nost. lect. Ed. — *Phlegramque.* Phlegra locus, in quo Gigantes victi a Diis, et fulminibus percussi. — *Suique Anguis opus.* Cædem Pythonis.

359. *Ang. op. fratrumque pius cant. hon.* Dan. Put. Petav. et edd. vett. *pios;* Lang. uterque Behot. et plerique Barthiani, *pius;* et sic ediderunt Gevart. Dan. Heins. in Amstel. Gronov. Barth. etc. Nonnulli codd. Barthiani, *cantabat.* — Reg. B *pios* habet; Reg. C nostram lectionem. Ed. — *Honores.* Præclara facinora, ex quibus honorem consecuti sunt reliqui Dii, inter se fratres, et sua laude signarunt.

360. *Quis sidera ducat.* Secta Platonica dicit omnia spiritu divino gubernari. Unde Virg. Æneid. VI, 724 et seqq. « Principio cælum, ac terras, camposque liquentes, Lucentemque globum Lunæ, Titaniaque astra, Spiritus intus alit. » Etenim illa anima, quæ vinculum mundi nectit, meus et spiritus vocata est: quæ dat mortalium animis cunctas species, motumque et vitam: ut Virgil. Æneid. VI, 727: « mens agitat molem, » quæ Platone attestante affirmatur. Sed hujus tractatus secretæ philosophiæ magna laus Persis debetur, quod apud eam gentem horum secretorum primum ratio habita est: vel Perses scilicet ille magnus præceptor hujus philosophiæ. Lactant.

362. *Vivat mare.* Ostendit Poeta, vivum et viva posse dici ea quæ neque anima, neque spiritu moventur. — *Quæ via soles Præcipitet, noctem.* Thesis philosophica; terra elementorum omnium ima sit, an suspensa, ut Lucretius. Ergo utrum volvatur cælum, quod accidit si media est terra, quod si in imo, desinit esse immobile. Sed quum disputantium discordat opinio, verum nobis dicet, si qui rite cognovit originum causas: unde Virgilius Georg. II, 490: « Felix qui potuit rerum cognoscere causas. » Lact.

363. *Præcipitet, noctem quæ porrigat*, etc. Reg. B *Præcip. noct. quo porrig.* etc. præbet, Reg. C nost. lect. Ed. — *Imane tellus.* Id dicit secundum opinionem quorumdam philosophorum, qui terram in infimo orbis loco collocabant, nec suspensam esse credebant.

364. *An media.* In medio suspensa. — *Mundo latenti.* Antipodas intelligit per *mundum latentem.* Plerique enim Philosophi dubitarunt, an essent Antipodes, nec terram esse rotundam credebant.

Finis erat; differt avidas audire sorores:
Dumque chelyn lauro, textumque illustre coronæ
Subligat, et picto discingit pectora limbo,
Haud procul Herculeam Nemeen clamore reductus
Adspicit; atque illic ingens certaminis instar
Quadrijugi: noscit cunctos, et forte propinquo
Constiterant Admetus et Amphiaraus in arvo.
Tunc secum, « Quisnam iste duos, fidissima Phœbo
Nomina, commisit Deus in discrimina reges?
Ambo pii, carique ambo: nequeam ipse priorem
Dicere. Peliacis hic quum famularer in arvis,
Sic Jovis imperia, et nigræ voluere sorores,
Thura dabat famulo, nec me sentire minorem

366. *Dumquechelyn lauro. Tumque Chelin* Dan. — *Dumque chelyn lauro, textumque illustre coronæ Subligat.* Hoc ad morem citharœdorum, inquit Lactantius, quia citharœdi finito carmine coronam capiti detractam citharæ subligabant.

367. *Et picto discingit pectora limbo.* Aldd. Colio. Basil. Plant. Lindenbrog. et Cruc. *distinguit*; Dan. Put. alii *discingit*. — *Picto limbo.* Limbus proprie fascia quæ extremitati vestis assuitur. Hic pro zona sumit Poeta. — *Picto.* Id est, acu picto.

368. *Herculeam Nemeen. Nemeen* vocat *Herculeam*, ob occisum in hac silva ab Hercule leonem Nemeæum.

369. *Certaminis instar.* Speciem enim belli quadrijugum certamen adduxerat cupido vincendi. Lact.

370, 371. *Et forte propinquo constiterant Admetus et Amphiaraus in arvo.* Admetum amaverat, et propter eum in terras descenderat Apollo; Amphiaraus augur ejus erat et sacerdos. De hoc loco vide Barthii Animadvers. ad Pap. Stat. tom. III, p. 371. Ed.

372. *Quisnam iste duos, fidissima Phœbo.* Behot. Dan. Put et Petav. *Phœbi.* Hanc lectionem Reg. B præbet, Reg. C. nostram. Ed.

374. *Ambo pii, carique ambo.* Optimus Barthianos: *carisque mihi.* — *Nequeam ipse priorem.* In mea observantia et dilectione.

375. *Peliacis.* Thessalicis, a Pelio monte Thessaliæ. — *Famularer.* Tangit fabulam, qua Apollo dicitur exsilio mulctatus, ob occisos Cyclopas, pressosque inopia rerum omnium, operam locasse Admeto regi Thessaliæ gregibus pascendis.

376. *Sic Jovis imperia.* Quia Cyclopas occideram, qui fabricaverant fulmina, quibus Juppiter interemerat Æsculapium, cujus peritia mortuos in vitam revocaverat.

377. *Nec me sentire minorem Ausus.* Non volebat sese pro domi-

Ausus; at hic tripodum comes, et pius artis alumnus
Æthereæ: potior meritis tamen ille, sed hujus
Extrema jam fila colo: datur ordo senectæ
Admeto, serumque mori: tibi nulla supersunt
Gaudia; jam Thebæ juxta, et tenebrosa vorago.
Scis miser, et nostræ pridem cecinere volucres. »
Dixit, et os fletu pæne inviolabile tinctus
Extemplo Nemeen radiante per æthera saltu
Ocyor et patrio venit igne suisque sagittis.
Ipse olim in terris, cælo vestigia durant,
Claraque per Zephyros etiamnum semita lucet.

no gerere, adeoque me colebat, ut minime sentire videretur, me ipsi iu servitium datum. Nou minus ait se ab Admeto, quum ipsi datus esset in servitium, cultum, quam quum inter Deos versaretur.

378. *Tripodum comes.* Amphiaraus vates et augur, et sacerdos Apollinis.

379. *Ille.* Admetus. — *Hujus* Amphiarai.

380. *Extrema jam fila colo.* Dan. Put. Lindenbrog. et Cruc. *fila colu;* et sic legit Priscianus lib. VI: in cæteris: *fila colo.* — Regg. B et C *jam fila colu* exhibent. Ed.

381. *Serumque mori.* Beneficio scilicet Alcestidis uxoris; Admeto euim graviter ægrotanti oraculum respondit, ipsum vitam propagaturum, si quis suorum vellet pro eo mori: renuentibus autem omnibus uxor Alcestis se promtissimam obtulit, ac pro marito vicariam mortem subiit. Unde Juvenalis Sat. VI, 652: « Spectant subeuntem fata mariti Uxorem. » Vide Alcesten Euripidis.

382. *Et tenebrosa vorago. Scis miser,* etc. Sciebat enim Amphiaraus se periturum hiatu terræ, et id per volatum avium, ut vidimus Theb. III.

384. *Et os fletu pæne inviolabile tinctus.* Ovidius Met. II, 621: « neque enim cælestia tingi Ora decet lacrimis. »

385. *Extemplo Nemeen r. p. æthera saltu.* Unus Behot. *extimplo N. r. p. aera.* — *Radiante saltu.* Transeuntes enim per aerem Dii, meatus sui vestigium lucidum in aere relinquebant.

386. *Patrio igne.* Fulmine Jovis patris Apollinis. — *Suisque sagittis.* Sagittandi enim peritissimus Apollo.

387. *Ipse olim in terris. Ipse olim in terras* optimæ Barthii membranæ; cum glossa: « Devenerat jam pridem ipse iu terras. » — *Ipse olim in terris,* etc. Ad denotandam celeritatem Apollinis. Inutiles autem et adulterini videntur hi duo versus Guyeto.

388. *Claraque p. Z. etiamnum semita l.* Regg. B et C *etiam nunc* exhibent. Ed. — *Claraque per Ze-*

Et jam sortitus Prothous versarat ahena
Casside; jamque locus cuique est, et liminis ordo.
Terrarum decora ampla viri, decora ampla jugales,
Divum utrumque genus, stant uno margine clausi;
Spesque, audaxque una metus, et fiducia pallens.
Nil fixum cordi: pugnant exire, paventque:
Concurrit summos animosum frigus in artus:
Qui dominis, idem ardor equis: face lumina surgunt,

*phiros etiamnum semita lucet.* Vestigium fulgoris ejus adhuc apparet. Poetice dicit viam lacteam, quam candidiorem fecit suo transvolatu.

389 *Et jam sartitus Prothous*, etc. *Protheus* Dan. Pul. Laur. Buslid. Lipsian. et edd. vett. *Præcus* optimus Barthianus; *Præbus* duo alii Barthiani; *Prothous* Behott. *Prothaos* correxit Marklandus ad Silv. IV, 2, 24. — *Jam sortitus Prothous versarat ahena Casside.* Moris enim erat in iis ludis ducere sortes, ut cuique certandi distribueretur locus, et omnis fraus abesset; et sortes in galea versabantur. Virgilius Æneid. V, 490: « dejectamque ærea sortem Accepit galea. » Et Æschylus: Τρίτῳ γὰρ Ἐτεόκλῳ τρίτος πάλος Ἐξ ὑπτίου πήδησεν εὐχάλκου κράνου. *Sors enim tertia tertio Eteocla exiit ex prona galea ærea.* — Vide Excurs, ad calc. huj. lib. Ed.

390. *Liminis.* Alii *limitis.* — *Liminis ordo.* « Unde progrediendum fuerit. » Vet. Schol. Collocatas dicit in carceris foribus, secundum ordinem, sorte datum, ad procurrendum paratos.

391. *Decora ampla jugales.* Unus Behot. *decora alta viri decora alta jugales;* Dan. *decorique jugales;* Put. *decara æqua jugales.*

392. *Divum utrumque genus.* Equi nimirum, ob Arionem Neptuno et Cerere ortum, et aurigæ.

393. *Spesque, audaxque una metus, et fiducia pallens.* Lang. Busl. Dan. Pul. et editiones veteres, *audaxque metus, una et fiducia.*

394. *Nil fixum cardi.* Id est, ardent exire, moxque timore reprimuntur. — De hoc loco vide notata ad Sil. Italic. Punic. III, 215, ad quem illustrandum hic Nostri versus citatur; nost. edit. tom. I, pag. 173. Ed.

395. *Animosum frigus.* « Timor omnia ausurus, quum transit in audaciam. » Vet. Schol. Pariter *tremulas* vocat animosissimos equos Nemesianus, Cyneget. — *Concurrit.* Desertis reliquis membris. Primum enim tremit totum corpus, postea calor audaciæ superans frigus timoris, frigus compellit in extrema corporis.

396. *Qui dominis, idem ardor equis.* Compara Virgil. Georg. III, 83 et seqq. et ad hunc locum vide notata, nost. edit. tom. I, p. 440. Adi etiam præstantissimas equi descriptiones apud nostrates Buffon, *Quadrupèdes*, et Bossuet, *Méditations sur l'Évangile;* et quæ notavit Macrobius, Saturn. V, 11. Ed.

Ora sonant morsu, spumisque, et sanguine ferrum
Uritur, impulsi nequeunt obsistere postes,
Claustraque, compressæ transfumat anhelitus iræ.
Stare adeo miserum est! pereunt vestigia mille
Ante fugam, absentemque ferit gravis ungula campum.
Circumstant fidi, nexusque, et torta jubarum
Expediunt, firmantque animos, et plurima monstrant.
  Insonuit contra Tyrrhenum murmur, et omnes
Exsiluere loco: quæ tantum carbasa ponto?

397. *Ora sonant morsu, spumisque, et sanguine ferrum Uritur.* Signa generosi equi, spuma et freni morsus. Apoll. lib. IV: Ἀργινόεντα δ' ἐπὶ στομάτεσσι χαλινὰ Ἀμφὶς ὀδακτάζοντι σαραβλῆδην κροτέοντας. « Splendentia frena in ore circum in morsicantis similitudinem sonabant. » Callimachus in lavacro Palladis vocat ἀφρὸν χαλινοφάγων στομάτων, « spumam orium frena mandentium. »

398. *Impulsi postes.* Ab equis procurrere gestientibus. Ovidius de Solis equis, Met. II, 155: « hinnitibus auras flammiferis implent, pedibusque repagula pulsant. »

399. *Compressæ iræ.* « Quoniam non datur adhuc ei libertas erumpendi. Anhelitus, indignationem notat, in murmur erupturam. » V. S.

400. *Pereunt vestigia mille Ante fugam*, etc. Proprium enim est, ut ait Lactant. generosorum equorum pedum inquietudine cursum anticipare. Virgilius de equo generoso Georg. III, 84: « Stare loco nescit. »

401. *Absentem campum.* Id est, jam sibi videbantur currere in stadio, in quo nondum erant. — De hoc loco confer Excurs. 133 lib. II, Theb. tom. hujusce pag. 261. Ed.

402. *Circumstant fidi.* Famuli nimirum, aut aurigæ. Sunt ducta ex his Virg. Æneid. XII, 85: « Circumstant properi aurigæ, manibusque lacessunt Pectora plausa cavis, et colla comantia pectunt. » — *Nexusque et torta jubarum.* Contortos cirros, et nexas jubæ setas expediunt, id est, expectunt, pectinibus discriminant.

404. *Ins. c. Tyrr. m. et omnes*, etc. Putcan. *et omnis.* — *Tyrrhenum murmur.* Sonitus tubæ, quæ dicitur inventum Tyrrhenorum. Unde vocat Sophocles κώδωνα Τυρσηνικήν. Et Virgilius Æneid. VIII, 526: « Tyrrhenusque tubæ mugire per aera clangor.... » Hoc autem erat signum certantibus, ut exsilirent: tuba enim signum dabatur ineundi certaminis.

405. *Exsiluere loco: quæ tantum carbasa ponto? Exiliere* Lang. Buslid. Lipsian. et editiones veteres. Dan. Heinsius ad Claudian. Rapt. Proserp. lib. II, vs. 198 legit: *quæ tantum nubila cœlo, Quæ bello sic pila volant, quæ carbasa ponto?* — *Carbasa.* Naves vento velis provectæ. Virg. Æneid. III, 357: « auræ vela vocant, tumidoque inflatur carbasus Austro. »

Quæ bello sic tela volant? quæ nubila cælo?
Amnibus hybernis minor est, minor impetus igni:
Tardius astra cadunt: glomerantur tardius imbres:
Tardius e summo decurrunt flumina monte.
Emissos videre, atque agnovere Pelasgi.
Et jam rapti oculis, jam cæco pulvere mixti
Una in nube latent, vultusque umbrante tumultu,
Vix inter sese clamore et nomine noscunt.
Evolvere globum, et spatio quo quisque valebat
Diducti: delet sulcos iterata priores
Orbita: nunc avidi prono juga pectore tangunt,

407. *Amnib. h. minor est, minor impetus igni.* Lipsii liber: *minor est Jovis impetus igni;* hoc habet etiam Exc. Cantab. sed supra vocem *Jovis* stat *minor*. Codex Vossianus exhibet: *minor impetus et Jovis igni.*

408. *Astra cadunt.* Secundum opinionem indoctorum. Virg. Georgic. I, 365: « Sæpe etiam stellas vento impendente videbis Præcipites cælo labi. » Ubi vide notata; nost. edit. *tom.* I, pag. 309. En. — Sequitur vulgi opinionem, non enim omnia a poeta prudenter dicenda sunt. Quod autem videmus a cælo *stellas* quasi *labi*, ἀπόῤῥοιαι sunt ignis ætherei, quæ fiunt quum vehementior ventus altiora conscendit, et trahere exinde aliquas particulas cœperit, quæ simulant casum stellarum. Nam stellæ cadere non possunt, quarum natura est ut stent semper, unde et *stellæ* vocantur.

409. *Tardius e summo decurrunt flumina monte. Tardius in summo* Behot. 1, 2, *Tardius in summos* Dan. *montes* unus Behot. Pro *flumina* Dan. habet *fulmina.*

410. *Emissos.* Ex carceribus supple.

411—413. *Jam cæco pulvere mixti Una in nube latent, vultusque umbrante tumultu, Vix inter sese clamore et nomine noscunt.* Almotanabbi, poeta Arabum celeberrimus hæc sic expressit illo versu: « Phi jafal satar alhoïoun gabarat, facaenna iabseran beledan. » *In pugna pulvis oculos obstruit, et utique, ut si auribus viderent.* Sic etiam apud Sil. Italic. Punic. XVI, 325 et seqq. « Fulvus arenosa surgens tellure, sub auras Erigitur globus, atque operit caligine densa Cornipedumque vias, aurigarumque labores. » En. — *Vix inter sese.* Ordo: Vix sese internoscunt clamore et nomine; aut enim confundit clamore sonum spectantium multitudo, aut frequenter increpitat, cujus favor ante venit: utrumque autem turbationem facit.

414. *E. g. et sp. quo quisque volebat.* Unus Behot. et Dan. *quisque volebat.* — *Evolvere globum.* Id est, se expediverunt e globo.

416. *Nunc avidi prono juga pectore tangunt.* Immissis habenis,

Nunc pugnante genu pressis duplicantur habenis:
Colla toris crinita tument, stantesque repectit
Aura jubas: bibit albentes humus arida nimbos.
Fit sonus, immanisque pedum, tenuisque rotarum.
Nulla manus requies; densis insibilat aer
Verberibus: gelida non crebrior exsilit Arcto
Grando, nec Oleniis manant tot cornibus imbres.
Senserat adductis alium præsagus Arion
Stare ducem loris, dirumque expaverat insons

corpus duplicantes, proni in jugum currus. Idem vult Manilius, Astr. V, 74 et seqq. « flectere equorum Prævalidas vires, ac torto stringere gyro; Aut, quum laxato fregerunt cardine claustra, Exagitare feros, pronumque anteire volantes. »

417. *Nunc pugnante genu pressis duplicantur habenis.* Id est, genu clunes equorum lacessente ipsi duplicantur, ut fortius tendant habenas, retineantque equos nimio impetu currentes.

418. *Stantesque repectit.* Lang. Buslid. Lips. Behott. 1, 2, et edd. vett. *reflectit;* Dan. Gronov. et cæteri *repectit.* — *Stantesque repectit Aura jubas.* Hom. Iliad. Ψ: Χαῖται δ' ἐῤῥώοντο μετὰ πνοιῇς ἀνέμοιο. « Jubæ movebantur flatibus venti. »

419. *Albentes nimbos.* Spumas et sudores equorum.

420. *Fit sonus, immanisque pedum*, etc. Equinorum. *Immanis* eamdem vim habet quam *insanus*, quum pro insigniter magno usurpatur.

421. *Densis insibilat aer.* Dan. Put. Lang. Buslid. Lipsian. et edd. vett. *densisque insibilat;* Behott. 1, 2, Amstel. Gronov. Barth. Venn. et Delph. *densis insibilat.*

422. *Gelida non crebrior exsilit Arcto.* « Vera lectio; et sic optimæ membranæ. In aliis perperam legitur exiit *Arcto.* » Barth. Vide Virg. Georg. I, 449; Æneid. V, 459, ubi grando crepitans *salit.*

423. *Oleniis cornibus.* Id est, capræ Amaltheæ, et hædorum signorum cælestium, quorum ortus tempestates maximas facit. Unde Virgilius, Æneid. IX, 668: « Quantus ab occasu veniens pluvialibus hædis Verberat imber humum. » — *Oleniis.* Olenus Achaiæ oppidum, ex quo dicitur fuisse capra Amalthea, quæ Jovem uberibus aluit, quæque cum filiis suis in cælum recepta est. Vide Theb. III, 25, et ibi not. huj. tom. pag. 277. Ed.

424. *Præsagus Arion.* Divinandi scientia præditus. Vet. Schol. Equis heroicis talia tribui notatum ad Claud. de Raptu Proserp. lib. II, ipso fine contra Jul. Scalig. De Arione supra, 301; vide inprimis Thebaid. IV, 43, et in hunc locum Excursum, hujus tom. pag. 465 et 466. — *Præsagus* prædivinator secundum Fest, et Cicer. de quo ad vs. 19, Belli Getici apud eumdem Claudian. « Arbore præsaga tabulas animasse loquaces. » Barth.

Œdipodioniden : jam illinc a limine discors,
Iratusque oneri insolito truculentior ardet.
Inachidæ credunt accensum laudibus : ille
Aurigam fugit : aurigæ furiale minatur
Efferus, et campo dominum circumspicit omni.
Ante tamen cunctos sequitur, longeque secundus
Amphiaraus agit, quem Thessalus æquat eundo
Admetus : juxta gemini, nunc Euneos ante,
Et nunc ante Thoas : cedunt, vincuntque ; nec unquam
Ambitiosa pios collidit gloria fratres.
Postremum discrimen erant Chromis asper, et asper
Hippodamus : non arte rudes, sed mole tenentur
Cornipedum : prior Hippodamus fert ora sequentum,

426. *Œdipodioniden : jam illinc*, etc. Nonnulli codices manuscripti : *nam illinc*. — Polynicem Œdipi filium.

427. *Irat. on. insolito truculentior ardet.* « Distinctio capitalis post hoc verbum (*insolito*) est in optimo libro. » Barth. — *Truculentior.* Ad excutiendum Polynicem, et pessumdandum.

428. *Inachidæ.* Argivi. — *Accensum laudibus.* Efferri ipsum plausu et laudibus spectantium.

430. *Campo dominum circumspicit omni.* Quærit legitimum suum dominum et aurigam, piissimum nempe regem, Adrastum. Vide supra, v. 313. *Circumspicere* est poeticum *quærere*. Virgil. Æneid. III, 517 : « armatumque auro circumspicit Oriona. » Idem Æneid. XII, 896 : « Nec plura effatus, saxum circumspicit ingens. »

431. *Ante tamen cunctos sequitur.* In edd. vett. distinguitur : *Ante tamen cunctos : sequitur*, etc. « Non opus eum doctissimo Barclaio aliam distinctionem inducere : *Ante tamen cunctos sequitur*, etc. quam in ejus Notis non sine vitio procuderunt insuper librarii. » Barth. — *Ante tamen cunctos.* Supple, *Arion currit.* — *Longe secundus.* Ita de Salio Virgil. Æneid. V, 320 : « Proximus huic, longo sed proximus intervallo. » Ad quem locum videnda sunt notata, nost. ed. tom. III, pag. 36. Eo.

433. *Gemini.* Jasonis et Hypsipyles filii. De quibus supra.

434. *Cedunt.* Optime, ut Gronovius, Guyetus, et Peyraredus, non *cædunt*, ut habent impressi.

435. *Nec unquam Ambitiosa pios collidit gloria fratres.* Mens : nunquam ambitiosus honor commisit inter se fratres concordes.

436. *Discrimen.* Hic significat certamen, seu par certantium. — *Chromis asper.* Herculis filius : Hippodamus Œnomai filius.

438. *Cornipedum : prior*, etc. Barthius tollit distinctionem post *Cornipedum*.

Fert gemitus. multaque humeros incenditur aura.
Speravit flexæ circum compendia metæ,
Interius ductis, Phœbeius augur, habenis,
Anticipasse viam, nec non et Thessalus heros
Spe propiore calet; dum non cohibente magistro
Spargitur in gyros, dexterque exerrat Arion.

439. *Multaque humeros incenditur oro.* Flammam omnino equis anhelantibus in ora ponunt poetæ; quare recte hic vetus Scholiastes: « afflatibus equorum contactus quasi flammam sentit in humeris suis. » Virgilius, Æneid. VII, 281: « Absenti Æneæ currum, geminosque jugales, Semine ab ætherio, spirantes naribus ignem. » — *Multa aura.* Denso afflatu, quem longe elegantissime *spirabile flumen* dicit Nemesianus in Cynegetico, 255: « Necnon terribiles, spirabile flumen, anheli Provolvunt flatus, et lumina vivida torquent. »

440. *Speravit flexæ circum*, etc. Alludit ad morem quadrigarum curriculum agitantium: solent illi diligentem operam dare, quo metam attingere quidem viderentur, sed non tangerent. Horatius lib. I, Od. 1, 3 et seqq. « Sunt quos curriculo pulverem Olympicum Collegisse juvat, metaque fervidis Evitata rotis. » Theocritus: Idyll. XXIV, Ἵππους δ' ἐξελάσασθαι ὑφ' ἅρματι, καὶ περὶ νύσσαν Ἀσφαλέως κάμπτοντα τροχῶ σύριγγα φυλάξαι Ἀμφιτρύων ὃν παῖδα φίλα φρονέων ἐδίδασκεν Αὐτός. « Docuerat Amphitryon ipse filium suum ita equos currui junctos agitare, rotæque modiolum circum metam inflectere, ut eam vitaret. » Adi Homerum Iliad. Ψ, et Sophoclem in Electra. BERNART. — Conf. etiam Sil. Punic. XVI, 360 et seqq. et ibi not. nost. ed. tom. II, 312. ED.

441. *Phœb. augur.* Amphiaraus.

442. *Anticipasse.* Usus est eo verbo etiam præter alios Lucretius de Nat. Rer. V, 658. — *Thessalus heros.* Admetus.

444. *Dexterque exerrat Arion.* « Dubitatum olim de loci hujus scriptura docet boni libri status, in cujus textu verbum hoc omissum est, in margine autem scribitur: vel *avit*, id est *erravit*, vel *exerrat*, vel *errarat*. » BARTH. — *Dexterque.* Id est, magis ad dextram it, relinquit inter se et metam nimium spatium, quo cæteri currus transeuntes circa metam prius flectere possent. — *Exerrat Arion.* Probissima vox, optimis auctoribus nota, sed imperitia librariorum sæpius corrupta. Quadrigarius, apud Agellium: « Deinde Gallus irridere, atque linguam exertare. » Busl. codex: *exerrare* optime; pro eo quod linguam extra os projectam per irrisum reciprocat. Agellius ipse I. XV, cap. 2: « Atque etiam hoc Plato ibidem dicit, non defugiendas esse, neque respuendas hujuscemodi exhortationes. » Adfectus locus, sed nec Æsculapius melius fecerit medicinam, quam Lipsius noster, qui legit: « hujuscemodi exerrationes; » et transfert ad primas quasi allucinationes mentis,

Jam prior OEclides, et jam non tertius ibat
Admetus, laxo quum tandem ex orbe reductus
Æquoreus sonipes premit, evaditque parumper
Gavisos : subit astra fragor, cælumque tremiscit,
Omniaque excusso patuere sedilia vulgo.
Sed nec lora regit, nec verbera pallidus addit
Labdacides : lassa veluti ratione magister
In fluctus, in saxa ruit; nec jam amplius astra
Respicit, et victam projecit casibus artem.
Rursus præcipites in recta ac devia campi
Obliquant, tenduntque vias; iterum axibus axes
Inflicti, radiisque rotæ : pax nulla, fidesque.
Bellà geri ferrò levius; bella horrida credas.
Is furor in laude est : trepidant, mortemque minantur,
Multaque transversis præstringitur ungula campis.

ante plenam ebrietatem. Bernart.

445. *OEclides.* Amphiaraus OEclei filius.

446. *Laxo quum tandem ex orbe reductus.* Unus Behot. *ab orbe reductus.* — *Laxo orbe.* Id est, ab exteriore, hincque laxiore orbe.

447. *Æquoreus sonipes.* Arion a Neptuno procreatus, qui maris Deus.

449. *Excusso.* Moto, surgente.

450. *Nec verbera pallidus addit.* Put. *pallidus audet.* Hanc lectionem Reg. B exhibet, Reg. C nostram.

451. *Labdac. lassa veluti.* « Ferri potest *lassa veluti* : cur tamen veterem non audiam *lapsa veluti?* » Bern. In quibusdam codd. *laxa.* — *Labdacides.* Polynices, Labdaci pronepos.

452. *Astra.* Observatione enim astrorum cursum navigationis dirigebant nautæ, ante acus magneticæ inventionem.

453. *Projecit.* Contemnit atque spernit.

454. *Devia campi.* Antiptosis est, dum in directa tendunt, in devia obliquant. Lactant.

455. *Iterum axibus axes Inflicti.* In quibusdam bonæ notæ libris est : *Inflecti :* alicubi annotatum pro *inflectebantur.* Forte scribendum : *iterum axibus axes Infligi.* Gronov.

456. *Inflicti.* Vi ablatis curribus et collisis. — *Pax nulla fidesque.* Tumultu omnia confundente. Poeticum est, quidquid instituto exit, fidem deserere dici, et pacem etiam in talibus agnoscere.

457. *Bella geri ferro levius.* Unus Behot. *levius ferro.*

458. *Is furor in laude est. His furor in laude est* Aldd. Colin. et Basil. Bernartius correxit ex codd. Lang. Laur. Buslid. et Lipsian. et sic in cæteris.

459. *Multaque transversis*, etc.

Nec jam sufficiunt stimuli, non verbera: voce
Nominibusque cient Pholoen Admetus, et Irin
Funalemque Thoen; rapidum Danaeius augur
Ascheton increpitans, meritumque vocabula Cycnum.
Audit et Herculeum Strymon Chromin, Euneon audit
Igneus Æchion: tardum Calydona lacessit
Hippodamus, variumque Thoas rogat ire Podarcem.
Solus Echionides errante silentia curru
Mœsta tenet, trepidaque timet se voce fateri.

« Non sine ratione versum hunc omittunt membranæ illæ laudatissimæ. » Barth. — *Multaque transversis*, etc. Dum per transversa stadii currunt.

460. *Nec j. s. st. non verbera.* Dan. Petav. Lang. Buslid. et edd. vett. *nec verbera.* — *Voce.* Usitato more heroicis temporibus; equos adsuefacere certis nominibus, quibus auditis imperium facerent. Tanquam rem notissimam legis in Phaetontis fabula apud Ov. Met. II, 192.

461. *N. c. Pholoen Admetus, et Irin. Ametus* et *Iron* unus Behot. — *Pholoen et Irin.* Pholoe et Iris nomina equarum Admeti. Supra: « Vix steriles compescit equas. »

462. *Funalemque Thoen. Funalesque Thoen* optimæ Barthii membranæ. *Lunalemque Thoen* Dan. *Fumantemque Thoen* Put. — *Funalemque Thoen.* Funalis est, qui extra jugum incedit, et jugali opponitur, σειραῖος, et σειραφόρος Græcis dictus: ζύγιος enim dicitur qui jugum subit. Unde intelligimus funalem equum hunc vocari, qui extra jugum sit, sive ante, sive a latere jungatur; inde appellatus, quod fune, seu habena, aut catena etiam exterius regatur. — *Danaeius augur.* Amphiaraus augur Argivus.

463. *Ascheton increpitans. Æscheton* Put. et Petav. *Aseedon* unus Behot. *Esceton* Dan. *increpitat* unus Behot. Lang. Buslid. Lipsian. Put. et edd. vett. *increpitans* Dan. alter Behot. Amstel. Gronov. Barth. et Delph. — *Meritumque vocabula Cycnum.* Candore scilicet: supra, v. 330, de equis Amphiarai: « Ipse habitu niveus: nivei dant colla jugales. »

464. *Herculeum.* Hercule oriundum.

465. *Igneus Æchion: tardum Calydona lacessit. Ethion* uterque Behot. *Æthion* Lang. Buslid. Lips. et edd. vett. *Æchion* Dan. Put. Lindenbrog. et recentt. *tardumque Calydona* unus Behot. *tardumque Cydona* Dan. Put. et Petav. *tardum Cidola* alter Behot. *tardumque Cidona* Exc. Cant.

467. *Echionides.* Polynices, ab Echione, qui Thebanum regnum administravit post Cadmum.

468. *Voce fateri.* Senserat enim se agnitum exosumque Arioni; ideoque furorem ejus nolebat augere loquendo. Et equis alioquin acutissimus auditus.

Vixdum cœptus equis labor, et jam pulvere quarto
Campum ineunt; jamque et tepidis sudoribus artus
Effœti; et crassum rapit ejectatque vaporem
Cornipedum flammata sitis: nec jam integer illis
Impetus, et longi suspendunt ilia flatus.
Hic anceps fortuna diu decernere primum
Ausa venit: ruit, Hæmonium dum fervidus instat
Admetum superare, Thoas; nec prætulit ullam

469. *Vixdum cœptus equis labor, et jam, etc.* Lipsii codex: *Vix perceptus;* unde Bernart. vult legi: *Vix ter cœptus.* Optimus Barthian. *labor est.* — *Et jam pulvere quarto Campum ineunt.* Curriculum quadrigarum ἵππων τελείων, id est, *firmorum plenis annis*, fuisse dicitur δωδεκάδρομον, seu *spatiorum duodenum:* ideoque et Pindarus Olym. IV, dixit δωδεκάγναμπτον τέρμα δρόμου. Sed πωλικὸν ἅρμα, id est, *teneriorum equorum*, conficere solitum spatia octona. Hoc autem apud Græcos. Apud Latinos septena tantum conficiebantur spatia. Seneca Ep. XXX: « Quomodo manifestior notari solet agitatorum lætitia, quum septimo spatio palmæ appropinquant. » Sanctus Hieronymus in vita S. Hilarionis: « Hoc si quidem in Romanis urbibus jam inde servatur a Romulo, ut propter felicem Sabinarum raptum, ab ipso quasi consiliorum Deo, quadrigæ septeno currant circuitu. » Propertius II, Eleg. 25, 25 et seq: « Aut prius infecto deposcit præmia cursu, Septima quam metam triverit ante rota. » Suetonius in Domitiano c. 4, « singulos missus a septenis spatiis ad quina corripuit.

470. *Et tepidis sudoribus artus.* De hoc vide notata nostra ad Thebaid. I, 422; hujusce tom. pag. 79.

471. *Crassum rapit ejectatque vaporem.* Unus Behot. *injectatque vaporem.* — Reg. B, *ejectaque* habebat, sed litera *t* superposita eadem manu dat *ejectatque.*

473. *Et longi suspendunt ilia flatus.* Equi suspiriosi, vel spiritus densioris, dum animam ducunt, *ilia trahunt.* Virgilius Georg. III, 507: « imaque longo Ilia singultu tendunt. » Plin. *ilia trahere* dixit Hist. Nat. II, cap. 6. Idem Lucan. Phars. IV, 627; Horatius lib. I, Epist. 1, 9: *ilia ducere*, id est, vix spiritum recipere, ut fit in cursu: nam hac potissimum parte sentitur, quam sit liber anhelitus. Turn. lib. XII, cap. 9.

574. *Hic anceps fortuna. Hinc anceps* optimæ Barthii membranæ, et Behot. 1. — *Decernere venit.* Græcismus: alibi multis illustratus. Hactenus anceps et in nullam partem victoriam inclinans, pependit fortuna; nunc decernit aliquid, etc. Barth.

475. *Hæmonium.* Thessalum: Thessalia enim prius Hæmonia dicta.

476. *Admetum, superare, T. nec prætulit ullam. Ametum* unus Behot. *vel prœbuit illam* optimus Barthii codex pro v. l.

Frater opem: velit ille quidem; sed Martius ante
Obstitit Hippodamus, mediasque immisit habenas.
Mox Chromis Hippodamum metæ interioris ad orbem
Viribus Herculeis et toto robore patris
Axe tenet prenso: luctantur abire jugales
Nequicquam, frenosque et colla rigentia tendunt.
Ut Siculas si quando rates tenet æstus, et ingens
Auster agit, medio stant vela tumentia ponto.
Tunc ipsum fracto curru deturbat, et isset
Ante Chromis; sed Thraces equi ut videre jacentem
Hippodamum, redit illa fames, jamjamque trementem
Partiti furiis; ni frena, ipsosque frementes,
Oblitus palmæ, retro Tirynthius heros
Torsisset, victusque et collaudatus abisset.

477. *Martius.* A Marte oriundus: Hippodami enim pater Œnomaus filius erat Martis.

478. *Obst. Hippodamus, mediasque immisit habenas. Hippodamon* in quibusdam scriptis; et ita legit Nic. Heinsius. *jam jamque timentem* unus Behot. — *Medias.* Inter duos fratres, ne alteri alter succurreret. Vet. Schol.

479. *Metæ interioris.* Brevioris. Vide supra ad v. 440.

480. *Viribus Herculeis.* Quia Chromis erat filius Herculis.

481. *Axe tenet prenso.* Suis rotis, et suo curru prensum detinuit.

482. *Rigentia tendunt.* Quia prensum axem revocavit, et continuit illorum cursum. *Rigentia* autem dixit conatu tensa. Lact.

483. *Tenet æstus.* Licet ventus inflaret, tamen æstu urgente ire non poterat. Lact.

484. *Stant.* Id est, non moventur: hinc enim æstus, et inde Auster æqualibus viribus tendunt; unde necesse est navem fieri immobilem.

485. *Ipsum.* Hippodamum.

486. *Thraces equi.* Diomedis enim Thracii fuerant ii equi. Vide supra.

487. *Redit illa fames.* Mens: Equi Diomedis Thraciæ regis, quos Chromis agebat, humanis carnibus vesci soliti, videntes Hippodamum in terram jacentem, illum dilacerare voluerunt. Bernart.

489. *Tirynthius heros.* Chromis Herculis Tirynthii dicti filius.

490. *Victusque et collaudatus.* Aldd. Colin. Basil. et Plant. *victorque;* Dan. Behott. 1, 2, Venett. 3, 5. Lindenbrog. Gevart. et recentt. *victusque.* — *Victusque et collaudatus abisset.* Quia Chromis maluit palmam amittere, quam sinere, ut equi sui Hippodamum devorarent, quod fecissent, nisi adduxisset habenas, quo ipsi victoria e manibus

At tibi promissos jamdudum Phœbus honores,
Amphirarae, cupit. Tandem ratus apta favori
Tempora, pulverei venit in spatia horrida circi,
Quum jam in fine viæ, et summum victoria nutat:
Anguicomam monstri effigiem sævissima visu
Ora movet; sive ille Erebo, seu finxit in astu
Temporis; innumera certe formidine cultum
Tollit in astra nefas: non illud janitor atræ
Impavidus Lethes, non ipsæ horrore sine alto
Eumenides vidisse queant: turbasset euntes
Solis equos, Martisque jugum: nam flavus Arion
Ut vidit, saliere jubæ, atque erectus in armos

elapsa est: unde meritæ laudes ipsi datæ.

491. *At tibi promissos.* Oraculum enim habebat, ipsum curru victorem futurum. Vet. Schol. Et eventum sic cecidisse canit Papinius, alii eum curru ruisse tradiderunt, ut ab Hygino cap. 250, recensetur inter Heroas a curribus suis proditos. Nisi is tamen, seposita fabula casus ad inferos, curru lapsum interisse credidit. Vide Apollod. lib. III. Barth.

492. *Tandem ratus apta favori.* Lang. Behott. 1, 2, Dan. et plerique *apta favoris;* optimæ Barthii membranæ, Amstel. Gron. Barth. et Delph. *apta favori.*

493. *Pulverei venit in spatia horrida Circi.* Optimus Barthii codex: *volat in spatia.* Pro *Circi* unus Behot. habet, *campi.*

494. *Quum jam in fine viæ. Quum jam fine* Behott. 1, 2, hoc est: *jã in fine.* — *Quum jam in fine viæ.* Hic versus suspectus Guyeto.

495. *Anguicomam monstri effigiem.* Furiarum modo quæ pro crinibus angues in capite gestare dicuntur.

496. *Seu finxit in astu.* Optimæ Barthii membranæ: *seu finxerat æstu.* — *Astu Temporis.* Corrige *actu*, id est, momento.

497. *Cultum.* Exornatum, ut solet, muliebria ora veris cultibus ornari. Vet. Schol. — De voce *cultus* videnda sunt notata nostra ad Thebaid. I, 111, « Atropos hos, atque ipsa novat Proserpina cultus; » tom. hujusce, pag. 28. Ed.

498. *Nefas.* Omnia monstra Inferorum nefas erat cælum intueri. Dicit ergo nefas ipsum nefarium monstrum.

499. *Non ipsæ horrore sine alto.* Dan. Behott. I, 2, Aldd. et plerique *non ipse;* Amst. Gron. Barth. et Delph. *non ipsæ.*

500. *Euntes.* Ut præ metu constitisset, si adspexissent hoc monstrum.

501. *Jugum.* Hic, ut supra, pro curru et equis.

502. *Saliere jubæ.* Erexit jubas nimium horreus.

Stat, sociumque jugi, comitesque utrimque laboris
Secum alte suspendit equos. Ruit ilicet exsul
Aonius, nexusque diu per terga volutus
Exuit: abripitur longe moderamine liber
Currus; at hunc putri præter tellure jacentem
Tænarei currus, et Thessalus axis, et heros
Lemnius, obliqua quantum vitare dabatur
Transabiere fuga. Tandem caligine mersum
Erigit accursu comitum caput, ægraque tollit
Membra solo, et socero redit haud speratus Adrasto.

503. *Comitesque*. Optimus Barthii codex: *comitemque*.

504. *Secum alte suspendit equos*. Sil. Italic. Punic. IV, 144: « Incurrunt acies, magnoque fragore per æquor Suspendunt eunti frenis sublime reductos Cornipedes. « Ad quem locum illustrandum adductus est Nostri hic versus, ibi videsis notata; nost. edit. tom I, pag. 233. — *Exsul Aonius*. Polynices Thebanus.

505. *Per terga volutus*. Lactantius legit: *per terga volutos*. — *Per terga volutus*. Habenarum nexum, quo involutus per terga fuerat, liberavit, ne curru loris implicitus traheretur. LACTANT.

506. *Abripitur*. Optimus Barth. *arripitur*. — *Moderamine liber*. Id est, rectore: qui excussus curru volvebatur in pulvere.

507. *At hunc putri*, etc. Reg. B, *ad hunc* habet; Reg. C nost. lectionem exhibet. ED. — *Putri tellure*. Definitio pulveris. — *Præter*. Gallice, *le long*.

508. *Tænarei currus*. Amphiarai. — *Thessalus axis*. Admeti aurigas modo demonstravit, a locis sive ab equis. Sic Virg. duces navium non suis nominibus, sed intelligendos fecit dicendo, Æn. V, 156: « Et nunc Pristis habet; nunc victam præterit ingens Centaurus: » hic Centaurus Sergestum et Pristis Mnesthenm significat. — *Heros Lemnius*. Unum de geminis Hypsipyles dicit, quorum alter Thoas jam ruerat, dum Admetum præterire festinat. LACT.

511. *Erigit accursu comitum*, etc. *Erigit ad cursum comitum* Dan. Petav. Laug. Buslid. Lipsian. Behott. 1, 2, et edd. vett. Mutavit Gronovius. — Reg. B, *Erigit adcursu comitum*; Reg. C, *Erigit ad cursum com.* habent. ED. — *Erigit ad cursum comitum caput*. Non tolerasset, opinor, tam diu hoc vitium, si τὸ *comitum* intellexissent. Nihil tamen membranæ mutant, nisi quod optimus inter versus: vel *occursu*. Lege: *Erigit accursu comitum caput*. *Comites* sunt ministri, aulici, satellites. Theb. XI, 257: « Non desunt regi comites: Sine, mœnia pulset Irritus. » GRONOV.

512. *Redit haud speratus*. In quibusdam codd. Lindenbrogii: *aut speratus*. — *Redit*. Deportatur in gestatoria, seu lectica. Ita Vet. Schol. apud Barthium.

Quis mortis, Thebane, locus? nisi dura negasset
Tisiphone, quantum poteras dimittere bellum?
Te Thebæ, fraterque palam, te plangeret Argos,
Te Nemee: tibi Lerna comas, Larissaque supplex
Poneret; Archemori major colerere sepulcro.
Tunc vero OEclides, quanquam jam certa sequenti
Præmia, quum vacuus domino præiret Arion,
Ardet adhuc cupiens vel inanem vincere currum.
Dat vires, refovetque Deus: volat ocyor Euro,
Ceu modo carceribus dimissus in arva solutis,
Verberibusque jubas et terga lacessit habenis,
Ascheton increpitansque levem Cycnumque nivalem.
Nunc saltem dum nemo prior, rapit igneus orbes

513. *Quis mortis, Thebane, locus.* Verba Poetæ cum exclamatione: quasi crudelitate fortunæ Polynices ad parricidium servaretur. LACTANT.

515, 516. *Te Thebæ, Argos, Nemee, Lerna, Larissa.* Oppida seu loca ex præcedentibus cognita. — *Comas Poneret.* Supra vidimus, crines in luctu positos.

517. *Archemori major colerere sepulcro.* Major honor tibi redderetur apud tuum sepulcrum, quam Archemoro.

518. *OEclides, q. j. certa sequenti.* Duo codd. Barthiani: *sequentur.* — *OEclides.* Amphiaraus.

519. *Vacuus domino.* Et solus et domino vacuus. Certa igitur Amphiarao victoria erat, quam tamen plenam non arbitrabatur, nisi et Arionem præterisset.

520. *Inanem.* Excusso domino.

521. *Deus.* Apollo. — *Euro.* Eurus ventus orientalis.

523. *Verberibusque jubas et terga lacessit*, etc. Hic versus quatuorque sequentes suspecti Guyeto.

524. *Ascheton increpitansque levem.* — Reg. B, *Increpitans cæcumque levem*, etc. præbet; Reg. C, *increpitans Scerumque levem*, etc. Eo. — *Ascheton increpitansque levem.* Bernartius e veteribus codicibus correxerat: *increpitans Schetumque*, quum antea legeretur: *Ascheton increpitansque levem*, quod melius erat. Supra de Amphiarao, v. 463: « Ascheton increpitat. » Nomen convenit veloci equo: ἄσχετος enim Græce, Latine *insuperabilis.*

525. *Rapit igneus orbes.* Rei rapiditatem sermone æquare nititur. Exempla abrupti hoc genus sermonis posuimus supra; vide inprimis lib. III, v. 87, tom. præced. pag. 283. Eo. — *Igneus.* Id est, rapidissimus. Videmus enim ignescere, quæ summa celeritate rapiuntur, projiciuntur, rotantur. Sic infra vs. 591: « Nunc ignea tollunt Crura, Brevemque fugam nec opino fine reponunt. »

Axis, et effossæ longe sparguntur arenæ.
Dat gemitum tellus, et jam tunc sæva minatur.
Forsitan et victo prior isset Arione Cycnus;
Sed vetat æquoreus vinci pater: hinc vice justa
Gloria mansit equo, cessit victoria vati.
Huic pretium palmæ gemini cratera ferebant
Herculeum juvenes: illum Tirynthius olim
Ferre manu sola, spumantemque ore supino
Vertere, seu monstri victor, seu Marte, solebat.

526. *Et effossæ longe*, etc. « Melius scribatur *effusæ;* uno impetu proturbatæ. » Barth.

527. *Dat g. t. et jam tunc sæva minatur.* Unus Behot. *etiam nunc;* Dan. Put. Lang. Busl. alter Behot. et edd. vett. *etiam tunc;* optimus Barthian. *et jam tum;* Amst. Gronov. Barth. et Delph. *et jam tunc.* — *Dat gemitum tellus.* Quasi sub pondere currus Amphiarai ingemisceret. — *Et jam tunc sæva minatur.* Amphiarao scilicet, qui hiatu terræ perire debebat.

528. *Arione cycnus.* Equus Amphiarai.

529. *Æquoreus pater.* Neptunus. — *Hinc vice justa.* Quomodo jussus ordo dictabat. Lactant.

530. *Gloria m. e. cessit vict. v.* « Melior lectio optimi exemplaris *cedit*, quam quæ in aliis est, *cessit.* » Barth. — *Gloria mansit equo, cessit victoria vati.* Equo, quia prius metam attigit; Vati vero, quia excusso Polynice primus palmæ appropinquavit. Sed et Polynices etiam victor renuntiari debebat, quia ejus equus vicerat, ut de Phidola Corinthio narrat Pausan. II, Eliacorum: « Phidolæ Corinthii, ait, equa prætereunda non est, cui Auræ nomen erat. Hæc ab ipsis carceribus excusso statim sessore, et cursum pristinum æque ac si rectorem habuisset servavit, et circa metam se convertit; audito vero tubæ sonitu ad cursum concitata est vehementius: quumque ad ludorum præfectos antevertisset, jam victoriæ se quasi compotem intelligens constitit. Elei Phidola victore renuntiato, ei, ut et equæ simulacrum dedicaret, concesserunt. »

531. *Huic pretium palmæ*, etc. De hoc loco ab Heynio vide notata ad Virg. Æneid. V, 531-540; nost. edit. tom. III, pag. 54 et 55. Conf. etiam Sil. Italic. Punic. XVI, 449 et seqq. ubi citatur Papinii locus, vid. nost. editionis tom. II, pagin. 319. Ed.

532. *Herculeum.* Id est, qui Herculis olim fuerat. — *Tirynthius.* Hercules. Vide supra.

534. *Vertere, seu monstri victor*, etc. *Vertere seu monstris* Behott. 1, 2, Dan. Put. Petav. Lindenbrog. et Cruc. quomodo conjectabat Bernartius. *Vertere seu monstro* citat Lindenbrogius. *Vertere ceu monstri* Lang. Amstel. Gronov. Barth. et cæteri. — *Seu Marte, solebat.* Multa enim bella Hercules per exercitum

Centauros habet arte truces, aurumque figuris
Terribile: hic mixta Lapitharum cæde rotantur
Saxa, faces, aliique iterum crateres; ubique
Ingentes morientum iræ: tenet ipse furentem
Hylæum, et torta molitur robora barba.
At tibi Mæonio fertur circumflua limbo
Pro meritis, Admete, chlamys, repetitaque multo

gessit: ut contra Eurystheum, contra Æchaliam, contra Trojam. Unde Virg. « Trojamque Æchaliamque. » Nec non etiam in Hispania, teste Sallust. qui ait Jugurth. cap. XVIII: « Postquam Hercules in Hispania sicut Afri putant, interiit, exercitus ejus compositus ex variis gentibus, amisso duce, ac passim multis, sibi quisque imperium petentibus, brevi dilabitur. » Ad quem locum not. consule, nostræ edit. pag. 176. Ed.

535. *Centauros habet arte truces.* Supple, effictos, cælatos.—*Truces.* Ferociam Centaurorum expresserat ars cælatoris.—*Aurumque figuris Terribile.* Id est, ferocia Centaurorum, furorque quo in pugna ferebantur, tanta arte expressus erat, ut etiam terreret. Eodem dicendi modo Noster Theb. III, 223: « Armaque in auro Tristia. »

536. *Hic.* In cratere. — *Mixta Lapitharum cæde.* Nota pugna Lapitharum cum Centauris in nuptiis Pirithoi. — *Rotantur.* Quidam codices *notantur.* Ipsam enim rotationem expressam dicitur. Imitatur Sidonius Apoll. in Paneg. Major. 234: « Prima cruentos Consumunt ad bella cibos, Bacchoque rotato, Pocula tela putant. »

537. *Aliique iterum crateres.* In hoc aureo cratere effícti erant crateres alii, quibus nempe Lapithæ et Centauri in Pirithoi nuptiis repentino motu certarunt.

538. *Ipse.* Hercules.

539. *Hylæum.* Centaurum ferocissimum. Vide Virg. Georg. II, 457; Æn. VIII, 294: et Ov. Met. XII, 378. — *Et torta molitur.* Hoc declamationis genus et alibi Poeta servavit, laudando scilicet Adrasti pateram, qua dicit expressum fuisse Perseum Gorgonæ caput tenentem, et ut morientis Gorgonæ expressius describeret vultum, ait Theb. I, 546 et seq. « Illa graves oculos languentiaque ora Pæne movet, vivoque etiam pallescit in auro. » — *Moliri* h. e. vel simpliciter movere, quo sensu centies obvium est, vel jacere. Sil. Ital. Punic. V, 284: « Molitur Juppiter altas fulmine nunc Alpes. » Ad quem locum vide not. nost. edit. tom. I, pag. 322. Ed.

540. *At tibi Mæonio, etc. At qui Mæonio* nuns. — *Mæonio limbo.* Id est, limbo acupicto arte Mæonia; Mæones enim, Lydi postea vocati, lanificii operibus texturaque, ut et Phrygii, insignes erant, et acupingebant. Mæonia autem, seu Lydia, Asiæ Minoris regio.

541. *P. m. Admete*, etc. *Amete* in eodem Behot. codice. — *Repetitaque multo Murice.* Dibapha vocabatur ejusmodi vestis. De murice vero seu purpura, vide Theb. I,

Murice. Phryxei natat hic contemtor ephebus
Æquoris, et picta translucet cærulus unda:
In latus ire manus, mutaturusque videtur
Brachia, nec siccum speres in stamine crinem:
Contra autem frustra sedet anxia turre suprema
Sestias in speculis: moritur prope conscius ignis.
Has Adrastus opes dono victoribus ire
Imperat: at generum famula solatur Achæa.

517 et ibi notata nostra, hujusce tom. pag. 92. Confer etiam Excursum ad calcem ejusdem libri, pag. 144 et seqq. Ed. — *Repetita.* Lucanus Pharsal. lib. X, 123 et seq. « Tyrio quorum pars maxima fuco Cocta diu virus non uno duxit aheno. »

541. *Phryxei æquoris.* Hellesponti, cui nomen dedit Helle, Phryxi soror, quæ in hoc mare cecidit: unde *Phryxeum* vocat. — *Contemtor ephebus.* Designat Leandrum celeberrimum illum juvenem ex Abydo oppido Asiæ in litore Hellesponti sito, qui captus amore Herus, quæ Seston oppidum litoris oppositi incolebat, noctu ad eam natabat: quod quum illi sæpius feliciter successisset, audacior factus, non dubitavit mari tumido ac procelloso se credere, sed violentia ventorum fluctuumque abreptus periit. Hanc sive fabulam, sive historiam celebravit carminibus inter Græcos Musæus; et Ovidius hinc sumsit argumentum Epistolæ Herus ad Leandrum, et Leandri ad Hero. — De hoc facto fidem quod vix habere possit, vide Excursum ad calcem hujus libri; hic invenies, referente Vicecomite *De Courtivron*, in opere jam laudato, alterum Leandrum, non amore impulsum sed experiendi studio, hoc fretum transnatantem. Ed.

543. *Translucet.* Quia perfectis ita pinguntur natantes, ut inter undas eorum membra perluceant.

544. *In latus ire manus*, etc. *In latus ire manu* legit Marklandus ad Silv. I, 1, 82. Vide nost. edit. tom. I, pag. 34. Ed. — *Mutaturusque videtur Brachia.* Nota morem natandi alternis brachiis.

545. *Nec siccum speres*, etc. Optimus Barthii codex, aliusque ejusdem: *nec siccum spectes*; ita quoque Marklandus, loc. modo citato. Ed. — *In stamine.* An *flumine*; nam Hellespontus fluminis instar esse potest.

547. *Sestias.* Hero sic dicta a Sesto patria: Musæo quoque Σηστιὰς Ἡρώ. Dicitur *anxia*, supple, de Leandro natante. — *Conscius ignis.* Id est, lucerna, qua Leandro natanti e specula seu turre alta prælucebat. Dicitur *conscius*, mutui scilicet utrinsque amoris.

549. *At generum famula solatur Achæa.* Imitatur perpetuum suum auctorem. Virg. Æn. V, 365 et seqq. « Sic ait, et geminum pugnæ promittit honorem Victori, velatum auro vittisque juvencum, Ensem atque insignem galeam, solatia victo. » Mos enim certaminis, postre-

Sollicitat tunc ampla viros ad præmia cursu
Præceleres : agile studium, et tenuissima virtus,
Pacis opus, quum sacra vocant; nec inutile bellis
Subsidium, si dextra neget. Prior omnibus Idas,
Nuper Olympiacis umbratus tempora ramis,
Prosilit : excipiunt plausu Pisæa juventus
Eleæque manus : sequitur Sicyonius Alcon;
Et bis in Isthmiaca victor clamatus arena
Phædimus; alipedumque fugam prægressus equorum
Ante Dymas, sed tunc ævo tardante secutus.
Multi et, quos varii tacet ignorantia vulgi,
Hinc atque hinc subiere : sed Arcada Parthenopæum
Appellant, densique cient vaga murmura circi.
Nota parens cursu : quis Mænaliæ Atalantes

mum, sive ab omnibus superatum, non indonatum abire.

550. *Sollicitat*. Peracto quadrigarum certamine, transit Poeta ad eos quibus cursu certandum erat.

551, 552. *Præceleres*, etc. *Proceleres* Dan. et optimus Barthianus. —*Tenuissima virtus*. Definitio quid sit cursus; id est, pars non satis admiranda virtutis, et quum plenissime rem, quam cœperat definiret, adjecit : *Pacis opus*. Sunt etiam sacra, quæ cursu celebrantur. Et ut agones declararet Poeta non satis esse virtuti, adjecit : *Nec inutile Bellis*. Id est fugæ necessarium, quum vincere non datur.

553. *Si dextra neget*. Behott. 1, 2, *negat*. — *Si dextra neget*. Si fugiendum sit.

554. *Umbratus tempora ramis*. Id est, umbrata habens tempora civica corona; sicut Virg. Æneid. VI, 772 : « Atque umbrata gerens civili tempora quercu. » LACTANT.

556. *Sequitur Sicyonius*, etc. *Scythonius* optimus Barthii codex. — *Sicyonius*. E Sicyone Achaiæ urbe. Virgilius, Georg. II, 519 : « teritur Sicyonia bacca trapetis. » LACTANT.

557. *Isthmiaca arena*. In ludis Isthmicis.

560. *Multi et, quos varii tacet ignorantia vulgi*. « Non satis apte sententiam suam exprimit Papinius. Et versus meis auribus ῥοθίου. » BARTH.

561. *Sed Arc. Parthenopæum*. *Parthanopeum* Behot. 1, *Parthonopeum* Bebot. 2.

562. *Circi*. Circus hic abusive sumitur. Circi Romæ erant loca muris septa, in quibus equites pugilesque se exercebant; multique erant, ut Maximus, Flaminius, aliique.

563. *Quis Mænaliæ Atalantes*. *Athlantis* Bebott. 1, 2. — *Quis Mænaliæ Atalantes Nesciat egregium decus*, etc. Hic Papinius confundit duas Atalantas, et ex duabus unam

Nesciat egregium decus, et vestigia cunctis
Indeprensa procis? onerat celeberrima natum
Mater : et ipse procul fama jam notus inermes
Narratur cervas pedes inter aperta Lycæi
Tollere, et emissum cursu deprendere telum.
Tandem exspectatus volucri super agmina saltu
Emicat, et torto chlamyden diffibulat auro.
Effulsere artus, membrorumque omnis aperta est
Lætitia, insignesque humeri, nec pectora nudis
Deteriora genis, latuitque in corpore vultus.

tautum facit. Duæ euim fuerunt forma et agilitate pedum iusignes : quarum una Schœni regis in Scyro insula filia, cursu cum procis certabat, ea lege ut victi morerentur, victori vero nuptiæ ejus contingerent. Multis taudem victis Hippomenes Martis aut Mercurii filius cum ea in certameu descendit, sumtis tameu prius a Venere tribus malis aureis iu horto Hesperidum ortis, quæ, dum ille currebat, projiciebat. Illa, eorum capta pulchritudine, retardata est his colligendis, victaque Hippomeni uupsit. Altera autem fuit virgo Arcadia, quæ dedita venatioui in silvis versabatur. Hæc virginitatis couservaudæ studio Dianæ se comitem dedit. Taudem accita a Meleagro regis Calydoniæ filio, una cum florentissima totius Græciæ juventute, ad venandum aprum Calydonium, prima aprum ferit : postea vero eidem Meleagro uupsit, ex quo Parthenopæum nostrum peperit. Vide Ovidium. *Mænaliam* vocat a Mænalo monte Arcadiæ amœuissimo. Diodorus tamen Siculus et Fulgentius Arcadiam illam Schœneo patre natam tradunt : alii vero Iasii Argivorum regis filiam faciunt.

565. *Onerat.* Fama sua, supple.

567. *Narratur cervas pedes inter aperta Lycæi.* « Libri meliores *operta* præferuut, quod etiam majorem rem faciat. » BARTH. — *Lycæi.* Saltus moutisve in Arcadia.

568. *Et emissum cursu deprendere telum.* Dau. Put. Petav. et edd. vett. *deprehendere.* « Malim *reprehendere*, quod in uno libro iuvenio. » BARTH.

570. *Diffibulat.* Nove dixit : projecit a se. LACTANT.

572. *Lætitia, insignesque humeri, nec pectora ludis. Lætitia* et *insignes* Behot. 1, *Lætitia insignes humeri* Behot. 2. — *Lætitia.* Id est, pulchritudo seu venustas. LACTANT. — *Lætitia.* Noster etiam Silv. III, 4, 65 et seq. Earini coma : « Olim etiam ne prima genus lauugo nitentes Carperet, et pulchræ fuscaret gaudia formæ. « Sic Apuleio lib. X : « Membrorum voluptas, ut adhærens pressule (pallium bombycinum) membrorum voluptatem graphice lucaret. »

573. *Deteriora genis.* Vestitus pulcher videbatur, sed pulchrior factus est nudus : latuit vultus

Ipse tamen formæ laudem aspernatur, et arcet
Mirantes: tunc Palladios non inscius haustus
Incubuit, pinguique cutem fuscatur olivo.
Hoc Idas, hoc more Dymas, aliique nitescunt.
Sic ubi tranquillo pellucent sidera ponto,
Vibraturque fretis cæli stellantis imago,
Omnia clara nitent: sed clarior omnia supra
Hesperos exercet radios, quantusque per altum
Æthera, cæruleis tantus monstratur in undis.
Proximus et forma, nec multum segnior Idas

membrorum comparatiooe. Nodato eoim corpore membrorum pulchritudo veoostatem vultns obnubilat. Lactant. — *Latuitque in corpore vultus*. Alii codices, *patuitque*. Seosus: Gratia Partheoopæi vultus quodammodo latuit, aut obscurota est a formosa totius corporis veoustate.

575. *Tunc Palladios non inscius haustus*. Corsores eoim, priusqoam currereot, corpus oleo uogebant ad reddenda membra flexibiliora. Dicootur hic *Palladii haustus*, quia olea, ex qua oleom exprimitur, Palladi sacra.

576. *Pinguique cutem fuscatur olivo*. Uterque Behot. *fuscatur oliva*.

578. *Sic ubi tranquillo pellucent*, etc. Behott. 1, 2, *perlucent*. — Reg. B *tranquillo perlugent*, sed litera c suprascripta dat *perlucent*, quod Reg. B etiam exhibet. Ed. — *Perlucent sidera ponto*. « Luceut per pootum. » Vet. Schol. Verius autem poutum perlucere sideribus. Reflexiooem radiorum dicere vult, ponto relocentem. Similis antem comparatio est Hylæ se fonti immergentis, apod Valer. Flaccum, Argonaut. III, 557 et seqq. « Gratos avidus procumbit ad amnes. Stagna vaga ceu luce micant, ubi Cyothia cælo Prospicit, aut medii traosit rota caodida Phœbi: Tale jubar diffundit aquis. »

580. *Clarior omnia supra*. Reliquos adolesceotes stellis miuoribus, Parthenopæum autem Locifero sive Hespero confert, omoium clarissimæ stellæ.

581. *Hesperos exercet*, etc. *Hesperus* Dao. Petav. Behot. 1, Behot. 2, pro v. l. Laog. Buslid. et edd. vett. *Herperos* Behot. 2, Grooov. Barth et Delph. — *Hesperus*. Stella Veneris, quæ aliis lucidior est planetis.

582. *Tantus monstratur*. Per oleum sic caodor corporis eoitet. Hesperus autem qoantus in cælo, hoc est, quam formosus visitor, taotus, tamqoe pulchre apparet etiam in subjecta aqoa maris. Vet. Schol.

583. *Proximus et forma*. *Proximus est forma* margo ed. Barth. — *Segnior*. Tardior. Vet. Schol. Sic Philoxeous traoslatiooem agnoscit io Glossario: *Segnis*, βραδύς. Κυρίως δὲ ὁ ἀδρανὴς καὶ ἀργός. Cyrill. βραδύς, *Serus*, *tardus*. Virgilius, Æneid. IV,

Cursibus, atque ævo juxta prior: attamen illi
Jam tenuem pingues florem induxere palæstræ,
Deserpitque genis, nec se lanugo fatetur
Intonsæ sub nube comæ. Tunc rite citatos
Explorant, acuuntque gradus, variasque per artes
Instimulant docto languentia membra tumultu.
Poplite nunc flexo sidunt, nunc lubrica forti
Pectora collidunt plausu: nunc ignea tollunt
Crura, brevemque fugam nec opino fine reponunt.

149: « Haud illo (Apolline) segnior ibat Æneas. » Et sæpe alibi. BARTH.

584. *Atque ævo justa prior.* Behot. 1, *justa prior;* Scholiastes apud Barthium, *prope prior.* — *Juxta.* Non longe. LACTANT.

585. *Induxere.* Lanuginem unxere. GUYETUS. Id est, oleum induxerat, seu obduxerat lanuginem teneram adhuc, et vix emergentem. Ego malim *adduxere*, seu *emergere* fecere. Barclaius vero *induxere* hic pro delevere positum esse ait, et sensum esse: Partem jam decoris et formositatis absumserat, seu deleverat, assiduus palæstrarum usus. Ut et apud Ciceronem pro Domo sua: « Quum omnes adessent, cœptum est referri de inducendo SC. Ab universo senatu reclamatum est. » Sueton. Julio Cæs. c. XVI: « Senatus amplissimis verbis collaudatum Cæsarem in integrum restituit, inducto priore decreto. » — *Pingues palæstræ.* Pingues ob oleum quo cursores ungebantur. Hinc etiam nitidæ, liquidæ, unctæ dicuntur Nostro, Lucano, aliisque.

586. *Nec se lanugo fatetur Intonsæ sub nube comæ.* Id est, coma undante obumbratur. PEYRAREDUS. — *Fatetur.* Id est, non apparet: quasi sub intonsa coma lateat genarum lanugo. LACTANT.

587. *Rite.* Hoc enim arte et disciplina fiebat. — *Citatos.* Veloces.

589. *Instimulant docto l. m. tumultu.* *Exstimulant* Dan. Petav. Lindenbrog. et plerique. *Instimulant* Behott. 1, 2, Amstel: Gronov. Barth. et Delph. — Reg. B. *Exstimulant* habet, Reg. C *Extimulant.* ED. — *Docto.* Non fortuito, sed per artem meditato.

590. *Poplite nunc flexo sidunt.* Behott. 1, 2, *sidunt flexo.* — Regg. B et C hanc quoque lectionem exhibent. ED. — *Lubrica.* Ob oleum, quo perfusa sunt.

591. *Nunc ignea tollunt crura.* De hoc loco vide quæ notantur supra ad vers. 525. ED.

592. *Brevemque fugam.* Brevi fuga fiduciam velocitatis explorat. — *Nec opino.* Sine qua incerta meta est, immo nulla, quum crebro saltu excurritur: incertus enim modus est currendi, quum unusquisque saltus habita voluntate præludunt. Id est, cito redeuntes currebant, quod solent cursui se præparantes facere: ut ipse de equis superius, v. 400, ait: « pereunt vestigia mille Ante fugam. » LACTANT.

Jam ruit, atque æquum submisit regula limen;
Corripuere leves spatium, campoque refulsit
Nuda cohors: volucres iisdem modo tardius arvis
Isse videntur equi: credas e plebe Cydonum
Parthorumque fuga totidem exsiluisse sagittas.
Non aliter celeres Hyrcana per avia cervi,
Quum procul impasti fremitum accepere leonis,
Sive putant: rapit attonitos fuga cæca, metusque
Congregat, et longum dant cornua mixta fragorem.

593. *Jam ruit atque*, etc. *Ut ruit* Exc. Taurin. Dan. Petav. et plerique. *Jam ruit* Burm. Petreus. Gronov. Barth. et Delph. — Regg. B et C, *Ut ruit* exhibent. Ed. — *Regula*. Regula illa erat in stadio seu circo fonis, qui per totam longitudinem carcerum extendebatur, idemque sub initio ludorum, priusquam mitterentur quadrigæ, aut cursores, demittebatur ad terram, quasi signum certaminis ineundi: quod clare indicat Statins, quum ait *regulam ruisse*, et protinus nudam cohortem cursorum corripuisse spatium.

594. *Leves spatium*, etc. Unus Behot. *leve spatium*.

595. *Volucres iisdem*. Reg. B, *volucres hisdem* habet, Reg. C, *volucres isdem*. Ed.

596. *Cydonum*. Cretensium, a Cydone urbe Cretæ. Cretenses autem celeberrimi sagittarii.

597. *Parthorumque fuga*. Parthi et Persæ secundum varietatem dialecti iidem sunt, ut periti linguarum Orientalium notarunt, nec Tarich aut Teixera agnoscunt discrimen illud, quod vulgo inter Persas aut Parthos statuitur, et hoc nomen utrique sortiti sunt ab equitandi peritia: *faras* enim sive *pars* equitem significat: celebres autem equites Persæ Parthique. Orientaliores tamen regiones Asiæ Parthi incolebant, quam Persæ, licet essent contermini: diu Orientis imperium tenuerunt. — *Fuga*. Fugere enim simulabant, ut distraherent turmas hostium, reversique facilius profligarent distractas. Tacitus Annal. lib. VI, 35: « Quum Parthus, sequi vel fugere pari arte suetus, distraheret turmas, spatium ictibus quæreret. » Propertius III, Eleg. 9, 54: « Parthorum astutæ tela remissa fugæ. » Lucanus Phars. I, 229 et seq. « torto Balearis verbere fundæ Ocior, et missa Parthi post terga sagitta. »

598. *Hyrcana per avia*. Id est, per deserta Hyrcaniæ, quæ provincia Persiæ adjacet Mari Caspio, seu Hyrcano.

599. *Quum procul impasti*, etc. *Quum procul infausti* Behott. 1, 2.

600. *Sive putant: rapit att. fuga cæca, metusque*. Marklandus ad Silv. I, 1, 63 legit: *fuga cæca pavorque*. Vid. nost. ed. t. I, p. 30. Ed. — *Sive putant*. De pavore cervorum omnia trita. — *Cæca*. Incerta; nesciunt enim quo fugiunt.

601. *Et longum dant cornua mix*

Effugit hic oculos rapida puer ocyor aura
Mænalius, quem deinde gradu premit horridus Idas,
Inspiratque humero; flatuque, et pectoris umbra
Terga premit: post ambiguo discrimine tendunt
Phædimus atque Dymas: illis celer imminet Alcon.
Flavus ab intonso pendebat vertice crinis
Arcados: hoc primis Triviæ pascebat ab annis
Munus, et Ogygio victor cum Marte redisset,
Nequicquam patriis audax promiserat aris.
Tunc liber nexu, lateque in terga solutus
Occursu Zephyri retro fugit, et simul ipsum

*ta fragorem*. In uno Behot. *cornua mista.—Longum fragorem*. Noster, Thebaid. IV, 495: « longo motum clamore leonem. » Ad quem locum illustrandum hic versus libri VI adductus est; vid. tom. præcedent. pag. 426. Ed.

603. *Mænalius*. Parthenopæus, Arcas, quia Mænalus mons est Arcadiæ. Ut ipse inferius: « a vertice crinis Arcados; » id est, Parthenopæi. Lactant.

604. *Inspiratque humero*. *Inspiratque humeros* Dan. Petav. Laog. Behott. 1, 2, Aldd. Colin. Lindenbrog. plerique. *Inspiratque humero* Amstel. Groo. Barth. et Delph. — *Inspiratque humero; flatuque*, et *pectoris umbra Terga premit*. Virgilius Æneid. V, 324 et seq. « Ecce volat, calcemque terit jam calce Diores, Incumbens humeris. » Homerus Iliad. Ψ, eadem habet.

605. *Terga premit*. Sic apud Sil. Ital. Pun. XVI, 420 et seqq. « Jamque etiam dorso.... Ora superposuit sonipes, flatusque vapore Terga premi, et spumis auriga calescere sentit. » Confer etiam Ovid. Metamorphos. V, 616 et seq. Ed.

606. *Pædimus atque Dymas*. *Dimas* Dan. Behott. 1, 2, Aldd. Lindenbrog. et plerique, *Dymas* optimus Barthianus, Amstel. Grooov. Barth. et Delph.

607. *Ab intonso pendebat vertice crinis*. Optimus Barthianus: *nectebat vertice crinem*.

608. *Arcados*. Parthenopæi. — *Triviæ pascebat*. Morem supra retulimus, quo Veteres comam alebant in honorem alicujus Dei, quam postea sectam mittebant in templum ejus Dei inclusam in Pyxide aurea. — *Triviæ*. Id est, Dianæ, quæ *Trivia* vocabatur, quia in triviis ei sacra fiebant, ut jam diximus.

609. *Munus, et Ogygio*, etc. In eodem Barth. codice: *ab Ogygia*. — *Ogygio*. Thebano.

610. *Nequicquam*. Quia in hoc bello periturus erat.

611. *Liber nexu*. Id est, crinis, quia solutus est. Crinis, subaudi Parthenopæi. Lactant.

612. *Retro fugit*. « Decorum magis ut faceret. » Vel. Schol. Ovid. Metam. I, 527 et seqq. « nudabant

Impedit, infestoque volans obtenditur Idæ.
Inde dolum juvenis, fraudique accommoda sensit
Tempora : jam finem juxta, dum limina victor
Parthenopæus init, correpto crine reductum
Occupat, et longæ primus ferit ostia portæ.
　Arcades arma fremunt; armis defendere regem,
Ni raptum decus et meriti reddantur honores,
Contendunt, totoque parant decedere Circo.
Sunt et quis Idæ placeat dolus : ipse regesta
Parthenopæus humo vultumque oculosque madentes
Obruit : accessit lacrimarum gratia formæ.

corpora venti, Obviaque adversas vibrabant flamina vestes, Et levis impexos retro dabat aura capillos; Auctaque forma fuga est. » Ad quem locum vide not. nost. edit. tom. III, pag. 108 et seq. Ed.

613. *Imp. inf. v. obtenditur Idæ.* Dan. Behott. 1, 2, Aldd. et plerique *ostenditur;* Amstel. Gronov. Barth. et Delph. *obtenditur.* — *Impedit.* Visum ejus non potest obnubilare, quum retro spargatur. Tamen aliquid inde oculos perturbat, et lassiorem facit retinendo ventus per capillos. Vet. Schol. — *Infestoque.* Infestus enim sequebatur, ut qui vincere contenderet. Ita Sil. Ital. Punic. XVI, 504 : « Hesperon infestat sua per vestigia pressum.

614. *Inde dolum juvenis, fraudique accommoda*, etc. Behott. 1, 2, *ad commoda.* — Mens : inde adolescens Idas meditatur fraudem, et cernit occasionem aptam dolis.

615. *Dum limina victor.* *Limen* pro qualibet extremitate, ut limes. Hic certe ultimam metam significat.

616. *Parthenopæus init.* *Parthonopæus* unus Behot.

617. *Et longæ primus ferit ostia portæ.* Dan. Behott. 1, 2, et optimæ Barthii membranæ, *ostia portæ;* Petav. Aldd. Colin. et Plant. *hostia metæ;* Lindenbrog. Cruc. et Gevart. *ostia metæ.* — *Ferit ostia metæ.* Nemo damnet; scripti libri tamen præferunt : *fert ostia portæ;* quam lectionem Noster confirmare videtur hoc eodem libro, v. 641 : « irrupit clamore fores. » Bernart.

618. *Arma fremunt.* Id est, minantur.

619. *Ni raptum decus*, etc. Hic versus subjectus erat sequenti in Behot. 1.

620. *Contendunt.* *Intendunt* Dan. — *Decedere.* Quidam codices *descendere :* forma enim theatrali hic Circus descriptus est.

621. *Ipse regesta.* Behot. 1, *ipse rejecta.* — *Regesta humo.* Pulvere in caput fuso, ut fieri in luctu solebat.

622. *Parthenopæus.* *Parthonopæus* in eodem Behot. codice.

623. *Accessit lacrimarum gratia formæ.* Achilles Tatius de Leucippe : Ἐπλήσθη δακρύων, καὶ εἶχεν αὐτῆς ἴδιον κάλλος καὶ τὰ δάκρυα. « La-

Pectora nunc mœrens, nunc ora indigna cruento
Ungue secat, meritamque comam; furit undique clamor
Dissonus, ambiguumque senis cunctatur Adrasti
Consilium: tandem ipse refert: « Compescite litem,
O pueri! virtus iterum tentanda: sed ite
Limite non uno: latus hoc conceditur Idæ,
Tu diversa tene: fraus cursibus omnis abesto. »
Audierant, dictoque manent: mox numina supplex
Affatu tacito juvenis Tegeæus adorat:
« Diva potens nemorum, tibi enim, hic tibi crinis honori

crimis impleta est, et lacrimæ ejus habuerunt peculiarem gratiam. » Virgil. Æneid. V, 543, « Tutatur favor Euryalum, lacrimæque decoræ. » Non indecenter autem lacrimantem Parthenopæum inducit Poeta ob pueritiam et teneram ætatem, quamvis viros lacrimantes etiam inducant poetæ.

624. *Pectora nunc.* « Nudus enim erat rejecta chlamyde. » Vet. Schol. non plane nudi decurrebant, sed membris tegendis certa habebant indumenta. — *Ora indigna.* Innoxium vultum.

625. *Meritamque comam.* Inde enim occasio injuriæ sibi faciendæ adversario oblata.

626. *Ambiguumque senis cunctatur Adrasti.* Optimus Barthianus, *cunctantur Adrasti.*

627. *Consilium: t. i. r. Compescite litem.* Unus Behot. *composcite limen.* — Reg. B, *Concilium* habet; Reg. C nostram lectionem.

628. *O pueri! v. i. tentanda.* Regg. B et C, *temptanda* scribunt. Ed. — *O pueri.* Seniorum vox, et cum auctoritate patria suadentium. Et imitatur Virgilium Æn. V, 348 et seq. « Tum pater Æneas, Vestra, inquit, munera vobis Certa manent, pueri. » Et Æneid. VI, 833: « Ne pueri, ne tanta animis adsuescite

629. *Limite non uno.* Præcidit omnem occasionem, ne iterum tale quid accideret.

630. *Omnis abesto.* Et hoc Virgilianum, initio Æn. XI, 14: « Maxima res effecta, viri; timor omnis abesto. » Ed.

631. *Audierant, dictoque favent.* Variant scripti. Alii: *dictoque parent:* quidam *dictoque manent;* quibus subscribimus. Virgil. Æn. II, 160: « Tu modo promissis maneas servataque serves Troja fidem. » Et alibi Æneid. VIII, 643: « at tu dictis, Albane, maneres. » Cic. ad Attic. VII, 15: « Plerique negant Cæsarem in conditione mansurum. » Cæsar Bell. Gal. I, « Si in eo manerent, quod convenisset, stipendiumque quotannis penderent. » Mela, I, 7: « Postquam in eo, quod convenerat, non manebatur. » Plato de Repub. lib. I, Ἀλλὰ πρῶτον μὲν, ἃ ἂν εἴποις, ἔμμενε τούτοις. Gronov.

632. *Tegeæus.* Parthenopæus Arcas, a Tegea urbe Arcadiæ.

633. *Diva potens n. tibi enim, hic tibi crinis honori.* Behot. 1, *tibi hic tibi.* — *Potens nemorum.* Dianam potentem nemorum dicit. —

Debitus, eque tuo venit hæc injuria voto,
Si bene quid genitrix, si quid venatibus ipse
Promerui, ne, quæso, sinas hoc omine Thebas
Ire, nec Arcadiæ tantum meruisse pudorem. »
  Auditum manifesta fides : vix campus euntem
Sentit, et exilis plantis intervenit aer,
Raraque non fracto vestigia pulvere pendent :
Irrupit clamore fores, clamore recurrit
Ante ducem, prensaque levat suspiria palma.

Sollemnis precandi mos, in hasta vel sagitta emittenda. Virgil. imitatur Noster. Æn. IX, 402 et seqq. « Ocius adducto torquens hastile lacerto, Suspiciens altam lunam, sic voce precatur : Tu, Dea, tu præsens, etc. » quem confer locum ; nost. edit. tom. IV, pag. 42. Ed. — *Tibi enim hic crinis Debitus.* Supra, v. 608 : « primis Triviæ pascebat ab annis Munus. »

634. *Debitus. Deditus* optimus Barthianus. — *Injuria voto.* Quia crinem tibi servabam consecratum intonsum. Lactant.

635, 636. *Si bene quid genitrix,* etc. *ipse promerui,* etc. imitatio Virgiliana, Æneid. IV, 317 : « Si bene quid de te merui, fuit aut tibi quidquam Dulce meum, etc. » Ed.

638. *Auditum.* Supple, fuisse.

639. *Sentit. Sensit* unus Behot. — *Et exilis plantis intervenit aer.* Tanta enim celeritate currebat Parthenopæus, ut etiam aer inter plantas ejus terramque intercederet, quo significat Poeta, Parthenopæum vix tetigisse humum. — Formula ea poetis familiaris ad designandam summam velocitatem. Vid. Virg. Georg. III, 195 de equo et Æneid. VII, 808 : « Illa vel intactæ segetis per summa volaret Gramina, nec teneras cursu læsisset aristas. » Ad quem locum eam comparationem fluxisse ostendit Heynius. Imitatur Avienus, Descr. orbis terræ, vs. 332 et seq. « hi celeri molles currunt pede semper arenas, nec tamen impressæ linquunt vestigia plantæ. Ed.

640. *Raraque non fracto. Rasaque non fracto* correxit Nic. Heinsius in Advers. lib. II, cap. 1. — *Non fracto.* Hoc est, non depresso. — *Pendent.* Id est, non signant vestigiis terram. Lactant.

641. *Irrupit. Irrumpit* unus Behot. et ita legit Nic. Heinsius in Advers. lib. IV, cap. 4, p. 592. — *Irrupit clamore fores.* Lætus gaudio ob victoriam, et juveniliter clamans. Vet. Schol. Quæ vera est horum verborum sententia, non quam Faber affert Agon. lib. II, cap. 13. Quod laudes sibi suas occinere de more Hieronicarum voluerit Parthenopæus. Barth. — Sic Lucan. V, 127 : « cogitque fores irrumpere templi. » Claudian. Nostrum imitatus, XV, de Bell. Gild. 139 : « irrupit clamore fores. » Ad quem vid. not. nost. ed. tom. I, p. 402. Ed.

642. *Prensaque levat suspiria palma.* Edd. vett. *pressaque levat;* Dau. *pressaque favet;* Nic. Heinsius

Finiti cursus, operumque insignia præsto,
Arcas equum dono, clipeum gerit improbus Idas,
Cætera plebs Lyciis gaudet contenta pharetris.
Tunc vocat, emisso si quis decernere disco
Impiger, et vires velit ostentare superbas.
It jussus Pterelas, et ahenæ lubrica massæ
Pondera vix toto curvatus corpore juxta
Dejicit: inspectant taciti, expenduntque laborem
Inachidæ: mox turba ruunt: duo gentis Achææ,
Tres Ephyreiadæ, Pisa satus unus, Acarnan

l. l. *prensaque fovet.* — *Prensaque levat suspiria palma.* Gestum eorum, qui rapido et anhelo cursu defatigantur, exprimit: solent enim plurimum appressa ad latus palma, seu manu, anhelum spiritum paullatim reficere, ac extendere.

643. *Insignia.* Præmia victoriæ, quæ virtutis insignia sunt.

644. *Improbus Idas.* Propter fraudem retenti crinis. Lactant.

645. *Plebs Lyciis gaudet contenta pharetris. Lyciis vadit* Barthius ex codd. binis et uno optimo. — *Lyciis pharetris.* Id est, in Lycia confectis, ubi optimæ fiebant. Lycia autem regio Asiæ Minoris sita inter Pamphyliam et Cariam, urbem habens Pataram oraculo Apollinis celebrem, unde *Lycius* et *Patareus* vocatus est.

646. *Tunc vocat, emisso si quis decernere disco.* In quibusdam codd. Barth. *discernere disco.* — *Tunc vocat.* Suppl. Adrastus, qui præsidebat his ludis. — *Disco.* Discus erat rotunda moles saxea, vel plumbea, et ferrea, cujus jactu juvenes inter se certabant: fortior judicandus, qui aut altius in sublime, aut longius in tractu ultra designatum spatium projecisset. Qui ejusmodi ludo exercebantur, vocantur Plinio *discoboli.*

647. *Impiger, et vires velit.* Reg. B, *imp.* et *viros* cum litera. e cadem manu super *o* scripta præbet; Reg. C nost. lectionem. Ed.

648. *It jussus Pterelas. Pherelas* Behot. 1, pro quo alter Behot. habet *Steietlas.* — Regg. B et C, *Pteleras* exhibent. Ed. — *Pterelas.* Discum attulit ad quem certarent, non tamen unus ex certantibus fuit. Lactant. — *Lubrica.* Quia facile elabebatur manibus ob levitatem.

649. *Pondera vix t. curvatus corpore justa.* — Regg. B et C, *Pondera v. t. curvatus pondere juxta* exhibent. Ed. — *Vix toto curvatus corpore.* Quod discus ille admodum gravis esset; nam gravia deponentes incurvari necesse est, alioqui in pedes onera deciderent.

650. *Expenduntque laborem.* Id est, reputant taciti secum animo, quo quantoque labore ille discus projiciendus sit.

651. *Inachidæ.* Argivi. — *Gentis Achææ.* Vide Theb. II, 164.

652. *Tres Ephyreiadæ. Ephyriadæ* Behot. 1, *Ephiriadæ* Behot. 2.

Septimus: et plures agitabat gloria, ni se
Arduus Hippomedon cavea stimulante tulisset
In medios, lateque ferens sub pectore dextro
Orbem alium: « Hunc potius, juvenes, qui mœnia saxis
Frangere, qui Tyrias dejectum vaditis arces,
Hunc rapite: ast illud cui non jaculabile dextræ
Pondus? » Et abreptum nullo conamine jecit
In latus; absistunt procul, attonitique fatentur
Cedere: vix unus Phlegyas, acerque Menestheus
(Hos etiam pudor et magni tenuere parentes)
Promisere manum: concessit cætera pubes

— *Ephyreiadæ*. Corinthiacæ, seu Isthmiacæ. — *Pisa*. Elidis urbe. — *Acarnan*. Acarnania, unde *Acarnan*, regio et pars Epiri, mersa medio sinu Ambraciæ: hanc regionem ab Ætolia dividit Achelous fluvius, vel, ut vult Solinus, Pindus mons, qui Acheloum parit.

653. *Ni se*. Impressi habent *Nisæ* nullo sensu. — *Nisæ*. Inscitissima et insulsissima lectio, quam merito ejecit doctissimus e textu suo Gevartius. Stulte servarunt cæteri. Mirum vero neque Lindenbrogium, neque Behottium aliquam Varietatem suorum librorum adnotasse, quum quatuor a nobis collatæ membranæ cum Principe codice diserte *ni se* præferant, et veram eam scripturam citando agnoverit pridem Jul. Cæsar Scalig. Ut notavit et doct. Sinserlingius Promuls. cap. 43. Barth.

654. *Cavea*. Hic pro spectatoribus vel sociis qui in cavea erant. — *Cavea stimulante*. Hortantibus sociis, qui prope ipsum spectabant. Lactant.

655. *Lateque*. Huc illuc.

656. *Orbem*. Discum, scil. Lact.

657. *Qui Tyrias dejectum*. In quibusdam scriptis, *disjectum*. — *Tyrias*. Thebanas.

658. *Hunc rapite*. Raptim mittite. — *Cui non jaculabile*. Interrogative cum despectu. Lactant.

659. *Nullo conamine*. Facile, et sine labore.

661. *Vix unus Phlegyas, acerque Menestheus*. In optimo Barthii codice: *alterque Menestheus*. Damnat tamen eam scripturam, exemplo Virgilii producto, Lactantius. — *Vix unus*. Notandum, cur *unum* dixerit, quum alterius etiam nomen adjecerit. Sed hoc secutus Virgilium fecit. Ille enim ait, Æneid IX, 544 et seq. « vix unus Helenor, Et Lycus elapsi. »

662. *Magni*. Certaminibus inclyti. — *Tenuere*. Ne parentum suorum viderentur minuisse virtutem.

663. *Promisere manum*. An discum illum jacere promiserunt, an porrexerunt manum? Nam porrectio manuum erat indicium animi parati promtique ab subeundum certamen: e contrario remissio ma-

Sponte, et adorato rediit ingloria disco.
  Qualis Bistoniis clipeus Mavortis in arvis
Luce mala Pangæa ferit, solemque refulgens
Territat, incussaque Dei grave mugit ab hasta.
  Pisæus Phlegyas opus inchoat, et simul omnes
Abstulit in se oculos exhausto corpore virtus
Promissa: ac primum terra discumque manumque
Asperat: excusso mox circum pulvere versat,

nuum, seu demissio, erat signum diffidentis suis viribus animi, detrectantisque discrimen, ac adversarium victorem turpiter agnoscentis.

664. *Et adorato rediit ingloria disco.* Dan. Put. Lang. Cruc. et plerique, *redit illa ingloria;* Behott. 1, 2, alii Barthiani, Gron. Barth. et Delph. *rediit ingloria.* — *Adorato.* Id est, mirata cum horrore quodam quasi sacro. Petrus Faber Agon. lib. II, cap. 26 contendit hoc non intelligi debere de disco adversarii, seu Hippomedontis, sed Poetam alludere ad morem, quo victi aut sponte cedentes, ac certamen detrectantes, adorabant discum Iphiti instauratoris ludorum Olympicorum: qui discus imponebatur in medio stadii mensæ, una cum præmiis victoriæ. — *Rediit ingloria disco.* Optime, ut Thebaid. I, 247: « et sævæ periit injuria mensæ. » Lib. VIII, 518: « rediit ardore remisso Vultus. » Lib. X, 25: « subiit ultricia Tydeus Tartara. » Ubi pariter vitiarant. Gronov.

665. *Bistoniis.* Thraciis.

666 *Luce mala Pangæa ferit.* Terribilis splendoris ictu ferit. — *Pangæa* mons est Thraciæ: unde Lucanus, Phars. 679 et seq. « Video Pangæa nivosis Cana jugis. » Lact. — *Pangæa.* Plurali numero. Pangæus singulari mons Thraciæ, in quo, ut refert Herodotus, aurea sunt et argentea metalla, et ad cujus radices Nestus fluvius defluit. Sed ad quid hæc comparatio referenda? unde inculcata videtur Guyeto. Potest dici, sicut clipeus Martis repercutiens solem ac mala luce feriens territat Pangæum montem, sic gravitas disci ab Hippomedonte allati territat eos qui certaturi erant. Pangæus hod. *Monts Castagnats.* Ed.

667. *Mugit.* Clipeus scilicet.

668. *Et simul omnes.* Uterque Behot. *omnis.* — *Et simul omnes Abstulit in se oculos.* Confer Cornelii Severi Fragmentum de Morte Cic. v. 2: « sed enim Abstulit omnes. » Ad quem illustrandum adductus Nostri locus; Poet. Latin. Minor. tom. III, pag. 208. Ed.

669. *In se oculos exhausto corpore.* Dan. Lindenbrog. Cruc. et plerique, *exhausto in corpore,* Behott. 1, 2, Amstel. Gronov. Barth. et Delph. *exhausto corpore.* — *In se oculos.* Populi, videlicet.

671. *Asperat.* Asperum facit, ne dum jaceret laberetur. — *Versat.* Considerat. Circumversabat enim Phlegias discum, ut colligeret quam partem lateris ejus haberet in digi-

Quod latus in digitos, mediæ quod certius ulnæ
Conveniat: non artis egens: hic semper amori
Ludus erat, patriæ non tantum ubi laudis obiret
Sacra, sed alternis Alpheon utrimque solebat
Metiri ripis, et, qua latissima distant,
Non unquam merso transmittere flumina disco.
Ergo operum fidens, non protinus horrida campi
Jugera, sed cælo dextram metitur, humique
Pressus utroque genu, collecto sanguine discum
Ipse super sese rotat, atque in nubila condit.
Ille citus sublime petit, similisque cadenti
Crescit in adversum, tandemque exhaustus ab alto

tis, quam brachio retentans alæ subderet. LACTANT.

672. *Latus in digitos.* Tam spatiosum et grandem facit *discum*, ut ab extremis digitis in medietatem lacerti pertigerit, sic vibrandus.

673. *Amori erat.* Adsueverat huic exercitio a prima juventute.

674. *Pat. n. t. u. l. obiret.* Unus Behot. *obire.* — *Patriæ non tantum ubi laudis obiret Sacra.* Id est, quum frequentaret ludos Olympicos Jovi sacros, qui tantam patriæ Pisæ honorem ac claritatem afferunt. Phlegyas enim *Pisæus* supra.

675. *Sed alternis Alpheon utrimque solebat.* Put. *utrumque solebat.* — *Alpheon.* Alpheus fluvius Elidis juxta Pisas. Vide Theb. I, 272 et ibi notata, huj. tom. pag. 54, et inprimis quæ diximus ad lib. IV, 239, hujusce tom. pag. 398. ED.

676. *Metiri ripis.* Reg. B, *Metari ripis* habet, Reg. C nost. lect.

677. *Non unquam merso.* Adeo certus erat suæ artis. Vet. Schol.

678. *Operum fidens.* Quotidiani sui exercitii securus.

679. *Sed cælo dextram metitur, humique.* Dan. Petav. et unus Behot. *sic cælo dextram metitur;* Lang. Laor. Buslid. Lipsian. et edd. vett. *sed cælum dextra metitur.* Pot. pro *humique* habet *ubique.* — Reg. B, *Sic cælo dextram metitur ubique* habet; Reg. C, *Sed cælum dextra metitur: humique.* ED. — *Sed cælo dextram metitur.* Id est, quid dextra valeat in cælum misso disco experitur.

680. *Collecto sanguine.* Collecta virtute. LACTANT.

681. *Ipse super sese rotat.* Experimenti tantum gratia, sive quasi præludeos certamini. — *Ipse.* Phlegyas, scilicet.

682. *Ille.* Discus. — *Similisque cadenti.* Ad visum retulit.

683. *Crescit in adv. t. exh. ab alto.* Barthii codd. *ab astris.* — *Crescit in adversum.* Gravius evadit, id est, lentescit altitudinis nimietate, an *cessit in adversum,* legemus, id est, contra altitudinem? et e Lactantio elici potest. GUYET. — *Exhaustus ab alto.* Consumto

Tardior in terram redit, atque immergitur arvis.
Sic cadit, attonitis quoties avellitur astris,
Solis opaca soror: procul auxiliantia gentes
Æra crepant, frustraque timent: at Thessala victrix
Ridet anhelantes audito carmine bigas.
Collaudant Danai: sed non tibi molle tuenti,
Hippomedon, majorque manus speratur in æquo.
Atque illi extemplo, cui spes infringere dulce

scilicet impetu, quo missus fuerat.

684. *Tardior in terram redit*. Alii codices, *ad terram*. — Hanc lectionem Reg. B præbet, Reg. C nostr. Ed. — *Immergitur arvis*. De gravitate casus altitudinis mensura monstratur. Lactant.

685. *Sic cadit*, etc. De hoc loco vid. quæ enarrantur ad vers. 147 Claud. III, in Ruf. lib. I; nost. ed. tom. 1, pag. 151. Ed.

686. *Solis opaca soror*. Luna. Tangit autem superstitionem Veterum, que credebant lunam magico carmine cælo devocari, illive subveniri æris tinnitu. Exempla passim obvia apud profanos auctores. Adhæsisse hanc superstitionem etiam Christianis colligimus ex Homilia Maximi, ubi serio eos increpat. Primus Anaxagoras, ut refert Diogenes Laertius in ejus vita, causam aperuit defectus lunæ, sed superstitionem ex animis hominum avellere non potuit. — De hac superstitione vide Excursum 105 ad calcem Thebaid. lib. I, hujusce tomi, pag. 128 et seq. Ed.

687. *Crepant*. Pro, crepare faciunt.

688. *Anhelantes bigas*. Pro bigas ipsius laborantis lunæ. Bigam enim poetæ dant lunæ, ut jam diximus.

689. *Danai*. Græci. — *Sed non tibi molle tuenti*. An te *molle tuente*? id est, te torvis oculis intuente, te invidente. Guyetus. — Quidam sic interpretandum censent: Laudarunt Danai, sed et hoc non molle, seu infirmum tibi visum est, o Hippomedon, seu infirmi et paucarum virium hominis hoc tibi paruit. — *Molle tuenti*. Despicienti, contemnenti, quasi quum facile esset Phlegyan jactu superare.

690. *Majorque manus speratur in æquo*. Id est, majore virtute opus esse in longitudinem, quam in altitudinem jaculaturo. Lactant.

691. *Cui spes infringere dulce Immodicas, Fortuna venit*. Supple adversa. Et Fortuna hic sumitur pro Nemesi. Crediderunt enim Veteres esse quamdam numinis vim, quæ nimias ac immodicas hominum spes infringeret, ac coerceret, et excelsa quæque deprimeret; Φιλέει γὰρ ὁ θεὸς τὰ ὑπερέχοντα κολούειν. « Amat enim Deus omnia excelsa deprimere, » ut ait eleganter Artabanus, apud Herodotum lib. VI. Eamque numinis vim φθόνον vocabant seu νέμεσιν. Nam Nemesis invidiæ affinis est, eamque inter φθόνον et χαιρεκακίαν mediam collocat Aristoteles Eth. lib. II. Sic Græci, quum

Immodicas, Fortuna venit: quid numina contra
Tendere fas homini? spatium jam immane parabat,
Jam cervix conversa, et jam latus omne redibat:
Excidit ante pedes elapsum pondus, et ictus
Destituit, frustraque manum dimisit inanem.
  Ingemuere omnes, rarisque ea visa voluptas.
Inde ad conatus timida subit arte Menestheus
Cautior, et multum te, Maia nate, rogato
Molis prægravidæ castigat pulvere lapsus.

aliquem supra modum laudarent, addebant *εὐτυχεῖς, φθόνος ἀπίστω*, *secunda uteris fortuna, absit invidia*. Vocabatur etiam *Adrastia* ab Adrasto nostro, qui primus ei templum erexit, atque ædem. *Rhamnusia* etiam dicta, quod templum habebat in Rhamnunte oppido Atticæ. Et hinc discimus non debere hominem viribus suis fidere, ut fecit hic Phlegyas, sed non nisi invocato supremo numine ad quodvis agendum accingi.

692. *Immodicas, Fortuna venit.* De hoc loco adi Excurs. ad calc. huj. lib. Ed.

693. *Spatium jam immane parabat.* Bchott. 1, 2, *spatiumque immane*.

694. *Et jam latus omne redibat.* Jaculantem describit: solent enim disco certantes totum corpus flectere, ut majorem impetum imprimant disco, longiusque projiciant.

695. *Ictus Destituit.* Manum videlicet destituit ictus, et non pertulit. Vet. Schol.

696. *Manum dimisit inanem.* Dau. plerique et Gevart. *demisit*.

697. *Rarisque ea visa voluptas.* Pauci ceperunt de elusi casibus voluptatem, quod discum Phlegyas muliebriter laudatus amiserat: seu quoniam in rebus quoque seriis risus emittitur: ideo paucos exstitisse dicit, quibus Phlegyæ casus lætitiam suscitaret. Lactant.

698. *Timida.* Hypallage, pro ipse timidus: timidus enim factus erat casu Phlegyæ.

699. *Cautior et multum te, Maia nate, rogato. Maia create* Put. et Reg. B. Ed.—Optimus Barth. *rogando;* etiam *Cautius* in eodem. — *Et multum te, Maia nate, rogato.* Bene: Mercurium enim palæstræ inventorem statuunt, et olei palæstrici. Heliodorus Theagenem nominat *γυμναστικὸν ἄνδρα, καὶ ἀλειφῆς ἐκ νέων ἀσκητὴν, τήν τε ἐναγώνιον Ἑρμοῦ τέχνην ἠκριβωκότα.* Horatius lib. I, Od. 10, 1 et seqq. « Mercuri, facunde nepos Atlantis, Qui feros cultus hominum recentum Voce formasti catus, et decoræ More Palæstræ. » — Arnobius Advers. Gent. III, « Mercurius ceroma pugillatibus et luctationibus præstat, et cur invictos omnes non perficit quibus præest? » Bernart.

700. *Molis prægravidæ. Molis prævalidæ* Buslid, — *Castigat pulvere lapsus.* Id est, pulvere aspergit, ne ei elaberetur discus. Supra,

Illa manu magna, et multum felicior exit,
Nec partem exiguam Circi transvecta quievit.
Fit sonus, et fixa signatur terra sagitta.
  Tertius Hippomedon valida ad certamina tardos
Molitur gressus: namque illum corde sub alto
Et casus Phlegyæ monet, et fortuna Menesthei.
Erigit assuetum dextræ gestamen, et alte
Sustentans, rigidumque latus, fortesque lacertos
Consulit, ac vasto contorquet turbine, et ipse
Prosequitur: fugit horrendo per inania saltu,
Jamque procul meminit dextræ, servatque tenorem

v. 680: « At primum terra discumque manumque Asperat. »

701. *Illa man. magn. et multum felicior exit.* Reg. B, *Ille manu magn. et multo f. ex.*; Reg. C, *Ille* etiam habet. Ed.

703. *Et fixa s. terra sagitta.* Optimæ Barthii membranæ: *meta sagitta.* — *Et fixa signatur terra sagitta.* Locus quo discus cadebat sagitta fixa signabatur, ut notat ad hunc locum Lactantius, scilicet ut conspici possit a sociis certaminis, et distingui a cæteris jactibus.

704. *Valida ad certamina.* Jactus enim disci magnas vires requirebat. Supra vs. 646 et seq. « emisso si quis decernere disco Impiger, et vires velit ostentare superbas. » — *Tardos Molitur gressus.* Et hoc ob molem et proceritatem corporis. Sic de Hercule sup. lib. v. 442: « tarda se mole ferentem. »

706. *Et casus Phlegyæ monet.* Lang. Buslid. Lipsian. et edd. vett. *movet;* Dan. Petav. alii *monet.* — *Casus Phlegyæ.* Cui discus exciderat. — *Fortuna Menesthei.* Cui tam felix jactus contigerat.

707. *Assuetum dextræ gestamen.* Id est, quod gestare assueverat. Supra enim de Hippomedonte dixit v. 655: « lateque ferens sub pectore dextro Orbem alium. » In optimo codice non *gestamen*, sed *certamen* scriptum est. Quam scripturam videtur agnoscere Lactantius: cujus verba sunt: « Hoc est, quod consueverat aliis etiam certaminibus jaculari. » Et quis sano judicio discum *gestamen* dixerit, velut hastam aliquam? Nunquam enim gestatur, nec ulli usui sit gestatus discus. *Certamen* autem eleganter dixerit; ut ipsos certantes. Virgilius Ecloga VII, 16: « Et certamen erat, Corydon cum Thyrside, magnum. » Barthius. — Reg. B, *certamen* exhibet; Reg. C nostram lect. Ed.

708. *Sustentans. Substentans* in omnibus Barthianis.

709. *Consulit ac vasto cont. Cons.* hinc *vasto* in optimo ejusdem Barth. — *Et ipse Prosequitur.* Quasi currendo post, celeritatem adderet disco.

710. *Per inania saltu.* Ut jactum vigor corporis adjuvaret. Lactant.

711. *Dextræ.* Qua emissus fue-

Discus : nec dubia junctave Menesthea victum
Transabiit meta : longe super æmula signa
Consedit, viridesque humeros, et opaca Theatri
Culmina, ceu latæ tremefecit mole ruinæ.
Quale vaporifera saxum Polyphemus ab Ætna
Lucis egente manu, tamen in vestigia puppis
Auditæ, juxtaque inimicum exegit Ulixen.
Sic et Aloidæ, quum jam celaret Olympum
Desuper Ossa rigens, ipsum glaciale ferebant
Pelion, et trepido sperabant jungere cælo.
Tunc genitus Talao victori tigrin inanem

rat. — De hoc loco vide quæ enarrantur ad Silv. IV, 6, 56; nost. ed. tom. I, pag. 492. Ed.

712. *Menesthea victum*. Solet enim hoc certamine de victoria dubitari. Lactant.

713. *Transabiit meta. Transabiit metas* Put. — Hanc lection. Reg. B exhib. Reg. C nostr. — *Æmula signa*. Fixam adversarii sagittam.

714. *Viridesque humeros*. Id est, umbones collium viridibus arboribus amictorum. — *Et opaca Theatri Culmina*. In formam enim theatri hic circus describitur, ob facilem clivum, seu ascensum. — *Opaca Culmina*. Quia silvæ, quæ summis collibus imminebant, quæ spatium circi cingebant ac claudebant, umbram fundebant.

715. *Ceu latæ tremefecit mole*, etc. Dan. Behott. 1, 2, Aldd. *late tremefecit*.

716. *Vaporifera Ætna*. Monte Siciliæ, flammas, et ignes, fumumque evomente. — *Polyphemus*. Neptuni filius, corpore giganteo, unum tantum oculum, eumque in media fronte, habebat. Quum autem Ulyssem, vi tempestatis in Siciliam projectum, una cum sociis inclusisset in specu, quatuorque ex iis devorasset, cæteros eodem genere mortis occisurus, tandem ebrius, et multo somno obrutus, excæcatus est ab Ulysse adusto stipite. Ulysses autem inde astutia egressus fugiens naves repetiit. Ad strepitum igitur fugientium Polyphemus arreptum immane saxum projecit in mare, quo navis Ulyssis pæne obruta est. Consule Odysseam et Æn. III.

717. *Lucis egente manu*. Excæcatus enim fuerat ab Ulysse.

718. *Ulixen*. Ulysses Heros notissimus ex Iliade et Odyssea, rex insularum Ithacæ et Dulichii. Post hunc versum, tres posuit Gronovius, de quibus vide Exc. ad calc. huj. lib. hos Regg. B et C non habent. Ed.

722. *Tunc genitus*, etc. Reg. B, *tum* habet. Ed. — *Genitus Talao*. Adrastus. — *Victori*. Hippomedonti. — *Tigrin inanem*. Pellem tigridis. — *Tigrin*. Simili modo etiam in Theb. I, 483 et seq. de pelle dixit : « tergo videt hujus inanem Impexis utrimque jubis horrere leo-

Ire jubet, fulvo quæ circumfusa nitebat
Margine, et extremos auro mansueverat ungues.
Gnossiacos arcus habet, et vaga tela Menestheus.
« At tibi, ait, Phlegya, casu frustrate sinistro,
Hunc, quondam nostri decus, auxiliumque Pelasgi,
Ferre damus, neque enim Hippomedon inviderit, ensem.
« Nunc opus est animis infestos tollere cæstus
Cominus : hæc bellis et ferro proxima virtus. »
Constitit immanis cerni, immanisque teneri,
Argolicus Capaneus : ac dum nigrantia plumbo
Tegmina cruda boum, non mollior ipse, lacertis

nem. » Ubi conf. notata nostra, hujusce tom. pag. 86. Ed. — *Tigrin.* Metri necessitate accusativum græcum posuit, pro *tigrim.*

724. *Et extremos auro mansueverat ungues.* Id est, extremos ungues tigridis sectos, ne læderent, inauraverat. Virg. Æneid. VIII, 553. « præfulgens unguibus aureis. » Ubi Servius : « Ungues solent deaurari. »

725. *Gnossiacos.* Cretenses, a Gnosso Cretæ oppido.

727. *Nostri Pelasgi.* Pelasgus hic Argivus erat, Triopæ regis filius, qui Cererem Argos venientem hospitio excepit, certioremque fecit de raptu filiæ Proserpinæ. Inde *nostri.*

729. *Nunc opus est animis.* Virgilianum, Æn. VI, 261 : « Nunc animis opus, Ænea, nunc pectore firmo. » — Adrastus, an Poeta loquitur? — *Cæstus.* Cæstus pugilum arma. Erant genus quoddam chirothecarum e corio bubulo, cui ferrum plumbumve affixum erat, ut graviores fierent, lorisque alligabantur brachiis, ne inter certandum elaberentur. Cæstuum agonas et imagines exhibet Hieronymus Mercurialis in Gymnastica. Vide et Manutium de Quæsitis per Epistolam lib. I, Ep. 9, et Turnebum lib. XIV, cap. 4. — *Infestos.* Quia in hoc cæstuum certamine sæpe de vita agebatur. Vid. Virg. Æn. V, 363.

730. *Hæc bellis et ferro proxima virtus.* In aliis enim certaminibus certabatur tantum de gloria, ac cum pauco periculo : hic vero sæpe aliquis certantium vitam perdebat, ut in pugna.

731. *Imm. c. immanisque teneri.* Lang. unus Behot. pro v. l. Put. et nonnulli; *timeri;* Petrens. Behott. 1, 2, unus Gron. et Venett. *tueri;* et sic legunt Marklandus ad Silv. II, 1, 168, et Gron. in Diatr. cap. 16, *teneri* Gronov. Barth. — Reg. B, *immanis cerni, immanesque timeri;* Reg. C, *imm. c. immanisque tueri* exhibent. Ed. — *Immanis cerni, immanisque teneri.* Id est, proceritas et moles Capanei admirationi erat et terrori omnibus eum cernentibus.

732. *Nigrantia plumbo.* Descriptio cæstuum.

733. *Non mollior ipse.* Subintel-

Induitur : « Date tot juvenum de millibus unum
Huc, ait; atque utinam potius de stirpe veniret
Æmulus Aonia, quem fas demittere leto :
Nec mea crudelis civili sanguine virtus. »
Obstupuere animi, fecitque silentia terror.
  Tandem insperatus nuda de plebe Laconum
Prosilit Alcidamas : mirantur Dorica regum
Agmina : sed socii fretum Polluce magistro
Norant, et sacras inter crevisse palæstras.
Ipse Deus posuitque manus, et brachia finxit
Materiam : ( suadebat amor : ) tunc sæpe locavit

lige, crudis *tegminibus* boum. — *Ipse*. Capaneus.

734. *Date tot*, *etc.* « Sermo barbaræ efrocitatis. » Vet. Schol. Sane non inepte. Illa enim *Date huc* barbaram imperiositatem indicant.

736. *Æm. Aonia*, *quem fas demittere leto*. Regg. B et C, *dimittere leto* exhibent. Ed. — *Aonia*. Thebana.

737. *Nec mea crudelis civili*. *Ne mea crudiscat* optimus Barthianus. — *Nec mea crudelis*. Subaudimus *esset*. Minatur enim se illum occisurum qui contra steterit : ideo venire hostes optabat.

738. *Obstupuere animi*. *Obstupuere animis* Dan. et plerique *animi* uterque Behot. Amstel. Gron. Barth. et Delph.

739. *Nuda de plebe Laconum*. Lacones populi Laconiæ regionis Peloponnesi cujus caput Sparta, seu Lacedæmon. Dicuntur hic *nudi*, quia Spartani Laconesque gymnicis exercitationibus dediti erant, quæ nudo corpore agebantur.

740. *Dorica*. Peloponnesia. Dores enim, ut jam diximus, ducibus Heraclidis Peloponnesum occupaverunt.

741. *Socii fretum*. Id est Lacones.—*Polluce magistro*. Deus enim Pollux hoc exercitio, dum inter mortales esset, delectabatur : et hunc Alcidama induit. Gronov.

742. *Sacras palæstras*. Vel quia in sacris fieri solebant, vel quia inventor palæstræ Deus erat.

743. *Deus*. Pollux pugil celeberrimus, Tyndari et Ledæ filius, relatus inter Deos, cum fratre suo Castore.

744. *Materiam (suadebat amor)*: *tunc s. l. Materiem* Dan. Put. Lindenbrog. et Crue. *Mater rem* optimus Barth. *Materiæ* in aliis ejusdem codd. *subdebat amor* in optimo. — Regg. B et C, *Materiem* exhibent. Ed. — *Materiam* (*suadebat amor*, Rectius distinguit Gronovius, *et brachia finxit Materiam* (*suadebat amor*). *Tunc sæpe*. Positis scilicet duobus punctis post vocem *Materiam* : et his vocibus (*suadebat amor*) parenthesi inclusis, per epexegesin, ut sit instar materiæ. Virgil. Æneid. VI, 80 : « fera

Cominus, et simili stantem miratus in ira
Sustulit exsultans, nudumque ad pectora pressit.
Illum indignatur Capaneus, ridetque vocantem,
Ut miserans, poscitque alium: tandemque coactus
Restitit, et stimulis jam languida colla tumescunt.
Fulmineas alte suspensi corpora plantis
Erexere manus: tuto procul ora recessu
Armorum in speculis, aditusque ad vulnera clusi.

corda domans, fingitque premendo. » Cæterum hic versus Guyeto suspectus; Quid enim, ait, sibi vult?

745. *Stantem*. Erigere enim sese, cervicemque attollere, quum certarent, in more erat pugilibus. Unde ἱστάναι, ἵστασθαι, ἀντανίστασθαι, pugilum proprium.

746. *Nudumque ad pectora pressit*. Laug. et plerique, *nudusque*; Dan. Put. uterque Behot. Gronov. Barth. et Delph. *nudumque*. — *Nudumque ad pectora pressit*. Id est, complexus est nudum fovendo: Poeta morem ceromatis exsecutus est describendo: *nudum* hic alii fortem intelligi volunt. Lactant.

747. *Ridetque vocantem*. Provocantem.

748. *Poscitque alium*. Unus Barthianus pro v. l. *poscitque duos*.

749. *Languida colla tumescunt*. Optimus Barth. *languida corda*; quod ille probat. — *Languida colla tumescunt*. Qui languida habebat, quoniam dedignabatur certamen. Lactant.

750. *Fulmineas alte suspensi corpora plantis Erexere manus. Plantis* pro articulis. Vetus Schol. Ad morem pugilum. Nam qui cæstibus pugnabant, erigebant sese, et ut aves in aere, sic illi in altum sese extollebant. Deinde brachia feriendi gratia in sublime elevare solebant. Plerique poetæ hanc exaltationem scribunt. Virgil. Æneid. V, 426: « Constitit in digitos extemplo arrectus uterque. » Valerius Flaccus de Polluce Argonaut. IV, 266 et seq. « Hnc alternus et huc, semper cervice reducta, Semper et in digitis, et summi pulvere campi Porrectusque redit. » Id est, omni modo sese extendens. Vide Macrobium lib. V: cap. 7.

751. *Erexere manus*. Reg. B, *Exercere manus* habet; Reg. C nostram lectionem. Ed. — *Tuto procul*. Supple *sunt*. Significat, ait Cruceus, ora atque oculos fuisse quasi in specula, et identidem prospexisse imminentes ab adversario armorum, id est, cæstuum ictus. Consonat illud de Darete et Entello pugnantibus, Virg. Æneid. V, 428: « Abduxere retro longe capita ardua ab ictu. » Quid si Hellenismum poetis familiarem admittamus in illis vocibus *procul armorum?* ut sit, πόῤῥω τῶν ὅπλων: sensus erit clarissimus.

752. *Arm. in spec. aditusque ad vuln. clusi*. Dan. Petav. et edd. vett. *clausi*. — *Armorum in speculis*. Hic

Hic quantus Stygiis Tityos consurgat ab arvis,
Si torvæ patiantur aves, tanta undique pandit
Membrorum spatia, et tantis ferus ossibus exstat.
Hic paullo ante puer, sed enim maturius ævo
Robur, et ingentes spondet tener impetus annos;
Quem vinci haud quisquam, sævo nec sanguine tingi
Malit; et erecto timeat spectacula voto.

versus suspectus Gnyeto, nec a Lactantio agnoscitur.

753. *Hic quantus Stygiis Tityos consurgat ab arvis. Heu quantum* unus Behot. — Reg. B, *Hic quantum Tityos Stygiis consurgat Ab arvis;* Reg. C nost. lectionem habet. Ed. — *Hic.* Capaneus. *Quantus Tityos.* Vide quæ diximus de Tityo Theb. I, 710; hujusce tomi, pag. 118 et 119. Ed.

754. *Si torvæ patiantur aves.* Thebaid. XI, 13 et seq. ubi etiam Capaneum comparat cum Tityo: « ipsæ horrent, si quando pectore ab alto Emergunt, volucres. »

756. *Paullo ante puer.* Alcidamas adolescens, qui ætatem corporis mole vincebat: id est, cujus virtus ætatem virilem præcesserat.

757. *Et ingentes spondet tener impetus annos.* Id est, ardor teneræ ætatis magnam futuræ virtutis claritatem spondet in posterum.

758. *Quem v. h. q. sævo nec sanguine tingi.* Unus Behot. *neque sanguine tyngui;* alter Behot. *neque sanguine tingui.* — *Quem vinci.* Adolescentem ipsum: populus enim junioribus solet favere. Ordo ergo talis est: Neque quisquam malit hunc juvenem vinci, aut suo sanguine crudeliter conspergi.

759. *Erecto timeat spectacula voto.* Behot. 1, Lipsian. Burmann. et Venett. *timeant spectacula;* Petreus. *timeāt,* i. e. *timeant.* — *Erecto timeat spectacula voto.* Sensus est, omnes *timere* hujus pugnæ *spectacula*, et votis *erectis*, id est, ardentibus, manifestis optare, ut junior et infirmior Alcidamas victoriam consequatur, etiam sine vulneribus; quod vix sperandum est pugnanti cum tanto et tali adversario. Bernartius male difficultatem eludere voluit sequentia hæc congerendo. Lipsii scriptus liber: *et erecto timeant spectacula*, quod probe probum est: *spectacula* dixit pro *spectatoribus*, notione optimis auctoribus familiari: ita *matrimonia* pro *matronis*. Liv. l. X, c. 23: « Et convocatis plebeiis matrimoniis conquesta de injuria patriciarum. » Sic *ministeria* pro *ministris*, Juris Consult. Ulpianus l. VII, de Offic. Proconsulis: « Ministeria quoque militaria si opus fuerit ad curatores juvandos dare. » Ita *conjugium* pro *conjuge*, Propertius, lib. III, Eleg. 13, 18 et seq. « Uxorum fusis stat pia turba comis, Et certamen habent leti, quæ viva sequatur Conjugium. » Qua eadem notione Tacit. Annal. XII, cap. 65, dixit: « quod conjugium principis devotionibus petivisset. » Ita *amicitias* pro *amicis*, et *familiaritates* pro *familiaribus*. Suet. Tib. c. 51,

Ut sese permensi oculis, et uterque priorem
Speravere locum, non protinus ira, nec ictus:
Alternus paullum timor, et permixta furori
Consilia; inclinant tantum contraria jactu
Brachia, et explorant cæstus, hebetantque terendo.
Doctior hic differt animum, metuensque futuri
Cunctatus vires dispensat: at ille nocendi
Prodigus, incautusque sui, ruit omnis, et ambas

« Testamentum ejus pro irrito habuit, omnesque amicitias et familiaritates.... intra breve tempus afflixit. » Sic *necessitudines* pro *necessitudine junctis* idem frequenter, signate Tib. c. 50, « Odium adversus necessitudines in Druso primum fratre detexit. » Et Curt. lib. IV, c. 10: « Crederes, Alexandrum inter suas necessitudines flere. » Sic *amplexus* pro eo *qui amplectitur*. Petronius Satyrico: « Nec Dii sinant ut amplexus meos in crucem mittam. » Sic *convivia* pro *convivis*. Papin. ipse Silv. III, 1, 77, Herc. Sur. « ne quo convivia migrent. » idem *regna* pro *rege*, Theb. XII, 379 et seq. « Hei mihi num quis adest cari Polynicis ad ignes, Etsi regna vetant, « id est, licet prohibeat rex Creon. Sic denique *noxam* pro *reo qui nocuit*, Jurisconsulti nostri *odium* pro *odioso*. Comici, *præsidia* pro *præsidiariis*, *custodias* pro *vinctis*, *servitia* pro *servis*, scriptores passim usurparunt. « Bernart. et Ed.

760. *Ut sese permensi oculis*. Qui cæstibus certabant adversarios oculis lustrabant, ut viderent, qua dispositione erant inter certandum, et ut observarent, qua parte debiliores erant. — *Et uterque priorem Speravere locum*. An uterque speravit lustrato hoste, se victorem futurum, ac priorem locum habiturum, judicando illum inferiorem? An exspectarunt, uter certamen inciperet? quod secutus sum.

763. *Inclinant tantum*, etc. Unus Behot. *inclinant tandem*.

764. *Explorant cæstus, hebetantque terendo*. Behott. 1, 2, *hebetantque ferendo*, et in utroque pro v. l. *terendo*. — Reg. B, *habitantque terendo* exhibet nullo sensu. Ed. — *Explorant*. Considerant fortitudinem cæstuum. — *Hebetantque terendo*. Vanis ictibus cæstuum acumen terentes obtundunt.

765. *Doctior hic differt animum*. Alcidamas differt animum, spiritum servat. De hoc loco videsis notata ad v. 168, Saleii Bassi Carm. ad Pisonem; Poet. Lat. Minor. nost. edit. tom. III, pag. 256. Ed. — *Metuensque futuri*. Prudentiæ effectu. Horatius II, Sat. 2: « Contentus parvo, metuensque futuri, In pace, ut sapiens, aptarit idonea bello. » Barth.

766. *Vires dispensat*. Non simul profundit, sed ordine et prudenter collocat. In optimo libro clare legitur: *Cunctatus vires*. Barth. — *At ille nocendi*. Capaneus in adversarii nece profusior. Lactant.

767. *Ruit omnis*. Omnibus suis viribus; tota anima, toto corpore.

Consumit sine lege manus, atque irrita frendit
Insurgens, seque ipse premit: sed providus astu,
Et patria vigil arte Lacon, hos rejicit ictus,
Hos cavet: interdum nutu, capitisque citati
Integer obsequio, manibus nunc obvia tela
Discutiens, instat gressu, vultuque recedit:
Sæpe etiam injustis collatum viribus hostem,
Is vigor ingenio, tanta experientia dextræ est,
Ultro audax animis intratque et obumbrat, et alte
Assilit; ut præceps cumulo salit unda minantes
In scopulos, et fracta redit, sic ille furentem
Circuit expugnans: levat ecce, diuque minatur

768. *Sine lege.* Sine artis lege: artis ipsius lex est, ut una manus reversa alteram feriat. Consumsit ergo ambarum manuum ictum, et perdidit. Lactant. — *Frendit.* Pro *frendet*, ut *fervit* pro *fervet*. — *Irrita.* Pro *irrite.*

769. *Providus astu.* Sagacitate, calliditate provida. Ed.

770. *Hos rejicit ictus.* Behott. 1, 2, *hos ejicit ictus.* — *Hos rejicit ictus.* Refundit, eludit, evitat.

771. *Interdum nutu, capitisque citati.* Velocis capitis motu.

772. *Integer obsequio. Ales et obsequio* unus Barthianus, et pro v. l. *Providus obsequio.*

773. *Instat gressu.* Ut caveret ictus certaminis anteibat pede, facie recedebat, quod ipse ait supra v. 751: « tuto procul ora recessu »

774. *Injustis.* Non æquis: quia Capaneus erat fortior. Ergo frequenter, quamvis enim pateretur, tamen aliquando commotus attentat. Lactant.

775. *Tanta experientia dextræ est.* Unus Behot. *experientia dextræ*, omisso τῷ *est.* — *Experientia.* Ars experimento collecta.

776. *Ultro aud. an. intratque et obumbrat.* Dan. Put. unus Behot. Aldd. et plerique, *instatque;* alter Behot. Gronov. Barth. et Delph. *intratque.* — *Ultro audax animis.* Suspectus versus Guyeto; male.

777. *Assilit; ut p. cumulo salit unda minantes.* Behott. 1, 2, *minantis;* optimus Barthianus: *ecce et utrumque minatur.* Jortinus conj. *minante*, vel *minanti.* — Reg. B, *Adsilit ut pr. cumulos agit unda minantes* exhibet; Reg. C nost. lectionem. Ed. — *Assilit.* Hinc Gallicum, *Assaillir.*

778. *Fracta.* Virg. Georg. IV, 420; et Æn. I, 161, undam frangi et in sinus reductos scindi ait. — *Furentem.* Quidam codices *ferentem*, et supple *se.* Ed.

779. *Circuit expugnans: levat ecce*, etc. Hic versus suspectus Guyeto cum tribus sequentibus, quos ineptos vocat, quare τὸ *Circuit* conjungendum censet cum τῷ *ac mediam* vers. 782. Non adsentior. Ed.

In latus, inque oculos: illum rigida arma caventem
Avocat, et manibus necopinum interserit ictum
Callidus, ac mediam designat vulnere frontem.
Jam cruor, et tepido signantur tempora rivo.
Nescit adhuc Capaneus, subitumque per agmina murmur
Miratur: verum ut fessam super ora reduxit
Forte manum, et summo maculas in vellere vidit,
Non leo, non jaculo tantum indignata recepto
Tigris: agit toto cedentem fervidus arvo
Præcipitatque retro juvenem, atque in terga supinat,
Dentibus horrendum stridens, geminatque rotatas
Multiplicatque manus: rapiunt conamina venti,

780. *In latus, inque oculos: illum r. a. cav.* Reg. B, *In latus illum oculos: illum rig. a.* c. habet; Reg. C nostram lectionem. Ed.

781. *Avocat.* Put. unus Behot. et meliores Barthian. *Evocat* Dan. — *Interserit ictum.* Amare Papinium sic composita verba notavimus supra. Et observavit duobus aut tribus exemplis Claud. Dausqueius, ad extrem. lib. I, Silii Italici. « *Serere ictum* dixit Papinius exemplo Lucretii et aliorum. Vide notata doctissimo Siuserlingio Promuls. c. 20, qui Epulas aut Congiarium adhuc debet literato orbi. Barth.

782. *Callidus, ac mediam designat. Callidus nec mediam* uterque Behot.

783. *Jam cruor.* Emanat scilicet. —*Signantur tempora.* In uno libro: *pectora.* Nihil mutamus. Barth.

784. *Nescit adhuc Capaneus.* Præ furore et duritia non sentit adhuc cruorem. — *Subitumque per agmina murmur.* Faventium juveni qui vulnus inflixerat giganti. Ed.

786. *Summo maculas in vellere vidit.* Quia lancos pentodactylos habent sub cæstibus, qui eminent supra brachia. Alii autem volunt Poetam de barba dixisse. Lactant.

787. *Recepto.* Ex improviso jaculo vel sagitta occupata fera. Vet. Schol.

788. *Agit toto cedentem fervidus arvo.* Virgilius, Æneid. V, 456 et seq. « Præcipitemque Daren ardens agit æquore toto; Nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille sinistra. »

789. *Præcipitatque retro.* Verso gradu cogit aufugere. — *Atque in terga supinat.* Non inde tamen victor Capaneus, ut hoc loco videmus. Hinc fallitur Mercurialis artis Gymn. lib. II, cap. 9, scribens in vetusta pugilum pugna vincere illum qui adversarium pugnorum ictibus in terram prosterneret; hoc solum verum erat in lucta.

790. *Dentibus horrendum stridens.* Scribendum cum optimis aliisque membranis, *horrendum instridens.* De barbaro hoc iræ gestu ad Manlium Claudiani. Barth.

791. *Rapiunt conamina venti.*

Pars cadit in cæstus : motu Spartanus acuto
Mille cavet lapsas circum cava tempora mortes,
Auxilioque pedum : sed, non tamen immemor artis,
Adversus fugit, et fugiens tamen ictibus obstat.
Et jam utrumque labor, suspiriaque ægra fatigant.
Tardius ille premit : nec jam hic absistere velox :
Defectique ambo genibus, pariterque quierunt.
  Sic ubi longa vagos lassarunt æquora nautas,
Et signo de puppe dato posuere parumper
Brachia ; vix requies, jam vox ciet altera remos.

Excipiunt, sive frustrantur; id est, in vacuum minarum ejus impetus perierunt. LACTANT.

792. *Motu acuto*. Supple capitis.

793. *Mille cav. laps. c. cav. temp. mortes*. Ut apud Sil. Italic. Punic. IX, 369 : « per pectora sævas Exceptat mortes. » Ad quem locum illustrandum citatus Nostri hic versus. Vid. nost. ed. t. I, p. 574. Ed.

795. *Adversus fugit*. Dan. Put. unus Behot. plerique, *Aversus fugit*; alter Behot. et optimæ Barthii membranæ, *Adversus*, quod receperunt Gronov. Daum. et Delph. — *Adversus*. Id est, non verso tergo, sed obverso in hostem vultu retrocedit : quod artis erat, non timoris; nam si *aversus*, non *obstaret*.

796. *Et jam utrumque labor*. Et illum urgentem et hunc cedentem. Vet. Schol. sensus. Et jam opera et æger anhelitus utrumque lassat: quæ sic vertit *Cormiliolle*, « Déja « tous deux, épuisés de fatigue, « ont peine à respirer. »

797. *Tard. ille pr. n. j. h. obsistere velox*. « Non ausim damnare hanc scripturam, omnibus libris eam tuentibus : clarius tamen et facilius legatur, *obsistere*. » BARTH. — *Ille*. Capaneus. — *Hic*. Alcidamas.

798. *Defectique ambo*. *Defessique* unus Behot. — *Pariterque quierunt*. Hæc quies seu pausa fiebat reparandis quæ concidebant animi corporisque viribus; postea redintegrabant certamen.

799. *Sic ubi longa vagos l. æquora n. Longa æquora*. Longum iter maritimum. — *Vagos*. Hinc inde errantes dubiis ventis.

800. *Et signo de puppe dato posuere par. Ad signum de puppe datum* optimus Barthian. *Et signum de puppe datum* Dan. Put. nonnulli et Lipsian. *Et signo de puppe dato* Behott. 1, 2, Aldd. Colin. Plant. Lindenbrog. Gevart. Amstel. Gronov. Barth. et Delph. — Regg. B et C, *Et signum de puppe datum* præbent. Ed. — *De puppe*. A gubernatore. Nam pertica quædam est in navi, quam hortator remigum tenet; quam si incusserit, remiges non desinunt, si deposuerit, quiescunt a labore. Hanc *Casteriam* Plautus nominavit in Asinaria, act. III, sc. 1, 16 : « Quin pol si reposui remum sola ego in casteria. »

801. *Jam vox ciet altera remos*.

Ecce iterum immodice venientem eludit, et exit
Sponte ruens, mersusque humeris : effunditur ille
In caput : assurgentem alio puer improbus ictu
Perculit, eventuque impalluit ipse secundo.
Clamorem Inachidæ, quantum non litora tollunt,
Non nemora : illum ab humo conantem ut vidit Adrastus,
Tollentemque manus, et non toleranda parantem,
« Ite, oro, socii, furit : ite, opponite dextras,
Festinate, furit, palmamque et præmia ferte :

Quia primo signo cessatum fuerat a labore, vox sequens denuo remiges excitavit.

802. *Ecce iterum*. Postquam paulum quieverunt, rursus ineunt pugnam. — *Immodice*. Violenter, quasi qui excesserit modum : venientem Capaneum eludit Alcidamas. — *Exit*. Evitat, declinat. — Virgil. Æneid. V, 438 : « corpore tela modo atque oculis vigilantibus exit ; » Æneid. XI, 750 : « vim viribus exit. » Ad quos de voce exire ab Heynio enarrata vide nost. ed. tom. III, pag. 46, et tom. IV, pag. 270. Ed.

803. *Mersusque humeris*. Gron. Diatr. p. 248, *mersusque caput*. — *Mersusque humeris*. Distinctio post hæc verba collocanda est. Sequentia enim Capanei casum iudicant. *Mersus*, inclinatus usque quo potest. Ut « mersa nare canes » apud Silium Ital. Pun. X, 78 (vide nost. edit. tom. I, pag. 600. Ed.) Pariter Papinius postea v. 850 : « Collaque demersere humeris. » Barth. — Et hoc erat ex arte. « La tête enfoncée « dans les épaules. »

804. *Assurgentem*. Lang. Bushd. Lipsian. cæteri Barthiani : *ac surgentem*.

805. *Eventuque impalluit ipse secundo*. Id est, ipse Alcidamas felici eventu hoc secundo perterritus fuit, ne postea iratum furentemque recepto secundo ictu ferre non posset, quem antea ægre ac vix sustinuerat.

806. *C. I. quantum non litora, tollunt*. Optimus Barthianus : *non sidera tollunt*, et pro v. l. *litora*. — *Inachidæ*. Argivi.

809. *Ite, oro, soc. furit*. In optimo Barthii codice : *Ite, ite, o socii*, etc. — *Ite, oro, socii*. Separatim et suspense legenda sunt : quæ loentio convenit attonitis, et iratis ; attonitis, ut hoc loco. Et Virg. Æneid. II, 733 : « fuge, nate ; propinquant. »

810. *Palmamque*. Aliæ atque aliæ erant coronæ in ludis ; æque tamen in omnibus palma Hieroniicis dabatur, ut colligimus ex Polluce Onom. l. III, cap. 3, et Plutarcho Symp. Probl. l. VIII, Quæst. 4. Quam palmam Hieronicæ gererent. Sic beatus Joannes in Apocalypsi videt stantes martyres in conspectu Agni et ante thronum Dei, amictos stolis albis, et palmas in manibus eorum. Ut confessores enim Christiani nominis, tanquam veri et legitimi Hieronicæ, post consummatio-

Non prius effracto quam misceat ora cerebro,
Absistet, video: moriturum auferte Lacona. »
Nec mora, prorumpit Tydeus; nec jussa recusat
Hippomedon: tunc vix ambo conatibus ambas
Restringunt cohibentque manus, ac plurima suadent.
« Vincis, abi: pulchrum est vitam donare minori.
Noster et hic, bellique comes: » nil frangitur heros.
Ramumque oblatumque manu thoraca repellit
Vociferans: « Liceat? non has ego pulvere crasso,
Atque cruore genas, meruit quibus iste favorem
Semivir, infodiam? mittamque informe sepulcro

nem palmam martyrii erant adepti; cujus palmæ et in Martyrologio Romano crebra fit mentio, sicut coronæ, itemque apud alios Ecclesiasticos auctores. Inde mos observatus depingendi martyres cum palmis in manibus. Hæ palmæ una cum coronis et muneribus in medio circo collocabantur, ut videre est apud Virgilium Æneid. V, 109 et seqq. « Munera principio ante oculos, circoque locantur In medio, sacri tripodes, viridesque coronæ, Et palmæ, pretium victoribus. »

811. *Non prius effracto quam misceat ora cerebro*. Behott. 1, 2, Dan. Put. Lang. Lipsian. et meliores Barth. *misceat ossa*. — Hanc quoque lectionem Regg. B et C exhibent. Ed.

814. *Tunc vix ambo conatibus ambas*. « Mendosa utique hæc sunt, nec enim est quod voci *conatibus* jungatur; » ait Barthius; sed quomodo non sensit *manus* Capanei *restringi* et *cohiberi conatibus* amborum? Ed. — Hanc tamen servant lectionem omnes libri, et scripti et impressi, nec mutavit Barthius.

815. *Restringunt cohibentque manus*. Behott. 1, 2, et optimus Barthianus: *prohibentque manus*.

816. *Pulchrum est vitam donare minori*. Nobilis sententia, quam in Laudibus Heroum suorum non semel celebrat Claudianus, cui nulla virtus commendatior clementia. Pertinet huc tota Deprecatio ejus poetæ ad Adrianum.

818. *Ramum*. Palmam. — *Thoraca*. Quierat certaminis premium.

819. *Liceat! non has ego pulvere crasso*. Behott. 1, 2, *has non ego*; optimus Barthianus: *nunc has ego*. — *Liceat*. Exclamatio obsecrantis indignatione permixta.

820. *Meruit quibus iste favorem*. Put. *quibus ista juventa*. — Hanc lectionem Reg. B habet, Reg. C nostram. Ed.

821. *Semivir*. Perpetuum opprobrium formosorum adolescentum. Ista autem ducta sunt ex illis Virgilianis, Æneid. XII, 97 et seqq. « da sternere corpus, Loricamque manu valida lacerare revulsam Semiviri Phrygis, et fœdare in pul.

Corpus? et OEbalio donem lugere magistro? »
  Dixit: at hunc socii tumidum et vicisse negantem
Avertunt: contra laudant insignis alumnum
Taygeti, longeque minas risere Lacones.
  Jamdudum variæ laudes et conscia virtus
Tydea magnanimum stimulis ingentibus angunt.
Ille quidem et disco bonus, et contendere cursu,
Nec cæstu bellare minor: sed corde labores
Ante alios erat uncta Pale: sic otia Martis

vere crines Vibratos calido ferro myrrhaque madentes. » — *Informe*. Laceratum et deturpatum. De sævitia Veterum in cadavera hostilia, multis exemplis alibi dictum.

822. *OEbalio magistro*. Spartano Polluci. Vide supra vers. 741. Capaneus semper idem, nimirum Deorum contemtor.

823. *Et vicisse negantem*. Ne ab intentione occidendi Alcidamanta tardaretur, negat se vicisse Capaneus.

824. *Laudant*. Popularem suum victorem pronunciant. Vet. Schol.

825. *Taygeti*. Taygetus mons Laconiæ. Strabo, lib. VIII: « Mons Taygetus, non longe a mari ad lineam in sublime porrectus, et versus septemtrionem attingens Arcadicorum montium radices: ita ut flexus cubiti similis in medio relinquatur, ubi Messenia Laconicam attingit. » Taygeti tanta est altitudo, ut, qui in ejus sit cacumine, totam Peloponnesum videre queat. Jam pauca diximus ad Theb. IV, 227. Cf. not. 6 ad Liv. lib. XXXIV, cap. 28, nost. edit. tom. VI, pag. 385. Adi quoque not. ad Virgil. Georg. II, 488, nost. edit. tom. I, pag. 414. De hoc monte loquuntur et Claudian. XVII, 290; XXIV, 259; XXVI, 193; XXXV, 244; et Sil. Punic. IV, 363; et Lucan. Phars. V, 52, et Cicero de Divin. lib. I, cap. 50; et Seneca Thyest. act. I, v. 126, ubi vide not. nost. edit. tom. I, p. 226, 227. Hodie, *Les Montagnes des Mainotes*. Al. *Vouni-tis-Misistras* een *Vouni-tis-Portaïs*. En. — *Longeque minas*. Non audentes tumultuari ob metum Capanei; *Vel*, quia longe erant hæ minæ ab effectu et cæde Alcidamantis. Vetus Schol.

826. *Variæ laudes*. Aut quas jam meruerant victores, aut quibus socii eum stimulabant.

827. *Tydea magnanimum*, etc. sensus: jamdudum diversa præconia et cognita fortitudo stimulant immanibus aculeis fortem Tydeum.

828. *Bonus* Sic Virgilius, Eclog. V, 1: « boni quoniam convenimus ambo, tu calamos inflare leves, ego dicere versus. » En.

829. *Sed corde labores*. Markl. ad Silv. V, 3, 93, legit: *sed cara labores*, etc.

830. *Ante al. e. uncta Pale*. *Pales* Lang. Lindenbrog. et plerique. *Pale* optimus Barthianus, Petreus. Gronov. Barthian. et Delph. et sic

Degere, et armiferas laxare assueverat iras,
Ingentes contra ille viros, Acheloia circum
Litora, felicesque Deo monstrante palæstras.
Ergo ubi luctandi juvenes animosa citavit
Gloria, terrificos humeris Ætolus amictus
Exuitur, patriumque suem: levat ardua contra
Membra, Cleonææ stirpis jactator Agylleus,
Herculea nec mole minor: sic grandibus alte

etiam legit Marklandus loco modo citato. — Regg. B et C, *Pales* habent. Ed.—*Uncta Pale.* Pales etiam palæstris præsidebat. — *Uncta*. Ob oleum, quo Athletæ ungebantur.

831. *Armiferas laxare assueverat iras.* Claudian. X, de Nuptiis Honorii et Mar. 198: « Laxet terribiles majestas regia fastus. » Ad quem locum de Papiniano vide notata, nost. edit. tom. I, pag. 353. Ed.

832. *Ingentes viros.* Humana quodammodo surte majores. Vet. Schol. Plinius Natur. Histor. II, cap. 9: « Viri ingentes, supraque mortalium naturam tantorum numinum lege deprehensa. » — *Acheloia Litora.* Achelous enim fluvius alluebat Ætoliam, ut jam diximus, quæ erat Tydei patria. Achelous ab incolis vocatur *Pachicolamo*: nominatur etiam *Aspro-potamo* aut *Fleuve-blanc*. Ed.

833. *Felicesque Deo.* Quia victor semper exstitit, Deo monstrante. Mercurium intelligimus, ipse enim hujus artis inventor fuit. Horat. lib. I, Od. 10, vs. 3 et 4: « et decoræ More palæstræ. » « Felices palæstras, » dixit, ut Virgil. Æneid. IX, 772 et seq. « quo non felicior alter Ungnere tela manu, » id est peritior. Lactant.

834. *Animosa citavit.* Hoc est, incitavit ad virtutem gloria. Virg. Æneid. XII, 373: « Ora citatorum dextra detorsit equorum. » Papin. Thebaid. VIII, 124 et seq. « Ut leo massyli quum lux stetit obvia ferri, Tunc iras, tunc arma citat. »

835. *Terrificos amictus Exuitur, patriumque suem.* Tydeus enim erat indutus pelle Calydonii apri, ut vidimus Thebaid. I. — *Ætolus.* Tydeus.

836. *Levat ardua contra Membra.* More pugilum nudat artus. Virgil. Æneid. V; Homer. in pugna Euryali et Epei, Iliad. Ψ.

837. *Cleonææ.* Herculeæ. Hercules enim *Cleonæus* dictus fuit ab occiso immani leone prope Cleonas. Agylleus enim erat filius Herculis et filiæ Molorchi, qui erat pastor agri Cleonæi, quique Herculem illac transeuntem ad expeditionem leonis Nemeæi hospitio susceperat.

838. *Herculea nec mole minor: sic grandibus. Herculea non mole* Lang. unus Behot. Aldd. plerique. *Herculea nec mole* alter Behot. Amstel. Gronov. Barth. et Delph. — Reg. B, *si grandibus*, sed supra *si* alia manu *sic* scriptum. Ed. — *Nec mole minor.* Magnitudine corporis non inferior Herculi; ex proceritate corporis humanam staturam videbatur excedere. Ed.

Insurgens humeris, hominem super improbus exit.
Sed non ille rigor, patriumque in corpore robur.
Luxuriant artus, effusaque sanguine laxo
Membra natant: inde hæc audax fiducia tantum
OEnidæ superare parem. Quanquam ipse videri
Exiguus, gravia ossa tamen, nodisque lacerti
Difficiles: nunquam hunc animum Natura minori
Corpore, nec tantas ausa est includere vires.
Postquam oleo gavisa cutis, petit æquor uterque
Procursu medium, atque hausta vestitur arena.
Tum madidos artus alterno pulvere siccant,
Collaque demersere humeris, et brachia late
Vara tenent. Jam tunc astu deducit in æquum

840. *Sed non ille rigor.* Supple, erat Herculis.

841. *Effusaque Membra.* Plana, non torosa. — *Sanguine laxo.* Cutem enim fluentem efficit mollior sanguis.

842. *Membra n. ind.... tantum.* « Mendosam hanc ultimam vocem esse suspicor ex optimis membranis, in quarum principibus legitur, *trinum*: in aliis *Inūm*. Sane τὸ *parem* videatur aliam vocem postulare. Non tamen auctores sumus aliquid mutandi. » Barth. — *Membra natant.* Plena mollitie et sine robore: quodcunque laxum est *natare* dicunt poetæ. — *Inde hæc audax fiducia.* Quia Agylleo, etsi procero, neque animi, neque membrorum æquale robur inerat.

843. *OEnidæ.* Tydeo OEnei filio.

844, 845. *Exiguus, gravia ossa tamen, nodisque lacerti Difficiles.* Adspectu non procerus erat Tydeus. Qua de re jam notatum, supra ad hunc lib. I, 417: « Major in exiguo regnabat corpore virtus. » Vide tom. hunc sup. pag. 79. Ed. — *Difficiles.* Duri, asperi. Lactant.

847. *Postquam oleo gavisa cutis.* Notissimus mos Athletarum oleo et postea ceromate corpus inungendi.

848. *Hausta vestitur arena.* Ut apud Sil. Italic. Punic. XV, 51: « aberunt sitis aspera et haustus Sub galea pulvis; » Ovid. Metam. XIV, 136: « ego pulveris hausti ostendens cumulum, etc. » Ed.

849. *Alterno.* Post oleum sumtum, vel quem in se invicem inspergebant ac jaciebant athletæ.

851. *Vara.* Quidam codices *Curva*. Et expressit luctatorum habitum; nam *vara* seu *curva* tenebant brachia, ut complecterentur adversarium, prosternerentque in terram, in quo victoria consistebat. — *Curva tenent.* Importunissimum glossographorum genus hic iterum debacchatum est: nam pellendum est τὸ *curva* male inculcatum: probum quidem verbum, sed quod Papinius tamen non usurpavit. Posuit ille *vara tenent;* ut ex Lips.

Callidus, et celsum procurvat Agyllea Tydeus
Submissus tergo, et genibus vicinus arenæ.
Ille autem, Alpini veluti regina cupressus
Verticis, urgentes cervicem inclinat in Austros,
Vix sese radice tenens, terræque propinquat,
Jamdudum ætherias eadem reditura sub auras;
Non secus ingentes artus præcelsus Agylleus
Sponte premit, parvumque gemens duplicatur in hostem:

bono boni scriptoris libro didici. Displicuit haud dubie magistellis spinosis, quia vetus et vulgo non lectum, certe neglectum: at nos illud retinebimus; eum *varum*, *curvum* antiquis. Lucilius Satyr. libro XVII, v. 41 « Compernem aut varam fuisse Amphitryonis ἄκοιτιν. » Varro de Re Rust. lib. II, cap. 9: « cruribus rectis ac potius varis quam vatiis. » Persius Sat. IV, 12: « vel quum fallit pede regula varo. » Ibi *pes varus regulæ*, quæ se *incurvari* patitur ad interpretationes, si opus fuerit. Ed. Hinc *obvarare* idem quod *pervertere*, *detorquere in pravum sensum*. Ennius: « Nam consiliis obvarant, quibus tamen concedit hic ordo. » — *Deducit in æquum*. Deflectit, ut sibi æquet, astu sperans victoriam. Ed.

853. *Submissus tergo*. Inclinans dorsum suum, ut se Agylleus incurvaret.

854. *Ille autem, Alpini veluti regina*, etc. Unus Behot. *veluti Alpini*. — *Alpini Verticis*. Alpes notissimi montes Galliam ab Italia dirimentes. — *Cupressus*. In Alpibus nullas esse cupressus notat Guyetus. Sed hic una species arboris pro genere.

855. *Urgentes*. « Vera scriptura in unico nostro libro *urentes*. » Barth.

856. *Terræque propinquat*. « Melius, et τοῦ Ποιητοῦ, quod est in optimis membranis: *terramque propinquat*. » Id. Barth.

858. *Non secus ingentes*, etc. Mens: haud aliter procerus Agylleus ultro contrahit ingentia sua membra, et anhelans procurvatur in parvum adversarium.

859. *Gemens*. Non pugilum modo aut cursorum, sed cæterorum quoque Athletarum commune fuit, ut exclamarent, vel potius ingemiscerent. Cicero Tusc. Quæst. lib. I, « Nec vero unquam, inquit, ne ingemiscit quidem vir ac sapiens, nisi forte ut se intendat ad firmitatem, ut in stadio cursores exclamant quam maxime possunt: faciunt idem quum exercentur athletæ. Pugiles etiam, quum feriunt adversarium, in jactandis cæstibus ingemiscunt, non quod doleant, animoque succumbant, sed quia profundenda voce omne corpus intenditur, venitque plaga vehementior. » Sic et Theb. I, 431 et seq. de Polynice ac Tydeo certantibus. « Ni rex insolitum clamorem et pectore ab alto Stridentes gemitus: » et supra, v. 796, de Capaneo et Alcidamante: « Et jam utrumque

Et jam alterna manus, frontemque, humerosque, latusque
Collaque, pectoraque, et vitantia crura lacessit:
Interdumque diu pendent per mutua fulti
Brachia, nunc sævi digitorum vincula frangunt.
Non sic ductores gemini gregis horrida tauri
Bella movent: medio conjux stat candida prato
Victorem exspectans: rumpunt obnixa furentes
Pectora, subdit amor stimulos, et vulnera sanat.
Fulminei sic dente sues, sic hispida turpes
Prælia villosis ineunt complexibus ursi.
Vis eadem OEnidæ: nec sole, aut pulvere fessa
Membra labant: riget arcta cutis, durisque laborum

labor, suspiriaque ægra fatigant.» Sic et gemitus apud Senec. Epist. 57, «Sic et artifices gemunt, quum fortiter feriunt.» — *Parvum in hostem*. Tydeum.

860. *Et jam alterna manus*. Id est, invicem se manibus apprehendunt, ac lacessunt.

663. *Nunc sævi digitorum vincula frangunt*. Gronov. in Diatr. p. 240, ed. Hand. *vincula fallunt*. — *Vincula*. Nexus, complexus, complicationes dicunt etiam.

865. *Med. conjux stat candida prato*. Unus Behot. *conjunx stans*. — *Conjux candida*. Vacca conjux futura victoris. — Sic Ovid. Amor. II, Eleg. 12, vs. 25 et seq. «Vidi ego pro nivea pugnantes conjuge tauros: Spectatrix animos ipsa juvenca dabat.» Confer etiam Virg. Georg. III, 217 et seqq. Ed.

866. *Victorem exspectans*. *Victorem expectat* alter Behot.

867. *Et vulnera sanat*. Id est, ut dicit Noster Thebaid. III, 335: «crudosque vetat sentire dolores.»

868. *Fulminei sic dente sues, sic h. t. Fulmineo* Dan. Put. «In omnium optimo codice scriptum offendo: *Fulminei sic dente apri*. Scripsisse Papinium existimo: *Fulminei sic dentis apri*.» Barth. — Reg. B, *Fulmineo sic d. s. s. h. t.* habet; Reg. C nost. lectionem. Ed. — *Fulminei sues*. Poetæ vocant sues fulmineos, quod more fulminis irati obvios prosternant. Noster etiam Thebaid. XI, 530: «Fulmineosque sues.» Et Martialis, lib. XI, Epigram. LXIX, v. 9: «Fulmineo spumantis apri sum dente peremta.»

869. *Turpes ursi*. Lucan. Phars. VII, 828: «Tunc ursæ latebras obscœnæ tecta domosque Deseruere, etc.» Confer etiam notata ad Ovid. Met. XII, 319; nost. ed. tom. IV, pag. 330. Ed.

870. *Aut pulvere fessa*. Reg. B, *aut pulvere fessi* habet; Reg. C, *aut pulvere versa* cum voce *fessa* suprascripta. Ed.

871. *Riget arcta cutis, durisque laborum*. Unus Behot. *durisque laborat*. — Regg. B et C, *arta cutis* habent: alius, *atra*. Ed.

Castigata toris : contra non integer ille
Flatibus alternis ægroque effœtus hiatu
Exuit ingestas fluvio sudoris arenas,
Ac furtim rapta sustentat pectora terra.
Instat agens Tydeus, fictumque in colla minatus
Crura subit : cœptis non evaluere potiri
Frustratæ brevitate manus : venit arduus ille
Desuper, oppressumque ingentis mole ruinæ
Condidit : haud aliter collis scrutator Iberi
Quum subiit, longeque diem, vitamque reliquit,
Si tremuit suspensus ager, subitumque fragorem

872. *Castigata.* Composita et constans museulis labore induratis. — *Non integer ille.* Agylleos, *viribus non integris.* Eu.

873. *Ægroque effœtus hiatu.* In eodem Behot. eod. *effectus hiatu.*

874. *Exuit ingestas*, etc. *Expulit* optimos Barthianus. — *Fluvio sudoris arenas.* Supra, v. 848 : « atque hausta vestitur arena. » — *Arenas.* Quas Capaneus in se ingesserat; supra, v. 849. Eu.

876. *Fictumque in colla minatus.* Dan, Put. Behott. 1, 2, alii Barth. Rom. Aldd. et plerique, *ictumque in colla.* — *Fictumque* (*ictumque*) *in colla minatus.* Lege *fictum*, ait Groüovius, ex optimis, *fictumque in colla minatus.* Val. Flae. in certamine Pollueis et Amyei, Arg. IV, 290 : » dextramque parat, dextramque minatur Tyndarides : redit huc ocolis et pondere Bebryx, Sie ratus; ille antem celeri rapit ora sinistra. » Noster lib. XII, 688 : « fietumque ac triste renidens. » Hæe et sequentia sic *Cormiliolle* : « Tydée le presse « plos vivemeot encore : il feint de « vonloir le frapper au visage, et « tout-à-eoup il lui passe ses bras « entre les jambes, poor lui faire « perdre l'équilibre; mais ses bras, « trop courts, rendeut sa teutative « inutile. Agyllée s'affermit sor ses « pieds, se baisse en devant, s'ap- « pesantit sur lui, le couvre tout « entier de la masse éoorme de son « corps. »

879. *Ingentis mole ruinæ.* Sic quidem et seripti : mavult tamen Gronovius *ingentis more ruinæ.* Noster Theb. VII, 401 et seq. « properatur in hostem More fugæ. »

880. *Condidit : haud aliter. Concidit haud aliter* Put. — *Condidit.* Celavit, quia sub iogeoti Agyllei corpore exiguitas Tydei est eelata. Lactant. — *Collis scrutator Iberi.* Aurifodinæ enim erant tunc temporis io Iberia, seu nunc Hispauia, sie dieta ab Ibero fluvio, hodie *Ebro.*

881. *Vit. reliquit.* Unus Behot. nonnulli et edd. vett. *relinquit.*

882. *Si t. s. a. subitumque fragorem.* Optimæ Barthii membranæ : *subitumve fragorem*, quod ille probat. — *Suspensus ager.* Defioitio

Rupta dedit tellus, latet intus monte soluto
Obrutus, ac penitus fractum obductumque cadaver
Indignantem animum propriis non reddidit astris.
Acrior hoc Tydeus, animisque et pectore supra est.
Nec mora, cum vinclis onerique elapsus iniquo
Circumit errantem, et tergo nec opinus inhæret:
Mox latus, et firmo celer implicat ilia nexu;
Poplitibus genua inde premens evadere nodos

speluncæ. Sive ad naturam terræ retulit, quæ dicitur in medio aere suspensa; sive quod iutrinsecus vacuant terræ eavatæ venas, qui metallum aliquod quærunt. Lact.

885. *Indignantem animum propriis non reddidit astris.* Multi codd. et edd. vett. *animam.* — Hanc lectionem Regg. B et C exhibent. Ed. — *Indignantem animum.* Putabant Veteres mollium hominum ac puerorum animas indignari, quod de hac vita discederent. Virgil. Æn. XII, 952: « Vitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras. » — *Propriis non reddidit astris.* Id est, superis astris, sub quibus vivebat, et e quibus animam hauserat, ut vidimus Thebaid. V, 24: « animam quibus hauseris astris; » sed astris inferis, et subterraneis: quod a Virgilio sumsit, qui de inferis ait Æneid. VI, 641: « solemqua suum, sua sidera norunt. » — *Reddidit astris.* Ingens expositio est, quomodo vel quare animæ ad astra redeant, postquam exutæ fuerint nefando corpusculo, ut non solum bene meritorum, sed etiam sontium illuc ferantur, ut aut pro vitæ pretio optima mercede æternæ lucis donentur, aut pro male commissis ab ipsis astris stellisque puniantur atque consummentur: non quidem ut pereant, sed affligantur. Et ideo ab his puniuntur secundum Pythagoram, qui ait animas bonorum virorum in stellas posse reverti. Virgil. Georg. IV, 225 et sqq. « Scilicet huc reddi deinde ac resoluta referri Omnia; nec morti esse locum, sed viva volare Sideris in numerum, atque alto succedere cælo. » Lucanus Phars. IX, 8 et seq. « Innocuos vita patientes ætheris imi Fecit, et æternos animam collegit in orbes. » Lactant.

886. *Acrior hoc Tydeus, animisque et pectore supra est.* Unus Behot. *animisque et corpore.* — Reg. B, *Hac prior hoc Tyd.* etc. habet; Reg. C nost. lection. Ed. — *Animisque et pectore supra est.* Licet infra sit corpore.

887. *Cum vinclis onerique.* Illius scilicet, qui eum brachiis alligaverat. — *Elapsus iniquo.* Subductus gravi ponderi: *iniquum* enim grave dicimus. Virgilius, Georg. I, 165: « et iniquo pondere rastri. » Lact.

888. *Circumit errantem.* *Circuit* edd. vett. et ita Gronov. in Diatr. p. 140.

889. *Et firmo.* Ordo: Mox latus firmo nexu implicat, genua premens ad ilia. Lactant.

890. *Premens evadere nodos.* In optimo codice legitur, *evadere nodo.*

Nequicquam et lateri dextram insertare parantem
Improbus, horrendum visu ac mirabile pondus,
Sustulit. Herculeis pressum sic fama lacertis
Terrigenam sudasse Libyn, quum fraude reperta
Raptus in excelsum, nec jam spes ulla cadendi,
Nec licet extrema matrem contingere planta.
Fit sonus, et lætos attollunt agmina plausus.
Tunc alte librans inopinum sponte remisit,
Obliquumque dedit, procumbentemque secutus
Colla simul dextra, pedibus simul inguina vinxit.
Deficit obsessus, soloque pudore repugnat.
Tandem pectus humi, pronamque extensus in alvum
Sternitur, ac longo mœstus post tempore surgit,
Turpia signata linquens vestigia terra.
Palmam autem dextra, lævaque nitentia dono
Arma ferens Tydeus: « Quid si non sanguinis hujus

893. *Herculeis pressum sic fama lacertis Terrigenam Libyn.* Alludit ad fabulam Antæi, quem Hercules in aere suspensum suffocavit, quum animadvertisset illum contactu terræ, cujus filius erat, vires novas sumere. Libycam illam palæstram eleganter ostendit nummus antiquus. — *Libyn.* Quia Antæus regiam habebat apud Lyxon urbem Mauritaniæ, quæ pars Africæ.

894. *Fraude reperta.* Antæus, quum viribus deficere se sentiebat, ad terram de industria cadebat, unde novum resumebat robur, recensque ad pugnam revertebatur, quo deprehenso ab Hercule, tamdiu suspensum in aere tenuit, quoad expiravit. Quod creditum, ait Solinus, de Antæo, « quod implicandis explicandisque nexibus humi melius sciens, veluti genitus matre terra dictus fuit. »

902. *Tandem pectus humi, pronamque extensus in alvum. Tandem pressus humi* Petav. Behot. 1, Behot. 2, pro v. l. Lang. Basil. Lindenbr. Grasser. et plerique. *Tandem pectus humi* Behot. 2, Dan. Put. Amstel. Gronov. Barthian. et Delph. *pronamque retensus* optimus Barthianus.

903. *Ac longo mœstus post tempore surgit.* Reg. B, *ac longo mæstus post tempora surgit* habet. Ed.

905. *Palmam autem dextra.* Illustravit hæc doctissimus Faber, Agnost. lib. II, cap. 13, et lib. III, cap. 20. Cujus notis etsi infinita addi possint, nos tamen accudere nihil nunc præstabilius est. Animadvertenda considerata auctoris scriptio, *palmam*, id est gloriam: *dono*, id est, emolumento præferentis. Barth.

906. *Quid si non sanguinis hu-*

Partem haud exiguam, scitis, Dircæus haberet
Campus? ubi hæ nuper Thebarum fœdera plagæ? »
Hæc simul ostentans, quæsitaque præmia laudum
Dat sociis: sequitur neglectus Agyllea thorax.
Sunt et qui nudo subeant concurrere ferro.
Jamque aderant instructi armis Epidaurius Agreus,
Et nondum fatis Dircæus agentibus exsul.
Dux vetat Iasides: « Manet ingens copia leti,
O juvenes: servate animos, avidumque furorem
Sanguinis adversi: tuque o, quem propter avita
Jugera, dilectas cui desolavimus urbes,

*jus*, etc. Notat iosidias qnas illi quinquaginta sibi struxerant, Thebaid. III, 238: « suis quas ultus in armis erat. » Vide finem Theb. II.

907. *Dircæus*. Thebanus.

908. *Ubi hæ nuper Thebarum*, etc. Aldd. Colin. Basil. *ubi hæc nuper*.

909. *Præmia laudum*. Id est, unde tot laudes illi contingebant.

910. *Dat sociis*. Fereoda scilicet. — *Sequitur*. Conceditur illi, datur. Virg. Æneid. XI, 430 et seq. « nec parva sequetur Gloria delectos Latio et Laurentibus arvis. » Ubi vide Var. Lect. nost. edit. tom. IV, pagin. 239. Ed. — *Neglectus*. Præ donis Tydeo datis nullius pretii habendus, vel vilis et vetus. — *Neglectus thorax*. In optimo libro est: « Rubiginosus et vilis et vetus. » Vetus Schol.

911. *Sunt et qui nudo subeant*. In quibusdam cudd. *jubeant*.

912. *Instructi armis*. Modo sagittariorum vult monstrare certamina, id est, jactum velocium sagittarum: sed jaculatores non exhiberi permisit: commemorationem istius spectaculi dixit, sed ipsam oon exhibuit voluptatem. — *Epidaurius*. Epidaurus civitas Peloponuesi eqnis nobilis, ut ipse in catalogo, Theb. IV, 123: « Qui rura domitant Epidaoria. » Vid. Exc. 398 ad calc. lib. III Theb. huj. t. p. 357.

913. *Dircæus exsul*. Polynices.

914. *Iasides*. Adrastus, ab Iaso rege Argivorum sic dictus.

916. *Sanguinis adversi*. *Sanguinis aversi* Venett. 3, 4, Aldd. Colin. et Basil. mutavit Bernartius ex codd. — *Sanguinis adversi*. Hostilis vel Thebani. — *Tuque*. Polynicem generum alloquitur.

917. *Jugera, dilectas cui*, etc. Reg. B, *delectas* exhibet; Reg. C nostram lectionem. Ed. — *Jugera*. O Polynices, cujus gratia urbes civibus, agros rusticis desolavimus. Vet. Schol. — *Desolare*, spoliare frequentia. Virg. Æneid. XI, 366 et seq. « sat funera fusi Vidimus, ingentes et desolavimus agros. » Servius: vel dum occiduntur agricultores, vel dum coguntur ad militiam. Nam legimus, « et latos vastant cultoribus agros. Barth. »

Ne, precor, ante aciem, jus tantum casibus esse,
Fraternisque sinas, abigant hoc numina! votis. »
Sic ait : atque ambos aurata casside ditat.
Tunc genero, ne laudis egens, jubet ardua necti
Tempora, Thebarumque ingenti voce citari
Victorem. Diræ retinebant omina Parcæ.
Ipsum etiam proprio certamina festa labore
Dignari, et tumulo supremum hunc addere honorem,
Hortantur proceres : ac, ne victoria desit
Una ducum numero, fundat vel Lycia cornu
Tela rogant, tenui vel nubila transeat hasta.
Obsequitur gaudens, viridique ex aggere in æquum

919. *Abigant hoc numina.* Reg. B, *abiciant* (pro *abjiciant*) *hoc numina* exhibet; Reg. C nost. lectionem. Ed.

920. *Sic ait : atque ambos aurata. Sic ait atque utrumque aurata* optimus Barthianus.

921. *Tunc genero, ne laudis egens. Tum genero* unus Behot. — *Tunc genero.* Ut cæteri duces vicerant in aliquo genere certaminis, et hoc in bonum omen acceptum fuerat ad futurum bellum, jussit etiam Adrastus generum coronari et proclamari Thebarum victorem in futurum omen victoriæ; sed illa funestissima fuit, quum Polynices, ad cujus mortem alludere videtur Poeta, non fratri in ultima pugna superfuit, nisi pauculis momentis : quod insinuat his verbis vs. 923. *Diræ retinebant omina Parcæ.* Id est, quidquid opinarentur homines de victoria Polynicis, Parcæ retinebant omina, id est, noluerunt dare certa omina, hunc victoriæ superfuturum. Cæterum hi tres versus quibusdam, ut Guyeto, non vacant suspicione. Quid enim, ait ille, triumphum ante victoriam canit Adrastus? quid *diræ?* Quid vult dicere?

922. *Voce.* Præconis. Peyrared.

923. *Diræ retinebant omina P.* « In optimo libro *renuebant;* nihil tamen mutandum existimo. »

924. *Ipsum.* Adrastum. Eum equo in hoc certamine vicisse tradunt alii; inter quos Apollodorus, lib. III.

925. *Supremum.* Non enim poterat quid ultra requiri. Et ipse ultimus erat in agone. Vet. Schol.

926. *Victoria.* Ne aliquis ex ducibus expers victoris titulo. Vel, ne unum genus certaminis abeat sine victoria nostrorum ducum. Vel ut omnes jam duces victores essent proclamati, excepto Adrasto.

927. *Lycia cornu Tela rogant.* Vide supra v. 645.

928. *Tenui hasta.* Jaculo.

929—933. *Obsequitur gaudens,* etc. Hos versus sic gallice *Cormiliolle :* « Adraste se prête volontiers « à leurs desirs. Accompagné des

Stipatus summis juvenum descendit: at illi
Pone leves portat pharetras et cornua jussus
Armiger: ingentem jactu transmittere circum
Eminus, et dictæ dare vulnera destinat orno.
  Quis fluere occultis rerum neget omina causis?
Fata patent homini: piget inservare, peritque
Venturi promissa fides: sic omina casum
Fecimus, et vires auxit Fortuna nocendi.
  Campum emensa brevi fatalis ab arbore tacta,
Horrendum visu, per quas modo fugerat auras,

« principaux de l'armée, il quitte « le trône de gazon sur lequel il « s'était placé : derrière lui, son « Écuyer portait un carquois de « flèches légères, et un arc assez « tendu pour les faire voler d'un « bout du Cirque à l'autre. Un frêne « sauvage est désigné pour servir « de but. » Ed.

934. *Quis fl.* occ. r. n. *omina causis.* In quibusdam Lindenbrogianis, cum Aldd. Colin. Basil. et Plant. *omnia causis?* — *Quis fluere occultis*, etc. Quædam exemplaria hos quatuor versus in locum quatuor sequentium transtulerunt, et vice versa. Mens vero : Numen certis indiciis et manifestis præsagiis res futuras hominibus indicare, eisque eventus rerum patere, si velint attendere : quo neglecto, ea quæ nobis accidunt casui adscribimus, et sic fortuna amplum nobis nocendi locum habet, quum non caveamus ea quæ nobis cavenda satis Dii indicant, si observaremus.

935. *Inservare. Servare* augurale verbum. Cicero pro Domo sua : « Negant fas esse agi, quum de cælo servatum sit. » Componit hic Papinius, quod et fecit Theb. VIII, 194 : « Elysias dedit inservare volucres. »

936. *Sic omina casum.* In iisdem libris modo cit. *sic omnia casum*; quod habent etiam Dan. Petav. Lang. et Buslid. Doctissimus Gul. Canterus, Nov. Lect. lib. I, cap. 8, *omina* hic legendum censuit; et ita habetur in utroque Behot. quorum alter exhibet *casu.* — *Sic omina casum. Omina* sunt rerum futurarum signa, sive bonarum, sive malarum : *casus* autem sunt subiti eventus. Lactant.

937. *Et vires auxit Fortuna nocendi.* Put. *hausit fortuna*; et sic unus Barth. sed pro v. l. *duxit*, cum glossa *haurit.* — Reg. B, *hausit* habet; Reg. C nostram lectionem. Ed. — *Vires auxit Fortuna.* Prudentia cadente, nascitur Fortunæ potentia in animis stultorum, et ei omnia tribuuntur.

938. *Campum emensa brevi*, etc. Unus Lindenbrogii : *emissa brevi.* — *Fatalis.* Arundinem fatalem dixit, quæ futura monstraret. Lact. — *Campum emensa*, etc. Imitatio Virgiliana. Videsis notata ad Æn. V, 519—531 ; nost. edit. tom. III, pag. 52 et seq. Ed.

Venit arundo retro, versumque a fine tenorem
Pertulit, et notæ juxta ruit ora pharetræ.
Multa duces errore serunt: hi nubila, et altos
Occurrisse Notos: adverso roboris ictu
Tela repulsa alii. Penitus latet exitus ingens,
Monstratumque nefas: uni remeabile bellum,
Et tristes domino spondebat arundo recursus.

940. *Tenorem.* Cursum, impetum. Lactant.

941. *Notæ juxta ruit ora pharetræ.* Ante ora ejus cecidit, qui pharetram tenebat; ut Ovid. de telo, Met. VII, 684: « Revolat, nullo referente, cruentum. »

942. *Multa duces errore serunt.* « Prorsus legendum, ut optimæ aliæque membranæ præferunt, *errore serunt.* » Barth. Ita quoque unus Behot. *errore ferunt* in edd. vett. — *Errore serunt.* Disserunt, disputant. Lactant.

945. *Monstratumque nefas: uni remeabile b.* Marklandus ad Silv. II, 6, 3, distinguit: *Monstratumque (nefas!) uni,* etc. — *Monstratumque nefas.* Id est, Prodigium, monstrum. Vide supra hoc Thebaid. V, 498. Et sic sæpius Papin. Ut Virg. Æneid. VII, 72 et seq. « Lavinia virgo Visa, nefas, longis comprendere crinibus ignem. » — *Uni remeabile.* Ex septem regibus ad Thebas proficiscentibus. Omnes duces apud Thebas perierunt, præter Adrastum Talai filium; is enim equi beneficio ereptus est. Vide Hygin. 70.

946. *Et tristes domino spondebat arundo recursus.* Solus enim Adrastus, e tot ducibus, domum reversus est turpi fuga.

# EXCURSUS

VEL

# NOTÆ AMPLIORES

AD LIBRUM SEXTUM

## THEBAIDOS.

---

VERS. 2. SANCIRE *novo sollemnia busto.* Agon Archemori apii corona celebratur : idcirco, quia puer hic, cujus memoriæ certamen Nemeæum dicatum est, admodum parvus obierat; nam humilis herba immaturi luctus ostendit indicium. Quidam super hanc herbam puerum reptantem a nutrice derelictum esse, et a serpente interemptum, volunt; ex hoc creditum est coronæ genus indicium immaturæ mortis electum esse: nam in hoc agone etiam poetæ certantes coronantur apio : unde Virg, Eclog. VI, 68 :

Floribus atque apio crines ornatus amaro.

LACTANT.

5. *Graium ex more decus.* De quatuor in Græcia certaminibus res nota. Quatuor in Græcia certamina sacra fuerunt, Olympia, Pythia, Isthmia, Nemeæa, ut nemini paullum humaniori ignotum est : singulorum hic distincte mentionem facit Papinius : ne ego faciam limites Scholiorum vetant præsertim. Tu, si operæ tibi, (ut novitios omittam,) adi vel unum Pausaniam, et habebis plus satis. Illud uno verbo juventus sciat, qui in uno ex illis certaminibus vicerant, *Hieronicas* dictos. Suetonius, Nerone cap. XXIV. « Ac ne cujus alterius Hieronicarum memoria aut vestigium exstaret usquam, subverti et unco trahi, abjicique in latrinas omnium statuas et imagines imperavit. » Qui vero in quatuor hæc coronati fuerant, periodi victores. Festus : « Peribodos dicitur et in carmine lyrico pars quædam, et in soluta oratione verbis circumscripta sententia, et in gymnicis certaminibus perihodon vicisse dicitur qui Pythia, Isthmia, Nemeæa, Olympia vicit, a circuitu eorum spectaculorum. » Quam gloriosum autem fuerit vicisse, non ex Cicerone modo disces, qui pro Flacco asserit id, « apud Græcos prope majus et gloriosius, quam Romæ triumphasse, » sed

ex Vitruvio, qui signate lib. IX : « Nobilibus athletis qui Olympia, Pythia, Isthmia, Nemea vicissent, Græcorum majores ita magnos honores instituerunt, ut non modo in conventu stantes cum palma et corona ferant laudes, sed etiam quum revertuntur in suas civitates cum victoria, triumphantes quadrigis in mœnia, et in patrias invehantur, æque Reipubl. perpetua vita constitutis vectigalibus fruantur. » Bern.

6. *Hunc pius Alcides.* Primus Hercules hunc honorem manibus Pelopis exhibuit, qui erat Herculi per Alcmenam genere conjunctus, hoc ordine : Pelopis et Hippodamiæ Lysidice filia ; Lysidices Alcmena ; Jovis et Alcmenæ Hercules. Prima ergo certaminum genera hæc fuerunt, quæ per ordinem hoc loco Poeta describit. Olympia in honorem Pelopis, cujus victores oleastro coronantur. Pythia in honorem Apollinis, cujus victores lauro coronantur. Isthmia in honorem Palæmonis, cujus victores pinu coronantur. Nemeæa in honorem Archemori, cujus victores apio coronantur. Apium autem dixit, quia Hercules Pelopi in honorem consanguinitatis id exhibuit. — *Certavit honorem.* In honorem ipsius consecravit. Lactant.

7. *Pulvereumque fera crinem detersit oliva. Fera oliva.* Pro oleastro posuit, quia victores ipsius certaminis hac fronde coronantur : possumus et *feram* pro feraci intelligere. Lactant. — *Crinem detorsit Oliva.* Scripti codicis consensu, *crinem detersit Oliva;* quidni recte ? illud apte etiam, quod olivam exprimit ; nam de Olympico certamine agit, in quo Oleastri frondibus victores coronati ; sicuti in Pythiis mala ex fano Apollinis, etc. Notandum etiam non tam ipsos victores quam patriam illorum coronatam. Plinius, Hist. Nat. XVI, cap. 4, de Coronis : « Novissime et in sacris certaminibus usurpatæ, in quibus hodieque non victori dant, sed patriam ab eo coronari pronuntiatur. » Bernart.

61. *Thura et ab antiquo durantia cinnama Belo. Thura.* Thura etiam funeribus dicata, de quo multum queritur Plinius, Hist. Nat. XII, cap. 19. Non solum autem Pagani, sed etiam Judæi et Christiani aromata ad funera adhibuerunt. Tertullianus Apollog. « Thura plane non emimus : si Arabiæ queruntur, sciant Sabæi pluris et carius suas merces Christianis profligari sepeliendis, quam Diis fumigandis. » — *Cinnama.* Hujus lignum inter delicatiora aromata annumeratur. Vulgo, *Cannella.* — *Durantia.* Lactantius hic : « Liber devicta India hoc unguenti genus advexit, gentibusque dedit. Et bene dicit *durantia.* Constat enim Cinnama fugere ; vel ad illud magis dixisse videtur, quod cinnamum odorem suum longo tempore non amittit. » Lucan. Phars. X, 166 : « quod nondum evanuit aura Cinnamon. » — *Belo.* Quidam codices habent *bello.* Et incertum an intelligendum sit de Belo Nini patre, an de Belo Tyrio Agenoris patre. Confer vero hunc locum Poetæ cum tribus Silvarum ; uno Epicedii Glauciæ Silv. II, 1, 159 et seqq.

Quod tibi purpureo tristis rogus aggere crevit :

Quod Cilicum flores, quod munera graminis Indi,
Quodque Arabes, Phariique, Palæstinique liquores
Arsuram lavere comam.

Altero, Epicedii Phileti Silv. II, 6, 86 et seqq.

.... odoriferos exhausit flamma Sabæos
Et Cilicum messes, Phariæque exemta volucri
Cinnama, et Assyrio manantes gramine succos.

Tertio vero, Pietate Abascantii Silv. V, 1, 210 et seqq.

.... omne illic stipatum examine longo
Ver Arabum Cilicumque fluit, floresque Sabæi,
Indorumque arsura seges, præreptaque templis
Thura, Palæstini simul Hebræique liquores
Coryciæque comæ, Cynareiaque germina.....

77. *Cinctusque sonantes.* Balteum militare notat, aureis bullis distinctum. Virgilius, Æneid. XII, 941 et seqq.

.... infelix humero quum apparuit alto
Balteus, et notis fulserunt cingula bullis.

Sidonius Panegyricu Antemii v. 393 et seq.

.... bullis hostilibus asper
Applicat a læva surgentem balteus ensem.

Erat et alia bulla, ut hoc obiter dicam, quam ingenui pueri, Senatorum liberi, apud Romanos gerebant. Æmilianus apud Macrobium Saturnal. III, 14 : « Ductus sum in ludum saltaturium, plus, medius filius, in eo ludo vidi pueris virginibusque quingentis, in his unum (quod me maxime Reipubl. misertum est) puerum bullatum Petitoris filium. » Juvenalis Sat. XIV, 4 et seq.

.... lodit et heres
Bullatus, parvoque eadem movet arma fritillo.

Hinc *bullatæ nugæ*, pro *puerilibus*. Persius, Sat. V, 19 et seq.

Non equidem hoc studeo, bullatis ut mihi nugis
Pagina turgescat.

Capies ab hac mente Juvenal. Sat. XIII, 33 : « dic senior bulla dignissime. » Id est, qui inter pueros referaris. Intelliges etiam Virgilium Æneid. V, 558 et seq. de puerili agmine scribentem :

.... it pectore summo
Flexilis obtorti per collum circulus auri.

Denique scito, quum togam virilem pueri sumerent, bullam Laribus dicari solitam. Persius, Sat. V, 29 et seq.

Quum primum pavido custos mihi purpura cessit,
Bullaque succinctis Laribus donata pependit.

BERNART.

195. *Cæsariem ferro minuit.* Et hoc maximi doloris indicium apud priscos, in exsequiis alicujus capillos decidere, barbam radere, crines

tumulo imponere, aut in rogum conjicere. Alcæus Epigrammatographus;

> Πᾶσά σοι οἰχομένῳ Πυλάδη κεκύρεται Ἑλλὰς,
> Ἄπλικτον χαίταν ἐν χροῒ κειραμένη.
>
> Exstinctum luget, Pylades, te Græcia tota,
> Ad vivam tonsis crinibus usque cutem.

Iphigenia in Tauris apud Euripidem :

> Τύμβον τι χῶσον, κἀπίθες μνημεῖά μοι·
> Καὶ δάκρυ, ἀδελφὴ, καὶ κόμας δότω τάφῳ.

Et exempla plura sunt quæ non exscribo; diluam potius loca quæ diversam sententiam adscribere videntur. Venuleius J. C. l. XXXIX, de Injuriis : « Vestem sordidam rei nomine in publicum habere capillumve submittere nulli licet, nisi ita conjunctus est affinitate, ut invitus in reum testimonium dicere cogi non possit. » Suetonius, Julio, c. LXVII, et clarius de Caligula in morte Drusillæ cap. XXIV : « Mœroris impatiens, quum repente noctuque profugisset ab urbe, transcurrissetque Campaniam, Syracusas petiit : rursusque inde rediit, barba capilloque promissu. » Ecce crines in luctu non positi, sed nutriti : nec id Principum ævo solum, sed et prisca Republ. Agellius de Africano : « Eumque quum esset reus, neque barbam desisse radi, neque non candida veste uti, neque fuisse solito cultu reorum. » Quid statuemus in pugna tam manifesta? pacem quam facile componam. Exteris in luctu deponere crines usitatum, non Romanis; excipio mulieres, qui enim possent viri, quum comam aut barbam non nutrirent? primusque Adrianus Imperator barbam Romæ reduxit, ut notat Xiphilinus, et probant nummi : ideoque barba submissa, quum alias foret rasa, luctus erat signum. Cæterum in exteris ipse Suetonius morem ponendi barbam in luctu agnoscit. Caligulæ cap. V, in morte optimi Germanici : « Regulos quosdam aiunt barbam posuisse, et uxorum capita rasisse, ad indicium maximi luctus. » Pergebam : sed a latere tragulam mihi injicit Cicero, qui barbam etiam in Romanis agnoscit, pro Cœlio : « Non hac barba qua ista delectatur. » Evello hoc spiculum levi nisû : de juvenibus illi sermo, qui barbam alebant ad vigesimum primum ætatis annum usque, quo plerique ponebant, ut auctor est Macrobius in Somnium Scipionis. Dico *plerique*, nam non omnes. Caligula XX anno posuit, Augustus demum XXI. Testes laudo Suetonium et Dionem, quos tu cupide lector vide. Dies positæ barbæ sane lætus erat et festus, muneraque peti ac dari tum solent, quo pertinet illud Juvenalis, Sat. III, 186 et seq.

> Ille metit barbam, crinem hic deponit amati,
> Plena domus libis venalibus.

Dio, lib. XLVIII. Ammianus, XVII, videntur. BERNART.

268. *Series antiqua parentum Invehitur.* Et hic denuo morem Romanum notat, quo sicuti Dii quotannis Circensium diebus in carpentis traducebantur, ita memoriæ conservandæ causa, mortuorum imagines

ludis illatæ, iisque locus publicus quasi ad spectandum assignatus, adeoque sella posita. De his Suetonius, Aug. cap. XVI : « Classibus tempestate perditis exclamavit, etiam invito Neptuno victoriam se adepturum, ac die Circensium proximo sollemni pompæ simulacrum Dei detraxit. » Recte inquit, *pompæ*, nam traductionem hanc ita indigitabant. Prudentius contra Symmach. Orat. lib. II, 1087 et seq.

> Fertur per medias, ut publica pompa, plateas
> Pilento residens molli.

Allusit Plautus Milite, act. I, sc. 1, 67 et seq.

> .... Quæ me ambæ obsecraverint,
> Ut te hodie quasi pompam illac præterducerem.

Apuleius : « Dum pompa Deæ moliebatur : » id est, incipiebat procedere. Virgilius, Æneid. I, 423 et seq. « pars ducere muros, Molirique arcem, » id est, incipiebant exstruere. Terentius, Heautont. act. II, sc. 2, « Dum moliuntur, dum comuntur, annus est; » id est, dum incipiunt ordiri, annus est anteaquam absolvant. Sed ad rem : De mortuis satis clare Dio libro LIII : Μαρκέλλῳ δὲ καὶ εἰκόνα χρυσῆν, καὶ στέφανον χρυσοῦν, δίφρον τε ἀρχικὸν, ἔς τε τὸ θέατρον ἐν τῇ τῶν Ῥωμαίων πανηγύρει ἐσφέρεσθαι, καὶ ἐς τὸ μέσον τῶν ἀρχόντων τῶν τελούντων αὐτὰ τίθεσθαι ἐκέλευσε. « Marcelli (defunctus is erat) et imaginem auream et coronam auream et sedem curulem Romanis ludis in theatrum inferri jussit, mediamque illam poni inter sedes editorum. » Consule eumdem lib. XLIV; Xiphilinum Severo, et ante omnes Livium, lib. II, cap. 36. Bern.

389. *Et jam sortitus.* Sortibus antiqui sæpissime et maximis in rebus utebantur. Sorte judices eligebantur. Suetonius Julio, cap. XII, « ac sorte judex in reum ductus. » Sorte munia magistratuum discreta. Idem, Octavio cap. XXX. « Provinciæ proconsulibus sorte adsignatæ. » Scriptores passim omnes, signate Sueton. Octav. cap. XLVII. Sorte legati mittebantur. Hinc Tacit. Hist. lib. II, cap. 8 : « Vicit pars quæ sortiri legatos malebat, etiam mediis patribus adnitentibus retinere morem. » Sorte Virgines Vestales lectæ. Denique quod ad lucem hujus loci, sors in ludis maxime recepta. Item Sueton. Ner. cap. XXI : « Sorticulaque in urnam cum cæteris demissa, intravit ordine suo. » Ita in urbe, et inter urbanos : at in militia, *galea* pro *urna* utebantur. Quo respicit Noster, dum ait, « versatur ahena casside. » Denique Augustus ex Magistratibus (exceptis Consulibus) singulos, ex Senatu xv, sorte legere solitus erat, qui per sex menses sibi in consilio essent. Hinc Suetonius August. cap. XXXV : « Sibique instituit consilia sortiri semestria, cum quibus de negotiis ad frequentem Senatum referendis ante tractaret. » Ita initio : at postea et numerum auxit et auctoritatem. Dio, lib. LIII, et LIV, auctor. Bern.

542—547. ...Phryxei natat hic contemtor ephebus
Æquoris, et picta translucet cærulus unda :

In latus ire manus, mutaturusque videtur
Brachia, nec siccum speres in stamine crinem:
Contra autem frustra sedet anxia turre suprema
Sestias in speculis: moritur prope conscius ignis.

« Si quelques auteurs ont révoqué en doute la vérité de l'histoire « d'Héro et de Léandre, parce qu'on ne peut déterminer en quel tems « l'événement a eu lieu, c'est que probablement ils n'ont pas réfléchi « à la manière dont les Grecs choisissaient les sujets de leurs fables. « Ces peuples s'emparaient d'un fait historique très connu, pour l'em- « bellir par des fictions, et lui donner de l'élévation par les artifices « de l'éloquence. C'est ainsi qu'ils formèrent leur mythologie. C'était « dans la vérité même qu'ils puisaient leurs fables et les sujets de leurs « chants poétiques.

« Quant aux amours malheureuses d'Héro et de Léandre, plusieurs his- « toriens les ont rapportées comme un fait certain. Il est question de la « tour d'Héro, dans Strabon, lib. XIII, lorsqu'il parle des villes de « Sestos et d'Abydos. Le géographe Pomponius Méla dit, dans sa des- « cription des côtes de l'Hellespont, « qu'une jeune prêtresse de Vénus « se précipita dans les flots où avait péri Léandre, son amant, qui, « pour se rendre auprès d'elle, traversait le détroit à la nage. »

« Des médailles d'Abydos, qui représentent un nageur au milieu des « eaux, sont aussi un témoignage que l'on peut invoquer.

« L'aventure de ces deux amans était si bien connue dans cette con- « trée, que les Turcs, qui en furent les conquérans, l'ont conservée par « tradition.

« M. Mahudel, dans ses *Réflexions critiques*, en soutenant que l'aven- « ture d'Héro et Léandre n'est qu'une fable, ajoute que la meilleure « manière de prouver la vérité du fait, serait qu'un habile nageur ten- « tât de renouveler l'expérience du trajet de l'Hellespont. C'est ce qui « a été exécuté de nos jours par l'un des hommes les plus extraordi- « naires de notre siècle, par lord Byron.

« Le 3 mai 1810, dit-il lui-même dans une note du chant II de *Don* « *Juan*, pendant que la frégate *the Salsette* (capitaine Bathurst) était « dans le détroit des Dardanelles, le lieutenant Ekenhead et moi, nous « traversâmes à la nage le bras de mer qui sépare Abydos de Sestos, « c'est-à-dire, selon le calcul des marins de la frégate, un espace de « quatre milles anglais (environ une lieue et demie), y compris le détour « que le courant nous força de faire. L'étendue actuelle du détroit n'est « guère que d'un mille. La rapidité du courant est telle, qu'aucun bâti- « ment ne le peut traverser directement; mais il sera plus facile de « l'estimer en sachant que l'un de nous fit le trajet en une heure cinq « minutes, et l'autre en une heure et dix. La fonte des neiges avait ex- « cessivement refroidi l'eau; trois semaines auparavant, nous avions « tenté une première fois cette partie; mais l'eau était réellement à la « glace, et nous fûmes obligés de remettre notre tentative, d'autant plus « que nous étions venus à cheval de la Troade. »

« Chevalier raconte qu'un jeune Israélite allait voir sa maitresse à la « nage d'Abydos à Sestos; un troisième Léandre est ce Napolitain dont « fait mention Olivier. Notre consul ne se fiant à aucune de ces histoires, « voulait nous dissuader de notre résolution; mais plus d'un marin de « la *Salsette* avait à ma connaissance parcouru en nageant une plus « grande étendue d'eau; et la seule chose qui me surprît, c'est qu'au- « cun voyageur n'eût cherché à vérifier par sa propre expérience cette « histoire de Léandre, sur laquelle tant de doutes se sont élevés. »

« Rien ne paraît moins étonnant, surtout en France, où malheureu- « sement la natation est plus négligée encore que partout ailleurs. »

*De la Natation, et de son Application à l'art de la guerre*, par M. le Vicomte DE COURTIVRON, 2e édition.

Hero et Leander.... De his conf. Strab. lib. XIII, p. 589 et 591; Pomp. Mela lib. I, cap. 19, et lib. II, cap. 2; Virgil. Georg. III, v. 258; Ovid. Amor. Eleg. XVI, v. 21; et BARTHÉLEMY, *Voyage du Jeune Anacharsis*, tom. II, pag. 46.

616. *Correpto crine reductum occupat*. Parthenopæum longa et volitante coma correptum Idas a tergo retrahit, et prægressus victoriam consequitur. Mala fraus et violenta! non hic enim lucta aut pugilatus, sed celeritas pedum et cursus contentio in judicium veniunt. Nihil ad hanc vim excusandam faciet Virgil. locus, Æneid. V, 335 et seq. ubi Nisus Salio per lubrica oppositus rivalem arena revolutum extendit, ut amoris beneficio ac munere prima teneat Euryalus suus. Nisus forte non consilio lapsus, non præmeditatus insidias, dum ad crura Salii surgit obliquus currentemque prosternit, amico sequenti victoriam ex insperato vindicat, sui immemor. Tutatur sodalem sodali juveniliter inservientem favor publicus; sed feroci ac rudi æmulo dolosis artibus vique inhonesta semetipsum adjuvanti semper irascimur. Etiam in ludendo servanda fides. ED.

692: *Immodicas Fortuna venit*. Expressit eamdem sententiam Theb. X, 484 et seq. « et fors ingentibus ausis Rara comes, » nam *fors* ut hoc obiter dicam, pro fortuna aut *casu*, qua poetis, qua Historicis notum. Manilius, lib, I, 474: « Atque ipsum esse Deum, nec forte coisse magistra. » Curtius, lib. V, cap. 11, 10: « Eludant licet, quibus forte ac temere humana negotia volvi agique persuasum est. Equidem æterna constitutione crediderim, nexuque causarum latentium, et multo ante destinatarum, suum quemque ordinem immutabili lege percurrere. » Tacitus Hist. lib. II, cap. 42 (nostræ Ed. tom. III, pag. 187): « seu dolo, seu forte surrexerit, parum compertum. » Idem Hist. IV, cap. 29 (nost. Ed. ibid. pag. 417): « Apud Germanos inconsulta ira: Romanus miles, periculorum gnarus, ferratas sudes, gravia saxa, non forte jaciebat, » id est, non casu et sine judicio aut delectu. Sallustius de Bello Jugurt. cap. I: « Falso queritur de natura sua genus humanum, quod imbe-

cilla atque ævi brevis sorte (lege *forte*) potius, quam virtute regatur. » Bernart. — Ad hunc Sallustii locum confer notata, nost. edit. pagin. 145. Ed.

718. *Juxtaque inimicum exegit Ulixen.* Post hunc versum sequebantur tres alii in membranaceo codice, qui olim Bil. Pircheimeri, nunc Arondeliæ Comitis est, visus mihi beneficio viri omni laude excellentis Francisci Junii. Versus autem illos nec nimis affirmabo Statii esse, quia in uno solo codice reperi; nec excludere omnino possum, quia ab ingenio ejus alieni non sunt. Erant ibidem sic scripti:

Sic et Aloidæ, quum jam calcaret Olympum
Desuper Ossa rigeos, ipsum glaciale ferebat
Pelion, et trepido sperabant jungere cælo.

Apparet legendum esse, *celaret*, i. e. obtegeret impositum, et *ipsum gl. ferebant.* Habes Theb. X, 849 et sqq.

.... qualea mediis in nubibus æther
Vidit Aloidas, quum cresceret impia tellus,
Despectura Deos, nec adhuc immane veniret
Pelion, et trepidum jam tangeret Ossa Tonantem.

Eodem ordine quo apud patrem poetarum: *Ὄσσαν ἐπ' Οὐλύμπῳ μέμασαν θέμεν, αὐτὰρ ἐπ' Ὄσσῃ Πήλιον.* Aliter collocat Ovid. Met. I, 154 et seq.

Tum pater omnipotens misso perfregit Olympum
Fulmine, et excussis subjecto Pelio Ossam.

Ita enim legendum, et hoc velle veteres libros existimo, quum *subjecto* habent potius quam *subjectum* (Vide nostr. Ovid. tom. III, p. 67. Ed.). Virgil. Georg. I, 281 et seq.

Ter sunt conati imponere Pelio Ossam,
Scilicet, atque Ossæ frondosum involvere Olympum.

Hunc igitur ille secutus. Gronov.

730. *Bellis proxima virtus*, etc. Nihil bellorum præliis magis simile quam cestuum certamina, in quibus sæpe cum contendentium sanguine vita profundebatur. Conf. Quint. Smyrn. IV, 35; Homer. Iliad. XXIII, 660; Nonn. XXXVII, pag. 949; Apollon. Argonaut. init. lib. II; Theocrit. Idyll. 22; Valer. Flacc. IV, 224 et seqq. Ed.

732. *Capaneus.* Hoc nomine stolidi homines designari solent, qui Deum negant, qui superbiam et barbarum quiddam præ se ferunt. Ed.

748. *Ut miserans, poscitque alium.* Contemnit tam debilem adversarium: sic Virgil. Æneid. V, 378: *quæritur huic alius.* Eadem reperies in Valerio Flacco, quum inter se contendere parant Amycus et Pollux. Vid. etiam in Biblia sacra, Reg. lib. I, 17, 42: « et quum Philistæus vidit David, cum risu dedignabatur eum; erat enim adolescens, et rubicundo ore formosus, dixitque ad David Philistæus; *veni ad me, et dabo carnes tuas volatilibus cœli et bestiis terræ.* » Ed.

760. *Priorem locum*. Intelligi potest locus pugnæ commodior, iu quo terga sunt opposita soli, ne radiis acies oculorum offeusa et perstricta minus certos mauuum motus dirigat. Eu.

824. *Laudant Lacones*, etc. Adrastus Capaneum victorem pronuntiat, quamvis hic ueget a se victum rivalem, qui vivit adhuc, et cujus virtutem, partamque quodammodo victoriam socii laudibus extolluut: unde vis intelligas, utri palma debeatur, immo et ipsum pugnæ terminum quasi desideres; adeo Noster præsertim iu fine certaminis describeudo, male Virgilium imitatur! Eu.

925. *Supremum honorem.... ne victoria desit una ducum*; scilicet pugnaverant septem duces, præter Adrastum, quem invitaut, ut sagittas emittat, quasi hoc houore memoriam Archemori celebret. Quid vero honoris Archemori Manibus conferet telum ab Adrasto missum, si nemo cum eo de præmio certet? At apud Virgilium pro palma et laude iu arenam desceuderat Acestes, tandemque per sortem fraudatus postquam alius victoriam retulerat, sagittam in aera emisit, si forte metam, quam alter attigerat, ipse feriret, et se non indignum in campo æmulum stetisse ostenderet. Quid horum Adrastus? quautum hic Statium sua iu Virgilio imitaudo fefellit audacia! Inde coucludendum est Maronem, si solum perlegeris, summum esse poetam; et, si cum Statio et Latinis aliis conferas, vere Deum habeudum esse. Eu.

940. *Venit arundo retro*. Melius sane Noster suo ingenio fretus et proprio Marte iustructus sueeedit, quam quum *divinam Æneida* æmulari tentat, et ipse clavæ Herculi detraheudæ temerarius adfectator. Quoties autem nobis enarrantur prodigia, humani quidem iutellectus visum patimur vinci, sed ista statim, a quibus ratio abhorreat, procul absurda rejicimus. Audiamus magistrum, BOILEAU, *Art Poét. ch.* III, vs. 49:

« Une merveille absurde est pour moi saus appas :
« L'esprit u'est point ému de ce qu'il ue croit pas. »

Ecquis facile intelligat, quomodo arundinem, longe et multa vi projectam, ipsa arbor, iu qua defigi certe debuit, eodem impetu repulset, ita ut illa in pharetram redeat, et pæue recondatur? Itaque *multa serunt errore duces*. Nec mirum profecto; ipsa Sphynx ibi hæsisset. Eu.



# TABULA

## RERUM

QUÆ IN HOC SECUNDO VOLUMINE CONTINENTUR.

FINIS SECUNDI VOLUMINIS.





